This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

4° P. gr. C. 18 (142

HBh
II
2

N6 10
(142

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

[Patrologia]

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBERENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHART�æ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

### SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

### ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ cleri universæ,**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8. UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATIS VARIA PRETIA ÆQUABUNT IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXLII.*

NICEPH. BLEMMIDA. GEORGIUS CYPRIUS. ATHANASIUS, CP. PATRIARCHÆ.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULA XIII-XIV. ANNI* 1255-1320.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

## ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

## ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

# NICEPHORI

## BLEMMIDÆ

## OPERA OMNIA

*THEOLOGICA, EXEGETICA, LOGICA, PHYSICA.*

Partim jam edita, partim huc usque anecdota;

PRÆMITTUNTUR

## GREGORII CYPRII, ATHANASII,

CPOLITANORUM PATRIARCHARUM,

*SCRIPTA VARII ARGUMENTI, A BERNARDO MARIA DE RUBEIS ET ANSELMO BANDURIO DISSERTATIONIBUS AC NOTIS ILLUSTRATA.*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

# TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULA XIII-XIV. ANNI* 1255-1320.

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXLII CONTINENTUR.


GEORGIUS CYPRIUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

*Notitia ex Leone Allatio De Georgiis.* col. 9
*Georgii Cyprii Vita, ab ipso scripta, et ex cod. Leydensi a Bernardo de Rubeis edita et notis illustrata; accedunt Dissertationes duæ historico-dogmaticæ.* 17
*Index nominum et rerum præcipuarum quæ in Georgii Cyprii Vita, in notis et in Dissertationibus continentur.* 221
*Anselmi Bandurii in Georgii Cyprii scripta apologetica Monitum.* 227
Georgii Cyprii Expositio fidei, contra Veccum. Accedit Joannis Chilæ, Ephesi metropolitæ, Epistola ad imperatorem. 238
Contra Marcum, ex Judæo Christianum. 247
Apologia pro tomo suo, pravæ doctrinæ suspecto. 251
Epistola ad Andronicum imp. 267
*(Huc usque Georgii scripta ab Anselmo Bandurio edita.)*
De processione Spiritus sancti, ex Dosithei Τόμῳ ἀγάπης. 269
Laudatio S. Georgii martyris, ex cod. Vatic. in Aprili Bollandiano. 299
Encomium Michaelis Palæologi, « novi Constantini, » ex Boissonadii Anecdotis, cum interpretatione nostra. 345
Encomium Andronici Palæologi, ex eodem ibidem. 387
Chria, id est oratoriæ amplificationis specimen. 417
*Georgii Cyprii Epistolarum Index.* 421
Epistola ad amicum (*exstat col.* 125).
— ad Andronicum imp. (*col.* 267).
Encomium maris, sive de universa aquæ natura, ex ed. Fed. Morelli. 433
Proverbiorum collectio, ad calcem Apostolii. 445

ATHANASIUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

*Notitia ex Anselmi Bandurii Imperio orientali.* 471
*Ordo Epistolarum Athanasii ex codice Regio.* *ibid.*
Epistolæ. 479

NICEPHORUS BLEMMIDA.

*Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Harles.* 527
*(Cf. not. Editoris Patrologiæ de Nicephori scriptorum quorumdam editione quam Harlesius ignoravit.)*
De processione Spiritus sancti orationes duæ, ex Leonis Allatii Græc. orthod. 533
Sermo ad monachos monasterii ab ipso exstructi, ex Dosithei Τόμῳ ἀγάπης. 585
Epistola encyclica de Marchesina, imp. Joan Ducæ pellice, quam templo ejecerat Blemmida. 605
Oratio de regis officiis. Præmittitur editoris Romani Monitum. 611
Ejusdem orationis textus alter. 657
Epitome logica, Græce an. 1605 Augustæ Vindel., Latine 1607 ibid., a Joanne Wegelino edita. 675
Epitome physica, ex ejusdem editione. 1005
Expositio in Psalmos ex tribus codd. Gr. Paris. 150, 810 et Coislin. 102 nunc primum edita. 1321



Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.



Digitized by Google

ANNO DOMINI MCCLXXX.

# GEORGIUS CYPRIUS

## CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA

## NOTITIA

(Leo Allat. *De Georgiis*, n. LXXIII, apud Fabric. ed. vet. tom. X, p. 805.)

Georgius Cyprius, postea Gregorius vocatus, ex diacono Ecclesiæ Constantinopolitanæ patriarcha, quem modo Georgium, modo Gregorium Gregoras in Historia, et alii nuncupant. Pachymeres lib. VII, de Arsenoitis : Ὁμολόγουν δὲ τέως τὸν Γρηγόριον πατριάρχην. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνῳ, καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. *Fatebantur eatenus Gregorium patriarcham ; id namque erat illi nomen, quod a Georgio, dum monachum induit, sibi sumpserat.* Primum pro Latinis una cum Vecco, Meliteniota, et Metochita sentit, Gregoras de Vecco lib. V : Καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *Et dicendo, et scribendo, et dogmata statuendo : ejus certaminis adjutoribus Meliteniote, et Metochite imperatorii cleri archidiaconis, et insuper Georgio Cyprio.* Res etiam Latinorum tutatum Georgium indicat Pachymeres lib. V : Τότε γοῦν καθεσθέντων, τιμηθέντων δ' ἐπὶ καθέδρᾳ καὶ ὀμφοῖν τούτοιν ὡς συναγωνιζομένοιν τῷ βασιλεῖ τοῦ τε ἀρχιδιακόνου Μελιτηνιώτου, καὶ τοῦ πρωταποστολαρίου Κυπρίου, ὁ ῥήτωρ ὁ Ὀλόβωλος ἵστατο προσδοκῶν τὴν ἀπὸ βασιλέως ἐκχώρησιν. *Cum itaque sedissent, honoratique essent cathedra hi ambo, tanquam qui suffragarentur imperatori archidiaconus Meliteniota, et protapostolarius Cyprius, rhetor Olobolus stans ab imperatore licentiam exspectabat.* Qui lib. VII, cap. 34, refert eumdem apud Italos natum, et adultum sese postmodum inter Græcos conjecisse. Τί παθόντες, ἔλεγεν, Veccus scilicet, ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα συχναῖς περιβάλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε· ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὕπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι; *Quid passi, aiebat, me inter Romanos et ex Romanis natum, adultumque crebris conviciis lacessitis, postmodum fugitis ; virum vero apud Italos natum, adultumque, neque hæc solum, sed qui indumentis ipsis et lingua ad vos irrepsit, collaudantes excipitis ?* Postea Græcis adhærens post Josephi Gazesiotæ obitum, licet Veccus ipse viveret adhuc, et coram synodo causam suam diceret, per vim, ac nequitiam, ipsiusque etiam Georgii invidentiam pulsus, in patriarchale solium intruditur (*a*) : cui justo Dei judicio non solum hostibus, sed amicissimis, quibus potissima quæque in Ecclesia contulerat, invisus, cum injuriam ferre non posset, renuntiat (*b*), et sese in Deiparæ Hodegorum dictæ monasterium confert, et non multo post prope divi Andreæ monasterium moritur. Vir fuit acerrimi ingenii, facundus, eloquens, et pæne dixerim disciplinis omnibus imbutus. Georgius Pachymeres, lib. VII, de Andronico seniore : Ἐκλέγεται μὲν εἰς πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγοις ἐντραφέντα, καὶ σφραγῖδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα, τὸ τοῦ πρωτοαποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων ἐπιφερόμενον σημείωμα· κἀν τούτῳ μὲν δόξας Ἰωσηφίτας μὲν ἐκ τῆς σφραγῖδος ὑποποιούμενος, Ἀρσενιώτας δὲ τῷ μὴ κατὰ τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰωσὴφ ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ συγχωρεῖν γίνεσθαι. *Eligit porro in patriarcham Georgium Cyprium, virum sermonibus innutritum, et ordinatum a patriarcha Josepho, protoapostolarii dignitate in palatio condecoratum : in hoc etiam visus Josephitas ex ordinatione sibi conciliare, Arsenoitas etiam, quod non secundum præscripta a Josepho in Ecclesia usu exsequi permitteret.* Gregoras lib. VI : Καὶ ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπιστήμος τῷ βασιλικῷ συγκατειλεγμένος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου, ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν, καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶτταν ἐκείνην πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβεντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότητι, καὶ φιλοπονίᾳ τελεωτέρᾳ πρὸς φῶς ἤγαγε, καὶ οἱονεί τινα ἐχαρίσατο ἀναβίωσιν. Τοῦτον ἐμελέτησέ τε, καὶ προὐτεθύμητο ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναγαγεῖν θρόνον ὁ βασιλεὺς, ἄρτι καὶ τὸ μοναχικὸν ἀλλαξάμενον σχῆμα· πλὴν οὐχ ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἁπάντων ἐβούλετο τὴν χειροθεσίαν αὐτὸν εἰληχέναι ὁπόσοι τῇ τοῦ δόγματος καινοτομίᾳ κεχοινωνήκεσαν, ἀλλ' ὡς ἀκοινώνητον ἑαυτὸν συνετήρησεν, ὡς κινδυνεύειν

(*a*) A. C. 1283 (*b*) A. 1289.



Digitized by Google

ἐντεῦθεν βραδύνειν τὰ τῆς σπουδῆς. Προεβλήθη μέντοι παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὰς ψήφους, καὶ μαρτυρίας τὰς ὀφειλούσας, καὶ τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως εἰλήφει χειρὸς, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. Καὶ ἦν διενεργῶν, καὶ διοικῶν ἔστιν ἃ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ὅσα οὐχ ἱερωσύνης ἐδεῖτο. *Erat autem tum insigni vir facundia, ex imperatorii cleri collegio, Georgius Cyprius, qui elegantes Græcæ litteraturæ numeros, et Atticam illam linguam longo jam tempore oblivionis gurgite demersam ingenii dexteritate, ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Hunc cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat, et studebat imperator ad patriarchicum solium evehere; a nemine tamen eorum illi manus imponi volebat, qui novum illud dogma amplexi fuissent: ut periculum esset, ne res diutius differretur. Est tamen ab imperatore post debita suffragia, et testimonia designatus; et pastorale pedum in imperatorio suggestu, veteri more ab imperatore porrectum, accepit. Proinde negotiis intentus, patriarchica jura, quæ cum sacerdotio nihil conjunctum habebant, administrabat.* De ejus patriarchatu Pachymerius, lib. VII : *Eligit in patriarcham Georgium e Cypro, hominem in eloquentia enutritum, a Josepho patriarcha ordinatum, et dignitate protapostolarii in regia insignitum. In hoc etiam Josephitas ex ordinatione, ut videbatur, sibi concilians; Arsenoitas vero quod non uti constituerat Josephus, in Ecclesia fieri permitteret.* Et Ephræmius in Chronico :

Πάλιν Ἰωσὴφ ἀπολαμβάνει θρόνον·
Οὗπερ λιπόντος τὸν βίον καὶ τὸν θρόνον,
Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,
Λόγων σοφῶν μαίευμα, μουσῶν ἑστία,
Εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον,
Ὅστις πατρῴος, καὶ πατρικῆς οἰκίας
Φυγὰς ὑπάρξας παῖς ἔτι που τυγχάνων
Παιδεύσεως ἔρωτι καὶ μαθημάτων
Ἦλθων κατοικεῖ πρὸς πόλιν Κωνσταντίνου.
Αὐτὸν δὲ μαθήμασιν ἐνδοὺς καὶ πόνοις
Ἀφῖκτο πρὸς μέγα τι παιδείας βάθος.
Εἶτα καταστὰς γνώριμος στεφηφόρῳ,
Καὶ συνταγεὺς κλήρῳ γε τοῦ παλατίου
Ἀρχιθύτης πέφηνε τῆς Κωνσταντίνου,
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθεὶς, ὡς ἔθος.

*Rursum Josephus thronum recipit, et cum vitam thronumque deposuisset, sapiens quidam vir Gregorius ex Cypro, sermonum sapientum alumnus, et Musarum sacrarium, in thronum patriarchalem evehitur, qui a prima ætate patria paternaque domo extorris, eruditionis ac mathematum amore flagrans, ad Constantini urbem se recipit; ubi, disciplinis et laboribus deditus, in magnum sapientiæ culmen pervenit. Tandem imperatori innotuit, et clero palatii ascriptus, præsul Constantinopolitanus efficitur, cum prius, ut moris est, monasticum habitum induisset.* Hinc mira Georgii Phranzæ, lib. I, cap. 7, oscitantia animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Georgium ponit, sed scribit : *Veccum patriarcham sua sede depulsum monachus quidam Athanasius nomine excepit.* Quod homini rebus sæcularibus intento, nec ecclesiasticis multum dedito, quin infortuniis ac mala valetudine fracto, excidisse nil mirum. Aristotelis Platonisque scriptis addictissimum, neque in illis excolendis oleum aut operam perdidisse, tradit Joannes Veccus, orat. prima ad Constantinum : Πῶς τὸ Ἀριστοτελικόν σε καὶ μεγάλα Πλάτωνι ἐγκαυχώμενον. *At quanam ratione Aristotelicum te, et maxime ob Platonem, jactabundum.* Et : Εἰ μή πού τις Ἀριστοτελικοῖς πειθόμενος δόγμασιν ὁποῖον αὐτόν σε εἶναι λόγοι παριστῶσιν οἱ σοί. *Nisi quis Aristotelicis nisus placitis, qualem te commentationes tuæ demonstrant.* Pachymeres de ejus morte, lib. VIII *Hist.*, cap. 16 : Τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ μὲν πατριαρχεύσας Γρηγόριος νόσῳ πολυημέρῳ κατεργασθεὶς, ὡς δέ τινες ἔλεγον, καὶ διὰ τὴν παρόρασιν ἐκ μικροψυχίας μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ τὸν βίον. Καὶ τὸ μὲν ἐν ψαλμῳδίαις θάπτειν κατὰ τὸ εἰκὸς ἐδίδουν, τὸ δὲ ὡς ἀρχιερέα, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνος ᾤετο τὴν ἱερωσύνην παρακατέχων συχνοὺς ὁ κρατῶν ἀποστέλλων ἀπέλεγε, καὶ τῇ αὐτανεψιᾷ ἐπέσκηπτεν ἐπιτάττων, ἥτις ἦν ἡ Ῥαούλαινα, μή τι τοιοῦτον ἐπιτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γίνεται. *Hæc cum ita se haberent, Gregorius, qui ante patriarcha fuerat, morbo diutino confectus, ut vero nonnulli dicebant, quod contemni se videret, ex pusillanimitate non multo post vitam finit, et justa illi, uti par erat, cum canticis fieri concedebant, at non ut pontifici, quemadmodum ille opinabatur, pontificatum sibi vindicans, sæpius imperator nuntios mittens interdicebat, suæque nepti, quæ erat Raulæna, ne quid contra tentaret, mandans jusserat, quod et factum est.* Et dixerat de eodem supra cap. IX : Καί γε τῷ τῆς Ἀριστηνῆς μονυδρίῳ ἐχόμενά που κειμένῳ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, τοῦ ἐν τῇ Κρίσει μονῆς, ἐκεῖ γὰρ ἡ πρωτοβεστιάρισσα Ῥαούλαινα συνῆγεν ἐξ ἑαυτῆς περιθάλπουσα τὰ μεγάλα, φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν. *Et in Aristenes monasterium non longe a S. Andreæ, quod in Crisi est, monasterio, situm; ibi enim protovestiarissa Raulæna de suo fovens opulentissime exceperat, sese dedens proripuit.* Scripsit pleraque in omni genere scientiarum.

1. Illius edita sunt, Ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, εἴτ' οὖν εἰς τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν. *Encomium in mare, sive in universam aquarum naturam.* Græce a Bonaventura Vulcanio cum libello Aristotelis *De mundo*, Lugduni Batavorum apud Raphelengium, 1591, in 8. Meminit illius in Bibliotheca Robertus Constantinus.

2. Proverbia ab eo in unum collecta, et ordine alphabetico digesta Græce cum Parœmiis Michaelis Apostolii a Petro Pantino Latine versis Lugduni Batavorum apud Elzevirum, 1619, in 4. Ea exstare dicit in bibliotheca Vaticana Gesnerus. Sed fallitur, cum hæret, an eadem sint quæ Aldus cum Græcis Æsopi Fabulis olim impressit. Sunt enim diversa, pauciora, detruncatiora, et fortasse non multi pretii. Robertus Constantinus in *Biblioth.* Cyrum mira oscitantia fecit, *Gregorius Cyrus Parœmias Græcas.*

*Ejus Sententiæ Græcæ seorsim in octavo Coloniæ excusæ anno* 1536. Epitome Gesneriana, quæ item tradit, Gregorii opera Latine versa fuisse a Bonaventura Vulcanio, ni fallit nos. Inedita sunt,

Digitized by Google

Encomium *in Georgium logothetam Acropolitam* habuere Dousæ, ex quo ἀποσπασμάτιον cum Acropolita Georgio ediderunt (*c-d*). Utinam totum edidissent!

*Fabulæ* habentur in bibliotheca Bavarica, cod. 66.

*Epistolæ CCIII* (*e*), partim scriptæ, antequam onus patriarchatus susceperisset, partim postquam illius cura ipsi commissa fuit, in bibliotheca Antonii Augustini cod. 69. Erantque in Lolliana, et Monachii Bavariæ, sed sine titulis. In Ambrosiana leguntur CLXVI.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην. *Encomium in S. Dionysium Areopagitam.* P. Ἡ μὲν πρόθεσις τῷ λόγῳ δίκαια, ἡ δὲ ἐπιχείρησις τολμηρά. Διασκοπεῖται γὰρ Διονυσίου τοῦ πάνυ τὸν ἔπαινον. In bibliotheca Vallicellana D. 23, et Palatina, codice 374.

*Descriptionem et Encomium urbis Constantinopolitanæ.* Eam habuisse in κειμηλίοις suis Bonaventuram Vulcanium refert Theodorus Dousa Notis ad Chronicon Georgii logothetæ.

Cyprii patriarchæ Constantinopolitani oratio *in Georgium martyrem, in Dionysium Areopagitam, in Marinam martyrem, in S. Euthymium episcopum Madytenum, in Andronicum Palæologum imperatorem.* (In Palatina, cod. 372; Freherus in Chronologia, anno 1285.) *Sunt et Theoduli cujusdam, et Cyprii declamationes panegyricæ in hunc Andronicum.* (Seniorem nempe Palæologum, *in bibliotheca Palatina.*) *In Michaelem item imperatorem.* (Robertus Constantinus in *Bibliotheca.*) Gregorii patriarchæ de vita sua, et epistolæ 166 in Ambrosiana, licet paulo supra in eodem Indice legatur : *Gregorii Cyprii Epistolæ selectæ. Aliud item exemplar. Item de vita sua Epistolæ numero* 166. An opus hoc de vita diversum est ab Epistolis, vel Epistolis ipsis vitam suam exprimit? Mihi adhuc incertum est.

*Georgii Cyprii contra Beccum Joannem Tomus sanctæ synodi, sive Columna orthodoxiæ. De mensuris. De fide. De prædicamentis. Hanc inscriptionem legi in Græco Catalogo bibliothecæ Vaticanæ ; nec satis scio, an omnia ad eumdem auctorem referenda sint.* (Gesnerus.) Possevinus ex eodem refert scripsisse adversus Veccum Joannem librum, qui inscribitur sanctæ synodi, sive *Tomus*, sive *Columna orthodoxiæ*. De mensuris. De fide. De prædicamentis. *Et hic quidem Latinus versus fuit, sed ejus Sententiæ Græcæ excusæ fuerunt Coloniæ anno* 1536. Ut verum fatear, male me ex Possevini verbis extrico. Quid nos vero de hujus auctoris scripto adnotabamus? Multa in controversiis theologicis, non cum Vecco solo, sed aliis etiam, a quibus hæreseos insimulatus est ad satietatem conscripsit. Gregoras, Ἔδοξε γάρ αὐτῷ μὴ ἀρκοῦσαν εἶναι τιμωρίαν κατὰ τοῦ Βέκκου τὴν ὑπερόριον δίαιταν, καὶ ἀπαγωγὴν τῶν φίλων, καὶ συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ λόγοις, καὶ γραφαῖς, καὶ τοῖς δόγμασι, καὶ ἀντιπάλοις προβλήμασί τε καὶ δόγμασιν ἀντισυλλογιζόμενος · ἐν ὅσῳ γε μὴν ἐκείνῳ καὶ τοῦ ἐκείνου μαχόμενος οὗτος ἦν ἐλάνθανε τιτρωσκόμενος ὑπ' ἄλλων αὐτός. Κἂν τούτοις καὶ αὐτὸς ἁλισκόμενος, οἷς ἄλλων ἐπελαμβάνετο · καθάπερ εἴ τις τοξεύων ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον, ἐλάνθανε καιριώτερον αὐτὸς τοξευόμενος παρὰ πλευρὰν ἐκ τῶν ὁμοφύλων. Ἐπελάβοντο γὰρ αὐτοῦ ὡς βλασφημοῦντος τινὲς τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν τοῦ κλήρου, καὶ παρῄνουν ἕς τινας μετατιθέντα τῶν λέξεων ἀκίνδυνον εἶναι καὶ λοιδορίας ἐκτός. Οὐ μὴν ἔδοξε τὰ τῆς παραινέσεως τούτῳ τυγχάνειν ὑγιᾶ καὶ ἀνύποπτα, ἀλλ' ὑποκαθήμενον ἔχειν, καὶ ὑφέρποντα φθόνον. Ταύτῃ τοι καὶ ἐνίστατο, καὶ παρωξύνετο πρὸς ἀντιλογίας καὶ ἀποδείξεων ἀποδείξεις, καὶ λόγοις λόγους συνείρων ἐπὶ πολὺ διετέλει ἀποφράττοντάς τε τὰ τῶν ἐγκαλούντων, ὡς ἐδόκει, στόματα, καὶ ὑπερείδοντας, ὡς ἐνῆν αὐτὸν, καὶ τὸ στερρὸν τοῖς αὐτοῦ περιποιουμένους λόγοις. *Becco enim non satis supplicii esse ratus, quod exterris ab amicis, et cognatis avulsus esset, verbis etiam et scriptis eminus illum feriebat, et ejus scripta et decreta refellebat, et contraria problemata et dogmata colligebat. Dum vero illum et sectatores illius oppugnat, imprudens et ipse ab aliis vulneratus est : et in iis captus, quibus alios captabat; non aliter quam si quis tela in hostes conjiciens, ipse a suis ex obliquo graviorem plagam acciperet. Quidam enim e pontificibus et sacerdotibus eum reprehenderunt ut blasphemantem, ac monuerunt ut, vocabulis nonnullis mutatis, periculum et convicium mutaret. Ea admonitio non sincera illi visa est, sed ab occulta invidia proficisci. Proinde rem urgebat, et ad contradicendum acuebatur, et probationes probationibus ac disputationes disputationibus cumulabat, quibus et accusatorum ora, ut putabat, obturaret, et suam sententiam pro virili tueretur.* Non tantum ergo hostium, sed amicorum etiam objectionibus vexatus Gregorius synodum Constantinopolim coegit, qua se a falsis criminationibus expurgaret, et aliorum erroribus detectis vera, quam ipse profitebatur, fidei ac dogmatum norma reliquis traderetur, quod non nisi scripto fieri posse ratus, *Tomum synodicum* exposuit. Quem ob res in eo fidei traditas sinceras, nulloque contaminatas mendacio, ut ipse existimabat, sed confidenter nimis et proterve, multis licet erroribus implicatum, infectumque blasphemiis, *Columnam orthodoxiæ* æque ac Leonis summi pontificis Epistolam, Patres Chalcedonenses, at quam dispari conatu! et cum potissimum in Veccum ipsum inveheretur, *Tomum contra Veccum synodicum* nuncupavit. Et hoc est opus tantopere a Gesnero et Possevino conturbatum, non diversum a Tomo plena synodo promulgatum contra Veccum, cujus mentio fit in Epitome Gesneriana.

Et alia quoque contra Veccum scripsisse indicio sunt ipsius sermones contra eumdem. *Gregorii Cyprii*

(*c-d*) Lugd. Batav. 1613, 8.

(*e*) In bibl. Cæsarea exstant Epistolæ CXCI, ex quibus centesima decima quinta et quæ eam sequuntur ἐκδοθεῖσαι ἐν τῷ πατριαρχείῳ, hoc est, scriptæ a Cyprio cum jam esset patriarcha ; priores CXIV, ante susceptum patriarchatum. Vide Lambecium VIII, p. 516 sqq. In bibliotheca Leidensi habentur Epistolæ ejusdem prope trecentæ. Vide Diarium Belgicum *Maendelyke Uittreksels*, a. 1718 mense Septembri.

Digitized by Google

*sermones contra blasphemias Vecci in 4° manuscrip. biblioth. imperatoris Viennæ.* Epitome Gesneriana. Quidquid autem adversus Veccum Georgius scripto commendaverat, non minori animi æstu, imo mascula eloquentia redarguens ipse Veccus passim refellere conatus est, et potissimum quatuor ad Constantinum libris, quorum illud est principium : Φθάνω μὲν τάλας, καὶ οἷον διορισάμενος ἐμαυτῷ τὴν κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων τῇ ἀληθείᾳ. De Tomo Georgii Cyprii, et ut contra eum scripserit Veccus, plura Pachymerius, lib. VIII, cap. 1. Et hac eadem occasione Cyprium plura in Latinos et catholicam veritatem evomuisse, testis est inter alios Georgius Scholarius, qui ex schismate fuit, in Proœmio de processione Spiritus sancti contra Latinos. Cum enim de iis scriptoribus ageret, qui contra Latinos calamum acuerant, post judicium de antiquioribus probatum subdit : Τῶν δὲ ὑστέρων ἁπάντων βέλτιον μὲν καὶ ἱκανώτερον, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὕλης ταύτης συμμέτρως, μάλιστα μὲν ὅ τε θεσπέσιος Νεῖλος, καὶ ὁ ἱερὸς Θεοφάνης, μετ' αὐτοὺς δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων οἱ ὁμώνυμοί τε καὶ ἀκριβεῖς ὁπαδοὶ συνεγράψαντο. *Posteriorum vero omnium melius quidem, et magis sufficienter, et pro materiæ hujusce dignitate satis congruenter divinus Nilus, et sacer Theophanes : post eos sacri Gregorii cognomines, et fidissimi socii conscripserunt.* Alter fuit Palamas Gregorius, qui plurima in Latinos oblatravit : alter Gregorius hic Cyprius patriarcha Constantinopolitanus, qui eamdem spartam ad extremum usque spiritum coluere. Joannes item Veccus, orat. 3, ad Constantin.: Οἶδας ὡς τινες μὲν τούτων ὑπ' ἀρχηγῷ Κυπρίῳ ταττόμενοι πρὸς τοῖς ἄλλοις κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς φασι δόγματος, καὶ εἰς ὁμωνυμίαν διαβάλλουσι ἐκπόρευσιν. *Nosti nonnullos ex his qui ducem Cyprium sequuntur inter alia, quæ adversus pium dogma oblatrant, processionem tanquam æquivocam, condemnare.*

Scoriaci in biblioth. Regia legitur Γρηγορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου Ἀπολογία εἰς τὴν Ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii Apologia in Epistolam Marci Ephesii*, VI, num. 14, non sine, ut puto, exscriptoris mendo. Qui enim potuit respondere Cyprius sub Andronico seniore Marco Ephesio antistiti sub Joanne Palæologo, antiquior centum triginta ad minus annos juniori? Quare delendum est illud Cyprii, τοῦ Κυπρίου, et substituendum Πρωτοσυγγέλλου Protosyncelli (*f*); is enim in Marcum Ephesium scripsit, et calumniis illius in Romanam Ecclesiam respondit, ut ex edito jam opere post concilium Florentinum apparet.

Servatur penes me Βίος καὶ πολιτεία, καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου. *Vita, et res gestæ, et peculiaris miraculorum narratio sancti et Deum ferentis Patris nostri Lazari, qui in Galesio monte vitam asceticam excoluit, descripta a sanctissimo patriarcha domino Gregorio.* Qui non alius erit, quam Cyprius. Namque post Romani Argyrophyli imperium sub quo florebat Lazarus ad direptam usque urbem, præter Gregorium Protosyncellum, ad quem referri minime potest, nullus alius Gregorius patriarchatum administravit. Baronius, *Annalium* anno 960, non alienus ab hac sententia, auctorem Vitæ Georgium vocavit : *Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus monachus in Galesio monte juxta Ephesum, cujus vitam scripsit Georgius patriarcha.* Scriptio est satis elegans, et accurata, et rara.

(*f*) Gregorius Protosyncellus, patriarcha CPol. ab ann. 1445 ad 1453, de cujus scriptis adeundus Petrus Arcudius in *Concordia utriusque Ecclesiæ* circa doctrinam de sacramentis, lib. II, c. 15, p. 112 seq., ubi etiam docet quinque capita in defensionem concilii Florentini ab eo scripta, diversa utique esse a totidem capitibus quæ Gennadio abjudicare voluit Caryophyllus.

Digitized by Google

# GEORGII

SEU

# GREGORII CYPRII

## PATRIARCHÆ CP.

# VITA

*QUÆ EX CODICE LUGDUNO-BATAVENSI NUNC PRIMUM GRÆCE IN LUCEM PRODIT CUM LATINA INTERPRETATIONE ET NOTIS;*

ACCEDUNT

DISSERTATIONES DUÆ HISTORICÆ ET DOGMATICÆ, CUM EPISTOLA EJUSDEM CYPRII AD AMICUM, ET MOSCHAMPERIS, EXCHARTOPHYLACIS, AD IPSUM, QUEIS BYZANTINA GEORGII PACHYMERIS HISTORIA ILLUSTRATUR;

AUCTORE

**FR. JO. FRANC. BERN. M. DE RUBEIS,**

ORDINIS PRÆDICATORUM.

(Venetiis, MDCCLIII, typis Jo. Bapt. Pasquali, superiorum permissu ac privilegio.)

## AD LECTOREM.

Operis elucubrandi, qualecunque prodit in lucem, datam occasionem propositumque consilium paucis accipe, Lector benevole. Cum typis Venetis Byzantinæ Historiæ volumina anno 1729 recudi cœpta fuerint, nova hæc editio pretium aliquod ut haberet, nihil ab eo qui curam ejus assumpserat, prætermissum diligentiæ fuit, quo accederent cum emolumento opera, vel opuscula, si qua ad idem argumentum spectantia nondum edita forent. Ad amicos litteratosque viros intra et extra Italiam datæ litteræ sunt, queis urgebantur ipsi, ut suas pro humanitate veluti symbolas conferrent ad novæ editionis amplificationem. Lugduno-Batavorum epistolæ plurimæ et opuscula argumenti varii, quæ Georgius, seu Gregorius Cyprius, litterarum nomine clarus, ac patriarchæ Constantinopolitani dignitate conspicuus, tertiodecimo æræ Christianæ sæculo scripserat, transmissa fuere, voluminibus manu exaratis comprehensa duobus, quorum alterum Græcum textum complectitur, Latinam versionem alterum ab anonymo quodam ejus loci concinnatam. Editioni Venetæ ita consulentem amicum, præ oculis habuisse putaverim Petri Lambecii, viri celeberrimi, adnotationem ad similem Cæsareo-Vindobonensem codicem, libro VIII Bibliothecæ recensitum: *Dignissimæ profecto sunt*, inquientis, *omnes illæ epistolæ* (Gregorii Cyprii), *ut tanquam eximium Corporis Historiæ Byzantinæ supplementum, Græce et Latine, in lucem proferantur, et quidem potissimum ob Georgii Pachymeris Historiam imperii Andronici Palæologi senioris, quippe quæ harum beneficio epistolarum* (imo etiam opusculorum), *innumeris fere locis illustrari potest.* Hæc eadem est Danielis Nesselii animadversio in Catalogo parte V, num. CI. Manus ultima demum editioni Venetæ imposita fuit, quin Cyprii sive epistolæ, sive opuscula pro votis locum in ipsa habuerint, eam fortasse ob causam, quam mox aperiemus. Contigit post annos, ut quod Lugduno-Batavensis codicis transmissum fuerat apographum, neglectumque jacebat, singulari mihi dono daretur: statimque mihi mens insederat, ut patriarchæ Constantinopolitani lucubrationes, quas docti viri expetebant, aut omnes, aut majorem partem, publicam prodirent in lucem. Quominus vero compos votorum fierem, Latina versio, quæ transmissa fuerat, inhibuit, utpote quæ rudis admodum reperta sit, minusque consona textui Græco, imo certe repugnans: quæ fortasse causa fuerit, ne in editione Veneta Historiæ Byzantinæ locum obtinerent memoratæ Cyprii elucubrationes. Præcipua spe deceptus, haud operæ dispendium fore nihilominus existimaverim, si leve saltem istius codicis exhibeam specti-

Digitized by Google

men aliquod : epistolis nempe omnibus et opusculis, quæ in eo continentur, singillatim indicatis : ac binis etiam epistolis unoque opusculo nunc primum cum nova Latina interpretatione in lucem emissis. Illud inter opuscula selectum est, quod ab ipso Cyprio *De rebus suis* inscriptum, primum locum tenet, tum quia in Cæsareo-Vindobonensi codice mutilum exstat : tum etiam quod viri illustris, varioque fato celebris, diligentissime cum patria natales refert, genus, indolem ; prima studia, ac itinera ad eximiam litterarum peritiam assequendam suscepta ; ecclesiastica munia, principemque in urbe regia sacram dignitatem ; partesque diversas ejus, itemque adversas in ea, quæ tunc utriusque Ecclesiæ inita concordia fuit : atque demum potissimum, quod inde mihi daretur ansa, ut Pachymerianam Michaelis Palæologi, et Andronici filii Imperatorum historiam haud modico, ut putabam, emolumento illustrarem. Eam intelligo Historiæ a Pachymere scriptæ partem, quæ negotia Ecclesiarum spectat : sive quæ sub Michaele Palæologo acta sunt in dogmatis discussione de processione Spiritus sancti a Patre, et a Filio, vel per Filium, ac inita utriusque Ecclesiæ in œcumenica synodo Lugdunensi unione, eademque postea rupta ac eversa sub Andronico successore : sive quæ pertinent ad patriarcharum successionem, qui pro vario partium studio promovebantur in Ecclesiæ thronum, ac throno detrudebantur. Hunc vero *Dissertationes duæ, historicæ, et dogmaticæ*, quæ præcipuam operis partem conficiunt, elucubratæ sunt, ac binis etiam locupletatæ epistolis Græce simulque Latine nunc primum editis. Gravissima pro catholico dogmate momenta a Pachymere, schismatico licet viro, indicata, ac æstu schismatico aliquando despecta, validissime vindicantur : chronicæque difficultates plures, ad patriarcharum regiæ urbis quod attinet successionem, in ejus occurrentes Historia, nec adeo feliciter a doctissimo interprete Petro Possino, aliisque post ipsum peritissimis viris expeditæ, novum revocantur ad examen, ac sane felicius (absit verbo invidia !) fortasse expediuntur. Hæc igitur mihi data elucubrandi opusculi occasio, Lector benevole, hoc etiam propositum mihi in eo conficiendo consilium. Labores conatusque meos, tametsi exiles, pro tua excipias humanitate : si quidve ipsi attulerint emolumenti, pro tua æquitate tuearis.

---

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

# ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ

## ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ ΜΕΡΙΚΗΣ ΛΟΓΟΣ

ΤΑ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ ΠΕΡΙΕΧΩΝ

SAPIENTISSIMI AC DISERTISSIMI PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLEOS

# GREGORII [1] CYPRII

## PARTICULARIS HISTORIÆ SERMO

RES SUAS CONTINENS (2).

1 Cyprus insula ei patria fuit, qui librum hunc concinnavit (3). Patres autem et avi (4) omnesque progenitores primas habuerunt in divitiis, et in patria, quousque Græcis non obtigit ibi servire Barbaris Latinis (5). Postquam vero servitutem subierunt, communis calamitatis et ipsi participes effecti sunt, mediocriter possidentes, et honorati, eaque habentes quæ nec pauperibus, et plebeis, et vilibus connumerabant ipsos, nec inter potentes ac ditissimos constituebant.

A Πατρὶς μὲν τῷ συντεταχότι τὴν βίβλον Κύπρος ἡ νῆσος· πατέρες δὲ καὶ πατέρων πατέρες, καὶ ὅλως ἡ ἄνω τοῦ γένους σειρά, οἱ πλούτου τε τὰ πρῶτα καὶ τῆς πατρίδος ἔχοντες, ἕως οὔπω Βαρβάροις ἔλαχεν Ἰταλοῖς τὸ ἐκεῖσε δουλεύειν Ἑλληνικόν. Ἐπεὶ δ' ἐδούλευσαν, καὶ τῆς κοινῆς συμφορᾶς καὶ αὐτοί γε μετέσχον, μέτρια καὶ ἔχοντες, καὶ τιμώμενοι, καὶ ὅσα μήτ' εἰς πένητας αὐτοὺς, καὶ τοὺς πολλοὺς καὶ ἀδόξους ἐνέγραφε, μήτ' εἰς τοὺς ἀδρούς καὶ βαθυπλούτους συνέταττε.

Digitized by Google

Γεννᾶται τοίνυν ἐν τῇ νήσῳ, καὶ τρέφεται παρὰ τοῖς γονεῦσιν, ἕως αὐτὸν ἔδει φοιτᾷν εἰς γραμματιστῶν. Ὡς δὲ τῆς τούτων ἐπιστήμης παρῆλθε τὴν χρείαν, παρῆλθε δὲ ἐννέα πάνυ τῇ ἡλικίᾳ, δ-κῶν εὖ πεφυκέναι τὴν ψυχὴν πρὸς μαθήματα, καὶ ἀδικοῖτ' (ἀδικοῖσθ') ἂν μὴ τούτοις ἐμβιβαζόμενος, εἰς τὴν Καλλινικισέων πλεῶνος παιδεύσεως ἕνεκεν πέμπεται, δοκοῦσάν τε ὡς τὴν πόλιν ἐκείνην ἀνδρῶν εὐτυχεῖν πολὺ πλέον εἰδότων παρὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς παιδευτάς, κἂν εὐτύχει ταῖς ἀληθείαις ἑνὸς οὐδενός. Καὶ γὰρ, ὡς ἦν ἀκούειν τῶν πρεσβυτέρων ἐξηγουμένων, ἑξηκοστὸν ἔτος εἰς αὐτοὺς εἶναι, ἐξ οὗπερ εἰς ἑτερογλώσσους τὰ τῆς νήσου κράτη μετέτεσε (μετετέθη), καὶ παρ' ὅλον τοῦτον τὸν χρόνον μηδένα φανῆναι ἄλλο τι παρὰ τὰ συνήθη ταῦτα καὶ ταπεινὰ τῶν γραμμάτων ἀσκήσαντα· τὰ πρὸ τούτου δὲ εἴ ἄρα τις γέγονε τῶν λεγομένων σοφῶν, ἄδηλον αὐτοῖς εἶναι, καὶ λέγειν μὴ δύνασθαι. Ὅθεν καὶ ὡς οὐκ ἦν οὐδ' ἐνταῦθα ἄξιόν τι τῆς φύσεως ἐκμελετᾷν, δεύτερος, ὅ φασι, πλοῦς καὶ εἰς παιδευτήρια Ῥωμαίων φοιτᾷ, γραμματικῆς ἐν τούτοις τῆς κατὰ τὴν πάτριον Λατίνων παραδιδομένης φωνήν. Τούτοις μὲν οὖν ἐνδιέτριψε χρόνον οὐχὶ συχνόν, καὶ σκιᾶς γε ἔδοξε γραμματικῆς, ἀλλ' οὐκ αὐτῆς γε τῆς τέχνης ἀπόνασθαι. Αἴτιον δὲ ἥ τε τοῦ χρόνου βραχύτης, καὶ ἡ τῶν διδασκάλων φωνὴ ἀλλόθρους τις οὖσα καὶ νόθος, καὶ τῷ νέῳ σὺν πολλῷ καὶ μεγάλῳ καταλαμβανομένη τῷ μόχθῳ, ἧς ἄνευ οὐδ' ἦν τῆς τέχνης ἀποπειράσασθαι. Ὥστε καὶ συνέβαινε, διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ τὸν πόνον ὑφίστασθαι, τοῦτο μὲν τὰς φωνὰς ὅ τι δὴ καὶ σημαίνοιεν ζητοῦντι μαθεῖν, τοῦτο δὲ καὶ τὰς τῆς ὑποκειμένης τέχνης περινοίας καταλαβεῖν. Ὑπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας οὐδὲ τῆς λογικῆς Ἀριστοτέλους ἐνταῦθα διδασκομένης ἄξιόν τι λόγου παρείληφε, πλὴν ὅσον τὰ εἰς εἰσαγωγὴν τοῦ μαθήματος εἰδέναι, καὶ ταῦτά πως ἀμυδρῶς. Δυσχέρεια γὰρ ἐμβαθύνειν τοῖς λεγομένοις τοὺς καὶ τῶν φωνῶν αὐτῶν ὡς ἐλάχιστα ἐπαΐοντας. Ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν οὐ κατ' ἐπιθυμίαν προβαίνοντα ἑώρα, αὐθάδους λαχὼν φύσεως, καὶ πονεῖν οὐκ ἀνεχομένης, ἦ γὰρ ἔδει τὸ πᾶν ἔχειν κατειληφυῖαν (f. καταληφθὲν), ἢ καθάπαξ ὀλιγωρεῖν τοῦ σπουδάσματος, προσταλαιπωρεῖν ἥκιστα βουλομένην (βουλόμενος), ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἄγων ἐκ γενέσεως, ἔτος πεντεκαιδέκατον ἀναστρέφει.

Καὶ τοῦ λοιποῦ κυνηγεσίων μὲν αὐτῷ, καὶ τοιούτων τινῶν ἔμελε διατριβῶν· λόγων δὲ ἐπεθύμει μὲν, ἐπεστρέφετο δὲ ὡς ἥκιστα τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς τῇ Ἑλλήνων παραλαμβάνειν φωνῇ, δι' ἧς ἂν αὐτῷ καὶ ῥᾷστη ἡ ἐκείνων ἐγένετο ἄσκησις. Καὶ τοίνυν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ταύτης ἡρεμεῖν οὐκ ἐπιτρεπόμενος, ὀχληρὸς ὁμοῦ καὶ λυπηρὸς τοῖς γονεῦσι καθίστατο, ἐφοδιάζειν ἐκ τῶν ἐνόντων, καὶ τῆς πατρίδος ἐκπέμπειν ζητῶν, καί γε παραπέμπειν ἐς τὰς ἐν Νικαίᾳ διατριβάς, ὅπου καὶ λόγος ἐκράτει, γενομένῳ τινὶ αὐτὰς ἐξεῖναι δοκεῖν τά γ' ἐς σοφῶν ἀνδρῶν ἀφθονίαν τὰς παλαιὰς Ἀθήνας ὁρᾷν. Οἱ δὲ φύσεώς τε καὶ ἰσχυροτέρας ἀνάγκης δεσμοῖς ἐχόμενοι τοῦ παιδὸς, οὐκ ἂν ὅ τι γένοιτο μεθήσειν ἔφασκον· καὶ

In hac igitur insula natus est, et apud parentes educatus, donec ipsum ire oportuit ad grammaticæ, seu primarum litterarum institutores. Cum vero ipsorum disciplina opus non amplius habuit, ætatis suæ novem omnino excesserat annos (6). Cumque ingenio videretur ad disciplinas idoneo natus, et injuria affici, si iis non applicaretur, in Callinicensium urbem mittitur (7), majoris institutionis **2** causa : quæ viris florere existimabatur doctioribus iis, qui primum fuere præceptores ; tametsi revera floreret nemine uno. Erat etiam seniores audire narrantes, sexagesimum ad eos usque fluxisse annum, ex quo insulæ dominatio in alterius linguæ homines translata fuerat (8) : ac per totum istud tempus apparuisse neminem, qui præter consueta ac humilia litterarum rudimenta quidpiam doceret : num vero antea aliquis eorum exstiterit, qui dicuntur sapientes, ignotum eis esse, neque dicere posse. Qua de causa cum etiam ibi ingenio dignum suppeteret nihil, in quo se exerceret, secunda, ut aiunt, navigatione, Romanorum scholas adit, ubi grammatica tradebatur patria Latinorum lingua (9). In his tempus insumpsit non multum : et umbra grammaticæ videbatur, non ipsa arte potiri. Causa erat temporis brevitas, et vox magistrorum extera, et spuria (10), et a juvene non sine multo et magno intellecta labore, sine qua neque possibile erat artis assecutionem tentare. Hinc eveniebat, ut duplicem pro simplici subire laborem deberet : una ex parte voces addiscere quærens, et quid ipsæ significarent : et ex altera, subjectæ vocibus artis sensus penetrare. Hanc ob causam neque logicæ Aristotelicæ, quæ ibi docebatur, aliquid memoratu dignum percepit præter ea quæ ad ipsius artis isagogen pertinent ; et hæc quidem subobscure. Difficile enim est, ut profunde **3** dictorum sensus assequantur, qui voces ipsas non intelligunt. Sed cum non ex voto se proficere videret, et indolem morosiorem sortitus esset, ac laboris impatientem (oportebat enim vel omne comprehendere, vel studium penitus negligere), nolens amplius adeo fatigari, et miserum esse, ad patrios lares reversus est, quindecim natus annos (11).

Exinde rei venaticæ operam dabat, similibusque exercitationibus. Liberalium quidem disciplinarum desiderio tenebatur (12) : sed ut minimum curam de iis faciebat, quod eas Græcorum lingua percipere non posset, per quam facillimum ipsi fuisset sese in eisdem exercere. At hujusmodi ex desiderio cum quiescere non permitteretur (13), turbulentus simulque molestus parentibus evasit, quærens ex ipsorum bonis commeatum ad iter agendum, et emitti e patria, et Nicæam mitti ad scholas (14), ubi fama clamabat posse videri ei qui ibi diversabatur, ob sapientum virorum abundantiam, veteres videre Athenas. Puero adhærentes illi, naturæ et fortioris necessitatis vinculis, se di-

Digitized by Google

cebant, quidquid evenire posset, non dimissuros; et potius paratos esse, vitam auferre volenti permittere, quam sponte sustinere, ut tali in ætate in peregrinas terras filius mitteretur. Dissensio itaque utrinque erat : et in ea duorum annorum tempus (15) insumptum est, donec perspiciens adolescens, parentes semper victuros, si aperte 4 cum ipsis loqueretur, deponere se sententiam simulat, quietam vitam agere, et quemadmodum qui domini erant et parentes, jussa darent, obsequi illis. Ita simulans, ac brevi aliquo tempore fictioni acquiescens, ut opinionem de permansione sua confirmaret, ignorantibus domesticis et cognatis, discedens e patria, et navim conscendens, et in navigatione secundo vento usus, tertia die Ptolemaidem, quæ est in Palæstina, deducitur. Inde Anæam Asiæ altera navigatione difficili, ac valde periculosa, indeque Ephesum venit (16). Hic cum audiret, in vicinia Blemmydam habitare (17), virum, ut dicebatur, non solum inter Græcos nostri temporis, verum etiam inter omnes sapientissimum, vehementi desiderio ferebatur ad eum proficiscendi, ut ipsum videret. Ejus tamen desiderio obstabant viri Ephesii, dicentes, ut etiam verum erat, quod non solum philosophus ille videre ipsum juvenem, et peregrinum, et pauperem dedignaretur : sed is etiam, qui cum ipso sapientum chorus erat, ipsum appropinquare monasterio non permitteret. His addebant, perinde in ipsum [Blemmydam] dicentes, virum esse difficilem, rigidum, et elatum, et simplicitatem minime curantem : locum etiam inaccessum, ac discipulos ipsos præbere se difficiles ad eos adeuntibus, utpote qui istud ante aliud omne a præceptore documentum accepissent sapientissimo. Sic ab initio statim desiderio suo excidit, et videbatur hoc non bonum in futurum 5 augurium. Postquam spe frustatus est, abiens Epheso (18), per totos sex menses, eosque fere hybernos, cum magnis miseriis, aliisque rerum necessariarum penuriis, Nicæam in Bithynorum metropolim venit. Insumpsit vero adeo multum interea tempus, non quod longissimum iter esset, nec tantum, ut conficeretur, temporis exigeret : sed quia prius in castra regis perveniens, et aliquos ibi potentium adiens, victum sibi, qui per totum disciplinæ tempus ad vitam sufficeret, pararet; eoque non invento, dictum tempus contrivit. Hellespontum simul cum exercitu transvectus, per Thraciam castra per otium sequitur, et Byzantium advenit : ubi tunc rex festinabat obsidere urbem, et oppugnare, ac etiam devastare quidem, si posset. At illi vero placuit Nicæam secedere, cum in eam, quæ ibi esset, intentum haberet animum, eruditionis miram præstantiam, amabilemque fontem; in quam etiam ex Cypro pergere anhelaverat. Sed hoc quam aliter accidit (19)! Etenim præter grammaticam, et poesim, et superficiarias istas, reperit loci illius sapientes, qui nihil docere aliud scirent. Qualis enim gloria, disserentes audire quidem de rhetoA πρότερον ἑτοίμως ἔχειν ἐνδιδόναι τῷ βουλομένῳ τὴν ζωὴν ἀφαιρεῖν, πρὶν ἑκόντας ἐν τοσούτῳ τῆς ἡλικίας εἰς ξένην στέλλεσθαι τὸν υἱὸν συγχωρεῖν. Στάσις οὖν ἑκατέρωθεν ἦν. Καὶ τῇ στάσει δυοῖν ἐτέοιν χρόνος ἐτρίβετο, ἕως συνιδὼν ὁ νεανίας, ὅτι νικᾷεν ἂν οἱ τεκόντες ἀεὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ τῶν λόγων πρὸς αὐτοὺς γινομένων, σκήπτεται μεθεῖναι τὴν γνώμην, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν, καὶ καθ' ὅ τι ἂν ἐκεῖνοι κύριοι καὶ γονεῖς ὄντες κελεύσιεν, ἕπεσθαι. Οὕτω σκηψάμενος, καί τινα χρόνον τῷ πλάσματι ἐφησυχάσας βραχὺν, ἵνα οὕτω τὴν τοῦ μένειν βεβαιώσηται γνώμην, λαθὼν πᾶσαν πάντων αἴσθησιν οἰκείων τε καὶ συγγενῶν, ἀπαναστὰς τῆς πατρίδος, νηός τ' ἐπιβὰς, καὶ ἐπιφόρῳ παρὰ τὸν πλοῦν χρησάμενος πνεύματι, τριταῖος ἐς Πτολεμαΐδα τὴν ἐν Παλαιστίνῃ κατάγεB ται. Κ' ἐντεῦθεν εἰς Ἄναιαν τῆς Ἀσίας δευτέρῳ πλῷ χαλεπῷ τούτῳ καὶ λίαν ἐπικινδύνῳ, κἀκεῖθεν εἰς Ἔφεσον ἧκει. Ἔνθα καὶ ὡς ἐν γειτόνων οἰκῶν εἴη ὁ Βλεμμύδης πυθόμενος ἀνὴρ, ὡς ἐλέγετο, οὐ μόνον Ἑλλήνων τῶν ἐφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνδρῶν σοφώτατος, πολὺς γίνεται πρὸς αὐτὸν κατὰ θέαν πορεύεσθαι τὴν αὐτοῦ. Ἐπέσχον δὲ ὅμως ἄνδρες Ἐφέσιοι τῆς ὁρμῆς, εἰρηκότες, ὅπερ καὶ ἦν ἀληθὲς, ὡς οὐ μόνον αὐτὸν ἀπαξιώσοι ἰδεῖν ὁ φιλόσοφος νέον ὄντα, καὶ ξένον, καὶ πένητα, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ αὐτὸν χορὸς τῶν σοφῶν μοναστηρίῳ προσπελάσαι οὐκ ἂν συγχωρήσαιεν. Τοῖς γὰρ κατ' αὐτὸν ἐπίσης, ὅτι ἀνὴρ ἀπρόσιτος ἔφασαν, ἀκλινὴς ὤν, καὶ μετέωρος, καὶ ἥκιστα εὐτελείας ἐπιστρεφόμενος· ὅ τε χῶρος ἀνεπίβατος, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοὶ ὡς C λίαν δυσέντευκτοι, ἀντ' ἄλλου παντὸς μαθήματος τοῦτο πρὸς τοῦ καθηγεμόνος παρειληφότες τοῦ μὲν σοφωτάτου. Ἐκ προοιμίων εὐθὺς οὕτως ἀποτυγχάνει, καὶ ἐδόκει τοῦτό γε οὐκ ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἔξῆς οἰωνός. Ἀλλ' ὡς ἀπέτυχεν, ἄρας ἐκ τῆς Ἐφέσου, ὅλων μηνῶν ἕξ, καὶ τούτων σχεδὸν χειμερίων, ὁμοῦ μεγάλαις ταλαιπωρίαις, ἄλλαις τε καὶ ταῖς τῶν ἀναγκαίων στερήσεσιν, εἰς τὴν τῶν Βιθυνῶν μητρόπολιν Νίκαιαν ἔρχεται. Ἐποίει δὲ πολὺν τὸν μεταξὺ τοῦτον χρόνον οὐ τὸ τῆς ὁδοῦ μήκιστον ὄν, καὶ τοσούτου βαδίζειν δεόμενον, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἐς τὸ βασιλέως ἀφιγμένος στρατόπεδον, ἐφ' ᾧ τισι τῶν δυνατῶν προσιών, τροφὰς ἑαυτῷ τὰς παρ' ὅλον τὸν τῆς μαθήσεως χρόνον τὴν ζωὴν ἱκανὰς συνέχειν πορίσεται· καὶ ταύτας παρὰ μηδενὸς εὑρηκὼς, τὸν D εἰρημένον χρόνον κατέτριψε. Τὸν θ' Ἑλλήσποντον ἅμα τῷ στρατῷ διαβαίνων, διὰ Θρᾴκης σχολαίως συμπορευόμενος, καὶ ἐς Βυζάντιον ἦκον, ὅπου τότε καὶ βασιλεὺς ἔσπευδε, περικαθιζόμενος αὐτὸ, καὶ πολιορκήσων, ἔτι γε μὴν καὶ ἐκπορθήσων, ἂν ἄρα δυνήσεται. Πλὴν ἔδοξε τὴν Νίκαιαν ἀναχορεῖσαι, καταλαβὼν ὡς αὐτῇ γ' ἐπιστὰς τῇ τῶν λόγων θαυμασίᾳ καὶ πολυεράστῳ πηγῇ, ἐφ' ἣν καὶ Κυπρίδην ἠπείγετο. Τὸ δὲ ὡς ἑτέρως συνέπιπτε. Καὶ γὰρ πλὴν γραμματικῆς τε καὶ ποιητικῆς, ἐπιπολαίων καὶ τούτων, εὗρεν αὐτοὺς ἐκεῖσε σοφοὺς ἕτερον διδάσκειν εἰδότας οὐδέν. Φάσκειν δὲ ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα μαθήματα διαφερόντως μετιέναι καὶ εἰδέναι ἀνθρώπῳ προσήκει, κλέος οἷον

Digitized by Google

ἀκούειν· γινώσκειν μέντοι αὐτοὺς ὅ τι ποτέ εἰσιν, εἰ ἄρα καὶ εἰσὶν, οὐδαμῶς. Ὥστε καὶ δυσθυμίαι διὰ ταῦτα εἶχον αὐτὸν καὶ μετάμελοι. Εἶχον δὲ καὶ μάλα δικαίως· εἰ πατρίδα μὲν κατέλιπε, στοργὴν δὲ γονέων ἠθέτησε, δάκρυα δὲ παρεῖδε, πελάγη δὲ διέβαλεν ὡς μὲν μακρὰ, ὡς δὲ χαλεπὰ καὶ κινδύνων μεστά· ἤπειρον δὲ τοσαύτην διέδραμε, ζωῆς δὲ καθάπαξ ἠφείδησεν, εἶτ' ἀντὶ τούτων οὕτω μεγαλοφυῆ κομιεῖται μισθὸν, κλίσεις ὀνομάτων ἐκμελετήσαι, καὶ ῥημάτων σχηματισμοὺς καὶ κινήσεις, καὶ ὡς ἡ Τυνδάρεω παῖς ἡρπάγη, καὶ ἡ Πριάμου πέπτωκε πόλις πολυετεῖ διὰ τὴν γυναῖκα καμοῦσα πολέμῳ, καὶ ὡς οἱ παῖδες Οἰδίποδος κατ' ἀλλήλους μανέντες ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο, καὶ τἆλλα ὅσα ὁ ποιητικὸς χορὸς κατά τινα τῆς τέχνης αὐτονομίαν πλάττει τε καὶ μυθεύεται, ἡδονῆς μὲν τὰ πολλὰ στοχαζόμενος, ὀλίγα δὲ τῆς ἀληθείας φροντίζων.

Ταῦτά τοι καὶ δεινῶς αὐτὸν ἠνώχλουν οἱ τῆς εἰς πατρίδα ὑποστροφῆς λογισμοί. Καὶ ὑποστρέφειν εὐθέως, εἰ καὶ τὸ ῥᾴδιον ἐώρα προσὸν τῷ πράγματι, νυνὶ καὶ ἀπορώτατον ἦν. Πεζῇ τε γὰρ ἔδει μέχρις Ἀναίας πόλιν βαδίζειν. Προσέτι δὲ καὶ ἀναλωμάτων ἃ μὴ μόνον οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς τὴν κατ' ἤπειρον καὶ θάλατταν πορείαν αὐτάρκη, ἀλλ' οὐδ' ἐφ' ἡμέραις ὅλαις τρισὶ γλίσχρως καὶ πενιχρῶς διατρέφεσθαι, μή τινος ἔξωθεν χορηγήσαντος, καὶ τῇ δαπάνῃ προσβοηθήσαντος. Εἶχον μὲν οὖν αὐτὸν αἱ τοιαῦται τῶν ἀποριῶν, καὶ κατεῖχον παρὰ Νικαεῦσιν ὥσπερ δεσμά. Τὰ δ' ἐντεῦθεν οὐ πολὺς χρόνος ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ τὸ μέγα Βυζάντιον ἄστυ Ῥωμαίοις αὖθις θεὸς τοὺς Λατίνους ἀφελόμενος δίδωσι. Καὶ τοῦ Ἀκροπολίτου τηνικαῦτα πλέον τῶν ἄλλων τὰ εἰς λόγους ὄντος σοφοῦ ὑπὲρ τῶν λόγων, ὅτι δὴ πολὺς αὐτῶν αὐχμὸς ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐκράτει ψυχαῖς, δυσχεραίνοντος, τήν τε ψυχὴν πάσχοντος, καὶ βοηθεῖν εἰς δύναμιν θέλοντος, αἰσθόμενος βασιλεὺς, ἀνίησι τῶν δημοσίων φροντίδων, καὶ βοηθεῖν συγχωρεῖ, καὶ ὡς πρόθυμον ἑαυτὸν τοῖς βουλομένοις ἀκροᾶσθαι καθίζει διδάσκαλον, ἐξηγητὴν τῶν λαβυρίνθων Ἀριστοτέλους· οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὰς ἐκείνου σοφίας, καὶ πλοκὰς, αἷς τὰ ἑαυτοῦ περιβάλλων, ἐργώδη κατανοεῖν ἀπεργάζεται· ἐξηγητὴν δὲ καὶ τῶν Εὐκλείδου καὶ Νικομάχου ὅσα τεθεωρήκασιν οὗτοι, ὁ μὲν γεωμέτρας, Νικόμαχος δὲ ἀριθμητικοὺς ἐκδιδάσκοντες. Συνέῤῥεον πρὸς αὐτὸν οὐκ ὀλίγοι ἔρωτι παιδείας ἑλκόμενοι. Ἠπείγετο καὶ ὅδε νεώτατος μὲν τοῦ χοροῦ, πλεονεκτεῖν δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ μαθήματος καταλήψει οὐδὲ τῶν πρεσβυτέρων παραχωρῶν οὐδενί. Τῆς τοίνυν συλλογιστικῆς καὶ ἀναλυτικῆς καλῶς τῷ διδασκάλῳ σαφηνισθείσης, ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ καὶ εἰς τὰ τῆς ῥητορικῆς τοὺς ὁμιλητὰς ἐμβιβάζειν, πρίν τινα δεύτερον τῶν Ἀριστοτελικῶν βαθμῶν ἐπιχειρεῖν ἀναβαίνειν, ἐνταῦθα τοὐναντίον ἢ πρότερον περὶ τὸν ἐκείνοις ἄριστον τουτονὶ ὑπῆρχεν ὁρᾶν. Ἐν γὰρ ταῖς γυμνασίαις καθ' ἃς ἔδει γράφοντας ἐπιδείκνυσθαι τὴν περὶ τόδε τῆς ψυχῆς ἐπιτηδειότητα, πάντες μὲν αὐτοῦ κρείτ-

rica, et philosophia, aliisque disciplinis, quas maxime ambire ac nosse convenit homini; minime vero cognoscentes quid illæ sint, imo et si sint, quapropter tristitia et pœnitudine afficiebatur: et quidem justissima de causa, quoniam **6** patriam reliquerat, parentum amorem aspernatus erat, lacrymas eorum nihili fecerat, maria trajecerat spatiosa, et difficilia, ac periculis plena, et tot terras percurrerat, et omnino contempserat vitam; ac deinde pro his omnibus tam magnificam tulerat mercedem, declinationes nominum callere, et vocabulorum formationes motionesque, et quomodo Tyndarei filia rapta fuerit, et Priami urbs ceciderit longo bello vexata propter amorem mulieris, et filii Œdipodis, in se invicem insanientes perierint, et alia quæcunque poetarum chorus quadam artis licentia fingit, et comminiscitur, ad voluptatem plerumque respiciens, parum autem veritatem curans.

Hæc, et cogitationes de reditu in patriam graviter ipsum turbabant. Et quidem redire statim, tametsi facile perspiceret suo conferre negotio, nunc illi erat difficillimum. Pedes enim oportebat usque Anæam denuo iter agere. Præterea sumptus, qui non solum non erant illi ad iter per terram et mare, sed neque ad parcum et pauperem trium dierum victum, nemo foris suppeditabat, neque pro impendio auxilium præbebat. Itaque vexabat eum hæc inopia consilii, retinebatque ipsum Nicææ, uti vinculum. Deinde non multo post hæc tempore, magnam Byzantii urbem Deus Latinis auferens Græcis reddit (20). Cumque imperator intellexisset Acropolitam (21) (Georgium), qui tunc cæteris eruditione **7** præcellebat, moleste ferre quod litterarum squalor in hominum animis prævaleret, et hujus rei miseratione commotum velle pro virili opem suam præstare, civilibus ipsum curis liberavit, ac adjuvare permisit: seque ille paratum exhibuit iis omnibus, qui audire eum vellent, magistrum. Interpretabatur autem Aristotelis labyrinthos: sic enim obscuriora ejus dicta, et perplexitates appello, quibus documenta sua involvens, intellectu difficilem se reddit. Exponebat etiam quæcunque Euclides et Nicomachus speculati sunt, quorum primus geometras, Nicomachus autem instruit arithmeticos: confluebantque ad ipsum non pauci, eruditionis amore pertracti. Festinavit igitur et iste chori illius novissimus, superari se in scientiarum assecutione a provectiorum nemine permittens. Itaque syllogistica arte et analytica satis a magistro exposita, ut ei discipulos rhetorica imbuere in mentem venit, priusquam ad alium aliquem ex Aristotelicis gradibus (22) eos evehere inciperet, contrarium ac antea circa eum qui inter alios optimus erat, apparuit. In exercitationibus enim, quibus eos oportebat ingenii sui capacitatem scripto ostendere, omnes illo superiores erant, ipse vero nemini præstabat. Cujus rei fortasse causa erat,

Digitized by Google

quod is cum Aristotelicam philosophiam valde amaret, et huic se ipsum addixisset, Aristotelemque supra omnes alios philosophos 8 honoraret, minus rhetoricam, industrius licet esset scriptor, audire curavit : adeoque ornate dicere, rhetoremque agere illi curæ non erat. Sed hoc illi curæ non fuit, donec ejus condiscipuli quiescerent, ac nondum apertis dicteriis morderent eum, ac veluti ad talia ineptum traducerent. Postquam vero ii contra ipsum commoti sunt, et opprobrium ejus manifestum factum est, late sparso rumore ; hanc non tulit ille insolentiam, seu potius contemptum, cum sui esset honoris amantissimus, et zelotypus. Huic studio se totum tradidit, sibi magistros constituens, non quos illi habebant, corrumpentes quod in rhetorica pulchrum est, et ipsarum dictionum gratiam, et atticismum, et venustatem, et quod est revera Græcanicum : sed antiquorum rhetorum clarissimos, et artis ipsius, ut ita dicam, inventores et patres. Brevi alius ex alio factus est, non amplius derisus ut antea, et contemptus ab iis quibuscum erat, sese in orationibus exercens, et eas componens : ita ut multis videretur satis esse, pro omni alio istud exemplum æmulari. Si quid autem vere dignum laude et æmulatione huic auctori elucubrare circa eloquentiam contigerit, inquirere tolentibus hæc syngrapha exhibebit : sic enim voco, qui præ manibus est, libellum. Cur vero operum numerum non auxerit, alii quidem aliam causam dicunt, et eam quilibet affert quam vult. Qui autem 9 probe ipsum noverant, eum dicere aiunt tempus quietis revera brevissimum. Studia aggressus est, cum annum ageret vicesimum sextum; desiit vero natus annos tres ac triginta (23).

Postmodum vero hujusmodi opera elucubrare prohibuerunt partim de vita timores, quos illi et aliis multis intulerunt circa dogmata innovatio, et qui supervenit Ecclesiæ turbo (24), partim animi curæ, in quas modo dictis timoribus solutis, pertractus et traditus est (25) : secum reputans mirum fore, si vitam negotiis vacuam vivere posset, qualem philosopho, eique libero, convenire diceres. Ad summum patriarcharum conscendit thronum, seu, quod verius est dicere, pertractus est : hæc enim omnia præter ejus consilium circa ipsum peracta sunt. Et in tempora incidit dubia ex schismaticorum furore, et difficilia (26), qualia nunquam fuere, quibus metus omnis relaxatio cuique data (27) plerosque magnis malis affecit, suam singulis voluptatem, et gloriam, et beneplacitum quærentibus pro eo, quod utile Deoque gratum est : et Ecclesiam omni tremore et perturbatione implevit, omnibus in ea imperare cupientibus, nemine autem se submittere, ac divinis parere legibus; ita ut verius esset illud Platonis dicentis, non omnibus expedire libertatem, utile vero esse aliquibus servire et vivere sub timore ad senectutem usque,

A τους ἦσαν, αὐτὸς δὲ ὑπέρτερος οὐδενός. Τὸ δ' ἴσως αἴτιον, ὅτι τῆς περιπατητικῆς φιλοσοφίας ἄγαν ἐρῶν, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν ἐπινείμας, Ἀριστοτέλην τε ὡς οὐδένα φιλοσόφων ἐκθειάζων τῶν ἄλλων, ἧττον τὴν ῥητορικὴν δεξιὸς καὶ λογογράφος ἀκούειν ἐφρόντιζε· καί γε αὐτῷ διὰ ταῦτα κεκομψευμένα ἐξαγγέλλειν καὶ ῥητορεύειν οὐκ ἔμελεν. Ἀλλ' οὐκ ἔμελεν, ἕως καὶ τὰ τῶν συμφοιτητῶν ἠρέμει, καὶ οὔπω πλατέως αὐτὸν σκώπτειν, καὶ διασύρειν ὡς ἀφυῆ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐξήγοντο. Ἐπεὶ δὲ κεκίνηντο, καὶ ὁ ὄνειδος λαμπρὸς ἦν ἐπὶ πολὺ τοῦ λόγου διαδιδομένου, δὸ' οὐκ ἠνείχετο τοῦ φρονήματος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τοῦ καταφρονήματος, φιλότιμος ὢν ἐς ὑπερβολήν, ἅμα δὲ καὶ ζηλότυπος. Ἐπαφίησιν ἑαυτὸν τῇ μελέτῃ ταύτῃ, διδασκάλους προστησάμενος οὐχ B οὓς ἐκεῖνοι τοὺς διαφθείραντας τὰ ἄλλα ὅσα καλὰ τῇ ῥητορικῇ, καὶ μέντοι τῆς λέξεως αὐτῆς τὸ χάριεν, καὶ Ἀττικὸν, καὶ σεμνὸν, καὶ ὄντως Ἑλληνικὸν, τοὺς δ' ἐπιφανεστάτους τῶν πάλαι ῥητόρων, καὶ τῆς τέχνης, ὡς εἰπεῖν, ἐφευρετὰς καὶ πατέρας. Θᾶττον ἕτερος γέγονεν ἐξ ἑτέρου, τοσοῦτον οὐ διαγελώμενος ὡς τὸ πρότερον, καὶ περιφρονούμενος ἐν οἷς ἐτύγχανε λόγους ἐπιτηδεύων καὶ συντιθείς· ὥστε καὶ πολλοῖς δόξαι ἀνθ' ἑτέρου παντὸς παραδείγματος ζηλοῦντα τοῦ δὲ ἀρκεῖν. Εἰ μὲν οὖν καὶ ζήλου ταῖς ἀληθείαις ἄξιον καὶ λόγου περὶ τοὺς λόγους ἐξεγένετο κατορθῶσαι τῷ συγγραφεῖ, ἥδε που παραστήσει τοῖς ἐξετάζειν βουλομένοις ἡ συγγραφή. Κλῶ γὰρ οὕτω νῦν τὴν ἀνὰ χεῖρας πυκτίδα. Τοῦ δὲ εἰς πολὺν τὸν τῶν πονημάτων ἀριθμὸν μὴ ἐκτεῖναι ἄλλοι μὲν ἄλλην λέγουσιν αἰτίαν· καὶ γὰρ λέγουσιν ἣν ἕκαστος βούλεται· αὐτὸν δὲ φάσκειν φασὶν οἵ γ' ἀκριβῶς ἐκεῖνον εἰδότες, τὸν χρόνον εἶναι βραχύτατον ὄντα τὸν τῆς ἀνέσεως. Ἐπέβαλε μὲν οὖν τῇ C σπουδῇ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔχων ἔτος· ἔλιπε δὲ τριακοστὸν ἄγων καὶ τρίτον.

Τὸ δὲ ἐξῆς τοιαῦτα πονεῖν, τοῦτο μὲν οἱ περὶ τὸ ζῆν ἀπείρξαν φόβοι, οὓς αὐτῷ τε καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἡ περὶ τὰ δόγματα καινοτομία, καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας ἐπέστησε ζάλη, τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶν ψυχῶν φροντὶς, εἰς ἣν τῶν εἰρημένων αὐτίκα φόβων λυθέντων, ἔλκεται καὶ παραδίδοται· καὶ ταῦτα δόξας ἐν ἑαυτῷ βίον ἀπράγμονα τοῦ λοιποῦ ζήσεσθαι θαυμαστὸν, οἷον ὁποῖον ἂν καὶ φιλοσόφῳ εἴτουν ἐλευθέρῳ D φήσεις προσήκειν. Εἰς γὰρ τὸν ὑπέρτατον τῶν πατριαρχῶν ἀνελήλυθὼς θρόνον, ἢ τό γ' ἀληθέστερον εἰπεῖν ἀνελκυσθείς, πάντα γὰρ ταῦτα παρὰ προαίρεσιν τὴν αὐτοῦ ἐπράχθη περὶ αὐτόν. Καὶ καιροῖς ἐντετοχτικῶς (ἐντετυχηκὼς;) ἀνωμάλοις ἐκ τῆς τῶν Σχισματικῶν μανίας, καὶ δυσχερέσιν, ὁποίοις ἄλλος οὐδέποτε, καθ' οὓς ἄνεσις δειλίας ἀπάσης παντὶ δοθεῖσα, τοὺς μὲν πλείστους κακίαις μεγάλαις ὑπέζευξε, τὴν ἑαυτοῦ τινα ἕκαστον ἡδονὴν καὶ τιμὴν καὶ ἀρέσκειαν πρὸ τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ τῷ Θεῷ δοκοῦντος ζητοῦντα, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν πάσης ταραχῆς καὶ ἀταξίας ἐνέπλησε, πάντων ἄρχειν ἐν αὐτῇ, καὶ νομοθετεῖν ἀγαπώντων, ἄρχεσθαι δὲ καὶ θείοις νόμοις ὑποτάττεσθαι οὐδενός· ὡς συμβαίνειν καὶ μάλα ἀληθὲς τὸ τοῦ Πλάτωνος εἶναι, μὴ πᾶσι

Digitized by Google

λυσιτελῆ τὴν ἐλευθερίαν λέγοντος εἶναι, συμφέρειν δέ τισι τὴν δουλείαν, καὶ ὑπὸ φόβον ζῆν μέχρι γήρως αὐτοῦ καὶ θανάτου. Ἀλλ' οὖν ἐν τοιαύτῃ συγχύσει πραγμάτων εἰς τὸ μέσον συνελασθείς, εἴς τε τὴν ἀρχὴν, ὡς εἰς ἄλλην τινὰ δυστυχίαν, ἐξ εὐδαίμονος καὶ μακαρίας ζωῆς ἀποπεπτωκὼς, καὶ ἀφύκτοις ἀνάγκαις ὑποζυγείς, αἷς τὴν ὑποπεσοῦσαν ψυχὴν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε λόγους ἀξιοίην ἀποτίκτειν γενναιοτέρους· ὥσπερ οὐδ' ἀνθρώπων τὸν δρομικώτατον τρέχειν σιδήρῳ πρὸς ἀσφάλειαν διειλημένον τοὺς πόδας. Καὶ ἄκων τοῦ συντάττειν ἐπαύσατο. Τοῦ ; ἐν τοίνυν μὴ πολλοὺς εἶναι τοὺς λόγους αὐτοῦ ταῦτα τὰ αἴτια. Καὶ πρὸς τούτοις αἱ ποικίλαι τοῦ σώματος νόσοι, καὶ μάλιστά γε αἱ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς· αἳ ἤσκησαν αὐτὸν, καὶ ἐς τὸ χαλεπώτατον ἤγαγον αἵ τε ἀρχῆθεν ὑδροποσίαι, ἐπειδὴ τὴν τοῦ οἴνου B χρῆσιν ἐξ αὐτῆς γενέσεως ἀπεστρέφετο, καὶ οἱ περὶ τὸ μετεγγράφειν τὰ τῶν πάλαι σοφῶν ἐκπονήματα πόνοι. Ἔτυχε γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ πένης εἶναι, καὶ τῶν βιβλίων κατακόρως ἐρῶν. Ἔτυχε δὲ καὶ περὶ τὸ γράφειν μετρίως, ἀγαθὰς ἔχων τὰς χεῖρας. Καὶ ἐπειδὴ περὶ χρήμασιν οὐκ ἦν τὰ φίλτατα κτήσασθαι, τοῖς ἰδίοις ἱδρῶσιν ἐκτήσατο. Καὶ βιβλίων ἀντιγραφεὺς γέγονεν, ὅσον οὐδ' εἷς σχεδὸν ἕτερος τῶν λόγων φημὶ μετιόντων. Τοῦ δὲ μὴ πάντας τῆς αὐτῆς εἶναι σπουδῆς πρόδηλος οἶμαι ὁ λόγος. Καὶ γὰρ ὅπερ ἐπὶ τῶν βαναυσικῶν ὁρῶμεν, τοῦτο δὴ κἀνταῦθα λογίζεσθαι δεῖ. Ἐκείνοις μὲν γὰρ προῦῶν ὁ τῆς ἀσκήσεως χρόνος βελτίω τῶν προηγησαμένων τὰ μετὰ ταῦτα δείκνυσιν ἔργα. Καὶ λογογράφοις C τοίνυν, καὶ ῥήτορσι τὰ ἐν γήρᾳ πονήματα γενναιότερα ἂν εἴη τῶν ἐξ ἀρχῆς. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν ὑποκειμένων ὅσα μὲν σπουδαῖα, τῇ ἀκμῇ λογιστέα· ἃ δὲ μὴ τοιαῦτα, τῇ νεότητι προσνεμητέα, καὶ τῷ ἀτελεῖ τῆς ἀσκήσεως. Τά γε μὴν εἴδη τοῦ λόγου εἴτ' ἄριστα κέκριται παρ' αὐτῷ, εἴθ' ὡς ἑτέρως, καὶ ὡς ἁπανταχοῦ ἀγωνιστικός ἐστι, καὶ σχημάτων ἐξαλλαγῆς αὐτῷ μέλει, μέλει δὲ καὶ εὐκρινείας, μεγέθους, σεμνότητος, γοργότητος, καὶ τῶν τοῦ ἤθους καλῶν μετά τινος εὐρυθμίας, καὶ συνθήκης οὐκ ἀγεννοῦς, ἐγὼ μὲν οὐκ ἐρῶ, μὴ καὶ εἰς μῆκος ἐκτείνω τὸν λόγον, μὴ καὶ τἀνδρὶ, ἴσον δ' εἰπεῖν ἐμαυτῷ, χαρίζεσθαι δόξω. Ἐμαυτὸν γὰρ ἐκεῖνον ἡγημαι, καὶ καλῶ, τῆς ἄκρας ἡμῶν ἑνώσεως τοῦθ' οὕτω καὶ λέγειν ἀσφαλῶς καὶ φρονεῖν δεδωκυίας. Κἄν τις ἄρα περὶ τῶν ἐκείνου χρηστόν τι, ἢ καὶ θάτερον μαρτυρῇ, εἰς τὰ ἐμαυτοῦ καὶ τὸ σκῶμμα, εἰς τὰ ἐμαυτοῦ καὶ τὸν ἔπαινον φέρειν φημί· ὥστ' ἐμοί γ' οὕτω τὰ πρὸς ἐκεῖνον ἔχοντι πρέπον ἂν εἴη σιγᾶν. Ἡ δέ που πυκτὶς, ὅπερ καὶ ἄνωθεν ἔφην, καλῶς τὸν πατέρα τοῖς ἀναγινώσκουσι δείξει, ὥστε προσεκτέον αὐτῇ τοῦ λοιποῦ. Καὶ ὡς ἂν αὐτὴ δώσει κρίνειν, οὕτω καὶ περὶ τῶν εἰρημένων τὴν ψῆφον ἐξενεκτέον.

A **10** et mortem. Itaque in hac rerum perturbatione prodiens in medium, et in principatum veluti in aliud quoddam infortunium, e felicitate et beatitudine vitæ excidit, et inevitabilibus necessitatibus subjectus est, in quas animus cum inciderit, non posset, ut ego quidem puto, nobiliores promere orationes : quemadmodum neque homo, etsi ad currendum aptissimus, currere valet, pedibus ferro firmiter trajectis. Invitus cessavit a componendis orationibus. Et hæc est causa, quare non multi ejus exstent sermones (28). Adde varios corporis morbos et præsertim capitis (29), qui illum exercuere : difficillimumque in statum adduxerunt eum potus aquarum a pueritia, quoniam a nativitate vini usum fastidiebat : et labores (*adde*) in transcri- B bendis veterum sapientum lucubrationibus impensos (30). Erat enim vir, et pauper, et librorum cupidissimus : scribebatque satis concinne, optima ad id præditus manu. Et quoniam pecuniis non posset quæ sibi erant charissima possidere, propriis sudoribus acquirebat. Unde evasit librorum exscriptor qualis nemo ferme alius inter eos fuit, qui litteras, inquam, liberales amant. Quod autem orationes ejus non omnes ejusdem essent studii ac diligentiæ, causa, ut puto, manifesta est. Quod enim in artibus mechanicis videmus, idem hac etiam in re existimandum est : procedens enim in exercitatione tempus meliora **11** præcedentibus manifestat opera posteriora. Sic scriptorum et rhetorum seniles lucubrationes nobilitate præstant C juvenilibus. Propterea ex subjectis opusculis (quæ in hoc volumine continentur) ætatis robori quæ probata sunt, ascribi debent : quæ vero non sunt talia, ea juventuti sunt tribuenda, et exercitationis defectui. Ad orationis formam quod attinet, sive optima penes ipsum judicata est, sive aliter, ea ubique veluti pugnax est, et certatoria. Figurarum varietatem curat ille : curat distinctionem, sublimitatem, gravitatem, concitationem, et quod in affectibus decorum est cum quadam concinnitate, et vocum copulatione non ignobili. Ego vero non dicam, ne prolixius sermonem protraham, et ne viro videar æque ac mihi ipsi gratificari. Illum enim reputo me ipsum (31), et voco propter summam nostri unionem, quæ facit ut hoc secure dicam, et D cogitem. Si quis igitur de illo vel quid boni, vel contrarium perhibeat, in me ipsum et dicterium ferri et laudem dico : ita ut mihi, qui erga ipsum ita me habeo, tacere conveniat. Libellus hic autem, ut etiam superius dixi, patrem suum probe lectoribus ostendet (32) : unde quoad reliqua, ipse adeundus est. Et quemadmodum dabit ipse (libellus) ut judicetur, ita suffragium de hucusque dictis ferendum est.

Digitized by Google

# [12] NOTÆ HISTORICÆ,

## CHRONOLOGICÆ ET CRITICÆ

## IN SUPERIOREM GEORGII SEU GREGORII CYPRII VITAM.

(1) *Gregorii.* Hoc ille appellatus est nomine, cum monachum induit, antequam ad urbis regiæ patriarchalem thronum promoveretur : dictus vero sacris in undis *Georgius*. Pachymeres in Andronico Palæologo, libro I, capite 22, sic ait : *Hoc* Gregorii *nomen Cyprio insederat, ex Georgio mutatum, cum professionem in præparatione patriarchatus assumeret monasticam.*

(2) *Res suas continens :* τὰ καθ' ἑαυτόν. Leo etiam Allatius in Diatriba de Georgiis ex Roberto Constantino sic refert : *Item de vita sua et Epistolæ numero* 166. Addit Allatius : *An opus hoc de vita,* inquiens, *diversum est ab Epistolis, vel Epistolis ipsis suam vitam exprimit? Mihi adhuc incertum est.* Jam certum vero, ab Epistolis diversam esse *Vitam* hanc Georgii, seu Gregorii Cyprii, ut ex nostro codice patet, et ex Vindobonensi apud Nesselium. Is in Catalogo bibliothecæ Cæsareæ, seu Vindobonensis parte v, codicem 101 recenset : « *Epistolæ,* inquiens, *centum nonaginta et una,* cum incerti cujusdam auctoris synchroni, cujus nomen ob aliquot foliorum defectum ignoratur, *Præfatione,* continente *Vitam,* seu potius laudationem ejus. » Integra in nostro codice hæc prostat *Præfatio,* seu potius sermo *De vita sui ipsius*, pluribus opusculis plurimisque epistolis uno in volumine collectis præmissus. Dubitatio ingeri nulla potest, quin ejusdem sermonis ipse *Georgius,* vel *Gregorius Cyprius* auctor sit : inscribitur nempe *De vita sua,* sive *de iis quæ ad seipsum pertinent.* In calce opusculi hæc habentur de auctore : Μὴ καὶ ἀνδρὶ, ἴσον δ' εἰπεῖν ἐμαυτῷ, χαρίζεσθαι δόξω· ἐμαυτὸν γὰρ ἐκεῖνον ἡγημαι, καὶ καλῶ τῆς ἄκρας ἡμῶν ἑνώσεως ; *ne videar viro æque ac mihi ipsi gratificari. Illum enim reputo meipsum, et voco propter summam nostri unionem.* Ipse nempe Gregorius, qui vitam *sui ipsius* scribebat, neque auctorem quodammodo celare voluit, manifeste tandem seipsum prodit

(3) *Ei qui librum hunc concinnavit, patria fuit Cyprus insula.* Hinc vero dictus ille *Cyprius*. Urbs insulæ, aut locus occurrit nullibi, ubi natales habuerit. In textu Græco legimus : Πατρὶς μὲν τῷ **13** συντεταχότι τὴν βίβλον Κύπρος ἡ νῆσος· *Cyprus insula fuit huic patria, qui librum concinnavit, coordinavit.* Librum intellige volumen, in quo Georgius opuscula sua plura, suasque plurimas epistolas una simul collegerit. Ad Epistolarum collectionem quod attinet, hæc idem Georgius habet in epistola ad magnum logothetam, quæ in codice numeratur 155 : Ἐπιστολὰς τὰς ἐμαυτοῦ, ἄλλοθεν ἄλλην, ὡς ἂν οἷός τε συλλέγων, καλλιγραφεῖν δίδωμι, βουλόμενος αὐτὰς εἰς πυκτίον ἔχειν σθρόας, *Epistolas meas, aliam aliunde colligens, ut potis sum, eleganter describendas trado, eas volens in libello collectas habere.* Volumen istud, quo utor, et ea singula quæ in ipso continentur, diligentius infra recensenda sunt.

(4) *Patres vero et avi*, etc. Hæc verba, cum aliis conjuncta quæ sequuntur, ut postea adnotabimus, videntur satis indicare, ex illustri fuisse genere Cyprium, itemque Græcum hominem, et ex parentibus Græcis natum. Leo Allatius, *De Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*, lib. II, cap. 15, num. 12, Georgium Cyprium vocat *Latinum* scribentem *contra Latinos*. Id unum refert in Diatriba de Georgiis, *eumdem apud Italos natum et adultum, sese postmodum inter Græcos conjecisse.* Sed iterum in Hottingero, capite 19, pag. 478, ipsum asserit, *Latinis parentibus ortum.* Nihil hæsitantes *Latinis* ipsum *parentibus in Cypro natum*, enarrant Guillelmus Cave in *Historia Litteraria* ad annum 1284 : Casimirus Oudinus in Commentario de scriptoribus ecclesiasticis tomo III, ad annum 1280, et Michael Lequienus in *Oriente sacro*, tomo I, in patriarchis Constantinopolitanis. Nota mihi non sunt hujusce rei probata monumenta. Joannes Beccus, ex patriarchatu regiæ urbis exsul Prusam missus, contra Georgium vel Gregorium sic aiebat apud Pachymerem in Andronico, libro I, capite 34 : *Me Romanum* (seu Græcum) *hominem, e novæ Romæ* (Constantinopoleos) *civibus natum, aversamini : interim dum pro patriarcha veneramini* ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα, *virum apud Italos* (seu Latinos), *natum et adultum* (in insula scilicet Cypro, cui reges Lusiniani dominabantur). Petrus Possinus ea verba sic reddit : *Cyprium advenam, in ea Latinæ ditionis insula e Latinis genitum.* Sed, *apud Latinos*, verior est interpretatio. Ortus ejus, et educatio in Cypro, Latinæ ditionis insula, ansam dederit rumori, qui ex Latinis parentibus natum ferebat. Ex ea origine vulgares alias suspiciones prodiisse, adnotat Nicephorus Gregoras libro VII, capite 1, num. 7, *Eo prætextu*, inquiens, *quod viginti natus annos, e Cypro ad Romanos mores se contulisset, et . . . locum dedisset vulgo suspicandi, lectoris ordinem ei collatum fuisse* **14** *a Latinis.* Textus Græcus, χειροθεσίαν παρὰ Λατίνων ἐδέξατο, redditur, *a Latinis*, ut diversa evincit constructio cum genitivo apud Gregoram, cum dativo apud Pachymerem.

(5) *Servire Barbaris Latinis.* Notum cuique, cæ-

Digitized by Google

teros populos vocari a Græcis consuevisse *Barbaros*. Ducangium consule in ea voce Latina. Italos intellige Latinos, qui Cyprum insulam sub regibus Lusinianis incolebant. Montfauconius in *Diario Italico*, p. 14, codicem Leonis Sapientis recensens κατὰ Ἰταλῶν, vertit *contra Italos*, id est *contra Latinos*, ut Antonius Maria Salvinius adnotavit ad oram ejusdem Diarii, quo utebatur. Vide Symbolas litterarias Florentiæ editas vol. VI, opusc. VI, p. 44. Cyprii initium regni enarrat Guillelmus de Nangis in Chronico apud Dacherium in Spicilegio, tomo III, in fol. ad annum 1191, his verbis : *Richardus vero rex Angliæ cum ratibus et galeis post regem Franciæ de Sicilia movens, venit in Cyprum ; ibique inveniens quemdam pseudo-imperatorem insulæ dominantem, ipsum cepit : Cyproque sic subjugata, gente sua eam munivit.* Et ad annum 1192 : *Richardus rex Angliæ vendidit insulam Cypri Guidoni* (Lusiniano), *quondam Jerusalem regi : qui rex fuit ibidem constitutus.* Pseudo illum imperatorem, qui Cypro dominabatur, *Isaacium Comnenum* vocat Nicetas Choniata libro II *Annalium*, in fine. Quis ille fuerit, et quando insulam ceperit, narrat idem Annalista, libro I : *Erat vir quidam nobilissimus*, inquiens, *nomine Isaacius, Isaacii sebastocratoris, quem fratrem fuisse Manuelis diximus, ex filia nepos. Is Armeniæ vicinisque locis Romanæ ditionis, et Tarso a majore patruo Manuele præpositus, commisso cum hostibus Armeniis prælio captus, Manuele* (imperatore), *jam defuncto* (anno 1180), *in custodiam datur. In qua cum longo tempore fuisset. . . . tandem redemptus commodum in patriam reditum habuit, Andronico redemptionis adjutore* (qui usurpatum Alexio imperium solus anno 1183 administrare cœpit, et anno 1185 occisus obiit). *Isaacius, cum Andronico cedere, ac in patriam redire nollet . . . sed imperare, quam imperio carere mallet . . . Cypro cum magna manu occupata, principio se pro legitimo prætore qui ab imperatore missus esset, gerit litteris ostensis imperatoriis, quas ipse composuerat . . . verum non multo post se tyrannum professus est.* Hanc itaque insulam, quam Andronicus imperator, ac successor ejus Isaacius Angelus, eripere tyranno non potuere, subjugavit Richardus rex Angliæ anno 1191, sibique venditam tenuere reges Lusiniani. Varias, quæ acciderunt, insulæ Cypro calamitates narrat Neophytus presbyter monachus et inclusus apud Cotelerium in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, tomo II, **15** pag. 457. Guidoni Lusiniano primo Cypri regi anno 1194 successit Almericus. Hunc excepere anno 1205, Hugo I ; anno 1218, Henricus I ; anno 1253, Hugo II ; anno 1267, Hugo III ; quos hoc loco satis est enumerasse.

(6) *Novem omnino excesserat annos.* Sua in patria grammaticæ rudimentis in Latinorum, ut videtur, scholis operam dedit Georgius, ut infra dicendum. Novem ætatis annos cum explesset, alio missus est, nobile et acre ingenium, cujus specimina dederat, exculturus. Id accidisse anno circiter 1250, adeoque anno circiter 1241 natales habuisse Cyprium, inferius dicemus. Insulæ dominabatur Henricus I.

(7) *In Callinicensium urbem mittitur.* In Græco textu legitur : εἰς τὴν Καλλινικισέων. Vox ista Græca non occurrit in lexicis geographicis quæ licuit evolvere. Intelligi Nicosiam puto, quæ et *Leucosia* nuncupata : civilem insulæ metropolim sub regibus Lusinianis : itemque ecclesiasticam, archiepiscopatu ex Salamina Famagustam, et ex hac translato Nicosiam. Lequienum consule in *Oriente sacro*, tomo III, pag. 1202. Hanc primus archiepiscopalem tenuit sedem Durandus : tum anno 1211, vel ipse Durandus iterum legitime electus, vel Anonymus quidam : anno 1213, Eustorgius ; anno 1240, Elias ; et anno 1250 vel insequenti, Hugo. Sedente Hugone, statutum ab Alexandro IV, summo pontifice, anno 1260, latum est, quo indicebatur : post Germani Græci archiepiscopi obitum, sive cessionem, nullum deinceps metropolitam Græcum in ejus locum ordinandum esse : et quatuor solummodo episcoporum Græci ritus fore sedes, Soliensem in diœcesi Nicosiensi, Arsinoensem in Paphensi, Carpasiensem in Famagustana, et Leucarensem in Nemosiensi. Quo Nicosiam appulit Georgius tempore, metropolim ecclesiasticam tenebat Elias, aut Hugo. Henricus Hilarius, in notis et additionibus ad Philippi Cyprii Chronicon Ecclesiæ Græcæ, adnotat, Georgium *e Cypro studiorum gratia in Italiam navigasse, et in Græciam postea rediisse.* Errore sine dubio captus est, verba illa non intelligens, quæ a Joanne Becco dicta legebat, Cyprium scilicet παρ' Ἰταλοῖς, *apud Italos*, id est *Latinos, adultum.* Vide etiam infra notam 16.

(8) *Sexagesimum ad eos usque fluxisse annum, ex quo in alterius linguæ homines insulæ dominatio transierat.* Eam scilicet anno 1191 subjugavit Riccardus rex Angliæ : ibique regnum instituit Guido Lusinianus anno insequenti. Hinc sexagesimus, qui hoc loco ab insula subjugata a Latinis numeratur annus cum anno vulgaris æræ 1250 concurrit. Cyprius novem tunc ætatis annos natus erat : unde suos anno circiter 1241 natales habuit.

**16** (9) *Secunda, ut aiunt, navigatione Romanorum scholas adit, ubi grammatica tradebatur, patria Latinorum lingua.* Παιδευτήρια Ῥωμαίων, *scholæ Romæorum, seu Romanorum.* Græcos ipsos, præcipue Constantinopolitanos, a nova Roma Constantinopoli frequentius dictos *Romæos* et *Romanos*, notum est. An ergo Cyprius in Græcorum disciplinam se Nicosiæ tradiderit ? Repugnant aperte, quæ sequuntur. Scholæ dicuntur, in quibus *grammatica* κατὰ τὴν πάτριον Λατίνων φωνήν, *secundum patriam Latinorum linguam*, docebatur. Mediocris, aut ferme nullius in his gymnasiis profectus *causa additur* τῶν διδασκάλων φωνὴ ἀλλόφρους, καὶ νόθος, *magistrorum vox insueta, et peregrina*, seu *spuria.* Hinc addiscendi maxima exponitur difficultas, cum opus esset, *vocabula* primum *intelligere*, tum quæ subjectæ vocabulis res essent. Nullus dubito, Latino-

Digitized by Google

rum scholas frequentare, cum Græcorum nullæ A forent, coactum fuisse Georgium Cyprium. Quo utique sensu Joannes Beccus loco superius citato nota 4 aiebat : ipsum παρ' Ἰταλοῖς, *apud Latinos natum esse, et adultum.* Carolus Du Cange in Glossario ad scriptores mediæ et infimæ Græcitatis, in voce Ῥωμαῖος adnotat : *Latinum* ea significari in *Glossis Græco-Latinis :* et *Latinam linguam* dici *Romanam* in Novella XXI Justiniani, capite 1, § 2, ac ipsius demum *Justiniani ætate nondum invaluisse, ut Græci*, maxime *Byzantini*, *recepta appellatione Romani appellarentur.* In hominis Cyprii vita Romani dici merito potuerant Latini, qui insulam incolebant. Hoc significatu vocem illam, de ipso Cyprio agens usurpat Gregoras, libro VI, capite 1, num. 7 : *Contendebant*, inquiens, *quod viginti annos* B *natus*, Κυπρόθεν τοῖς Ῥωμαίων ἐπιδημήσας ἤθεσι, καὶ Λατινικῶν ἠθῶν ἔστιν ἃ ἐπαγόμενος, *E Cypro ad Romanos mores se contulisset, et ad Latinorum instituta adductus.*

(10) *Umbra grammaticæ videbatur, non ipsa arte potiri. Causa erat . . . et extera magistrorum vox, et spuria.* Græcum hominem hæc satis indicant, et Græce loquentem : qui Latinorum magistrorum patriam linguam magna cum difficultate intelligeret, eoque linguæ genere traditas disciplinas assequi non posset.

(11) *Ad patrios lares, quindecim natus annos reversus est.* In Latinorum scholis *Aristotelicam logicam* nullo fere profectu audiverat : utpote qui ex C illis esset, qui verba non intelligunt, quibus mathemata traduntur, τῶν φωνῶν αὐτῶν ὡς ἐλάχιστα ἐπαΐοντας. Quod ipse propterea studium fastidiens, neque meliora litterarum documenta sperans, redit in patriam *anno ætatis decimo quinto*, et æræ vulgaris circiter 1255.

(12) *Liberalium disciplinarum desiderio tenebatur :* Λόγων δὲ **17** ἐπεθύμει μέν. Ab his verbis incipit Vindobonense mutilum opusculum apud Nesselium parte 5, codice 101. Vide notam 2.

(13) *Hujusmodi ex desiderio, cum quiescere non permitteretur.* Hactenus prima, ac levia, eruditionis et elegantiæ in scribendo, quam postea acquisivit, specimina. Ampliorem profectum cepit ex lectione *antiquorum rhetorum* (ut inferius narratur), *et artis* D *ejus inventorum ac patrum ; dictionumque gratiam* assecutus est, *et atticismum, ac venustatem, et quod revera Græcanicum est.* Ob hæc ornamenta ipsum laudibus celebrat Nicephorus Gregoras, lib. VI, capite 1, num. 5, utpote qui *elegantes Græcæ litteraturæ numeros, et Atticam illam linguam, longo jam tempore oblivionis gurgite demersam, ingenii dexteritate, ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit.*

(14) *Nicæam mitti ad scholas.* Proficiendi causa, iter cogitabat Nicæam in Bithynia. Ex sede, quam post captam anno 1204 a Latinis Constantinopolim, ibi locaverant imperatores Græci, et patriarchæ Constantinopolitani, facile sibi suadebat, doctissimis viris ac magistris abundare urbem illam. Angusta re familiari, nimioque parentum amore, iter aggredi prohibitus est.

(15) *Duorum annorum tempus . . .* Natum *viginti annos* discessisse Georgium *e Cypro*, narrat Gregoras, lib. VI, capite 1, num. 7. Hunc ejus e patria discessum sub oculos habebat Ephræmius Constantinopolitanus, qui apud Allatium, in Diatriba de Georgiis, et apud Bandurium, lib. VIII in *Antiquitates Constantinopolitanas*, tomo II, sic ait : *Patria paternaque domo a prima ætate extorris, eruditionum ac mathematum amore flagrans, ad Constantini urbem se* (demum) *recepit.* Discessum hunc et insequentes peregrinationes his describit verbis Joannes Beccus apud Allatium in *Græcia Orthodoxa*, tomo II, oratione 1, num. 1 : *Pestis hæc per mare antea vagans, et palans, ad nos tandem deflexit.* Post amissam anno 1187 a Latinis Hierosolymam, regum Jerusalem sedes fuit Ptolemais, dicta etiam *Acon*, Italis *Acri*, Gallis *Saint-Jean-d'Acre.* Hanc Saraceni anno 1291 eripuerunt Christianis. In eam prima provehitur navigatione Cyprius. Cum *viginti annos*, teste Gregora, natus esset ; id accidisse dicendum est anno æræ vulgaris 1260. Rem sacram ibidem administrabat hoc tempore Florentius episcopus. Lequienum consule in *Oriente sacro*, t. III, col. 1335.

(16) *Inde Anæam Asiæ . . . et inde Ephesum pervenit.* Stephanus **18** Byzantius *De urbibus et populis :* Ἀναία, *Anæa . . . urbs Cariæ, e regione Somi.* Hanc olim *fuisse* urbem, *Thucydidi memoratam*, in notis animadvertitur. An ergo Cyprius locum indicet, ubi olim *Anæa?*

(17) *In vicinia habitare Blemmydam . . .* Nicephorum Blemmydam norunt omnes virum inter Græcos celeberrimum, apprime disciplinis excultum omnibus, et catholico de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, seu per Filium, addictissimum dogmati. In *Ephesi vicinia*, ἐν γειτόνων οἰκῶν, degisse ipsum in *monasterio*, testatur auctor *Vitæ* quam illustramus. Diligentius alii discutiant, an idem monasterium dici debeat, quod ab ipso erectum sacratumque fuit Θεῷ τῷ ὄντι, *Deo qui est*, a Pachymere memoratum in Michaele Palæologo lib. V, capite 2?

(18) *Abiens Epheso.* Paria sunt quæ Pachymeres narrat libro II, cap. 14 : *Visum opportunum imperatori est* (Michaeli Palæologo), *transmisso Hellesponto, in nuper captam Selybriam* (urbem Thraciæ, Byzantio XXXV M. P. distantem in occasum) *se conferre ; ibique ex propinquo consilia capere, rationesque inire urbis potiundæ* (Constantinopoleos). Et capite 20 : *Copiis multis variisque collectis in unum, Galatam* (suburbium Constantinopolis) *aggressus est.* Haud operæ dispendium fuerit Georgii Acropolitæ verba referre num. 83 : *Imperator* (Michael Palæologus), *appetente vere, Constantinopolim commeat . . . . Galatæ oppidum oppugnabat.* Et num. 84 : *Hellespontum trans abiit . . . cum*

Digitized by Google

*vero æstas præterlapsa fuisset, necnon autumni tempus excurrisset . . . inde discessit.* Hæc anno 1260 acciderunt, ac etiam ineunte anno 1261. Hisce belliris motibus se Georgius Cyprius interfuisse testatur : at regiis castris relictis, *Nicæam revertitur, ad quam e Cypro impulsus fuerat*, ut egregiam litteris addiscendis operam ibi poneret.

(19) *Hoc quam aliter accidit !* Sapientes viros, ac magistros, quos perquirebat, non invenit Nicææ : ita ut *reditum in patriam* cogitaret, ut infra narratur.

(20) *Deinde non multo post hæc tempore, magnam Byzantii urbem* **19** *Deus Latinis auferens, Græcis reddit.* Receptæ urbis epocham accuratissime assignat Georgius Acropolita, *vicesimam quintam* diem *mensis Julii, indictionem quartam, et annum ab orbe condito ,ςψξθ' sexmillesimum septingentesimum sexagesimum nonum.* Annus est æræ vulgaris 1261, quarta prædicta insignitus indictione. Annum præcedentem 1260 exhibent Græci codices non pauci apud Joannem Boivinum in notis ad librum IV Nicephori Gregoræ : sed alii ab eodem Boivino ibidem recensentur, Acropolitæ consentientes. Epocham confirmat codex alius, quem ipse memorat vir doctissimus, ubi solemnis Michaelis Palæologi in urbem receptam ingressus illigatur *cum die* 15 *mensis Augusti anni sex millesimi septingentesimi sexagesimi noni*, vulgaris æræ scilicet 1261. His adhærentes refert Spondanus Latinos scriptores Guillelmum Nangium, monachum Patavinum, continuatorem Parisii, Marinum Sanutum, cognomento Torsellum. Celeberrima tamen in hac epocha constituenda mirum est, tam varias scriptorum fuisse sententias, qui annum definiunt vel 1259, vel 1260, ac etiam 1262. Hunc annum constituit Sethus Calvisius in opere suo chronologico. Michael Lequienus in *Arsenio iterum* patriarcha Constantinopolitano refert chronicas notas solemnis in urbem regiam ingressus ; *mensem Augustum, diem* 15, *indictione* 4, *et annum* 6669 (6769), additque hæc verba, *annum scilicet Christi* 1262. Sed error typorum fuerit, quorum mendum aliud cubat in annis mundi 6669. Quin imo in *Pantaleone Justiniano*, Latino patriarcha, annum effert ille 1261, *quo* (inquiens,) *juxta exactiores chronologos a Græcis recuperata est* urbs regia.

Verum enimvero hæc anni 1262 epocha, quam ab aliquibus definiri cum Spondano adnotavimus, oriri fortasse potuit ex ea methodo, quam ad annos *æræ Constantinopolitanæ* connectendos cum annis æræ vulgaris nonnulli tradunt chronologi. Hac de re mihi liceat paulo fusius pertractare. Gulielmus Beveregius in Institutionibus chronologicis lib. II, capite 11, sic docet : Num. 9 : *Civilis Græcorum æra est, quæ a mundi primordiis ad Christi Nativitatem annos* 5508 *completos numerat.* Num. 10 : *Annus hujus æræ* 5509 *incepit anno primo æræ Christianæ . . . a Kalendis Septembribus.* Num. 11 : *Anno hujus æræ proposito, subtrahe* 5508, *residuus est annus æræ Christianæ, quo currente cœpit* (a Kalendis Septembris propositus ejusdem æræ annus). Exemplo rem declarat : *Si scire velim, in quotum annum Christi conveniat v. g. annus mundi* 6428, *ex* 6428 *subduco* 5508, *residuum est* 920. *Ergo anno Christi* 920 *annus hic mundi* 6428 *incepit a Kalendis Septembris. Porro si* 6428 **20** *partiaris per* 15, *residuum est octo : ergo indictio erit octava.* Hanc igitur juxta regulam si anno proposito 6769, quo recepta fuit Constantinopolis, detrahas annos 5508, residuus 1261 est annus æræ vulgaris, *quo currente* dicendum foret, *cœpisse* a Kalendis Septembris annum illum 6769. Quoniam vero capta *mense Julio* fuit urbs regia, id omnino transferendum esset ad annum æræ vulgaris insequentem 1262, ad quem pertinet Julius mensis anni Græci, qui a Kalendis Septembris in anno 1261 incepit.

Non ita se res habet. Exactiorem veramque tradit regulam Ricciolius, libro II Chronologiæ, capite 2, inter canones pro usu tabularum, canone II. « Si anni sunt pauciores annis 5509, illos his subtrahe, et habebis annos *ante Christum*, inchoatos a *Kalendis Septembris anni præcedentis.* Exempli gratia : dentur anni mundi Constantinopolitani 5508 ; hos subtrahe annis 5509, restabit annus 1 ante epocham Christi, inchoatus tamen a Kalendis Septembris anni *ante epocham Christi, a quibus incepit annus* 5509, concursurus per octo menses ultimos sui cum prioribus octo mensibus *anni primi epochæ Christi.* At si anni dati sunt 5509 vel plures, subtrahe illis annos 5508, et habebis annos Christi concurrentes a Kalendis Januariis *usque ad sequentis Septembris Kalendas.* Exempli gratia : detur annus mundi 5509, illis subtrahe 5508, restat annus primus Christi, *concurrens* cum mundi anno 5509, usque ad diem primam Septembris : inde enim concurrit *cum anno* 5510. » Itaque ab anno 6769, quo captam Constantinopolim referunt scriptores Græci, subtrahe annos 5508. Habes vero annum Christi, seu æræ vulgaris 1251, *concurrentem* videlicet cum anno Constantinopolitano 6769, *usque ad diem primam Septembris*, deinceps concursurum cum anno 6770. Itaque annus 6769 incepit a Kalendis Septembris in præcedenti anno Juliano 1260, et *mensis Julius anni Constantinopolitani* 6769, quo urbs regia recepta est, ad annum pertinet Julianum 1261.

Dubitationem removet omnem *indictio quarta*, qua insignitus procedebat annus Constantinopolitanus 6769, quave notatur etiam annus æræ vulgaris 1261. Atqui eadem quarta indictio Romano, aut pontificio more incipit a Kalendis Januariis ejusdem anni 1261 ; inceperat vero juxta Græcorum morem a Kalendis Septembribus anni præcedentis 1260. Ab his ergo initium sumit annus etiam Constantinopolitanus 6769 cum sua indictione quarta, quam ipse videlicet annus 6769 per 15 divisus reddit, nulla facta additione aut subtractione : et ab eisdem demum Kalendis Septembribus anni Juliani 1260 incipit apud Græcos novus annus Incarnationis 1261. **21** Hanc hodieque

Digitized by Google

servant ipsi consuetudinem, ut colligere licet ex eorum Ἡμερολογίοις, quæ singulis annis eduntur. Hanc eamdem servabant methodum Russi; quos attamen animadvertit Christianus Wolfius in *Elementis matheseos universæ*, tomo IV, in Elementis chronologiæ, capite 5, num. 193, *ab aliquo tempore Kalendarium Julianum recepisse, hodieque annum auspicari a Kalendis Januarii.*

Quod aio, illud ipsum disertissimis verbis expressum lego apud Pagium ad annum 1143, ubi de emortuali *Joannis Comneni* anno agens sic ait num. 9 : *Codinus, sive quisquis auctor est Chronici eidem subjuncti, prodit eum denatum anno mundi, scilicet* A *Constantinopolitano, 6651, qui Kalendis Septembris superioris Christi anni* (1142) *inchoatur.* Ab eodem anno 6651 detractis annis 5508, habetur annus æræ vulgaris Julianus 1143; unde annus Constantinopolitanus 6651 non incipit a Kalendis Septembris ejusdem anni 1143, sed inceperat abs Kalendis Septembris anni superioris 1142, ab eisdemque initium etiam sumpserat indictio sexta, et ipse annus Incarnationis 1143, juxta morem Græcorum. Hanc demum annorum connexionem evidentissime sub oculos offert initium tabulæ sequentis, quæ prostat in ejusdem Pagii Dissertatione de periodo Græco-Romana.

| Anni Dionysiani a Kalendis Januarii. | Anni mundi secundum Cp. a Kal. Sept. | Anni incarnationis secundum Cp. a Kal. Sept. | Indictiones a Kal. Sept. |
|---|---|---|---|
| Ante Christum 3. | 5507. | Ante Christum. 2. | |
| 2. | 5507.<br>5508. | 2.<br>1. | |
| 1. | 5508.<br>5509. | 1.<br>Christi. 1. | 4 |
| Christi 1. | 5509.<br>5510. | 1.<br>2. | 4.<br>5. |
| 2. | 5510.<br>5511. | 2.<br>3. | 5.<br>6. |
| .... | .... | .... | |
| 1260 | 6768.<br>6769. | 1260.<br>1261. | 3.<br>4. |
| 1261. | 6769.<br>6770. | 1261.<br>1262. | 4.<br>5. |

**22** Licuit in tabella sic annos disponere, ut statim vel oculi intuentium deprehendant, dati *anni Constantinopolitani*, sive *mundi*, sive *Incarnationis*, menses quatuor priores, quorum primus *September* est, alteri conveniri anno Dionysiano, et alteri menses octo posteriores : quo etiam modo dispositas vides indictiones, Græcorum more computatas. Quorsum vero hæc omnia, cæteroqui trita ac vulgaria, iterum veluti recocta? Nimirum ut fidentius asseram, regulas a Beveregio statutas aut abjiciendas, aut aliquo corrigendas modo : itemque ut omni salva erga viros doctissimos reverentia, de calculis eorum, qui a nostris dissonî sunt, sententiam dicam.

Montfauconius Palæographiæ Græcæ libro I, capite 6, veteres quamplures mss. codices Græcos recenset : notasque chronicas affert quæ in iis occurrunt. Pag. 45 : *Is absolutus fuit anno* 6494 (*hoc est Christi* 986). *Mensis Novembris* 27. *Feria hebdomadis sexta.* Verba lineolis inclusa apposuit vir doctissimus. Annum ego 985 enuntiandum esse aio : idque colligitur ex die 27 *Novembris feria sexta.* Annus 986 cyclum solis habet XV et litteram Dominicalem C, quæ in Kalendario diem 27 Novembris ostendit esse Sabbatum : at cyclus solis XIV et littera Dominicalis D in anno 985, ad eamdem Novembris *diem* 27 referunt *feriam sextam.*

Pag. 52 : *Mensis Novembris septima, feria quinta...* B *anni* 6571 (*Christi* 1063), *indictione prima.* Sed annum 1062 evincit *indictio prima*, quæ a Kalendis Septembris ejusdem anni 1062 incepit. Annus 1062 notatur littera Dominicali F et annus insequens 1063 littera Dominicali E. Illa vero, non ista *feriam quintam* illigat cum die *septima Novembris.*

Pag. 58 : *Die* 20 *Novembris, feria sexta, anno* 6654 (*id est Christi* 1126), *indictione quarta.* Iterum *indictio quarta* annum exhibet 1126, inceptum more Græcorum a Kalendis Septembris anni præcedentis 1125. Feriam vero *sextam* cum *die* 20 *Novembris* indicat littera Dominicalis D anni 1125, non C anni 1126.

Pag. 61 : Ἐτελειώθη δὲ ἐν ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛχος', ἰνδ. α', ἡλίου κύκλῳ ιβ', σελήνης ζ', εἰς τὰς ιδ' τοῦ Δεκεμβρίου, ἡμέρᾳ ε'. *Completus autem est anno a creatione mundi* 6676 (*Christi* 1168), *indict.* 1, *cycli solis X, lunæ VII, Decembris feria* 4. Ubi *cyclus solis* ex Græco textu reddendus est XII, itemque *feria V* enumeranda, ac demum addenda *dies* 14 *Decembris.* Imprimis mense *Decembri* anni Juliani 1168 jam a Septembri præcedenti currebat Constantinopolitanus annus 6677, quod etiam ad eumdem annum Sethus Calvisius adnotat : *Annus Constantinopolitanus* 6677 *incipit Kalendis Octobris* (lege tu *Septembris*). Consule Pagium in Dissert. de Periodo Græco-Romana **23** a num. 70 et num. 95. Itaque annus Constantinopolitanus 6676 a Kalendis Septembris anni Juliani 1167 inceperat, currebat-

Digitized by Google

que mense *Decembri* ejusdem *anni*. Rem confirmat *indictio prima*, quæ juxta Græcorum morem cum novo anno ab eisdem Kalendis Septembribus anni 1167 initium sumpserat. Accedit demonstratio ex *feria V*, quæ anno, non 1168, sed 1167 incidit in *diem 14 Decembris*. Annus 1168 insignitus procedebat littera Dominicali GF, unde dies Decembris *duodecima* fuit *feria quinta*. Anno præcedente 1167 currebat littera Dominicalis A, quæ *feriam quintam* connectit *cum die 14 Decembris*. Denique annus Dionysianus 1168 et annus Constantinopolitanus 6676 habent *cyclum solis*, ille *primum*, et iste *duodecimum*, eamdemque litteram Dominicalem GF a Kalendis Januariis : et anno præcedenti currebat cyclus solis Dionysianus XXVIII et Constantinopolitanus XI cum littera Dominicali A. Qua de re expende *Tabulam cyclorum solarium et lunarium in æris mundanis Græcorum* apud Pagium in Dissertatione de Periodo Græco-Romana, ac numerum consule 70.

Alia non pauca ibidem apud Montfauconium similia occurrunt exempla. Fateor attamen nonnulla prostare, quæ adversari videntur. Pag. 50 : *Anno* 6558 (*Christi* 1050), *mense Octobris* 25, *feria quinta*. Annum prædictum Julianum 1050 afficiebat littera Dominicalis G, quæ *feriam* V transfert in *diem* 25 *Octobris* ejusdem anni 1050. At error fortasse cadet in feria, vel in die : quemadmodum vitio laborat *indictio* 12, ἰνδ. ιβ′, quæ legitur in textu Græco : currebat enim anno 1050 indictio 3, non 12. Vel etiam pro genio librarius annum 6558 a Kalendis Januariis numeraverit : quod a Russis hodie fieri cum Wolfio adnotavimus. Ex hac dissertatiuncula haud parum emolumenti percipiendum est sequenti in Dissertatione I, capite 1, num. 4, in insigni quadam constituenda epocha, quam Pachymeres exprimit, ac perperam Possinus, Bandurius et Bollandiani intelligunt. Chronicæ aliæ difficultates occurrent, quæ nostra computandi methodo adhibita, evanescunt.

(21) *Imperator . . . Acropolitam . . . civilibus ipsum curis liberavit : seque ille paratum exhibuit iis omnibus, qui audire eum vellent magistrum.* Celeberrimum virum intellige Georgium Acropolitam, de quo latius agit Allatius in Diatriba de Georgiis. Plurimum valuit in aula imperatoria, fuitque Magnus Logotheta, reipublicæ administrationem cum imperatore gerens. Hanc dignitatem declarat Jacobus Goar in notis ad Codinum. Germanus III, patriarcha Constantinopolitanus, qui thronum Ecclesiæ anno 1266 **24** vel insequenti conscendit, ac modico tenuit tempore, ut Acropolitæ substitueretur Holobolus, publicus mathematum professor, his verbis exorasse Michaelem imperatorem inducitur apud Pachymerem lib. IV, capite 14 : *Acropolita, et Magnus Logotheta Georgius, tuo dudum* (*Auguste*) *jussu, versatus in tradendis disciplinis, postquam multis jam annis insudavit ei operæ, fractis demum viribus fatiscit . . . . Annue igitur orantibus nobis... veniam gratiamque erga Holobolum tuam permittens.* Plures itaque annos Constantinopoli scholas rexerat Acropolita. Is etiam est, qui sui temporis Historiam scripsit, cujus non pauca hactenus dedimus excerpta. Inter Cyprii Epistolas legimus inscriptam, *Acropolitæ magistro suo.*

(22) *Priusquam ad alium aliquem ex Aristotelicis gradibus*, etc. Methodum animadverte, quam in disciplinis tradendis Acropolita servabat. Tradebat primum Syllogisticam et Analyticam Aristotelis, tum Rhetoricam, ac deinceps profundiora Aristotelica Metaphysica, et de Physico auditu documenta.

(23) *Aggressus est studia, cum annum ageret vicesimum sextum, iisque finem imposuit, cum ageret tricesimum tertium.* Anno igitur Christi circiter 1264 in disciplinam Acropolitæ se tradidit Georgius. Anno 1273 litterarias reliquit exercitationes. Vide notas (6) et (8) et (11) et (16).

(24) *Circa dogmata innovatio, et Ecclesiæ turbo.* Hæc significant promotam a Michaele Palæologo Ecclesiarum concordiam, initamque anno 1274 in concilio Lugdunensi, ac inde exortas in Ecclesia Constantinopolitana factiones. Eadem verba, τοῦ δόγματος κοινοτομίᾳ, usurpat schismaticus Gregoras libro VI, cap. 1, num. 5. Cyprius Michaeli imperatori studebat : quo defuncto, aut sententiam mutavit, aut quam intus in animo retinebat, deposita simulatione, palam fecit. Hac de re in Dissertatione sequenti.

(25) *Animi curæ, in quas modo dictis timoribus solutis, pertractus et traditus est.* Ecclesiasticos viros, aliosque ad concordiam Ecclesiarum ineundam, eidemque initæ consentiendum qua minis, qua exsiliis, imperator vehementissime urgebat. Pachymeren lege libro V, a capite 11. Hinc animi *curæ et sollicitudines* in Georgio Cyprio ; quæ postea, Andronico 1282 capessente imperium, *solutæ* fuerunt. Tum vero aliis animi curis Cyprius affectus est, dignitate patriarchali ornatus.

(26) *Ad summum patriarcharum thronum conscendit . . . Incidit etiam in tempora dubia ex schismaticorum furore, et difficilia.* Georgium Cyprium ad patriarchalem dignitatem promovit Andronicus, hujus nominis imperator II, dictus etiam *Senior* respectu habito **25** ad Andronicum III nepotem. Annus Christi volvebatur 1285. Pachymeres in Andronico libro I, capite 14, *Martium* mensem enuntiat, quo Cyprius monasticam professionem emisit, novo assumpto nomine *Gregorii*, ac *celebre Palmarum festum* statuit, quo *in patriarcham ordinatus est*. Annus æræ vulgaris 1283 insignitus currebat cyclo solis IV, littera Dominicali C, et Aureo numero 11. Hinc sacrum Pascha in diem 18 Aprilis incidit : et die undecima ejusdem mensis illuxerat *Palmarum* Dominica. *Dubia ex schismaticorum furore, et difficilia* dicuntur *ea tempora*. Siquidem patriarchæ pro partium studio detrudebantur, ac promovebantur : Joanni Becco injuste deposito Jo-



Digitized by Google

sephus iterum substitutus fuerat: vigebant factiones, quæ dilacerabantur *Arsenianorum* et *Josephitarum*: dogma catholicum de processione Spiritus sancti pro virili tuebantur gravissimi viri, rejiciebant alii. Qui loco superius allato *schismatici* dicuntur a schismatico scriptore, insignes intellige viros, qui unioni cum Latinis constitutæ adhærebant. Hisce de rebus latiore sermone agit Pachymeres.

(27) *Metus omnis relaxatio exinde data.* Factam ab imperatore Andronico facultatem Joanni Becco, ejusque asseclis, Constantino Meliteniotæ, et Georgio Metochitæ facile intelligerem, ut suæ fidei rationem redderent in colloquio quod anno 1284 habitum fuit in Alexiaco Triclinio. Consule Pachymerem libro I, capite 34 et insequenti. Tum enim, metu omni veluti relaxato, scripta plura contra Gregorium Cyprium edita pro dogmate catholico. Hæc diligentius enarrantur sequenti in Dissertatione. Superiore jam anno in synodo, quæ sub Josepho *iterum* patriarcha celebrata fuit, adversarii Becci *causati fuerant*, teste Pachymere libro citato capite 8, *scandalum ortum*, ut aiebant, *ex intempestiva ventilatione quæstionum, quas inexploratas relinqui præstiterat.* Opera nonnulla a Becco elaborata numerat idem historicus in sequenti capite 9.

(28) *Invitus cessavit a componendis orationibus: et hæc est causa quare non multi ejus exstent sermones.* Intellige oratorii generis lucubrationes, *Orationes*, *Declamationes*, *Chrias*, *Fabulas*, similesque, ab Allatio, Caveo, Oudino, Fabricio aliisque recensitas. Eas nos infra enumerabimus, quæ in volumine nostro continentur.

(29) *Adde varios corporis morbos, et præsertim capitis.* Malam istam Cyprii valetudinem fortasse indicat Pachymeres, qui libro II, cap. 17 obitum ejus referens, *confectum* ait *ægritudine animi*; καὶ νόσῳ πολυημέρῳ, *et morbo* seu *languore multorum dierum.* 26 De capitis dolore, quo laborabat, sæpe ejus in epistolis mentio occurrit.

(30) *Labores in transcribendis veterum sapientum lucubrationibus impensos.* Ex ipsis, quas ejus laudavimus, non paucis epistolis, patet vehemens, quo in veterum codices ferebatur, ardor. Sibi dari ab aliis viris doctis commodato curabat eos ad exscribendum.

(31) *Ne videar viro æque ac mihi gratificari. Ipsum enim me reputo.* Hæc Cyprium *Sermonis* auctorem manifeste produnt. Vide notam (2).

(32) *Libellus hic autem, ut etiam superius dixi, patrem suum probe lectoribus ostendet.* Libellus ille est, quem prima hujus Vitæ verba indicant: *Ei, qui librum hunc concinnavit, patria.* Vide notam (3). Nimirum Cyprius uno in volumine plura a se scripta opuscula collegit, plurimasque epistolas: quibus omnibus *Sermonem de Vita sua* præmiserat, nostris adnotationibus hactenus illustratum. Ex hisce porro epistolis et opusculis ea confirmari posse, quæ in *Vita* continentur, hoc loco admonemur.

Simile volumen servat bibliotheca Cæsareo-Vindobonensis. Quæ lucubrationes in nostro continentur, haud fuerit operæ dispendium diligentius recensere.

1. Λόγος τὰ καθ' ἑαυτὸν περιέχων· *Sermo res suas continens*, quem notis illustravimus. Mutilus est in codice Vindobonensi. Vide notam (2) et (13).

(2) *In sanctum magnum martyrem et triumphatorem Georgium.* Incipit: Ἔθος τοῦτο τῶν λόγων. Græce typis editum est Encomium apud Bollandi Continuatores tomo III Aprilis, pag. XXV in fine, et Latine, pag. 123.

3. *In sanctum Dionysium Areopagitam.* Incipit, Ἡ μὲν πρόθεσις τῷ λόγῳ δικαία.

4. *In sanctum Euthymium episcopum Madytorum* in diœcesi Thracica. Consule Lequienum in *Oriente sacro* tomo I, col. 1141. Incipit, Ἐπιτιμᾷν δικαίως.

5. *In sanctam martyrem Marinam.* Incipit, Καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἄρα.

6. Τοῦ αὐτοῦ βασιλικός, *ejusdem sermo regalis*, sive de rege. Incipit, Καινὸν οὐδέν, θειότατε βασιλεῦ.

7. *In regem dominum Andronicum Palæologum.* Incipit, Ἐχρῆν μὲν ὡς ἀληθῶς, μεγιστε βασιλεῦ.

8. *Sermo antirrheticus contra Becci blasphemias.* Incipit, Οὐκ ἔγωγε θαυμάζω. Novas, quas Cyprius invehit hæreses, refellit Joannes 27 Beccus in oratione II, quæ exstat apud Allatium tomo II *Græciæ orthodoxæ* pag. 252. Hac de re in Dissertatione sequenti.

9. Tractatus incipiens, Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβάσα. Editus exstat apud Bandurium tomo II, inter notas ad *Antiquitates Constantinopolitanas* libro VIII, in Gregorio Cyprio. Hoc loco inscribitur Ἔκθεσις τοῦ τόμου τῆς πίστεως· nostro in volumine, Τόμος περὶ ἀσεβείας.

10. Tractatus incipiens, Τὸν μὲν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οἱ Ἰταλοί· *Filium quidem Dei Itali aiunt.*

11. Alius incipiens, Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει. Apud Bandurium loco citato editus Ὁμολογία, *Confessio ejusdem Gregorii.* Latiore calamo de hisce lucubrationibus in sequenti Dissertatione dicendum.

12. *Sapientissimi Magni logothetæ Muzalonis Antirrheticus contra Becci blasphemias.* Incipit, Οὐκ οἶδα ὅ τι παθών. Hunc Michael Palæologus in Magni logothetæ dignitatem loco Acropolitæ denati promoverat. Odio in ipsum Michaelem et patriarcham Beccum perductus, Andronico suadet restitutionem schismatis. Vide Pachymerem in Andronico libro I, capite 1, et 2, et 8, ubi narrat historicus, *libellum* a Muzalone pro dogmate catholico prius datum, in ignem, ipso jubente, projectum fuisse. *Theodorus* vocabatur.

13. Cyprii *Chria.* Incipit, Σωκράτους μὲν ἐπαινέτην.

14. *Meditatio.* Φιλαργύρου παῖς τοῦ πατρός· *Filius avari patris.*

15. *Potidyatæ* (Potidæatæ, populi) *ab Atheniensibus obsessi sese invicem comedebant. Athenienses*

Digitized by Google

*improbitatis insimulant Corinthii* (quorum Colonia erat Potidæa.) *Athenienses defensi.* Incipit, Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι.

16. Φιλόσοφος ἀνελθὼν εἰς ἀκρόπολιν; *Philosophus, cum ascendisset in arcem, et tyranno persuasisset, deponere principatum,* etc.

17. Ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, εἴτουν εἰς τὴν τοῦ καθόλου τοῦ ὕδατος φύσιν, *Encomium maris, seu in universam aquæ naturam.* Opusculum Græce edidit Vulcanius.

18. *Epistolæ*, ac illæ primum, quas ante dignitatem patriarchalem indeptam scripserat. 1. *Neocæsaritæ.* 2. *Magno logothetæ Acropolitæ.* 3. *Monacho Jasitæ.* 4. *Eidem.* 5. *Meliteniotæ.* 6. *Neocæsaritæ.* 7. *Thessalonicensi D. Demetrio.* 8. *Mystico D. Joanni honorando.* 9. *Præsidi Ephesi D. Isaaco.* 10. *Xiphilino.* 11. *Neocæsaritæ.* 12. *Theognosto D. Joanni Medico.* 13. *Eidem.* 14. *Chartophylaci Thessalonicæ Stauracio.* 15. *Theognosto.* 16. *Neocæsaritæ.* 17. *Eidem.* 18. *Eidem.* 19. *Stauracio.* 20. *Eidem.* 21. *Eidem.* 22. *Neocæsaritæ.* 23 *Eidem.* 24. *Eidem.* 25. *Meliteniotæ.* 26. *Stauracio.* 27. *Athanasio Catzycæ.* **28** 28. *Scutariotæ.* 29. *Neocæsaritæ D. Manueli præfecto Cretæ.* 30. *Eidem.* 31. *Eidem.* 32. *Eidem.* 33. *Pedasimo chartophylaci.* 34. *Neocæsaritæ.* 35. *Episcopo Priennes*, in Caria sub Ephesino metropolita. 36. *Logothetæ Acropolitæ.* 37. *Neocæsaritæ.* 38. *Cuidam ex condiscipulis.* 39. *Eidem.* 40. *Quæstori D. Nicephoro Chumeno* (al. *Cumeno*). 41. *Neocæsaritæ.* 42. *Eidem.* 43. *Eidem.* 44. *Eidem.* 45. *Diacono Callisto.* 46. *Ad seipsum, tanquam ab alio scripta.* 47. *Neocæsaritæ.* 48. *Ad seipsum.* 49 . . . . 50. *Neocæsaritæ.* 51. *Logothetæ* τῶν ἀγελῶν, *rei pecuariæ.* 52. *Magnus Logotheta patriarchæ.* 53. *Magno Logothetæ.* 54. *Sine nomine.* 55. *Sine nomine.* 56. *Neocæsaritæ et Chumneno.* 57. *Scutariotæ.* 58. *Neocæsaritæ.* 59. *Magno Logothetæ.* 60. *Sine nomine.* 61. *Neocæsaritæ.* 62. *Saponopolitæ.* 63. *Eidem.* 64. *Eidem.* 65. *Meliteniotæ.* 66. *Neocæsaritæ.* 67. *Eidem.* 68 . . . . . 69. *Pachymeri.* 70. *Neocæsaritæ.* 71. *Monacho Jasitæ.* 72. *Meliteniotæ.* 73. *Monacho D. Methodio.* 74. *Coresæ monacho Agathoni.* 75. *Meliteniotæ.* 76. *Stauracio.* 77. *Eidem.* 78 *Georgio Marmaro.* 79. *Theognosto D. Joanni medico.* 80. *Saponopolitæ.* 81. *Xiphilino.* 82. *Chartophylaci Thessalonico et Stauracio.* 83. *Theognosto D. Joanni medico.* 84. *Monacho Theodosio.* 85. *Eidem.* 86. *Saponopolitæ.* 87. *Neocæsaritæ.* 88. *Meliteniotæ.* 89. *Coresæ monacho Agathoni, et Neocæsaritæ.* 90. *Meliteniotæ.* 91. *Homiletis suis, Muzaloni D. Theodoro logothetæ* τοῦ γενικοῦ, *ærarii publici, et aliis.* 92. *Rhetori Holobolo.* 93. *Supplicationum præfecto.* 94. *Eidem.* 95. *Eidem.* 96. *Rhetori Holobolo.* 97. *Meliteniotæ.* 98. *Supplicationum præfecto.* 99. *Stauracio.* 100. *Monacho D. Methodio.* 101. *Eidem.* 102. *Phacrasæ Joanni.* 103. *Meliteniotæ.* 104. *Ducætæ.* 105. *Cuidam ex Homiletis.* 106. *Stauracio.* 107. *Theognosto.* 108. *Supplicationum præfecto.* 109. *Magno logothetæ.* 110. *Meliteniotæ.* 111. *Acropolitæ Magno logothetæ.* 113. *Monacho Jasitæ.* 114. *Theognosto D. Joanni Medico.*

19. *Epistolæ*, ἐκδοθεῖσαι ἐν τῷ πατριαρχείῳ, *scriptæ datæque tempore patriarchatus.* 115. *Magno logothetæ.* 116. *Magnus logotheta patriarchæ.* 117. *Patriarcha eidem.* 118. *Magnus logotheta patriarchæ.* 119. *Patriarcha eidem.* 120. *Ostridiensibus monachis Calo-Joanni, et Danieli.* 122. *Rhetori Holobolo.* 123. *Magno logothetæ.* 124. *Eidem.* 125. *Eidem.* 126. *Danieli Glycæ.* 127. *Magno logothetæ.* 128. *Eidem.* 129. *Eidem.* 130. *Eidem.* 131. *Sebastocratori D. Joanni.* 132. *Regi.* 133. *Regi.* 134. *Eidem.* 135. *Magno Logothetæ.* 136. *Eidem.* 137. *Regi.* 138. *Eidem.* 139. *Magno logothetæ.* 140. *Eidem.* 141. *Eidem, protovestiario pro iterum consuli.* 142. *Regi.* 143. *Eidem.* 144. *Magno logothetæ.* 145. *Eidem.* **29** 146. *Regi.* 147. *Monacho Athanasio Lependreno.* 148. *Eidem adhuc pacem colenti.* 149. *Magno logothetæ.* 150. *Eidem.* 151. *Eidem.* 152. *Monacho.* 153. *Magno logothetæ.* 154. *Eidem.* 155. *Eidem* 156. *Magnus logotheta patriarchæ.* 157. *Patriarcha eidem.* 158. *Protovestiariæ et sorori ipsius.* 159. *Magno logothetæ.* 160. *Eidem.* 161. *Protosebasto, et Protovestiario.* 162. *Eidem.* 163. *Eidem.* 164. *Eidem.* 165. *Eidem.* 166. *Eidem.* 167. *Medico Theognosto.* 168. *Protovestiario.* 169. *Logothetæ ærarii publici Acropolitæ.* 170. *Magno logothetæ.* 171. *Monacho cuidam celebri.* 172. *Magno logothetæ.* 173. *Eidem.* 174. *Eidem.* 175. *Eidem.* 176. *Cuidam noto et familiari.* 177. *Magno logothetæ.* 178. *Ephephi filio.* 179. *Eidem.* 180. *Magno logothetæ.* 181. *Eidem.* 182. *Eidem.* 183. *Patriarcha protovestiario.* 184. *Eidem pro Oenæoto.* 185. *Eidem.* 186. *Protovestiarius patriarchæ.* 187. *Raulænæ.* 188. *Eidem.* 189. *Eidem.* 190. *Eidem.* 191. *Eidem.* 192. *Eidem.* 193. *Eidem.* 194. *Eidem.* 195. *Eidem.* 196. *Eidem.* De hac, quæ erat *protovestiarissa*, plura Pachymeres in Andronico, 197. *D. Constantino Galesiotæ.* 198. *Sine nomine.* 199. *Magno logothetæ.* 200. *Sine nomine.* 201. *Sine nomine.* 202. *Sine nomine.* 203. *Sine nomine.* 204. *Protosebasto et protovestiario, et magno logothetæ.* 205. *Sine nomine*, sed *eisdem.* 206. *Medico Theognosto.* 207. *Magno œconomo Gemosto, ejusque filio.* 208. *Raulænæ.* 209. *Eidem.* 210. *Eidem.* 211. *Eidem.* 212. *Eidem.* 213. *Eidem.* 214. *Eidem.* 215. *Cuidam antistiti.* Lambecius et Nesselius in codice Vindobonensi epistolas numerant tantum CXCI. Multo plures in aliis asservari bibliothecis, adnotat Casimirus Oudinus.

20 Ἀπόφασις, *sententia.* Decretum quoddam synodale videtur.

21. Ἐκ τοῦ ἁγίου Νείλου. Fragmentum *ex sancto Nilo.*

22. Τῶν φίλων τινί, *Amicorum cuidam.* Pollicetur se thronum abdicaturum post acceptum de innocentia sua testimonium. Integram in Dissertatione sequenti Græce et Latine epistolam dabimus.

Digitized by Google

*Moscamperis*, τοῦ Μοσχάμπερ. Pachymeres in Andronico libro II, capite 3, sic habet: *Quiddam porro quod contigit circa exchartophylacem (nam et Moschampar paulo ante cesserat officio, et a patriarcha se removerat, quibusdam offensiunculis aversus: consortem quoque simultatis secum habens et Quinquecclesiensem), auxit utriusque in patriarcham odium.* Fides Gregorio datur de testimonio ejus innocentiæ reddendo. Græce prodiit epistola apud Lambecium et Oudinum: quam nos Græce et Latine 30 damus. In codice Cæsareo —Vindobonensi inscribitur: Ἀναχήρυξις τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ παρὰ τῶν ὑποσχομένων αὐτῷ. Incipit, Εὐλογητός.

24. Παραίτησις, *Cessio*, seu Libellus abdicationis throni a Gregorio datus. Exstat Græce et Latine apud Pachymerem loco citato capite 9.

# DISSERTATIO PRIMA

## HISTORICA ET DOGMATICA

De præcipuis Georgii, seu Gregorii Cyprii gestis: deque Processione Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu per Filium.

### 31 CAPUT I.

*Nonnullorum patriarcharum notitia, qui Gregorio Cyprio præcesserunt. Annus expenditur quo Arsenius iterum patriarcha, depositus est; itemque annus quo dignitatem sumpsit, et abdicavit Germanus: Possinus, Bandurius et Cuperus emendati. Annus etiam evecti ad sedem patriarchalem Josephi Galesiotæ. Arsenianorum et Josephitarum factiones.*

1. Theodorus Lascaris, quem *tertium* hujus nominis Græcorum imperatorem vocant, vita mortali *anno* æræ vulgaris 1259 *in autumnum vergente* decesserat, ut ait Pachymeres in Michaele Palæologo libro I, capite 13, id est mense Augusto. Imperium paternum accepit filius ejus, Joannes IV Lascaris, qui ætatis annum aut sextum, aut octavum, aut certe nonum, pro varia scriptorum chronographia, vix indeptus fuerat. Impuberi principi tutores erant Georgius Muzalo, protovestiarius, et Arsenius, cognomento *Autorianus*, qui ab anno 1255 sedem tenebat patriarchalem. Pachymerem latius disserentem consule loco citato capite 13. *Protovestiarium* interpretatur Goarus in notis ad caput 2 Georgii Codini Curopalatæ num. 19, *Regii cubiculi Magistrum.*

Erupit de tutela principis contentio. Georgius et Theodorus Muzalones ab exercitu in seditionem concitato trucidati: declaratusque pueri principis tutor Michael Palæologus, qui dignitate potiebatur *Contestauli*, seu *Conestauli*, id est *Comitis stabuli imperatorii*. Goarum vide loco citato num. 2, et Pachymerem cap. 17 et 21, et insequenti 22. Tum ille *Magni Ducis* titulo ornatus, renuntiatusque *despota*, ut narrat laudatus historicus cap. 23 et 27, majora moliri animo cœpit, summum scilicet imperii honorem captare. Rem obtinuit pro votis: salutatus imperator, 32 seu *Collega* pueri imperatoris anno 1260, ipsis Kalendis Januariis, teste Pachymere libro II, capite 4. Designata instabat duorum Augustorum coronatio juxta pacta a Michaele juramento firmata: sed pactis violatis, unus, Michael, præterito puero despectoque, coronam accepit. Hæc latissime enarrata a Pachymere capite 7 et 8, satius fuit compendio contraxisse.

*Arsenius* patriarcha, *sive reputans sibi illusum, intercersa coronatione pueri Augusti* (verba sunt Pachymeris libro II, cap. 15), *indigneque ferens, hærede imperii contempto, peneque in ordinem redacto, ad nutum unius Palæologi cuncta gubernari: sive indormivisse sibi conscius .... seu quis alius urebat occultus dolor .... ad portam urbis Nicææ* (ubi cum imperatoribus post captam a Latinis Constantinopolim sedebant patriarchæ), *progressus est*: seseque *contulit ad monasterium Paschasii, ad tranquillam quietem opportune situm.* Hæc anno 1260 contigerunt. Mensem ejusdem anni *Aprilem* definit Petrus Possinus libro III Observationum in Pachymerem capite 5, num. 2. Annum illum *ineuntem* statuit Anselmus Bandurius, in *Antiquitates Constantinopolitanas* lib. VIII; Possini calculis acquiescit Guilielmus Cuperus in *Historia chronologica patriarcharum Constantinopol.* quæ tomo I Augusti inter Acta sanctorum prostat.

Arsenio, secundum juris formulas minime deposito, substituerunt *Nicephorum*, hujus nominis II, qui tunc Ephesinam metropolim administrabat. Pachymere teste capite 22, *videbatur* Nicephorus *multis intrusus in patriarchalem thronum, non tam quod translatus ex Ephesina sede, quam quod legitimo adhuc vivente patriarcha translatus fuisset.* Ipsum *non integro anno patriarchatui præfuisse*, diserte notat Georgius Acropolita in Historia num. 84. Mortem ejus cum mense Novembri ejusdem anni 1260 illigant Possinus, Bandurius, Cuperus.

Pro Arsenii restitutione exoratur imperator: sed ea non statim admissa. Interim anno insequenti 1261 urbem Regiam Constantinopolim, Latinis ereptam, recuperat Michael die 25 mensis Julii: dieque 15 Augusti in eam ingreditur, pedes currum sequens triumphalem. Rem narrat Pachy-

Digitized by Google

meres libro II, capite 31 : *Arsenius iterum* patri- A
archa renuntiatur. Acropolitæ verba accipe num. 88 : *Quando vero et patriarchæ* (Arsenio) *ingrediendum erat Constantinopolim post nonnullorum dierum excursum* (ab solemni imperatoris ingressu :) *sermonibus suasionibusque adductus introit imperator in sacram regiam, ad cathedram pontifici consignandam . . . . Ibi imperator manum patriarchæ continens : Tene,* inquit, *thronum* **33** *tuum, domine : et a qua tandiu aberrasti, cathedra fruere.* Hæc solemnis nova Arsenii patriarchæ renuntiatio eodem Augusto mense anni 1261 peracta videtur. Affectus ille honoribus ab imperatore : Ecclesiæ proventus adaucti, sacrorumque ministrorum stipendia large collata. Hinc vero *inductus est* Arsenius (ut ait Pachymeres libro III, capite 2) *ad coronandum* B
*munificum largitorem, nulla prorsus facta mentione aut significata memoria Joannis* pupilli.

Pupillus infelicissimus Joannes, jubente Michaele imperatore, excæcatus est, et in arcem Dacibyzæ inclusus, ubi perpetuo custodiretur. Impium facinus eodem anno 1261 peractum, *Die omnium sanctissima* (ut ait Pachymeres capite 10), *et maxime festiva, Christi Salvatoris nostri natali.* Inmane facinus dolens patriarcha Arsenius, convocata synodo anno 1262 ineunte, *pronuntiato palam, et merita severitate objurgato Michaelis Augusti scelere; ipsum prolata legitimi judicii formula, spirituali sectione a communione Christo credentium rite resecat.* Hæc habet Pachymeres capite C
14. Cur Possinus hanc differat imperatoris excommunicationem in annum 1265, ac si *acerbus* perpetrati sceleris *nuntius* nonnisi post annum ad aures patriarchæ pervenerit, haud satis capio.

II. Frustra per longum spatium temporis solutio vinculi, quo tenebatur Augustus, ab eodem petita. Hinc *sub initium Aprilis, solennis jejunii tempore* (verba sunt Pachymeris lib. IV, cap. 3) *dum festum ageretur, quod Acathistum vulgo vocant, libellus accusationibus plenus imperatori traditur* contra patriarcham Arsenium, *noctu post finem hymnodiæ.* Possinus in Glossario Rituale Græcorum affert, in quo hæc habentur : Ἀκάθιστον, *Acathistum*, celebratur *Sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ.* Quo ex festo die ita calculos init ad D
annum indagandum lib. III Observationum chronologico, capite 5, num. 5. « Diximus in Glossario, Verbo ἀκάθιστος, festum illud celebrari solitum fuisse *Sabbato quintæ hebdomadæ verni* jejunii quadraginta dierum, *sexdecim diebus ante Pascha.* Cum autem, ut est manifestum, non quolibet anno *Sabbatum* quintæ hebdomadis quadragesimalis in *Aprilis initium* (a Pachymere indicatum) incideret, apparet his verbis contineri characterem *anni* quem quærimus. Ordo rerum gestarum in Synopsi expansus ducit nos ad *annum Christi* 1266. Nam hic annus fuit periodi Julianæ 5979, *cycli solis* 15, *cycli lunæ* 11. Horum cyclorum certissimo indicio habemus Pascha illo anno fuisse Aprilis 18. Unde retrocedendo ad Sabbatum quintæ hebdomadæ **34** Quadragesimæ, ac festum *Acathistum*, reperimus id accidisse in *tertium Aprilis :* qui dies aptissime congruit in illam mentionem ἑσταμένου Βοηδρομιῶνος, *incipientis Aprilis.* » Calculos Possini approbat Cuperus loco citato num. 980.

Non sine maxima trepidatione, quam viri doctissimi ingerit auctoritas, eidem adversari cogor. Annus æræ vulgaris 1266, et Periodi Julianæ 5979, *cyclo solis* 15 et *littera Dominicali C* insignitus, utique currebat, minime vero *cyclo lunæ* 11, sed 13. Hinc luna paschalis eo cœpit anno numerari ab undecima die Martii : inciditque luna quartadecima in diem 24 ejusdem mensis, *feriam quartam :* et sanctum Pascha *die* 28 *Martii* celebratum est. Id evincunt, calculis a me institutis ut præsidium auctoritatis adjiciam, *Tabulæ annorum*, quæ editæ prostant apud Ducangium in Glossario mediæ et infimæ Latinitatis, v. *Annus*, et apud Pagium in Breviario historico-chronologico-critico Romanorum pontificum, aliosque. Addo Calvisium in Opere chronologico ad eumdem annum 1266, itemque Cuperum loco citato num. 988, *Falsa hypothesi nititur Possinus*, inquientem, *dum asserit Pascha anno* 1266 *in diem* 18 *Aprilis incidisse. Nam juxta omnes alios chronologos, et ex calculo astronomico constat, illo anno* 1266 *Pascha die* 28 *Martii celebratum fuisse.* Hinc vero efficitur demum festum τοῦ Ἀκαθίστου irrito conatu inquiri eodem anno inter dies *Aprilis* ἑσταμένου, *incipientis.* Ea Græca voce Beveregius adnotat libro I Institutionum chronologicarum capite 13, num. 5, significari apud Græcos consuevisse *partem mensis primam*, decem priores dies complectentem. Dufresnium consule in notis ad Annæ Comnenæ librum I *Alexiados* ubi scriptores Latinos aliquos memorat, qui suis in chronicis *mensem stantem* accipiunt pro *mense exeunte*, Auctorem chronici Barensis, Anonymum in serie comitum Capuæ, Romualdum Salernitanum, aliosque.

Chronicus character ex eodem Ἀκαθίστου festo deductus optime anno insequenti 1267 conveniret, quo sacrum Pascha celebratum est die 17 Aprilis : littera Dominicali B currente ; sic enim festum illud incidit in diem 2 ejusdem *Aprilis* ἑσταμένου. Sed hunc vel ipse Possinus rejicit annum : ab eoque argumenta nos retrahunt, quæ dabimus infra. Rejici debet annus 1265, quo Pascha celebraverunt Orientales et Occidentales Christiani die 5 Aprilis ; at præcedens convenit omnino annus 1264. *Cyclus solis* currebat 13, et *littera Dominicalis* FE, *et cyclus lunæ* 11, unde luna 14 incidit in diem 15 Aprilis, feriam tertiam, et sacrum Pascha in diem 20 ejusdem mensis. Festum igitur Ἀκαθίστου celebratum fuit die 5 ejusdem **35** Aprilis, *Sabbato quintæ hebdomadæ* jejunii quadragesimalis. Nimirum septem hebdomadibus jejunium istud Græci agunt, ac incipit feria 2 nostræ Quinquagesimæ, quæ eodem anno 1264 fuit dies tertia Martii : adeoque heb-

Digitized by Google

domada quinta desinit in *Sabbato*, quinta die Aprilis. Græcorum Ἡμερόλογια vide.

Datus ergo accusationis contra Arsenium patriarcham libellus fuit, *dum festum agebatur, quod Acathistum vulgo vocant*, noctu *post finem hymnodiæ*, die 5 Aprilis anni 1264. Ita scilicet vocabatur, quod a populo, ob urbem ter servatam ope beatæ Virginis, *per totam noctem* stante, *sine sessione*, gratiarum actionis cantica exsolvebanter Sabbato *in Matutinis* hebdomadæ quintæ jejuniorum. Ducangium consule in Glossario Græco. Historicam hujusce rei narrationem typis edidit Combefisius post Historiam Monothelitarum pag. 805. Synodus convocata, quæ negotium patriarchæ discuteret: indicta dies juxta juris formulas, lata sententia depositionis, depositusque Arsenius in exsilium abire jussus, *nocte circiter extrema* Πυανεψιῶνος, *Maii mensis*, eodem anno 1264. Plura apud Pachymerem lege libro IV, citato capite 8, ubi loco vocis Πυανεψιῶνος reponendam vocem esse Πυανεψιῶνος, animadvertit Possinus in Observationibus libro III chronologico, capite 1, et capite 5, num. 6. Altera namque hac voce contantissime Pachymeres mensem *Maium* vocare solet, et in codice Barberino, quo ipse utebatur, e regione illius vocis Πυανεψιῶνος in margine antiqua manu legitur Μαΐου scripta. Constitutum depositionis Arsenii annum 1264 amplectitur Bandurius: *ait ut*, inquiens, *dicat Possinus*.

III. Refert Pachymeres capite 9 turbas excitas ob Arsenii depositionem. Sic habet vero capite 10: *Multi monachi et laici e plebe, abscindentes sese a communione eorum qui damnaverunt Arsenium, seorsim convenerunt . . . . Cæterum imperator, intelligens non posse relinqui Ecclesiam sine pastore, electionem patriarchæ liberis antistitum suffragiis permisit. At episcopi* (narrare pergit ille capite 12) *facultate accepta eligendi liberis suffragiis . . . . universi convenerunt in Germano, Adrianopoleos episcopo . . . Imperator, electionem comprobans, magnopere incumbebat ut præfecturam ecclesiasticam capesseret, quotidie adiens, et omni persuasionum et obsecrationum impetu adurgens. His ille precibus moveri se tandem passus* (capite 13.) μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑορτῇ, *mense Junio in festo sancti Spiritus, concordibus suffragiis, patriarcha declaratus est.* Hæc peragi nonnisi per longum tempus Possino, et Bandurio, mihi vero intra breve dierum aliquot spatium, potuisse videntur. Hic Germanus numeratur tertius in serie **36** patriarcharum urbis regiæ. Sed indeptam abdicare demum dignitatem Septembri mense coactum fuisse, narrat ipse Pachymeres capite 21, *mensis*, inquiens *inierat September*, Γαμηλιών, *et agebatur venerandæ crucis festum, quod Exaltationem appellamus. In ea sacris ultimum vestibus indutus, sacraque diei ejus liturgia rite functus, vespere sub crepusculum recedit.*

De anno quo hæc accidere dissilient scriptores. Bandurius, qui Arsenii depositionem cum anno 1264 illigat, Germani successionem differt ad annum 1267 ac mensem Junium ejusdem anni. Arsenii depositioni annum 1266 assignaverat Possinus: eodemque anno, vel potius insequenti 1267 substitui Germanum potuisse tradit, pro utraque sententia varia accumulans argumenta. Sed ipsum denique anno eodem 1267 cessisse patriarchatu die 14 Septembris, *certo constare*, inquit loco citato capite 6 num. 1. Chronologicis implicitus difficultatibus Cuperus, *Circa alterum annum nihil absolute definio* (inquit num. 992): *Sed initium Germani anno Christi* 1266 *vel* 1267 *affigo. Abdicationem autem* (num. 993) *anno Christi* 1267 *factam esse, ex initio successoris ipsius postea constabit.*

Viros doctissimos impulit Nicephori Gregoræ auctoritas, ut Germani abdicationem in annum 1267 referrent. Narrat ille lib. IV, capite 8, num. 4, sedem patriarchalem a Germano relictam, in eamque evectum Josephum Galesiotam. Tum num. 2 adnotat, *sub hoc tempus luna solem obscuratum esse . . . . 25 die Maii.* Hanc solis defectionem contigisse eadem die 25 Maii *anno* 1267, demonstrant astronomi, Sethus Calvisius, et Jacobus Grantamus, et Joannes Baptista Ricciolius apud Possinum libro III chronologico, capite 7. Hinc argumentationem sic suam instituit Possinus ibidem capite citato: *Gregoras describit insignem prorsus et horrendam solis defectionem Constantinopoli visam, paulo ante quam exauctoraretur Germanus, et Josephus in ejus locum substituendus eligeretur . . . . Quare si demonstrare poterimus fide tabularum, et ratiociniis astronomicis, solis deliquium tam notabile . . . illo revera fuisse commissum anno* (1267), *nemo non videt magnum inde firmamentum accessurum ratiociniis nostris.* Imo nullum Possini sententiæ, qui Germani cessionem anno 1267 affigit, firmamentum accedere potest, nisi prius certo ac perspicue demonstretur, *solis illud deliquium*, quod die 25 Maii contigit, *visum Constantinopoli fuisse paulo ante quam exauctoraretur Germanus.* Atqui vero id Gregoras minime asserit. Narrat imo 1. Germanum abdicavisse dignitatem: quam ab ipso abdicatam fuisse die 14 Septembris, refert Pachymeres; 2, in ejus locum Josephum Galesiotem suffectum, scilicet die 28 Septembris, **37** eodem teste Pachymere, ut infra dicendum; 3. concessam imperatori absolutionem a novo patriarcha die indicta, quam statuit *secundam Februarii* Pachymeres libro IV, cap. 25. Hisce narratis, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, *sub hoc tempus, vel hoc circiter tempore*, inquit Gregoras, *luna solem obscuravit 25 die Maii.* Quis ergo non videat solarem defectionem referri, quæ post Germani abdicationem et Josephi inaugurationem accidere potuerit? Ita se rem habere pro certo habeo, cum anno 1266 cadente et patriarchatum abdicaverit Germanus, et illum indeptus fuerit Josephus, ut

Digitized by Google

numero sequenti dicendum, et anno 1267 accide- A rit eclipsis.

Hac submota difficultate, nihil utique obstat quominus Germanus III electus fuerit patriarcha *mense Junio in festo sancti Spiritus*, anno 1264, quo Arsenius *mense Maio* antistitum sententia e throno deturbatus fuit. Anno illo siquidem sacrum incidit Pascha in *diem* 20 Aprilis, et Pentecoste in diem 8 *Junii*. Sacrum Pentecostes festum tribus diebus celebratur : illudque vocant Græci Ἅγιον τριήμερον. Quod ergo Pachymeres *festum* appellat *sancti Spiritus*, intelligi fortasse prima dies potest, vel altera, aut tertia. Hinc post Arsenii depositionem tot dierum effluxit spatium, quot satis esse videntur, ut ea peragerentur, quæ narrat Pachymeres, omnia.

Regimen Germani intra brevissimum trium mensium spatium, a *Junio* ad diem 14 Septembris coarctari, *intellectu difficile* putat Cuperus ob ea plurima quæ narrat Pachymeres a capite XIII ad caput usque XXI. Annum saltem integrum et aliquot insuper menses numerandos esse, evincit gravissima difficultas, quam ipse Cuperus proponit a num. 991 insolutamque relinquit. « Postquam Pachymeres diffusa oratione exposuit, quomodo plebs Germano patriarchæ adversaretur, ac ipse imperator abdicationem ejus occulte urgeret, libro IV, capite 18, subnectit sequentia : *Cæterum imperator . . . egregie perstitit in simulatione fovendi protegendique ipsum . . . Instante* (τῆς τῶν Βαΐων ἑορτῆς) *Palmarum festo, quo solemnis duci per urbem supplicatio consuevit . . . misit* (ad Germanum imperator) *magnam copiam æreæ argenteæque monetæ... quam jactari jussit in populum.* Græci quotannis *festum Palmarum* nobiscum circa finem Quadragesimæ celebrant, ut Leo Allatius in Dissertatione de Dominicis et Hebdomadibus Græcorum num. 20 testatur : ubi etiam notat, tunc ab imperatoribus et patriarchis Constantinopolitanis dona quædam populo distribui consuevisse. At quomodo Germanus patriarcha, **38** *instante Palmarum festo*, nummos dispersit in plebem, si duntaxat a *festo Pentecostes* usque ad medium fere *Septembrem* ejusdem anni 1267, tribus mensibus et aliquot diebus, cathedram Constantinopolitanam tenuerit? Quis eo temporis spatio inveniet festum Palmarum, quod in Ecclesia Græca æque ac Latina non diu ante Pascha celebratur? »

An objectæ difficultati satisfaciat Cuperus? Verba ejus sunt : « Nullum igitur hic video effugium, nisi quispiam ostendat, apud Pachymeren nomine Græco mensis Ματμακτηριῶνος aliquando *Maium* significari, aut aperte edicat, mensem *Junium* ibi perperam pro mense *Maio* scriptum fuisse. In ea hypothesi utrumque Pachymeris testimonium inter se conciliari posset. Si enim Germanus a Pentecoste anni 1266 (quo illa in Maium mensem incidit), usque ad medium Septembrem anni 1267 in cathedra Constantinopolitana B sedisset, jam intra istud patriarchatus spatium anno Christi 1267 occurret festum Palmarum, quo patriarcha ille pecuniam spargere potuerit. Attamen circa alterutrum annum nihil absolute definio . . . . donec huic nodo extricando peritior manus adhibeatur. »

Peritiorem me adhibere posse manum, audacior fuerim, si dixero. Attamen gratis omnino diceret quispiam, Junium mensem pro mense *Maio* scriptum fuisse, cum nullus occurrat vetustus codex, qui varietatem aliquam suppeditet lectionem. Nomine Græco Ματμακτηριῶνος aliquando significari *Maium* apud Pachymerem, imbecillior conjectura foret, quam constantissimus evertit usus ejusdem historici, menses anni proprio quodam more appellantis 1. Ἑκατομβαιῶνα, *Januarium*. 2. Λ - ναιῶνα, *Februarium*. 3. Χρόνιον, *Martium*. 4. Βοηδρομιῶνα, *Aprilem*. 5. Πυανεψιῶνα, *Maium*. 6. Ματμακτηριῶνα, *Junium*. 7. Ἀνθεστηριῶνα, *Julium*. Γαμηλιῶνα, *Septembrem*. 9. Ἐλαφηβολιῶνα, *Octobrem*. 10. Μουνυχιῶνα, *Novembrem*. 11. Σκιρ - ροφοριῶνα, *Decembrem*. Pachymerianum mensis Augusti nomen non apparet toto in opere. Hæc singula illustrat nomina Possinus in Observationibus libro III, capite 1.

Itaque nodum ego, nec secandum, nec solvendum, ullum video. Nostra namque chronographia, quemadmodum Germani patriarchæ inaugurationem ad annum refert 1264 et ad Pentecosten, C quæ anno illo mense Junio celebrata est : ita duo exhibet Palmarum festa, anno 1265 primum, et anno 1266 alterum, quo acceptam ab imperatore pecuniam populo erogavit. Una superest difficultas de anno quo patriarchatum abdicavit ipse Germanus, ac indeptus est Josephus Galesiota : quem ego si demonstravero, definiendum **39** esse annum æræ vulgaris 1266, in tuto jam erit hactenus constituta patriarcharum chronographia. Age vero.

IV. Narrantem audivimus Pachymerem libro IV, capite 21, suas in cellulas Germanum sese recepisse *Septembri mense*, in *festo venerandæ crucis*, quod *Exaltationem* appellamus, *die quartadecima*. Historiam texere pergit ille capite 23 : *Amoto*, D inquiens, *e sede Germano, idoneum qui patriarchali throno imponeretur, inquirebat imperator, Josephum* Galesii præfectum, *justo suffragiorum comprobatum numero, ad patriarchatum imperator evexit*, μηνὸς Σκιῤῥοφοριῶνος εἰκοστῇ ὀγδόῃ τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως, τοῦ ,ςψοε' ἔτους, *mensis Decembris die octava supra vicesimam, indictionis decimæ, anni* 6775. Ἑκατομβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονηθείς, *Mox Kalendis Januariis ordinationem idem episcopalem rite accepit.*

Possinus libro III, citato capite 6, num. 2, sic ait : « Annus æræ mundi Græcorum reducitur ad vulgarem æræ nostræ Christi, detractione 5508. Fuit ergo is annus Christi 1267, periodi vero Julianæ 6980. Qui numerus divisus in quindecim,

Digitized by Google

indicat indictionem, ejus anni characteristicam, decimam, prout Pachymeres notavit. Unde dubium esse non potest, quin patriarchatus Josephi Galesii a Kalendis Januariis anni Christi 1268 procedat. » Paria sunt, quæ scribit Cuperus num. 997. « Annus mundi 6775, juxta Græcos recentiores, et indictio 10 cum utroque mense hic expresso (Decembri et Januario) finem anni Christi 1267 et initium anni 1268 certissime designant. » Ultro consentit Bandurius : *Successit in patriarchatu Josephus die vicesima octava mensis Decembris anni Christi* 1267, *et mox Kalendis Januariis ordinatus fuit . . . . et die* 2 *Februarii anni* 1268 *solvit imperatorem anathemate.* Eadem habet Lequienus in patriarchis Constantinopolitanis tomo I *Orientis sacri.*

Iterum, trepidus licet ob virorum doctissimorum auctoritatem, vitio tamen calculos eorum laborare assero, perspicua rei veritate fidentior effectus. Dato anno Constantinopolitano 6775, subtractisque annis 5508, *habetur annus Christi* 1267 *concurrens*, (ut ait Ricciolius), *a Kalendis Januariis usque ad sequentis Septembris* (ejusdem anni 1267) *Kalendas.* Itaque annus 6775 inceperat a Kalendis Septembris anni præcedentis 1266, et finem habuit die postrema Augusti anni 1267, incepitque ab insequentibus ejusdem anni 1267 Kalendis Septembribus annus 6776. Igitur dies 14 Septembris, qua Germanus abdicavit patriarchatum, et dies vicesimus octavus Decembris anni 6575, qua Josephum in patriarcham promovit imperator, a Pachymere notati, ad Julianum æræ vulgaris 40 annum pertinet, non 1267, sed 1266, et Kalendæ Januariæ, quibus ille sacra pontificali ordinatione initiatus fuit, inchoant Julianum æræ vulgaris annum, non 1268, sed 1267. Regulam hanc certissimam ratiociniis et exemplis confirmavimus inter notas ad Vitam Gregorii Cyprii, nota scilicet (21).

Pagius in Dissertatione de Periodo Græco Romana, num. 63, admonet, *in conjungendis annis mundanis Græcorum cum annis Dionysianis* (sive cum annis Julianis æræ vulgaris), *faciliorem esse methodum, cæteris omnibus præferendam, quæ sumitur ex indictione.* Annum illum 6775 vere insignitum notat Pachymeres *indictione decima.* Atqui vero indictio decima, more pontificio aut Romano computata, afficit integrum annum 1267, a Kalendis Januarii usque ad Kalendas Januarii exclusive anni 1268, quibus incipit indictio undecima. Sed eadem indictio decima, si more Græcorum computetur, initium sumpsit a Kalendis Septembribus anni præcedentis 1266, et a Kalendis Septembris anni 1267 alia exordiuntur indictio, scilicet undecima. Rursum annus Constantinopolitanus 6775 divisus per 15, nulla facta sive additione, sive subtractione, indictionem reddit, cum qua incipit a Kalendis Septembribus. Reddit ille vero indictionem decimam, quæ Græcorum more a Kalendis Septembris anni 1266 inceperat. Hæc sunt omnia dubio procul peremptoria. Eadem confirmare liceat auctoritate Sethi Calvisii. Is ad annum 1268 adnotat : (Hoc anno) *incipit annus Constantinopolitanus* 6777 *die* 1 *Octobris.* Legendum, *die* 1 *Septembris*, animadvertimus in nota (21) superius memorata. Itaque annus 6776 incepit anno 1267, et annus 6775 incepit anno 1266, adeoque September ac December anni 6775 pertinent ad annum æræ vulgaris 1266. Sed hanc denique regulam ac methodum agnovisse tandem Possinum et approbasse, peritiorem factum, dicendum infra capite 5. num. 6.

Quo posito calculo, rectissime fluit chronographia nostra. Anno 1266, die 14 Septembris, thronum reliquit Germanus. Eodem anno 1266, die 28 Decembris, in patriarchalem thronum promotus est Josephus. Anno 1267, Kalendis Januariis, sacram ille suscepit pontificalem ordinationem. Anno eodem 1267, die 2 Februarii, solutus est imperator anathemate a Josepho ; eodemque demum anno 1267 contigit eclipsis solis a Nicephoro Gregora adnotata die 25 Maii. Methodo annos mundanos Græcorum computandi minus accurate adhibita, errare pro humana conditione viros doctissimos, necessum fuit.

V. Factio vigebat in Ecclesia Constantinopolitana, Arsenianorum 41 dicta, qui Arsenium bis e throno patriarchali depositum, pro legitimo patriarcha venerabantur, cæterosque rejiciebant, qui substituti fuerant. Recole Pachymeris verba, quæ descripsimus n. 3. Josepho Galesiota in sedem patriarchalem evecto, alia invaluit factio Josephitarum, qui pro eodem stabant Josepho contra Arsenium. Satis hocce de schismate pauca innuisse, ut quæ inferius dicenda sunt, facilius intelligantur.

## CAPUT II.

*Georgius Cyprius ordinatus lector a Josepho patriarcha, suscriptusque ciero palatino, titulo protoapostolarii. Unionem utriusque Ecclesiæ, Latinæ et Græcæ, constituendam curat Michael Palæologus imperator. Germanus controversiæ status de processione Spiritus sancti a Patre, et a Filio, seu per Filium. Motæ controversiæ tempora. Imperatori operam suam cum aliis præstat Cyprius contra Josephum patriarcham et Jounnem Beccum chartophylacem.*

I. Publicas regebat Constantinopoli scholas Georgius Acropolita, magnus logotheta. In ejus disciplinam traditus, proprioque maxime excultus labore Georgius Cyprius, pro summa qua pollebat ingenii vi, ad culmen sapientiæ pervenit, ut ait Ephræmius Constantinopolitanus. Vide notas 21, 22 et 23. Fractis viribus fatiscenti Acropolitæ substitutus est rhetor Holobolus, agente Germano patriarcha. Rem narrat Pachymeres libro IV, capite 13. Litterarum commercia cum isto habuisse Cyprium, ex epistolis patet, quæ nostro exstant in apographo codicis Lugduno-Batavensis.

Digitized by Google

Idem Pachymeres, de patriarchali dignitate Cyprio collata agens in Andronico imperatore libro I, capite 14, sic ait : Ἐκλέγεται μὲν εἰς πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγοις ἐντραφέντα, καὶ σφραγῖδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα, τὸ τοῦ πρωτοαποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων ἐπιφερόμενον σέμνωμα. Quæ verba ita vertit Possinus : *Eligit igitur in patriarcham oriundum e Cypro Georgium, virum doctrinis innutritum, quem commendaret Josephitis a Josepho patriarcha benedictio accepta : quippe illum ad functionem primarii ecclesiastis palatinæ concionis, consueta sacris ritibus tali occasione bene precandi formula palam a se delegatum, certo charactere suæ approbationis ac favoris Josephus, dum viveret, insigniverat.* 42 Id unum a Josepho hæc Possini interpretatio factum indicat, quod primarium in sacra æde palatina ecclesiasten, seu concionatorem designaverit Cyprium. Hinc vir doctissimus in Glossario, ad vocem σφραγίς, sic ait : « Ego hic σφραγῖδα, *benedictionem* verti. Intellexi enim *signum crucis* manu expressum a patriarcha Josepho super istum Georgium, una pronuntiata certa verborum formula, qua is electus ad officium *primi ecclesiastis* palatinæ concionis (hoc enim sonat πρωτοαποστολάριος), rite ad fungendum id ministerium missus fuisset. »

Hac prætermissa versione, quæ nimium paraphrastica, proque genio concinnata videtur, id presse ac vere significant Græca Pachymeris verba : Andronicum Augustum in patriarcham elegisse *Georgium Cyprium, virum sermonibus innutritum, et ordinatum a patriarcha Josepho, protoapostolarii dignitate in palatio condecoratum.* Hæc eadem versio est Leonis Allatii in Diatriba de Georgiis.

Existimaverim, verbis illis, *ordinatum a patriarcha Josepho*, σφραγῖδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα, ordinationem significari, qua Cyprium in lectorem initiaverit Josephus. Hinc vocem illam, σφραγῖδα, meram *benedictionem* haud intellexerim, sed *manuum* illam *impositionem*, qua lectores apud Græcos initiabantur. Vocem eamdem exponens Jo. Caspar Suicerus adnotat, *Manuum impositionem* designari, *quæ fiebat ad ordinationem, et consignatio dicebatur; quia tum manum imponerent capiti, tum signum crucis in capite consecrandi faciebant.* Favent Isaacii Haberti observationes, in libro Pontificali Ecclesiæ Græcæ. Docet nempe observat. II ad partem IV Liturgiæ ordinum, non esse solitum apud Græcos quempiam tonsura insigniri ante lectorum ordinem : hanc tonsuram vocari σφραγῖδα τῆς ἐπικουρίδος· ordinari lectores *per manuum impositionem :* illis etiam tradi librum apostolicum, id est Pauli apostoli epistolas continentem : eorumque demum officium præcipuum situm fuisse in *prælectione Apostoli*, aliarumque sacræ Scripturæ partium coram populo in sacra synaxi. Hinc lectores apud Græcos ab Epistolis Pauli, quas prælegebant, dicti etiam apostolarii.

Inter simplices lectores aut apostolarios non stetit Georgius. Narrat Ephræmius Constantinopolitanus apud Allatium et Bandurium : Εἶτα καταστὰς γνώριμος στεφηφόρῳ, καὶ συνταγεὶς κλήρῳ γε τοῦ παλατίου, ipsum denique Cyprium, *ut imperatori innotuit, clero palatii ascriptum fuisse.* Hunc imperatorem libentius intelligerem Michaelem Palæologum, qui Cyprium ordinatum lectorem aut 43 apostolarium a Josepho, clero palatino ascripserit, dixeritque Protoapostolarium. Primarium *Palatinæ concionis Ecclesiasten* intelligit Possinus. Intelligam ego Epistolarum et Prophetiarum in *sacra æde palatina lectorem.* Codinus, *De officiis Palatii Constantinopolitani*, capite VI, agens de *Feriis, quæ in Palatio feriari solent, ac primum de Festo Nativitatis Domini*, sic ait num. 14 : *Psalmos Horarum legit archidiaconus : Prophetiam, et Apostolum Protoapostolarius : ex Evangeliis primum quidem legit protopapa, reliqua alii sacerdotes.* In Notis ad hunc locum Jacobus Gretserus hæc habet : « *Protoapostolarius.* Vides et hic nomen Græcanicæ ambitionis : quod inter illos, qui *apostolum Paulum* publice legebant, hoc est inter *Apostolatios*, voluerunt habere *Protoapostolarium.* » Ab hocce munere diversum ergo videtur munus *Ecclesiastis*, qui sive Apostolum, sive Evangelia exponebat. Codinus, capite I, in tertio Quinario memorat διδάσκαλον τοῦ Εὐαγγελίου, Doctorem *Evangelii, qui interpretatur illud :* et διδάσκαλον τοῦ Ἀποστόλου, *doctorem Apostoli, qui illius interpres est.* Hinc vero, adnotante Ducangio in *Glossario Græco* : διδάσκειν, *proprie est concionem habere ad populum in Ecclesia :* ac ejusmodi concionatores ab episcopo seligebantur ex *ordine sacerdotum.*

Cyprii munus patet, quo fungebatur in clero palatino. Huic *ab imperatore*, στεφηφόρῳ, ascriptum fuisse, tradit Ephræmius : neque tamen abnuerim, formula quadam benedictionis adhibita, ad illud rite obeundum munus, missum fuisse a Josepho patriarcha. Hæc ita sese si habeant, derelinquendi sunt Spondanus ad annum 1285, num. 9, et Gulielmus Cave, aientes : Cyprium *a Latinis lectorem ordinatum fuisse.* Iis etiam adversatur Nicephorus Gregoras, datamque suspicionis hujusce occasionem aperit libro VI, capite 1, num. 7, *Eo prætextu*, inquiens, Cyprio nonnulli adversabantur, *quod viginti natus annos, e Cypro ad Romanos mores se contulisset, et quibusdam Latinorum ritibus secum allatis, locum dedisset vulgo suspicandi, lectoris ordinem ei collatum fuisse a Latinis : sive id malevolus quispiam ante sparsisset, sive zelotarum improbitas ex tempore confinxisset.* Quo demum circiter anno Cyprium in lectorem initiaverit Josephus, nota chronica nulla occurrit, quæ id satis indicet.

II. Annus æræ vulgaris 1271 volvebatur, quo

Digitized by Google

Thealdus, vicecomes Placentinus, archidiaconus Leodiensis, vir sanctus et religiosus, in Syria commorans in obsequium Christi, audito sue in Romanum pontificem electionis nuntio, quæ eodem anno 1271 peracta est die 23 Augusti, dum *e Syria ad hoc Romam proficisceretur* 45 (verba sunt Pachymeris, libro v, capite 11), e re sua censuit *mittere ad imperatorem certos homines cum litteris, qui declararent, ingenti se ardere desiderio procurandæ pacis Ecclesiarum, et firmæ inter eos conciliandæ concordiæ.* Ipse namque Thealdus, postea Gregorius X in pontificatu appellatus, *audiverat, quid ab ipso* (imperatore) *moveri cœptum de hoc genere fuisset: quidve jam super ea re decessori suo* (ipsius Gregorii) *papæ Clementi nuntiandum a se curasset* idem Augustus.

Summum pontificem Clementem IV intellige anno 1265 electum, maximeque præcessorem ejus Urbanum IV, ut ejus ex litteris patet, datis anno 1263, et anno insequenti 1264. Eas referunt Wadingus, et Raynaldus, et Laurentius Cozza, qui sua in Historia polemica de Græcorum schismate rem hanc diligentissime pertractat. Hocce imo de negotio agi votis ardentioribus cœptum fuerat sub Joanne Duca, dicto Vatatzio, qui Orientale imperium anno 1222 capessiverat: sedemque tenebat, capta a Latinis Constantinopoli, Nicææ in Bithynia. Vitam agebat hoc tempore vir celeberrimus Nicephorus Blemmida, qui plurima pro catholico de processione Spiritus sancti dogmate scripsit. Scripta ejus elegantissima vulgari cœpta, adnotat Spondanus anno 1233, sed ea ad annum 1261, vel potius ad annos insequentes sub Michaele Palæologo differenda, putat Casimirus Oudinus in Elogio Blemmidæ ad annum 1250. Fallitur sine dubio homo apostata, imperitissimeque abutitur auctoritate Nicephori Gregoræ, qui disertissime sic ait libro v, cap. 2, num. 6: « In mentem venit imperatori (qui Joannem Beccum unioni Ecclesiarum repugnantem carcere inclusum detinebat anno 1273 et ineunte sequenti), eamdem rem a Latinis *ante annos quinque et viginti* (adeoque ante annum 1248), Joanne Duca rerum potiente, agitatam fuisse: actum doctum exstitisse virum, Nicephorum Blemmidam, divinarum litterarum peritissimum, qui cum se in otium contulisset, *multa e sacra Scriptura testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere cœpisset*, ac postea etiam de iis scripsisset. » Jam patet sub Joanne Duca Vatatzio pro Latinorum dogmate Blemmidam laborasse. At scripta edidit etiam *clam quidem ille* (ait Gregoras), *propter vitandam multorum suspicionem*, διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν. Quomodo vero id *clam* ab ipso factum fuerit, cum sua dirigeret scripta ad Theodorum Lascarim juniorem, qui anno 1255 paternum susceperat imperium, et ad Jacelum Bulgariæ archiepiscopum? Directæ ad eos prostant Orationes duæ in *Græcia orthodoxa*, tomo I, et apud Raynaldum, tomo XIII *Annalium*, in calce.

Opus utrumque memorat 45 Pachymeres, lib. VI, capite 28: *Inciderunt forte*, inquiens, *in manus Becci* (Michaele imperatore transmittente) *quæ sapientissimus Blemmidas ad imperatorem Theodorum scripserat... et ad Jacobum Bulgariæ.* Gravissimum virum, litteris ac moribus ornatissimum, quem suum laudatus Theodorus Lascaris præceptorem habuerat, ad Constantinopolitanum thronum anno 1255 designaverat, teste Gregora: quod ipse recipere splendidissimum munus renuit. Mortem denique obiit anno 1272. Laudes ejus amplissimis verbis celebrat laudatus Pachymeres, libro v, capite 2.

Propositum a Thealdo de pace constituenda consilium lubentissime ab imperatore susceptum. Causam Pachymeres non aliam affert, libro v, citato, cap. 11, nisi *pusillanimitatem* ejus. *Metu namque consternatus apparatuum Caroli*, inquit, *ad istud procurandæ pacis consilium appulit animum, nullam unquam* (*absque hoc foret*), *rei talis cogitationem suscepturus.* Carolum Andegavensem intellige, Siciliæ regem, quem cum aliis principibus Romani nominis, cruce etiam prædicata, magno excitaverat studio Urbanus IV contra Michaelem, Latini Constantinopolitani imperii destructorem. Hinc anno 1262, ac iterum anno 1264, ab eodem imperatore missi ad Urbanum Legati, qui Græcorum cum Latinis unionem peterent. Hinc etiam de ea sub Clemente IV actum: ac demum Thealdi in Romanum pontificem electi adhortationes exceptæ; rebus utique suis ut consuleret imperator, sed animi quoque propensione inductus.

Romæ pontificiam thiaram anno 1272, die 27 Martii accepit Thealdus, dictus Gregorius X. Ipso pontificatus initio, Kalendis Aprilis, concilium generale indixit, Lugduni celebrandum. Ex Urbe Veteri die 24 Octobris ad imperatorem Græcorum ac Josephum patriarcham missi legati, qui eos ad unionem invitarent, indictoque interesse vellent concilio, aut magnæ saltem viros auctoritatis dirigerent. Litteras referunt Wadingus et conciliorum collectores. Hos inter pontificios legatos Joannem quemdam Parastron memorat Pachymeres, libro v, capite 11, qui in Tractatu de pace constituenda habito ea verba protulerit: Ut a Latinis *dimisso, amotoque additionis ad Symbolum* (a Græcis videlicet exigendæ) *scandalo* (voce nempe usurpata, quam præ ore Græci habebant); simul etiam Græci *rationes non aspernarentur, quas pro additamento Latini allegarent*: cæterum vero dogma idem omnibus commune foret. Imperatoris operam, studia, curasque, ad pacem suos ut induceret Græcos, inferius narrabimus.

III. Genuinus controversiæ, quæ tunc agitabatur, status exponendus 46 est. Qui Photiano olim infecto schismati, instauratoque a Michaele Cerulario, adhærebant, Spiritum sanctum procedere a Filio inficiabantur: ipsum vero *dari et mitti a Filio*, ipsumque *per Filium procedere a Patre*, de

Digitized by Google

temporalium donorum elargitione intelligebant. Mota iterum hoc ævo controversia : disputatumque de æterna, ac substantiali, et hypostatica Spiritus processione non solum a Patre, sed etiam a Filio, sive per Filium.

Hanc Spiritus sancti originem ita Latini exponebant, ac viri doctissimi inter Græcos. Pater æternus, principium sine principio, quæcunque habet a se omnia, sua excepta personali paternitatis proprietate, divinitatem scilicet, ejusque attributa, adeoque et vim spirandi, seu spirationem activam, Filio communicat gignendo ipsum : igitur quemadmodum Pater, et Filius duo sunt supposita, quæ unam habent divinitatem, ita duo sunt supposita, quæ una potiuntur virtute spirandi, aut spiratione activa. Quemadmodum rursus Pater, B et Filius ob unitatem divinitatis, tametsi duo sint supposita, sunt nihilominus unus Deus : ita ob unitatem spirandi virtutis, aut spirationis, tametsi duo sint supposita, sunt unum attamen Spiritus sancti principium. Itaque sicuti Spiritus sanctus procedit a Patre, quia in Patre spirandi virtus est : ita ipsum procedere a Filio dicendum est, quia in Filio una et eadem, sibi communicata a Patre, spirandi virtus reperitur. Sive sanctus ergo Spiritus *a Patre procedere* dicatur *et a Filio*, sive *a Patre per Filium*, æquipollentes intelligi propositiones debent, virtutem spirandi Spiritum sanctum enuntiantes, quæ una eademque Patri inest, ac Filio.

Quoniam vero eadem virtus inest Patri a se, ac C inest Filio communicata a Patre, sive quoniam inest Patri tanquam principio sine principio, et inest Filio tanquam principio de principio : ideo duo veluti in Patre, et in Filio distinguenda sunt : ipsa nempe spirandi virtus, quam habent ambo, ac modus eam habendi, quæ Patri inest a se, et inest Filio communicata a Patre. Hanc utique inexistentem Patri Filioque virtutem, illi a se, isti a Patre, significant voces illæ tum *a Patre et a Filio*, tum *a Patre per Filium* : sed posteriores videntur quoque aptæ ad ejusdèm communicationem virtutis exprimendam, quam a Patre nascendo accipit Filius.

Hanc doctrinam eloquia divina satis indicant. D Verba sunt Joannis evangelistæ, capite XVI, vers. 13 : *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem ; non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur.* Vers. 15 *Ille me clarificabit,* **47** *quia de meo accipiet* (ἐκ τοῦ ἐμοῦ), *et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis, quia de meo accipiet.* Et capite XVII, vers. 10 : *Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt.* Veterum Patrum ab Ecclesiæ initio traditione discussa, sensum germanum eliciant theologi : quidquid Pater habet, exponentes, habere etiam Filium, sola excepta paternitatis relatione, qua Pater opponitur Filio, ab eoque distinguitur, ac ideo inter cætera omnia, quæ cum Patre habet Filius, locum habere spirandi vim. Ait vero Filius : *De meo accipiet* Spiritus. Quid vero de Filio accipiat ? Utique scientiam : *Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur.* Quomodo autem scientiam accipiat ? Accipiendo scilicet ab ipso naturam aut essentiam.

Num repenas, de Filio scientiam accipere Spiritum sanctum, quia nihil iis adversum docet, quæ docuit Filius ? Animadverte, illud etiam dici, *non loquetur a semetipso :* quod est aperte indicare, scientiam Spiritui sancto communicari a Patre, Filioque. Num illud præterea, *De meo*, exponas *de meo thesauro*, qui est Pater ? Ac si Filius diceret : *Inde Spiritus accipiet, unde et ego accepi.* Error quam maxime. Scientiæ namque thesaurus non est persona Patris præcise ut persona, sed essentia divina, quæ est in Patre. Verumenimvero hæc inest Patri a se, inest etiam Filio communicata a Patre : unde Spiritus sanctus, qui de hoc thesauro accipit, accipit a Patre, et a Filio.

Ait rursum Filius : *De meo accipiet ;* quia procedens de Filio Spiritus, non totum accipit id quod est in Filio, non enim accepit filiationem, sed essentiam, ex qua, et filiatione, nostro concipiendi modo, constituitur Filius. Quod utique ipse Filius indicat : *Omnia quæ habet Pater*, inquiens, *mea sunt : ideo dixi vobis, quia de meo accipiet*, id est accipiet, quæ mihi et Patri sunt communia. Dixerat Jesus Christus, capite XV Joannis, vers. 26 : *Spiritum Paracletum, quem ipse mittet a Patre, procedere a Patre.* Ait vero capite XVI, vers. 14 : *Ille* (Spiritus veritatis) *de meo accipiet.* Hæc inter duo dicta repugnantiam adesse nullam, docet ille sequenti vers. 15 : *Omnia quæcunque habet Pater*, inquiens, *mea sunt ; propterea dixi, quia de meo accipiet.* Hinc sine dubio efficitur, perinde esse, Spiritum sanctum procedere a Patre, et accipere de iis quæ sunt Filii, ac ipsum procedere ab utroque, sibi ab utroque natura divina communicata, et iis communicatis omnibus, quæ relative non opponuntur. Tametsi vero hæc Spiritus sancti acceptio sit æterna, et ab æterno : *accipiet* tamen, de illo dicitur, propterea quod omnes differentias temporum eminentissime includit **48** æternitas : ac varia tempora exprimit Deus in Scripturis, prout res postulat. Agitur hoc loco de Spiritu sancto, tanquam legato, ad discipulos mittendo a Patre et Filio : unde si donorum largitio spectetur, quæ postea discipulis effundi debuerant, *accipiet* utique Spiritus sanctus, quæ substantialiter procedendo ab utroque acceperat in æterna sua processione. Hoc sensu frequentius in Scripturis dici : *Spiritum sanctum dari, et mitti a Filio ;* ejusque temporaneam missionem æterna inniti ejus processione a Patre Filioque jam constat, ac uberius infra dicetur. Ac etiam innotescit : *Spiritum procedere a Filio, dari etiam, et mitti ab eo* perinde esse,

Digitized by Google

ac ipsum per Filium procedere, ac dari, et mitti. Cur ergo non dicamus (obvia ut præoccupetur difficultas) *Filium producere Spiritum sanctum per Patrem*, quemadmodum in creatis dici solet, tum *regem agere per ministrum, tum ministrum agere per regem?* Utrobique namque particula, *per*, sensu activo accipitur. Latissima præsto est discriminis ratio apud sanctum Thomam, 1 p. quæst. 36, art. 3, ad 4, tum *ex unitate virtutis* desumpta, quæ inest utrique, Patri, et Filio : tum etiam *ex ordine, qui attenditur inter Patrem, et Filium, non quantum ad virtutem* (quæ una est in Patre a se, in Filio a Patre), *sed solum quantum ad supposita* (quæ duo sunt). Superiora, quæ sacræ Scripturæ indicavimus loca, egregie illustrat ac validissime vindicat Petavius, libro III *De sanctissima Trinitate*, capite 8, adversum Socinianos.

Paria omnino, quæ de Spiritu sancto, habito respectu ad Patrem et ad seipsum, docentem audivimus Jesum Christum, de seipso quoque affirmat ille, æternam suipsius generationem ex Patre significans, ac missionem ex consequenti. Ait nempe apud Joannem, capite VIII, vers. 26 : *Qui me misit, verax est : et ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.* Et vers. 28 : *A me ipso facio nihil; sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.* Et cap. XII, vers 49 : *Ego ex meipso non sum locutus : sed qui misit me Pater, ipse mandatum mihi dedit, quid dicam, et quid loquar.* Et capite XV, vers. 15 : *Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Hæc utique omnia Jesu Christi documenta evincunt, ipsum esse Deum de Deo, ab æterno genitum a Patre, communicata eidem per generationem natura, et sapientia, ac cæteris attributis omnibus; ac demum ab æterno genitum, assumpturum hominem in tempore, ac homines docturum divinæ sapientiæ mysteria. Cum paria omnino sint de Spiritu sancto dicta, procedente a Patre, non loquente a seipso, accipiente a Filio, quia omnia quæ sunt Patris, Filii etiam **49** sunt, excepta paternitatis relatione; necessaria ratiocinatione colligendum est, a Patre Filioque Spiritum sanctum procedere verum Deum, largiturum in tempore hominibus dona gratiæ. Hoc loco hæc satis.

IV. Hæc sane germana ratio dogmatis : de quo nimium acres motæ sunt Latinos inter et Græcos disputationes, edita frequentius pro Latinis decreta fidei in conciliis : unioque statuta cum Græcis, sed ab his etiam instaurata dissidia. Lis acta vero variis temporibus. Prima hujusce videtur controversiæ mentio apud Hilarium occurrere libro VIII *De Trinitate*, quem in exsilio ante annum 360 absolverat. Sic enim ait num. 20 : *Neque in hoc nunc calumnior libertati* (al. *libertatem*) *intelligentiæ, utrum ex Patre, an ex Filio Spiritum Paracletum putent esse : non enim in incerto Dominus reliquit.* Aperta mens ejus est : incertum sibi non esse, quin a Patre Filioque sit Spiritus sanctus, quamvis de locutionis modo litigare nolit. Consule ipsum libro II, num. 4, ubi *Filium* appellat *Spiritus sancti largitorem et auctorem.*

Litem acrius intentasse videtur Theodoretus, Cyri in Euphratesia episcopus. Suo namque *Anathematismo IX*, quem cum aliis anno 430 ex Alexandrino concilio ad Nestorium transmiserat Cyrillus Alexandrinus, inquiebat : *Spiritum sanctum, per quem divina signa edidit Jesus Christus, ejusdem* (Jesu Christi) *proprium esse.* Hæc verba Theodoretus in libro de Cyrilli Anathematismis ad Joannem Antiochenum, nimia excipiens morositate : « *Proprium* autem *Spiritum Filii*, inquit, si ejusdem quidem cum eo naturæ, et ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur, et tanquam piam excipiemus hanc vocem : si vero, ὡς ἐξ Υἱοῦ, καὶ δι' Υἱοῦ τὴν ὑπαρξιν ἔχον, *tanquam ex Filio, aut per Filium exsistentiam habentem*, hoc ut blasphemum et impium rejicimus. » Durioribus, quæ videntur, Theodoreti verbis ne tamen hæreas. Adnotare in antecessum liceat, ea Theodoretum ratione denegasse, Spiritum sanctum habere, a Filio, aut per Filium exsistentiam; quia Macedonii et Apollinarii impia commenta iis exprimi verbis arbitrabatur. Mentem hanc suam aperit in Epistola ad monasteria, quæ legitur collatione V, in synodo V œcumenica. Ait enim Cyrillianæ sententiæ inesse Apollinarii *seminum fructum :* qui adducto exemplo solis, radii, et splendoris, qui *a sole per radium emittitur*, Spiritum sanctum *magnum* asserebat, Filium *majorem*, et Patrem *maximum ;* et quemadmodum Filius minor esset Patre, quia natus a Patre, ita quoque Spiritus sanctus minor foret Filio, quia procedens ex Filio. Hac de re diligentius agendum cap. 8, num. 5.

**50** Fuere Monothelitæ, qui sensum dogmatis, quo de agimus, primi oppugnarunt. Æternam ac substantialem Spiritus sancti processionem a Filio, aut per Filium inficiati sunt, ejusque *processionem*, a Patribus omnis ævi passim assertam *per Filium*, intellexere temporalem; quod ipse nimirum per Filium innotesceret hominibus, ac dona spiritualia concederet. Rem evincit Michael Lequienus in Dissertatione I Damascenica, num. 48, ex confessione Macarii Antiocheni, hæretici Monothelitæ. Prostat ea in Actis concilii sexti œcumenici anno 681 celebrati, actione 8, ubi de Spiritu sancto hæc habentur : Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *Et in Spiritum sanctum ex Patre procedentem, et per Filium micantem*, seu *manifestatum, videlicet hominibus.*

Motam etiam a Monothelitis litem, novimus ex sancto Maximo, qui in epistola ad Marinum presbyterum sic ait : Latinos reprehendebant Constantinopolitani, scilicet Monothelitæ, quia dicerent, *procedere etiam ex Filio Spiritum sanctum.* Verum Latini « consonantia protulerunt testimonia Latinorum Patrum, necnon et Cyrilli Alexan-

Digitized by Google

drini de sacro ipsius opere, quod in sanctum evangelistam fecit Joannem : ex quibus non αἰτίαν, *causam Spiritus sancti Filium se facere monstraverunt*. Unam enim norunt *causam Filii, et Spiritus esse Patrem :* alterius secundum generationem : et alterius *secundum* ἐκπόρευσιν, *processionem :* Ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι, καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι; *sed ut hunc per eum prodire insinuarent :* et hac (locutione) *substantiæ communionem, et indissimilitudinem demonstrarent.* » Animadverte, Latinis consona sentire Cyrillum, inquientem, *Spiritum sanctum a Patre per Filium prodire*, ut hac locutione *substantiæ communio* demonstraretur. Insignia dabimus infra Patris Alexandrini testimonia. Agebatur ergo de naturali ac æterna Spiritus sancti processione. Rursum adnota Patrem dici *causam* Filii, et Spiritus sancti, illius *per generationem*, et istius *per processionem :* causam scilicet, veluti primariam et originalem, quæ habet a se vim generandi Filium, et spirandi Spiritum sanctum : eoque sensu *Filium non esse causam Spiritus sancti.* Animadverte tandem, ita sanctum nihilominus procedere a Patre Spiritum, ut etiam *per Filium prodeat*, Filio scilicet virtute spirandi communicata a Patre, eodemque in unum cum Patre coalescente principium.

Sancti Maximi mentem eodem exposuit modo Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Joannem diaconum, tomo XII *Biblioth.* **51** *Patrum Lugdun.* « Frustra causari contra nos innuit Græcos : cum nos *non causam, vel principium* Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant (causam scilicet, aut principium, cui a se insit virtus spirandi), sed *unitatem substantiæ Patris et Filii* (et unitatem spirandi virtutis in utroque) : non nescientes (imo rectissime intelligentes), sicut procedit a Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, *missionem* nimirum (lege emissionem), *processionem* intelligentes. » Vox illa, *emissio*, in Anastasii textum restituta immunem reddit censura Bibliothecarium, qua ipsum acerbe notat Petavius, libro VII *De Trinitate*, cap. 17, num. 11. Combefisium consule tomo II Operum sancti Maximi, pag. 69; et Lequienum in Dissertatione Damascenica I, num. 10, et in Panoplia contra schisma Græcorum, sæculo XIII, capite 4, num. 16; quo etiam loco, pro eo quo pollebat ingenii acumine, vocem hanc *emissionem* animadvertit, *passivo sensu, non activo* usurpari, *ut emersio ac emanatio significaretur ;* ipseque Filius intelligeretur veluti medius, ex quo, et per quem Spiritus veluti emergit et emanat. Hanc Cyrilli, et Basilii, et Gregorii Nysseni, aliorumque Patrum genuinam esse doctrinam, suo loco dicendum. Pergit Anastasius : « Pie interpretans, et utriusque linguæ guaros ad pacem erudiens, dum et nos et Græcos edocet (Maximus) : *secundum quiddam procedere, et secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum.* » Non procedere a Filio, ut a principio sine principio, a se virtutem spirandi habente; procedere ab ipso, ut a principio de principio, a Patre per generationem accipiente virtutem.

Acrius, apertoque marte, dogma istud impetere cœperunt Iconomachi, maximeque sub imperio Constantini Copronymi, octavo sæculo labente. Cum hæreseos ipsi ab Occidentalibus insimularentur, Occidentales ipsos, vicem ut rependerent, hæreticos vocabant, *Spiritum sanctum a Filio procedere* asserentes. Tum vero, ac deinceps *processio a Patre per Filium*, quæ innumeris Patrum testimoniis asseritur, de temporali missione Spiritus sancti, ejusque temporali manifestatione per donorum spiritualium largitionem, passim intellecta a Photio, et Michaele Cerulario, cæterisque schismaticis. Is ergo sub Joanne Duca Vatatzio, maximeque sub Michaele Palæologo contentionum cardo erat, *an Spiritus a Patre per Filium substantialiter* procederet : quo admisso dogmate, consequens erat perinde esse, ac Spiritum sanctum *a Patre procedere, et a Filio.*

V. Hanc substantialem, ac æternam, et hypostaticam Spiritus sancti a Patre per Filium productionem promovebat imperator, ut **52** pax demum Ecclesiarum iniri posset. Suam Augusto præstabant operam viri Græci doctissimi, Theodorus Meliteniota, Georgius Metochita, rhetor etiam Holobolus, Georgius Cyprius : quibus postea aliisque sese adjunxit Joannes Beccus, catholici dogmatis vindex omnium nobilissimus. « Quadam igitur die (Pachymeris verba sunt libro V, cap. 12.) cum convenissent (anno 1273) apud imperatorem patriarcha (Josephus), antistites, et ex clero quidam; instantius iis de pacis negotio imperator disseruit... Adjungebat, nihil esse periculi in assentiendo Latinis quod cuperent, multis id rationibus demonstrans. Habebat enim, qui talium ei argumentorum copiam suggereret, auctores studiosos ejus pacis, archidiaconum Meliteniotem, protoapostolarium Georgium Cyprium, et minus ardenter ac superficiarie rhetorem Ecclesiæ Holobolum. » Animadverte, Cyprium hoc anno 1273 jam clero palatino ascriptum, dictumque protoapostolarium, ac dogmatis Latinorum vindicem.

Josephus patriarcha exspectabat, ut *chartophylax dicta pro Latinis refelleret.* Is est Joannes Beccus, qui hanc anno 1264 obtinuerat dignitatem, ipso Pachymere teste libro III, capite 24. Dignitatis officia ac munera vide apud Goarum in Notis ad primum Codini caput. Jussus ille demum : *Aliquos*, ait, *esse hæreticos, licet non dici, et in hanc classem redigendos Italos.* Josepho patriarchæ magnam adjecit confidentiam *ea libera vox*, perculit autem imperatorem. *Verum archidiaconus* (Meliteniota), *et protoapostolarius* (Cyprius), *in os ei*

Digitized by Google

*vehementer obstitere.* Illinc vero carceri mancipatus ipse Beccus.

Cœpto pergebat imperator. Scriptus, inscriptusque ejus nomine libellus, missus ad Ecclesiam : in quo *ex variis historiis et testimoniis demonstrare conabatur, nullam inesse Latinis hæreseos labem.* Studium operamque conferebant *docti homines* (ut ait Pachymeres lib. v, cap. 14), *quorum primi valentissimique erant prius memorati archidiaconus et protoapostolarius.* In studio ergo pacis persistebat Georgius Cyprius, vindicabatque dogma catholicum. An hæc fuerit sincera mentis persuasio, an simulatio, non ita facile dictu. Simulationem, si fuerit, diu sustinuit : mutavitque demum sententiam, aut simulationem abjecit.

Synodum celebravit Josephus patriarcha, ut quid agi oporteret *circa scriptum imperatoris*, decerneretur. *Adfuit et soror ejusdem imperatoris Eulogia*, quam memorare præstat : utpote quæ pacem a fratre initam violari ab Andronico successore, persuaserit. Negotio in synodo discusso, repulsam ab optatis tulit imperator.

## 53 CAPUT III.

*Joannes Beccus, diligenter expensis Patrum testimoniis, mutat sententiam, pugnatque pro catholico dogmate : nonnullorum Patrum testimonia. Inita conventione quadam, Josephus patriarcha tantisper secedit in monasterium. Missi ad concilium Lugdunense legati : Petavius emendatur. Ecclesiarum unio constituitur. Decretum fidei exponitur.*

I. Ad Joannem Beccum, qui carcere detinebatur, Nicephori Blemmidæ scripta, imperatoris jussu, transmissa sunt. De his egimus capite superiore, num. II. Iis *ille multa cum sagacitate perlectis* (verba sunt Gregoræ libro v, capite 2, num. 6), *sanctorum libros, e quibus Blemmides ea testimonia collegerat, postulavit. Quorum copiam cum imperator lubentissime ei fecisset, in eo deinde occupabatur, ut diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum conferret. Itaque brevi tempore eum testimoniorum acervum coegit, quæ integra volumina complere possent. Et qui dudum acerrime Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam* (vel *ad illos transferret*).

Paria narrat Pachymeres, libro citato, cap. 16, schismatico scriptori si fides adhibenda, *summam demum peccati Latinorum*, Becco visum fuit, *in additamento verbi unius ad Symbolum consistere.* Hac de re in dissertatione sequenti diligentius mihi agendum. Ad ipsum quod attinet dogma, consentire Ecclesias pro certo Beccus habebat. Nonnulla refert Historicus testimonia Patrum, quibus quod aiebat ipse Beccus, confirmaret. Insignis occurrit locus sancti Cyrilli libro I *De adoratione in spiritu et veritate : Mutabilis nullo modo Spiritus est... siquidem est Dei, et Patris, et Filii, ille, qui* οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ προχεόμενον, *qui substantialiter ex utroque, nimirum ex Patre per Filium profluit Spiritus.* Temporalis emissio Spiritus sancti, seu donorum et charismatum largitio, dici nequit οὐσιώδης, *substantialis.* Agit ergo Cyrillus de æterna, ac hypostatica processione, per quam Spiritus sanctus ex Patre, et ex Filio suam accipit substantiam, æque immutabilem, sicut est Patris et Filii substantia. Ita vero οὐσιωδῶς *ex ambobus* procedit ille, sive profunditur : ut etiam *ex Patre* procedat, sive profluat *per Filium*, spirandi aut profundendi virtute Filio communicata a Patre, ipsum gignendo.

**54** Addebatur *testimonium sancti Maximi in Epistola ad Rufinum* (ad *Marinum presbyterum*) : ubi *non principium* (seu causam) *se Unigenitum Spiritus ostenderunt* Latini *dicere, sed ut per ipsum procedere significarent, et ea ratione cohæsionem inseparabilis substantiæ constituerunt.* Idem ergo Latinis erat, *Spiritum ex Patre Filioque procedere*, ac ipsum *procedere ex Patre per Filium.* Hac rursum Spiritus a Patre processione per Filium exponebatur ejusdem Spiritus sancti *cohæsio inseparabilis* cum utroque *substantiæ* : adeoque de substantiali ac æterna agebatur ejus processione ad exsistentiam. Attentius recole, quæ superiore capite, num. 3, lato sermone explanavimus. Georgium Metochitam addo. Imperatori Michaeli Palæologo is adhærebat. Fragmentum ex ejus libro IV *De processione Spiritus sancti* prostat apud Combefisium, post Historiam Monothelitarum, ubi sic habet : Quia universa, quæ insunt Filio... quin et ipse Spiritus, quem *de ipso* (Filio) et *per ipsum* docent, *ex Patre* sunt, tanquam *ex radice ac prima causa* ; minimeque *per eum modum* sunt *ex Filio*, quod is non sit radix, nec causa omnino prima... *juxta hæc* utique (Maximus) apte congruequa *Filium* docuit, *non esse causam*, ac reliqui divini doctores crebro *in Patrem* referunt causam : non eo, ut *ex Filio, ac per Filium Spiritus sancti divinam processionem tollant...* Quocirca *propria ratio* est, juxta quam *Filius non est causa* : rursumque *propria*, juxta quam *Spiritus sanctus est ex utroque*, hoc est *ex Patre per Filium* (quia nempe a Patre Filius habet, quod sit productor Spiritus sancti). » Hanc totam tradit, et elegantissime doctrinam explanat sanctus Augustinus, libro IV *De Trinitate*, cap. 27, et tractatu 99 *in Joannem*, num. 8, quo loco posteriore sic ait : « Cur Filius dixit, *de Patre procedit* (Spiritus sanctus)? Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est? Unde illud est, quod ait : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.* Si igitur intelligitur hic *ejus doctrina*, quam tamen dixit *non suam, sed Patris*, quanto magis illic intelligendus est, et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait, *de Patre procedit*, ut non diceret *de me non procedit?* A quo autem habet Filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus; ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiri-

Digitized by Google

tus sanctus; ac per hoc Spiritus sanctus ut etiam de Filio procedat, sicut procedit a Patre, *ab ipso habet Patre*... Et simul *de utroque procedit* (num. 9), quamvis hoc *Filio dederit Pater*, ut quemadmodum *de se*, ita *de illo* quoque procedat. » Hæc vero jam satis hoc loco. Alia sunt **55** æque solida ac præclara Græcæ nationis Patrum testimonia, quæ pro data a Pachymere occasione, inferius adducenda ac illustranda sunt.

II. Anceps erat patriarcha Josephus. Firmavit ipsum in pervicacia monachus Jobus Jasita. Rem narrat Pachymeres, libro v, capite 16. Ad hanc vero inductus ille est cum imperatore conventionem : *Ut patriarchali palatio egressus* (capite 17), *diversaretur in Periblepti monasterio. Quod si quæ res obstaret ne leguti* (ad concilium delecti) *negotium conficerent, rediret ille in patriarchales ædes. Sin cepta ex voto peragerentur, tum sane absisteret honore, locumque alteri concederet.* De monasterio virorum, titulo τῆς Περιβλέπτου, *Deiparæ formosæ* nuncupato, agit Ducangius in *Constantinopoli Christiana*, libro IV, sectione 2, numero 36.

Migravit ergo patriarcha, ἑνδεκάτῃ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, δευτέρας ἐπινεμήσεως, τοῦ ,ςψπβ' ἔτους, *die undecima Januarii, secundæ indictionis, anni* 6782. Annus est æræ vulgaris 1274, *secunda indictione* insignitus.

III. Legatos ad concilium a Michaele imperatore directos memorat Pachymeres eodem capite 17, *Germanum, qui patriarcha fuerat*, abdicavitque dignitatem anno 1266, *et episcopum Nicææ Theophanem*; itemque *ex senatoriis* viris, *magnum logothetam Acropolitam, præsidem vestiario Panaretum, et magnum interpretem Berrhœotum.* His alii sese adjunxerant ecclesiastici viri. Iter eorum ita Pachymeres describit, capite 21, ut παρὰ καιρὸν, *alieno tempore navigare orsi sint, sub initium videlicet Martii*, Κρονίου γὰρ ἀρχομένου μηνός. Horrenda procella jactati sunt, τῇ ἐνισταμένῃ τότε μεγάλῃ πέμπτῃ ἑσπέρας, *quinta die Majoris hebdomadæ* : comitumque nonnulli miserabile fecere naufragium. Currebat annus 1274, insignitus *littera Dominicali* G, et *cyclo lunæ* 2. Quarta decima Paschalis, a die 12 Martii numerata, incidit in diem 25 ejusdem Martii Dominicam : unde sacrum Pascha dilatum fuit ad *diem* 1 *Aprilis*. Fuit ergo illo anno *quinta dies* majoris, aut *magnæ hebdomadæ* dies 29 Martii.

Dionysius Petavius, libro VII *De Trinitate* de his *mecatombæonis*, et *Chronii* mensibus, quos nominat Pachymeres, hæc habet capite 1, num. 9 : « Legati Augusto mense ineunte solventes Constantinopoli (ita enim Κρόνιον mensem interpretor apud Pachymerem), *aliena anni tempestate*, naufragium fecerunt... Hæc *anno mundi* 6782, *indictione secunda, Hecatombæonis undecima*, gesta esse refert Pachymeres, qui annus esse debet Christi 1274, **56** et Augusti, vel Julii dies undecima, cum ineunte mense legati Romani navigassent. Siquidem Κρόνιος, idem est cum *Hecatombæone*. Sed cum iidem illi legati ad concilium Lugdunense, quod anno illo eodem 1274 celebratum est, missi sint ab imperatore Michaele, non bene cum historia et Actis illius synodi Pachymeri convenit. »

Imo cum Pachymeris Historia non bene convenit *mensium* assignatio a doctissimo et magno viro facta. Quomodo enim navigatio legatorum, quæ cœpta dicitur Augusto mense ineunte, conveniat cum naufragio, quod paulo post navigationem inceptam accidisse dicitur *die quinta hebdomadæ magnæ*, quæ nempe sanctum Pascha proxime præcedit? Neque Κρόνιον mensem eumdem esse Pachymeri atque Ἑκατομβαιῶνα, neque hunc eumdem cum Augusto, jam certo et perspicue demonstravit Petrus Possinus in Michaele Palæologo imperatore in Observationibus libro III chronologico, capite 1. Namque illud primo constat, Pachymerem *præter morem usumque cæterorum*, sive veterum, sive recentium, *in mensibus appellandis novasse* : ac illud præterea patet, facem præferentibus codicum, quibus ille usus est, marginalibus postillis, *Hecatombæonem* eumdem esse cum *Januario*, et *Cronium* cum *Martio*. Hæc vero nomina Romana Græcis litteris ibidem scripta in marginibus leguntur hoc modo : Ἰανουαρίου et Μαρτίου. Qua posita mensium apud Pachymerem notitia, positoque usu, *bene conveniunt omnia cum historia*. Superius vide caput 1, num. 3.

IV. Prima concilii Lugdunensis habita fuerat sessio eodem anno 1274, die 7 Maii, in ecclesia Sancti Joannis. Ad vicesimam octavam ejusdem mensis indicta erat sessio secunda. Ante illam litteras legatorum, quos pontifex miserat Constantinopolim, accepit nuntiantes, jam se prope esse, atque in comitatu habere legatos Græcorum. Hinc sessio dilata in diem septimam Junii. Eodem mense die 24 pervenerunt Lugdunum, redeuntes Constantinopoli nuntii pontificii, ac missi ad concilium Græci apocrisiarii.

Summo pontifici litteræ oblatæ, quas dederunt Michael Palæologus Augustus et Andronicus filius, quem collegam imperii anno 1272 nuncupaverat pater, et alii plures Ecclesiarum Græci antistites. Simul omnes die 29 Junii, apostolis Petro et Paulo sacra, ad mysteria divina convenerunt. Tum Latine inter missarum solemnia Symbolum recitatum : ac Græce a Germano olim patriarcha, cum processione Spiritus sancti *a Patre Filioque*. Litteræ a Græcis datæ, coram palamque lectæ die sexta Julii. In iis quas scripserat imperator, professio fidei continetur cum sancti Spiritus **57** processione ἐκ Πατρὸς Υἱοῦ τε. Rogabat ille vero summum Pontificem : *ut Ecclesia* Græca *diceret sanctam symbolum, prout dicebat hoc ante schisma usque in hodiernum diem.*

Digitized by Google

Fidei definitio lata demum his verbis : « Fideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus *æternaliter ex Patre et Filio*, non tanquam *ex duobus principiis*, sed tanquam *ex uno principio*, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit. Hoc professa est hactenus, prædicavit, et docuit ; hoc firmiter tenet, prædicat, profitetur, et docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, et magistra. Hoc habet orthodoxorum Patrum atque doctorum, Latinorum pariter atque Græcorum, incommutabilis et vera sententia. Sed quia nonnulli, propter irrefragabilis præmissæ ignorantiam veritatis, in errores varios sunt prolapsi, nos hujusmodi erroribus viam præcludere cupientes, sacro approbante concilio, damnamus et reprobamus omnes qui negare præsumpserint, *æternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere* : sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus *ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex uno, procedat.* » Hanc fidem Græci apocrisarii juramento firmarunt. Græcum definitionis textum ex Manuele Caleca profert Possinus in Notis ad librum I Pachymeris in Andronico imperatore capite 8 et 9. »

V. Errores in eadem fidei definitione damnari duos, animadverte : tum negantium, *æternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere* : tum asserentium, *ex Patre et Filio* ipsum procedere, *tanquam ex duobus principiis*. Errorem primum Græcis impingebant Latini : in eoque sine dubio Græci versabantur, ac utinam non versarentur hodieque ! Latinis alterum imputabant Græci : quem illos attamen aliquando tenuisse, probari haud unquam poterit. E re sua censuit Gregorius X, sacro approbante concilio, errores ambos proscribere; sive errantes fuerint, qui utrumque docuissent : sive aliqua tantum suspicione niteretur alter. Concordia Latinos inter et Græcos constituenda id exposcere videbatur.

Imperatoris legati, *vere et insequenti æstate ibi exactis* (verba sunt Pachymeris libro v, capite 21), *extremo autumno mutuos ipsis adjunctos a Papa legatos Constantinopolim perduxerunt*. Tres illæ anni tempestates, *ver*, *æstas* et *autumnus*, quas imperatoris apocrisiarii sua in legatione exegere, superiorem, de qua egimus, mensium Pachymerianorum interpretationem doctissimi Petavii rejiciunt. Pontificiæ litteræ in Collectionibus conciliorum prostant, ad *Michaelem* Augustum, et *Andronicum* collegam, Græcosque antistites, datæ v *Kal. Augusti anno tertio.*

## 58 CAPUT IV.

*Josephus patriarcha sedem abdicat : eligiturque Joannes Beccus. Plura ab ipso edita scripta pro catholico dogmate, fidem rectam adhuc profitente, aut simulante Gregorio Cyprio. Fidem et obedientiam Romano Pontifici emisso juramento profitentur Michael imperator, et Andronicus collega, et Beccus patriarcha. Accusationes in Beccum delatæ ; eique jus stauropegii ereptum ab imperatore. Nuntii Pontificii agunt pro voce*, Filioque, *adjicienda ad Symbolum.*

I. Juxta pacta cum Josepho patriarcha pridem conventa, *concordi suffragio Patrum, vacare sedem Constantinopolitanam, judicatum est.* (Pachymeris verbis utor libro v, capite 22.) *Itaque mensis Januarii* (Ἑκατομβαιῶνος) *undecima die* (anno Christi 1275) *primum sacra fieri cœpta sunt sine consueta Josephi, ut patriarchæ, mentione : et ipse ad Lauram prope Anaphum* (suburbium Byzantii ad os Ponti) *ex Periblepti monasterio migravit. Ejusdem porro mensis die sexta decima, Nicolao Chalcedonensi sacris operante in Palatii sacra æde, duplici lingua pronuntiata est, quam vocant, Epistola ... Sacrum quoque Evangelium simili differentia linguarum, Græce pariter et Latine recitatum est. Et sic loco proprio, papæ etiam per diaconum solemnis mentio facta est ; et Gregorius summus pontifex apostolicæ Ecclesiæ et œcumenicus papa proclamatus.*

De novi patriarchæ electione actum serio. In thronum evehitur Joannes Beccus. Notas chronicas affert Pachymeres cap. 24, *diem sextam et vicesimam mensis Maii*, Ἰουνεψιῶνος, *Festum sanctorum Nicæensium Patrum. Secunda vero Junii*, Μαιμακτηριῶνος, *Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti .... rite inauguratus est in patriarcham.* Annus æræ vulgaris 1275, currebat cum *littera Dominicali* F, et *cyclo Lunæ* III. Hinc sanctum Pascha incidit in diem 14 Aprilis, et Pentecoste in diem 2 Junii. Dominica scilicet erat *proxime secuta* præcedentem, quæ *die* 26 *Maii* illuxit. Tillemontius, in *Historia concilii Nicæni*, in Monumentis tomo VI, art. 20, adnotat, apud Græcos peculiarem fieri consuevisse *Commemorationem trecentorum et octodecim Patrum synodi primæ Nicænæ* vel *die* 29 *Maii*, vel *Dominica præcedente Pentecostem* : apud Syros *mense Julio*, et apud Ægyptios *die* 5 *Novembris*. 59 Hæc iterum confirmant, et evincunt, mensem Ἰουνεψιῶνα non alium esse apud Pachymerem, nisi *Maium.*

II. Nicephori Gregoræ libro v, capite 2, num. 7, verba sunt : *Beccus, patriarchali sede conscensa, imperatori unus fuit omnia, et lingua, et manus, et velociter scribentis calamus, et dicendo, et scribendo, et dogmata exponendo : ejus certaminis sociis et adjutoribus, Meliteniote et Metochite imperatorii cleri archidiaconis, et Georgio Cyprio.* Hunc habes catholici dogmatis, quoquo demum animo, adhuc vindicem.

*Cum Xiphilino viro gravi, magno tunc Ecclesiæ œconomo*, fere pactum inierat Beccus, *se haudquaquam commentariis* pro dogmate contra schismaticos *elucubrandis operam unquam daturum*, ne motæ jam contentiones fierent acriores. Hæc habet Pachymeres capite 28 : *Ea tunc ille dicebat, quoties in manus sumeret hærentium adhuc schismati commentarios auctorum. Quos tamen cum deinde legeret, animadvertens multam eorum labem fraudemque, impetum interdum capiebat refutandi*

Digitized by Google

*splendide, quæ mendaciter affirmabantur ... sed tenebatur ne id faceret ea, quam dixi, ratione. Qua tamen excussus ad extremum est, venire coactus ad experimentum scripto disputandi adversus contra sentientes.* Hinc a Becco scripta plura hoc tempore ac deinceps prodiere, quæ bibliographi recensent. Edita prostant nonnulla apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tomis I et II.

Paucis complecti liceat *Epigraphas* ejus, seu *Præscriptiones in dicta ac sententias sanctorum Patrum*, quas ipse collegerat. Prima Patres offert dicentes *Spiritum sanctum a Filio*, aliosque *per Filium* : quibus evincitur, *præpositiones* ex *et* per *vires habere æquales*. In altera colliguntur Patrum testimonia, quæ *continenter et immediate Filium ex Patre esse commonstrant* ; unde infertur, *Spiritum sanctum esse per Filium*. Sententiæ congeruntur in tertia, quæ *Filium* vocant *imaginem Patris*, et *Spiritum sanctum imaginem Filii* : hunc *faciem, et operationem Patris*, illum *operationem et faciem Filii*. Quarta testimonia continet, quibus *Spiritus* enuntiatur *per Filium Patri conjungi* : ac *ordo* statuitur *in Trinitate*, Scripturarum testimonia, a Patribus exposita, in quinta Epigrapha continentur. Exhibet sexta sententias, quæ æquipollentiam demonstrant, sive dicatur *Spiritus ex Patre procedere, sive ex Filio accipere*. In septima prostant ea dicta, quæ *decernunt, ex Patre progredi, profundi, emitti Spiritum sanctum in illis pericopis, in quibus illum ex Patre procedere dicendum erat*. Agitur in octava contra eos qui, audientes *Spiritum sanctum ex Patre esse* (et ex Filio **60** aut per Filium), *emanare, et egredi ; non divinam Spiritus naturam ex divina essentia et natura Filii emanare et effluere enuntiant : sed spiritale donum dignis adveniens.* Testimonia colliguntur in nona, queis *essentiæ Patris et Filii qualitas, odor, flatus, halitus* dicitur Spiritus sanctus : itemque *Pater fons Spiritus, et Filius fons Spiritus* ; decima sententias offert, quæ enuntiant, *in Filium transire quæ sunt Patris*, excepta paternitate. Eas vero undecima continet, in quibus quemadmodum *proprius Patris* dicitur *Filius*, ita *Filii Spiritus sanctus*. Agitur in duodecima contra illos qui, audientes *Spiritum ex essentia Filii esse, contendunt aliud esse ex essentia, et aliud ex hypostasi*. Agit demum tertia decima adversum eos, qui audent dicere : *Emanare, et progredi, et effulgere, et apparere ex Filio Spiritum, non indicare illum esse substantialiter, et in sua hypostasi ex Filio, sed spiritualium donorum ex ipso distributionem*. Cedro utique dignum opus. Hæc eadem vero, quæ in hoc Opere prostant, adhibet magnus Petavius argumenta, confirmat, et illustrat libro VIII *De Trinitate*.

III. Pro confirmatione unionis cum Latina Græcæ Ecclesiæ, legatos ad Michaelem imperatorem, et Andronicum, ac Joannem patriarcham anno 1276 designaverat Innocentius V. Adire Constantinopolim jussit eos Joannes XX, dictus XXI, eodem anno 1276, electus die 15 Septembris, denatusque XVII Kal. Junii anno insequenti 1277. Successit Nicolaus III, die 25 Novembris : quo sedente, Græci legati pervenerunt cum litteris Michaelis et Andronici imperatorum, et Joannis Becci patriarchæ : quibus ratum habebatur, quidquid ab eis in negotio pacis expetitum fuerat. Refert eas Laurentius Cozza ex Bzovio, et Raynaldo, parte IV, de Græcorum schismate, capite 33, a num. 1116. Datæ sunt *mensis Aprilis, quintæ indictionis sexto milleno septimo centeno octogesimo quinto anno*, Christi videlicet 1277.

In ea quam Beccus patriarcha scripserat, *fidei professio* continetur. Ad processionem Spiritus sancti quod attinet, sic aiebat : « *Profunditur* Spiritus sanctus (quod enim idem), *procedit*, quemadmodum *a fonte Deo et Patre : profunditur* autem et *ab ipso Filio*, quemadmodum *a fonte*, velut utique ex ipso Deo et Patre. Sed licet Pater fons Spiritus sancti sit, et Filius fons Spiritus sit : non tamen *duo fontes* Spiritus sunt Pater, et Filius. *Unum* enim *fontem* Spiritus, *Patrem et Filium*, fidelis et pia intelligentia tenet. Et propter hoc *communem Patris, et Filii Spiritum sanctum* Ecclesiæ luminaria et doctores theologizarunt. Sicut enim *de substantia Patris naturaliter* Spiritus est : sic et **61** *ex substantia Filii naturaliter* Spiritus est ; sicut secundum substantiam Filii exsistit, et (sic) proprius est essentiæ Patris, et non extra hanc procedit in esse. *Naturalium* enim bonorum Dei et Patris *essentialiter* exsistens Filius *communicator, habet* Spiritum. » Ad operis complementum novos Nicolaus III misit Constantinopolim cum litteris nuntios anno 1278. Quænam instructio a sede apostolica eisdem data fuerit, numero sequenti dicendum.

IV. Becci patriarchæ erectus in promovendo firmandoque pacis negotio animus animos plurimorum in se concitaverat. Ipse *imperator* (Pachymeris verbis utor, libro VI, capite 10), *studebat nancisci modum hebetandi aciem nimii, quo dudum offendebatur, zeli patriarchæ.* « Itaque *evolutis annis quatuor*, ex quo Joannes patriarchatus honore præcellebat, *mense Februario*, κατὰ μῆνα Λήναιῶνα, *septimæ indictionis*, graves in eum accusationes a quibusdam e clero conflantur : mendaces illæ quidem ac plane inanes, non tamen ejusmodi quas ægre imperator admitteret. » Annum 1279 afficit *indictio septima*. Hujus anni die 2 mensis Junii quatuor integri patriarchatus anni explebantur ; at *mense Februario* præcedente, accusationes contra Beccum delatæ.

Patriarchalia jura, quæ σταυροπηγίου, *stauropegii* appellantur, minuere tentavit Michael imperator, *Novella* data, qua decernebatur : *ut quæ ubicunque, vel cujuscunque modi loca, vel monasteria patriarchæ uni subjecta, eatenus censebantur, ea deinceps episcopis, quorum propriæ diœcesis essent, jure ordinario subjacerent*. De hocce *stauropegii*



Digitized by Google

jure agit eruditissime Jacobus Goar in Euchologio, ubi tum Martinum Crusium, licet Lutheranum, a Jacobi Gretseri critica ulciscitur, tum etiam perstringit Meursii oscitantiam. Cum Goario Michael Lequienus in patriarchatu Constantinopolitano capite 16, a num. 7 docet : patriarchas Orientis omnes, unumquemque in suo patriarchatu, ea auctoritate potiri, ut *stauropegio*, quod est *crucis defixio*, suo prævio, condantur ecclesiæ, ac præsertim monasteria ; eaque propterea eorum regimini subsint omnino, ab episcopi ordinarii potestate libera. Jus istud patriarchis a Michaele detractum, *soli* postea *Constantinopolitano episcopo* in omnibus sui patriarchatus provinciis redditum fuisse evincunt viri docti ex Matthæo Blastare ad litteram H, cap. 3, qui anno 1335 vitam agebat scribebatque.

V. Constantinopolim eodem anno 1279 pervenerant nuntii, quos anno præcedente Nicolaus III transmiserat. In ea, quam a **62** sede apostolica acceperant instructione, hæc etiam habentur : « Super eo, quod dictus imperator in præfatis suis litteris petit, ut *Ecclesia Græcorum dicat sanctum Symbolum, sicut dicebat hoc ante schisma*, respondendum est, quod unitas fidei non patitur diversitatem in professionibus suis... et maxime in *decantatione Symboli*... Et ideo deliberavit eadem Romana Ecclesia, et vult, ipsum cum adjectione illa, *Filioque*, tam a Latinis, quam a Græcis uniformiter decantari. »

Munere suo fungentes legati, serio imperatori et Græcis denuntiarunt : initæ pacis *pignus idoneum fore, si et ipsi Symbolum, sicut Latini, pronuntiarent.* Hæc Pachymeres narrat libro VI, capite 14. Episcopos et clerum universum convocat imperator : quos certissimos reddit passurum se nunquam, Symbolo quidpiam inseri. Inter alia hæc in ejus allocutione habentur loco citato capite 15 : « Quoniam vero *nostrorum* quidam, quibus nimirum dissidium cordi est, nescio qua moti causa, cum *freriis* (fratribus pontificiis nuntiis), apud Peræam congressi, dixerunt : *nihil nisi ludibrium et fraudem hanc pacem esse ;* et hoc imprudenti dicto Latinis occasionem præbuerunt exquirendi *plus aliquid*, ut experimento satis certo constet, serio ac vere rem peractam : unde hæc, quam audituri mox sumus, legatio nata est, cujus scopum præcipuum esse comperi, hoc quod modo dixi a nobis exigere... Ego sancte polliceor... profiteor, et verissime promitto rigorem inflexibilem usque *ad exclusionem vel iotæ, vel apicis unius.* De hoc certi estote, in quod do vobis fidem plenissimam. »

## **63** CAPUT V.

*Beccus patriarcha secedit in monasterium, ac paulo post in ædes patriarchales revertitur. Subdolus conficitur libellus, Romano pontifici offerendus. Scripta reponit Beccus, summa quorum affertur, ac illustratur : agiturque de Hovlotheca Andronici Camateri. Genuinus anathematismorum sensus, quos publice in Ecclesia legendos instruxerat ipse Beccus. Mortem obit Michael imperator : ubi de anno emortuali agitur. Succedit Andronicus, qui statutam Ecclesiarum pacem rumpit : iterumque secedit Beccus in monasterium.*

I. « Duobus mensibus (verba sunt Pachymeris, capite 13) agitata *patriarchæ accusatio* fuerat : nec quidquam proficiebatur... *Mense Martio, circa medium Quadragenarii jejunii*, μηνὸς Κρονίου, μεσούσης νηστείας, me hujus Historiæ scriptorem (Pachymerem) jussit libellum abdicationis suæ conscribere : quem cum imperatori obtulisset, illo simulante se non accipere, continuo recedens in *Panachrantæ* monasterium se abdidit. » Anno 1279, sacrum Pascha *die* 2 *Aprilis* celebratum fuit, ut colligitur ex *littera Dominicali* A, et *cyclo lunæ* VII. Hinc patriarchæ secessus accidit *mense Martio, circa medium Quadragenarii jejunii.*

Rem pontificiis legatis, qui regia in urbe diversabantur, gratissimam facturum se duxit Augustus, *si patriarcham liberæ suæ potestatis functioni restitueret.* « Egit ergo cum Becco (ut ait Pachymeres capite 17) *rogans etiam* atque etiam, ut condonaret (accusatoribus suis) noxam. Non abnuit : et assensus, jam studiis cunctorum, *die sexta mensis Augusti*, Ποσειδεῶνος, *ejusdem* (septimæ) *indictionis*, splendido deductus comitatu senatorum, et Ecclesiæ procerum, in palatium patriarchale iterum solemni ritu invectus est. » Annus æræ vulgaris 1279 labebatur.

II. Conficiendo elucubrandoque scripto opera impendebatur, quo summi pontificis mandatis, per legatos renuntiatis, satisfieret. Error cubat in textu Græco Pachymeris, ubi *Urbanus* legitur pro *Nicolao*. Eo in scripto studium fuit, ac præcipua cura, referente Pachymere citato capite 17, « Ut in expressione dogmatis *de Spiritus sancti processione*, numero ingenti congererentur variæ, undecunque corrasæ, Patrum nostrorum (Græcorum) **64** locutiones, aientium : sanctum Spiritum *ex Filio profundi, præberi, dari, exsplendescere, micare*, similesque quibus accumulandis id clam agebant, ut quasi obruerent *procedendi* usitatum Latinis verbum : et cum id aliorum istorum obtentu *tegeretur, tacite abrogarent.* » Libelli fraudem ipse Pachymeres aperit, schismati licet addictus.

III. Calamum strinxit patriarcha Beccus. Operum ejus summam, quam Pachymeres, libro VI, capite 23, indicat, latius in Andronico, libro I, capite 9, enarrat. Mihi eadem diligentius exponenda est.

(1) « Ergo ille, sanctorum scripta attentius perlegens, in horum plerisque sæpe dici observavit : Spiritum sanctum ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεῖσθαι, ἐκλάμπειν, χορηγεῖσθαι, προΐέναι, *ex Patre per Filium profundi, exsplendescere, præberi, prodire.* » Divinarum personarum, Filii, et Spiritus sancti, emānationes ex Patre, plerumque vocarunt ecclesiastici scriptores *effulgentias et exsplendescen-*

Digitized by Google

*tias* : ut frustra jam sint, qui hisce vocibus processionem æternam Spiritus sancti ex Filio, aut per Filium rejicere contendant. Hæc latissime Beccus enarrat in Epigrapha XIII. Sanctus Basilius, lib. II *Adversus Eunomium*, num. 25, ait opinionem omnibus Christianis communem esse, Filium videlicet φῶς εἶναι γεννητὸν ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτὸς, *lucem genitam esse ex ingenita luce*, ἀπολάμψαντα, *resplendentem*. Sanctus Cyrillus, in *Thesauro*, pag. 49, edit. Paris., 1638 : *Nemo recte sentiens dixerit, generativam Dei essentiam damnum ullum vel effluxum pati, cum unus ac solus* ἐξ αὐτῆς ἐκλάμψασαν, *effulgeat Filius*. Studita in uno ex Gradualibus : *Spiritus sanctus. . . qui ex Patre simul eluxit*, ἐκ Πατρὸς συνεκλάμψαν. Hæc indicasse pauca, satis : plura dabimus infra.

(2) « « *Procedere* quin etiam, affirmari reperit a sancto *Maximo*, deinde a summo quoque Theologo *Damasceno* : quibus consentanee magnum præterea *Tarasium*, cum universa septima synodo, in confessione fidei ad Orientales patriarchas, manifeste deprehendit disseruisse. » *Maximi* locum expendimus capite 2, num. 2. *Damasceni* testimonia accipe. Libro I *De fide orthodoxa*, capite 11 : *Ipse quippe*, (Pater) Verbi genitor, Καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *Et per verbum manifestantis* (enuntiatorii, explendescentis), *Spiritus productor*. Itemque *Filii quoque Spiritus dicitur*, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ ; *non vehit ex ipso, sed per ipsum ex Patre procedens. Solus enim Pater auctor est* : eo nimirum 65 sensu, quo solus Pater ille est, a quo οὐσία omnis, ac τὸ εἶναι, hoc est *esse omne*, profluit, tam increatum quam creatum. Profluit ergo a Patre in Filium sicuti natura, ita virtus spirandi : et ex hac virtute, quæ una est in Patre et in Filio, procedit Spiritus sanctus immediate : factaque suppositorum expressione, a Patre procedit per Filium.

Æternam hanc esse Spiritus sancti a Patre processionem per *Filium*, satis evincunt verba memorata, disertissimeque enuntiat locus alius in Dialogo contra Manichæos num. 5. *Pater semper Verbum suum ex se genitum*, καὶ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἐκπορευόμενον· *Et per verbum suum habet Spiritum suum ex se procedentem.*

Paria sunt, quæ Tarasius patriarcha Constantinopolitanus profitebatur in confessione fidei, actione III concilii Nicæni II, anno 787 celebrati. Sic ait : *Credimus . . . et in Spiritum sanctum*, ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, *a Patre per Filium procedentem*, καὶ τὸν Θεὸν ὄντα καὶ γνωριζόμενον, *et ipsum Deum esse, et cognosci*. Hisce in locis de temporali per donorum concessionem Spiritus sancti missione sermonem esse, captus mente fuerit qui contendat. Insigni *Damasceni* testimonio frequentius utebatur Beccus : de quo adhuc inferius agendum.

(3) « Ad hæc insuper invenit, ipsum Photium fateri : Ambrosium, Augustinum, et Hieronymum processionem Spiritus sancti *ex Patre*, cum additione *ex Filio* docuisse. Cæterum Photii exceptio, eos Patres *ut Romanos*, non *ut Græcos*, additionem comprobasse ; nimium quam infirma Becco visa est. » Hanc partem, quæ Latinorum Patrum mentem exponit, luculentissime exsequitur Petavius libro VII, citato capite 8. Photii exceptionem elidunt œcumenicæ synodi, vel in ipso Oriente celebratæ, quæ Latinis Patribus, maximeque Hilario, Ambrosio, Augustino, Leoni, Gregorio multum se tribuere profitentur : et quæ dogmata statuunt, ex illorum etiam auctoritate decernunt.

(4) « Ac nunc quidem invenit Athanasium dicentem : *Fieri autem non poterat in Trinitatis ordine cognosci Spiritum, non progressive exsistentem ex Deo per Filium ; sed efficienter, aut productive, ut loquuntur*. Nunc Magnum Basilium : *Posteriorem quidem origine Filio Spiritum, tradit videlicet vera doctrina.* » Athanasii testimonium exstat in Refutatione hypocrisis Meletii, et Eusebii Samosatensis. Opus istud inter dubia recenset Montfauconius. Loci allati nitidiorem interpretationem profero : *Atqui impossibile esset, Trinitatis gloria Spiritum glorificari*, μὴ προδήλως ὂν ἐκ 66 Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσι, *si per processionem ex Deo per Filium non esset, sique res effecta a Deo esset, ut aiunt ipsi*. De æterna hoc loco Spiritus sancti productione sermo est.

Alia germana profert Athanasii loca duo. Primum legitur in libro de humana natura a Verbo suscepta, seu de Incarnatione num. 9. *Norat* (David) παρὰ τῷ Θεῷ Πατρὶ ὄντα τὸν Υἱὸν, τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *apud Deum Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti*. Alterum habetur in oratione 3 contra Arianos num. 24 : *Namque, ut dictum est, ipse* (Filius) *dat Spiritui : et quæcunque Spiritus habet, hæc a Verbo habet*, καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει. « Ergo quidquid habet Spiritus sanctus (Petavii animadversio est), id accepit a Filio. Habet autem in primis *naturam et exsistentiam*. Hoc enim Verbi (τοῦ Λόγου) vocabulum, cum personam et hypostasim significet, aperte demonstrat, *ab ipsa Filii persona* manare, et exsistere Spiritum sanctum : neque solum *ab ipsa Dei essentia*, quæ sit in Filio, ut Græci nugantur. Sed nec aliter vox *accipiendi* detorqueri potest ; quin id, quod οὐσιῶδες sit Spiritui sancto, communicari ac derivari in ipsum intelligatur a Verbo. Quippe non tantum *accipere* dixit Athanasius (ibidem ante verba relata) *a Verbo* Spiritum sanctum *quæcunque habet* : sed *habere* ab ipso, quæcunque *habet*. At externa dona et χαρίσματα, quæ utcunque dici possent a Filio, id est communi ab essentia ceu fonte, proferri, non *habet* Spiritus sanctus (nisi eminentissime in essentia divina propagata in ipsum) ; sed ea sola (proprie) *habet*, quæ in ipso manent, ac divina sunt, et οὐσιώδη. »

Digitized by Google

Prolixiorem exscribere Basilii textum, operæ pretium est. Sic habet ille libro III adversus Eunomium num. 1 : « Cur necesse est, si *dignitate*, ac *ordine* tertius est Spiritus sanctus, *natura* quoque cum esse tertium? » Ita colligebant Eunomiani. « *Dignitate* quidem secundum esse a Filio (*ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ex illa causa pendeat*), pietatis sermo' fortasse' tradit. Verum *tertiam* usurpare *naturam* neque ab sacris Litteris edocti sumus, neque ex supradictis consequenter colligi potest. Nam ut Filius *ordine* quidem est secundus a Patre, quoniam ab eo est : et *dignitate*, quoniam principium et causa exsistendi ipsi Pater est . . . *natura* vero non est secundus, quia una est in utroque divinitas ; eodem modo Spiritus sanctus, etsi *posterior* Filio est *ordine* ac *dignitate*, 'ut hoc omnino concedatur a nobis', non tamen perinde id, **67** tanquam *alienæ naturæ* sit, habebit. » Tum Joannis Becci tempore, tum in synodo Florentina, codices afferebantur aliqui, in quibus verba non erant, quæ parenthesi inclusa sunt : erant vero, quæ sunt asteriscis utrinque stipata. Hac de re agit Beccus, lib. I, ad Theodorum Sugdææ episcopum, ac latiore etiam sermone capite 1 de processione Spiritus sancti : ubi *verissimos ac sincerissimos* habet ille codices, qui verba parenthesi inclusa habent, non habent alia asteriscis notata. Pro hisce codicibus pugnat egregie Petavius libro VII, capite 3 a num. 14. Eruditam pro eisdem Dissertationem Parisinis typis anno 1721 edidit Ludovicus Vallée, bibliothecæ Sanctæ Genovefæ præfectus : quam compendio collectam exhibent monachi Sancti Mauri, tomo III Operum Basilii, in Præfatione § 4.

Cur vero Basilii non fuerit parenthesis illa? Ait ille libro I, adversus Eunomium num. 20 : Nos autem secundum *relationem causarum*, τῶν αἰτίων σχέσιν, *Patrem Filium præponi dicimus*. Ait rursum in libro de Spiritu sancto ad Amphilochium capite 17, num. 43 : *Quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium sese habet Spiritus* : (utique κατὰ τὴν τῶν αἰτίων πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν σχέσιν.) Jam vero Basilii verba illa, *ut qui esse ab illo habeat, et annuntiet nobis*, utrumque Spiritus sancti *ex Filio* processionis modum declarant : *temporalem* scilicet *missionem*, voces posteriores : prioresque, *æternam emissionem ad exsistendum*.

Par in Cyrillo sententia occurrit in *Thesauro*, pag. 358 : Necesse est, fateri Spiritum e substantia esse Filii. Nam ut ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, *ex ipso naturaliter exsistens*, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον, *et in creaturam ab ipso missus*, renovationem operatur, plenitudo et complementum nimirum sanctæ Trinitatis. Quod si ita est, Deus itaque, et ex Deo est Spiritus, et non creatura. » Quo loco naturaliter Spiritus sanctus *ex Filio* dicitur *exsistere* : et hæc exsistentia a *missione in creaturam* distinguitur ; ne Græcorum cavillatio locum habeat. Id maxime evincit consecutio inde illata. « Probat enim (ait Petavius libro VII, capite 3, num. 8) Spiritum sanctum *Deum esse, et ex Deo* ; quoniam *exsistit ex Filio*. Nam nullam ibi mentionem *Patris* expressit. Talis ergo sit oportet *exsistentia* illa, et illa *processio* ; ut per eam, ejusque vi id habeat, ut sit *Deus* ; hoc est, *Dei naturam et divinitatem* accipiat ab eo communicatam, *a quo exsistit*. Prorsus igitur a Filio oritur Spiritus sanctus. »

In Basilii loco vox illa *dignitas*, qua (et non solum *ordine*) Spiritus sanctus dicitur *secundus a Filio*, prætermittenda non est : **68** neque enim absterrere quemquam debet, quasi divinitatis imminutio sit in eodem Spiritu sancto. « Siquidem in *Filio* (verba sunt Petavii) utrumque Basilius admittit, et τάξεως et ἀξιώματος : et ambo sic interpretatur, ut *ordine secundus sit a Patre* Filius, quoniam ab ipso oritur : *dignitate* vero, quoniam *principium, et causa essendi* sit ipsi. « Hæc sunt Græca verba : Ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρός, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι αὐτοῦ Πατέρα. « Quare demum, etsi nihil aliud (ad Spiritum sanctum quod attinet) expressisset Basilius ; ac tametsi parenthesi clausa illa verba delerentur : sufficeret, ad Latini dogmatis auctoritatem, quod Spiritum sanctum τάξει *ordine et dignitate*, ἀξιώματι, *secundum* numeraret *a Filio* ; cum ex eo illius ab hoc origo monstretur. »

(5) Alibi Nyssenum invenit, in hunc modum diserte tradentem tenendas de Deo sententias : *Ut credatur in eo aliud causa, aliud ex causa. Tum ejus, quod ex causa exsistit, aliam differentiam intelligimus : ut aliud sit citra medium ex primo, aliud per id, quod citra medium ex primo est.* » Luculentissimum testimonium prostat in Epistola ad Ablavium. Id habes primo, non aliam in personis sanctissimæ Trinitatis esse differentiam, quam quod *altera principium sit*, altera *ex principio* : Τὸ μὲν αἴτιον εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Cum ergo Spiritus principium esse Filii dici nequeat, necesse est, Filium esse principium Spiritus sancti. Ea rursum animadverte : *Aliud continenter* (seu sine medio), *ex primo, aliud per id quod continenter ex primo est* : Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Primo Filius producitur modo a Patre : ab hoc vero Spiritus, interposito Filio, seu *per Filium*.

Impietas foret, si quispiam contenderet, solum Filium proximè produci a Patre : et a solo Filio deinde Spiritum sanctum proxime effundi. Hæretici sunt, qui putabant, adnotante Augustino tractatu C. in Joannem, num. 4 : *Minorem esse Filio Spiritum sanctum : quasi Filius accipiat a Patre, et Spiritus sanctus a Filio, quibusdam gradibus naturarum.* Genuinum Petavius sensum declarat citato VII libro, capite 11, num. 15 : « Sed quod Pater prius originem det Filio, quam Spiritui sancto : atque inter Patrem et Spiritum sanctum necessario sit interponendus Filius ; sine quo, quia

Digitized by Google

persona non esset (ut qui per paternitatem, et relationem ad Filium subsistit) neque Spiritum sanctum produceret, cum personæ propriam nullam functionem haberet. Nam quod ad *ipsam emittendi Spiritus actionem* attinet, tam ea proxime immediateque **69** est a Patre, quam a Filio : cum utriusque sit unica. » Brevi, clara, firma sententia complectitur omnia sanctus Thomas, I p. qu. 36, art. 3, ad 4: *Ordo non attenditur inter Patrem et Filium, quantum ad virtutem, sed solum quantum ad suppositа : et ideo dicitur quod Pater spirat per Filium.*

Exponere pergit dogma Nyssenus : « Porro cum *causam*, et *quod est ex causa* dicimus ; nequaquam iis nominibus φύσιν, *naturam*, significamus : sed eam solum κατὰ τὸ πῶς εἶναι διαφορὰν, quæ secundum exsistendi modum est, differentiam ostendimus. » Hæc palam evincunt, Spiritum sanctum non dici ex Filio, aut per Filium esse, ac si perinde foret ac ipsum esse de essentia Filii ; sed utique illum esse ex Filii persona, ac per Filii personam, veluti αἴτιον, *causam*, aut *principium* : ex eoque, aut per ipsum accipere cum exsistentia divinam naturam. Quæ postrema nomina duo, *causa*, et *principii*, memorata sancti Thomæ animadversionem suggerunt : parcius *causæ* vocabulo usos esse pro *principio* Latinos, ac *processionis origine*, sed utrumque Græcis perinde fuisse. Aquinatem consule in Opusculo 1, contra errores Græcorum, capite 1.

(6) « Epiphanium quoque deprehendit et multis in libris, et sæpe in unoquoque eadem affirmantem. » Innumera sunt ac luculentissima Epiphanii testimonia. Pauca accipe. In *Ancorato*, n. 67 : *Jam vero cum Christus a Patre, Deus videlicet ex Deo, creditur : et Spiritus* ἐκ τοῦ Χριστοῦ, *ex Christo ;* ἢ παρ' ἀμφοτέρων, *seu ab utroque : sicut ipse dicit Christus, qui a Patre procedit,* Καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, *Et hic de meo accipiet.* Ubi voces illæ, *de meo*, personam Verbi respiciunt, non Patris. Ibidem, num. 71, *Filium vocat* τὸν ἐξ αὐτοῦ, *qui ex ipso* (Patre) : *Spiritum vero sanctum,* τὸ παρ' ἀμφοτέρων, *qui ex ambobus... Audi, quemadmodum Pater vere sit Filii pater, totusque lux : et Filius vere sit Patris filius, lumen de lumine : Spiritus denique sanctus Veritatis sit Spiritus,* φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, *tertium a Patre, Filioque lumen.* Quis inficias iverit, agi hoc loco de productione substantiæ ac personæ Spiritus sancti ?

Insignes alias non prætermiserim in eodem *Ancorato* sententias. Num. 8 ait : *Inest ergo Deus in Patre, inest in Filio, inest in Spiritu sancto : qui ex Deo pariter, et Deus est. Spiritus enim Dei, Spiritus Patris et Filii Spiritus : non compositione aliqua, quemadmodum in nobis anima corpusque conjungitur : sed* ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ ; *Inter Patrem et Filium medius ex Patre Filioque, tertius appellatione.* Verba refero, quæ num. 73 habentur : *Igitur si a Patre procedit : et de meo, ait Dominus, accipit : quemadmodum nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater. Ita audeo dicere : neque Spiritum novit quispiam nisi Pater et Filius,* παρ' οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ' οὗ λαμβάνει, *a quo procedit, et a quo accipit, Neque Filium et Patrem novit aliquis, nisi Spiritus sanctus ; qui vere glorificat, qui docet omnia,* **70** *qui testatur de Filio,* ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ Υἱοῦ, *quia a Patre et a Filio est.* Pares, pluresque ex Epiphanio sententias luculentissimas congerebat Beccus, ac nostrates theologi afferunt, Græcorum commento de donorum et charismatum profusione omnino adversas.

(7) Hisce Patrum auctoritatibus, aliisque plurimis, quæ prostant in *Epigraphis*, instructus munitusque patriarcha Beccus, æternam ac substantialem ostendebat sancti Spiritus processionem *a Patre per Filium :* colligebatque, voces *per* et *ex* negotio in isto æquipollentes esse. Quod etiam *diserte doceri aiebat* (Pachymere loco citato adnotante), *in Opere cui Sacra Hoplotheca, sive Sacrum Armamentarium, nomen est : qui liber inter authenticos, et sane Ecclesiæ doctrinam declarantes, censeri solet.* Pro suarum partium studio hæc postrema Pachymeres adjecit verba. De auctore, ejusque operis judicium accipe Becci patriarchæ in Refutationibus, quæ exstant in *Græcia orthodoxa*, tomo II: « *Librum* sub imperio Manuelis regis (ab anno 1143 ad annum 1180), Manuelis personam induens, Andronicus munere drungarii viglæ tunc fungens (sive præfectus vigilum), cognomento Camaterus, vir sapientia non ignobilis composuit : in quo catus ille vir, non prudenter certamen iniit, neque pro suæ sapientiæ dignitate ; quod vel proprium secutus sit arbitrium, vel dominantis jussa, vel temporis opportunitatem, vel aliquid aliud, quod mihi nondum liquet. »

In ea libri parte quæ Spiritum sanctum spectat, quinque *confictis* dogmatum principiis, *quorum nullum* (Becci verba sunt) *licet quispiam divinorum Patrum Commentaria evolvendo delassetur, a quoquam unquam assertum reperiet*, adversantium Græcorum excogitatio comprehenditur omnis. Refert ea ibidem sæpe laudatus patriarcha : *Primum ergo asserens : proprium Patris esse Spiritum producere.* Imo spiratio activa, cum nec Patri nec Filio opponatur, utrique communis est. Dici solet *proprietas*, quia non est communis tribus personis, cum tantum conveniat Patri et Filio. Non est vero *proprietas personalis*, quia personam non constituit, sed personas duas constitutas afficit, ac refert ad tertiam. *Secundum : quidquid de Trinitate asseritur, aut est unius, aut trium.* **71** Id oppido falsum evincunt, quæ adnotata sunt. Spiratio activa, sicuti non opponitur paternitati et filiationi, ita opponitur spirationi passivæ ; unde spiratio activa non est unius, non est trium, sed est duarum personarum. *Tertium : quidquid de divinis personis asseritur, aut est personale, aut est naturale.* Atqui vero jam patet, spirationem activam non esse proprie naturale quid-

Digitized by Google

piam, nec esse personale : esse tamen quid proprium, quod licet duabus conveniat personis, Patri et Filio, utpote neque paternitati neque filiationi oppositum, non est commune tribus, nempe sancto etiam Spiritui, cui scilicet relative opponitur. Hanc promit Doctor angelicus objectionem quæst. 10, de potentia artic. 4, eamque solvit ad 7, *duplex* distinguendo *proprium* : alterum, *quod est simpliciter et absolute, et uni soli convenit, sicut risibile homini* : alterum, *quod non est simpliciter, sed ad aliquid ; ut si dicatur quod rationale est proprium homini in comparatione ad equum, licet et alii conveniat, scilicet angelo.* Itaque personæ duæ, Pater et Filius, sua singulæ proprietate (quæ *simpliciter et absolute* dicitur proprietas) constitutæ sunt : ac sunt ἡ πατρότης καὶ υἱότης, *paternitas et filietas*, quibus integræ et invicem distinctæ Patris et Filii hypostases exsistunt. Hisce vero jam constitutis accedit alia, quæ est spirandi proprietas : eaque divinam essentiam, ac virtutem, et operationem, ut est in Patre et in Filio, sive ut est in Patre, et a Patre in Filio, consequitur et modificat : ac ita demum fit, ut unum fiat ex ambobus principium, et unus προβολεὺς spirator ; non tamen una persona. Hinc consequens illud eliditur, quo Spiritum sanctum suæ processionis auctorem fore deducunt ; quia et ipse eamdem cum Patre et Filio essentiam, et virtutem, et operationem habet. Siquidem non id præcise operationi, aut virtuti, aut essentiæ, convenit, qua essentia est, ut producat Spiritum sanctum : sed essentiæ, qua paternitate ac filiatione affecta est, quibuscum spirandi proprietas est complexa. Quæ demum spirandi proprietas tametsi *non differat secundum rem a paternitate et filiatione*, ut egregie animadvertit Aquinas in Compendio theologiæ cap. 65, *Hæc attamen differunt secundum ea ad quæ referuntur ; nam paternitate Pater refertur ad Filium, et communi spiratione ad Spiritum sanctum : et similiter Filius filiatione quidem ad Patrem, communi vero spiratione ad Spiritum sanctum.* Abunde Græci jam habent, quemadmodum hoc fieri possit, ut cum Pater et Filius duæ sint personæ, unicam tamen et singularem habeant accedentem proprietatem, in qua conveniant, et in qua unum sint idemque.

Assertum *quartum est*, quod insinuat Camaterus : *Patrem, quæ* **72** *ex se veluti causa producit, ratione personæ, non autem naturæ ea producere.* Principium distingue, quod producit : et rationem, seu virtutem, qua illud producit. Persona Patris producit Spiritum sanctum virtute spirativa : qua, cum eadem Filio insit communicata a Patre, ille etiam Spiritum sanctum producit. Sunt ergo duæ personæ, aut duo supposita, quæ una virtute producunt Spiritum sanctum : adeoque sunt unum principium. *Quintum denique, quod decernit : Spiritum ex Patre esse contigue et immediate.* Imo oppositum docentem audivimus Gregorium Nyssenum. Insigne testimonium ejus recole.

IV. Hujusmodi sententiarum indicatione, quibus ex veterum Patrum penu desumptis suam et Latinorum causam perorabat Beccus, egregiam pro eadem causa apologiam texit Pachymeres. Pro eo tamen, quo laborabat schismatis morbo, vix intelligens quæ scribebat : *locum*, ait, *accusationi sui dedisse Beccum haud sane contemnendæ* : ac si nempe, duplex ille ac Latini principium, aut duplicem Spiritus sancti causam, admitterent. « Non levis, nec vulgaris error videbatur, præter *vim principii et causæ*, quæ *in Patre* a cunctis agnoscitur, *respectu Spiritus sancti* ; etiam *Filio* attribuere *rationem principii et causæ erga Spiritum eumdem.* » Consequens istud ab adversariis inepte illatum illidebat Beccus *argumento e Græcis ducto ipsis*, quod ipse Pachymeres affert : *Annon* ( inquiens ) *vos quoque et dicitis, et recte dici fatemini, Patrem esse perfectum Deum, perfectum item Deum esse Filium, denique Paracletum perfectum et ipsum esse Deum ? Utrum igitur, quia inde tres esse deos videtur inferri, falso isto et respuendo corollario theologiam inquinabimus ?* Unitas ac identitas essentiæ divinæ, quæ tribus inest divinis personis, tres licet sint, eas efficit unum esse Deum. Par est exemplum in iis quæ ad extra vocantur operationes. Mundi conditor est pater, sed etiam Filius conditor mundi est, et est conditor mundi Spiritus sanctus : sed quia omnipotentia, qua conditur mundus, una inest ac eadem tribus personis, non sunt tres mundi conditores, sed unus conditor. Verum enimvero una etiam est *spiratio activa* Patri et Filio communis : adeoque duo Patris, et Filii divina supposita sunt *una causa*, aut *unum principium* sancti Spiritus.

Hæc doctrinæ Christianæ documenta inconcussa scribit Pachymeres, *ad subterfugium criminis astute* a Becco adinventa. Addit etiam *ad eumdem finem decretum fidei, legi solitum in Ecclesia die, quæ vocatur* Ὀρθοδοξίας, *Orthodoxiæ* (Dominica scilicet prima Quadragesimæ), *tribus auctum capitulis* ab eodem patriarcha **73** *cum tribus anathematismis :* « In eum, qui ut dogma fidei assereret, *Filium esse causam Spiritus :* Qui diceret, *Filium esse cum Patre concausam Spiritus* : Qui sciens communicaret, nec adjungi renueret quibusvis ita loquentibus, et credentibus. Hæc dicebat ( Beccus), hæc scribebat, (ait Pachymeres), illud quoque addens : si quis inesse contenderit præpositioni διὰ, *per*, notionem causæ, audax id dictu cogitatuque fuerit. »

*Subterfugium* criminis nullum, nec ulla *subterfugii* species in his latet anathematismis. His imo catholica accuratissime exprimitur veritas *unius et ejusdem spirationis activæ* in Patre et Filio exsistentis. Hinc Pater et Filius duo quidem supposita sunt : sed una causa, et unum Spiritus sancti principium. Quo sensu vox διὰ apud Græcos, et *per* apud Latinos, cum indicet spirationem activam, unam eamdemque Filio communicatam a Patre, gignendo ipsum, non indicat rationem ullam causæ, aut principii, quæ competat Filio

Digitized by Google

ab ea distinctam quæ inest Patri, quamque Pater communicat Filio.

VI. Hæc docere palam coramque, hæc etiam scriptis propugnare, invicto erectoque pergebat animo Beccus patriarcha, vitam agente Michaele imperatore. Mortem is obiit, teste Pachymere in eodem Michaele libro VI, capite 36, *undecima die. Decembris*, Σκιροφοριῶνος, *die Parasceve... anni* ,ςψϟα', 6791. Facta detractione 5508, residuus numerus est 1283. Nimirum habetur vulgaris æræ annus 1283, concurrens cum anno Græcorum Constantinopolitano 6791, inchoato a Septembri mense anni præcedentis 1282. Vita igitur decessit imperator eodem anno 1282, mense Decembri. Insignitus annus ille procedebat *cyclo solis III*, ac littera Dominicali D, quæ Parasceven, seu feriam VI, indicat incidentem in diem undecimam Decembris. Eumdem emortualem Michaelis annum mundi 6791 definiunt Nicephorus Gregoras, libro V, capite 7, num. 6, et Georgius Phranza protovestiarius in Chronico, libro I, capite 6.

Ex ea Parasceves die, seu feria sexta, quam Pachymeres notat, difficultatem promit Petrus Possinus libro III chronologico, capite 9. Sibi nempe satis perspectam non fuisse prodit, methodum annos Græcorum Constantinopolitanos reducendi ad Julianos vulgares. Verba ejus sunt n. 2: « Est annus æræ mundi Græcorum 6791, Christi 1283, hoc est periodi Julianæ 5996, quo fuit cyclus solis IV, aureus numerus XI, indictio pariter 11, cyclus porro solis IV litteram indicat Dominicalem C, quæ cum insigniat diem duodecimum Decembris, undecimus necessario fuerit **74** Sabbatum, non autem Parasceve, sive sexta feria. Qualem tamen illo anno (Michaelis emortuali) fuisse pro certissimo et vulgo notissimo tradit Pachymeres. Igitur anno Christi 1282, mori Michaelem Palæologum oportuit, quo cyclus solis III litteram Dominicæ indicem dedit D. Hæc enim littera diem tertium decimum Decembris afficiens, tertium retro, scilicet undecimum, fuisse sextam feriam demonstrat. Quid ergo dicemus, errasse Græcos historicos in anno mortis Michaelis, et pro 6790 sequentem 6791 indicasse? Ne cogamur hoc dicere, duplex hujus explicandæ perplexitatis suppetit ratio. Aut enim labentis jam anni 6790 et paucos duntaxat extremi Decembris dies reliquos trahentis, rationem non habendam populus et historici censentes, obitum ejus ex anno mox insequenti 6791, quo is videlicet innotuit, insigniendum putaverunt : neglecto discrimine nullius momenti ad civilem æstimationem. Aut (quod verisimilius reor) annorum mundi, et æræ suæ principium, item ut indictionis, a Septembri Græci repetebant : unde jam tum annus mundi juxta ipsos 6791 cœperat a mense tertio, cum anni Christi 1282 mensis ultimus December volvebatur. Ut vere dixerint Pachymeres, Gregoras et Phrantzes, obiisse Michaelem anno 6791. »

Postrema hæc solutio non est *verisimilis*, aut *verisimilior:* sed verissima, ut colligitur ex methodo, annos Græcorum Constantinopolitanos convertendi in Julianos annos æræ vulgaris, quam denique ipse Possinus probe intellexit libro III observationum chronologico in Historiam Andronici capite 1, num. 4 : « Ut anni æræ Græcorum, inquit, ad æram nostram vulgarem reducantur, perpetua methodo ex illis tollendi sunt anni solidi 5580. Tali subtractione facta, reperietur annus. Sed in his diligenter observare oportet *discrepantiam initii annorum*. Nam Græci annos suos a Septembri, sicut et indictionem, inchoant : nos vero a Kalendis Januarii. Itaque quando per methodum modo indicatam comperimus annum Græcorum, v. g. 6829, respondere anno Christi 1321, intelligendum id est ex majori duntaxat parte, non autem, ut alter alterum perfecte adæquet. Concurrunt enim in *octo duntaxat mensibus*, quorum primus Januarius sit. Ab hoc enim incunt Christi anni (Juliani vulgares), quando jam a *Kalendis Septembris superioris* (anni 1320) inchoaverat annus *æræ Græcorum*, qui respondere tali Christi anno creditur (diciturque). » Mirum est, in hujusce regulæ usu, quam demum novit optime, minus accuratum exercitumque **75** se præbuisse Possinum, incidisseque in errores qui venia digni non videntur, uti jam adnotavimus.

VII. Imperium solus capessivit Andronicus. Anxie quærebat secum, num quæ nuper circa pacem Ecclesiarum inita fuerant, rescinderet acta. Id vero ut exsequeretur, suasit amita ejus Eulogia, quam memoravimus capite 2, num. 4. Datum ab ea consilium narrat Pachymeres in Andronico, libro I, capite 2, ut ipse coram palamque *profitens, invitum se patris auctoritate ad ea probanda pertractum; nunc damnare, proque infecto habere vellet quod perperam egisset*. In hanc ille sententiam concessit, pacemque violavit. Igitur *illuceseente anniversaria die Christi Domini natali* (die 25 Decembris anni 1282), *cum illo festo de more oporteret prodire Augustum et mysticum sacrificium in æde sacra palatina ritu solemni celebrari, neutrum horum est factum :* omissæque mysticæ oblationis vera fuerat ratio, *ne patriarchæ, quem novus Augustus exauctorari volebat, in palatino recitaretur nomen inter sacra*. Hæc sunt Pachymeris verba capite 3.

Machinationes imperatoris noverat Beccus patriarcha. Consilium suum jussit ipsi renuntiari Augustus, *non contemptu aut odio* ipsius patriarchæ, sed *periculo reipublicæ*, ac *mera necessitate novi firmandi principatus*. Itaque cum *aliunde rectus esset Beccus, quemque præterea satietas jam cepisset patriarchalis honoris* (historici verba sunt capite 4) *postridie festi* (die 26 Decembris anni 1282), *descendens patriarchio, in Panachrantæ monasterium se contulit.*

Digitized by Google

## 76 CAPUT VI.

*Josephus Galesiota iterum patriarcha promovetur ab Andronico; ac Prusam exsul mittitur Beccus, rem etiam consulente Georgio Cyprio. Sermonem is Antirrheticum scribit contra Becci blasphemias, ut aiebat. Orationem Beccus reponit, quæ perperam inscripta videtur oratio secunda in Tomum Cyprii. Hujusce asserta cum Becci refutatione, nostrisque animadversionibus. Quid sit missio personarum, et in quo propria ejus ratio posita sit, latiore sermone enucleatur. Locus expenditur homiliæ de Spiritu sancto sub Joannis Chrysostomi nomine.*

I. Cæptæ Pachymeres narrationi insistens, capite 5, sic ait : *Ejusdem mensis* (Decembris anni 1282) *post diem tricesimam, sub vesperam, impositus gestatorio Josephus tantum non exanimis, multis utrinque comitantibus, et certatim acclamantibus faustum reditum, cum hymnis et plausibus hominum, inter increbrescentes tinnitus campani æris, in ædes patriarchales reportatur.* Tum vero in ejusdem Josephi communionem recepti ecclesiastici viri, *mensis Januarii quinta sub vesperam* (anno 1283) *imminente Theophanio festo*, ut ait Pachymeres capite 7.

Sine mora synodus coacta, eodem adnotante capite 8, cui *præsens aderat magnus logotheta* (Theodorus) *Muzalo : præsens insuper Georgius Cyprius, et rhetor Holobolus : assidebatque præterea monachus Theodosius Saponopulus, qui ex ordine protonotariorum imperatoris in vitam monasticam transierat : aliique demum assistebant plurimi.* Ad hunc Saponopulum, et ad Muzalonem plures in Apographo, quod habeo, codicis Lugduno-Batavensis exstant Cyprii epistolæ. Contra Beccum delatæ accusationes, et contra alios, præcipuos cum illo duarum Ecclesiarum concordiæ auctores. Beccus ipse in synodum advocatus : missusque demum Prusam exsul in Bithyniam.

II. Per hæc tempora Georgius Cyprius, aut priore mutata sententia, aut certe deposita simulatione, catholico dogmati, et patriarchæ Becco adversabatur. Memorato in codice Lugduno-Batavensi ejusdem *Sermo* exstat ἀντιῤῥητικὸς κατὰ τῶν τοῦ Βέκκου βλασφημιῶν, *Antirrheticus contra Becci blasphemias*. Hæc adduntur in codice Vindobonensi verba, Ἐκδοθεὶς πρὸ τοῦ ψήφῳ Θεοῦ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνελθεῖν, *ab ipso editus, priusquam thronum Constantinopolitanum* 77 *gratia Dei ascenderet.* » Animadversione digna sunt Gregoræ verba libro VI, capite 2, num. 2 : *Cum velut in humidioribus lignis vermes nascuntur, ita etiam in ambitiosis ingeniis æmulationis et invidiæ stimuli vulgo exsistant contra ejusdem professores artis, in eo præsertim genere in quo maxime elaborant : sic Gregorium patriarcham angebat vivida illa ingenii et facundiæ vis, quæ in Becco erat : eique haud ferendum videbatur, si solus ipse* (Cyprius) *inter illius ætatis Græcos celebris, et inter patriarchas quoque eruditos celebrem se fore sperans, illius* (Becci) *in disputationibus eloquentia superatus, tanto honore fraudaretur. Qua de causa relegationem ejus non parum promovit.* Hæc anno 1284 contigerunt, promovente Becci relegationem in arcem sancti Gregorii ipso Cyprio jam patriarcha. Sed hæc eadem Cyprii invidia, qua is patriarcha initiatus ferebatur in Beccum, movisse videtur ipsum, ante dignitatem indeptam, ut eloquentiæ suæ vires, quibus nimium fidebat, contra insignem æmulum, experiretur in *Sermone Antirrhetico*, quam memoravimus.

Incipit vero : Οὐκ ἔγωγε, θαυμάζω, φιλότης. Ad amicum sermo directus est : quem circa finem vocat Demetrium. Verba sunt : Ταῦτά σοι, ὦ φίλε Δημήτριε, ἐσχεδίασται πρὸς τὰ προτεθέντα· βραχέα μὲν, τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος· *Hæc tibi, amice Demetri, ad proposita ex tempore facta sunt : brevia quidem, tempore urgente.* Inter Epistolas abs Cyprio nondum patriarcha scriptas occurrit *Thessalonicensis D. Demetrius*, itemque *monachus D. Demetrius*. Libelli scribendi causam verba illa aperire videntur, quæ leguntur sub initium : Οὐκ ἂν ἄλλοις τοῦ καθάπτεσθαί μου δικαίως παρέξω καιρόν· *Non etiam aliis me juste perstringendi occasionem præbuero* (ipse videlicet Cyprius).

Suo in opere totus est, ut sanctorum Patrum, præcipueque Cyrilli, ac Nysseni, et Basilii sententias, quas Beccus opponebat, suas traheret in partes : processionemque Spiritus sancti *a Patre per Filium* offuciis illis attenuabat, quas a Pachymere memoratas narravimus; eas a Patribus usurpatas voces opponens, φανέρωσιν, ἀνάδειξιν, χορηγίαν, πέμψιν τοῦ Πνεύματος παρὰ τοῦ Υἱοῦ, *manifestationem, ostensionem, præbitionem, missionem Spiritus a Filio.*

III. Diu hæc Joannem Beccum latuit opella. Ut sibi innotuit, eam refutavit oratione quæ tomo II *Græciæ Orthodoxæ* prostat, inscribiturque *secunda in Tomum Cyprii et novas ejusdem hæreses*. Theodorum, cui etiam prima nuncupata legitur oratio, sic admonet Beccus num. 1 : *Quæ prius occurrerunt, illa prius* (in oratione, quæ prima numeratur), *oppugnavimus : quæ vero secundo in* 78 *nostram cognitionem venerunt, hac posteriori contradictione rejicimus.* Et infra : *Quæ vero ipse .. nova eructat dogmata, a Dei Ecclesia prorsus aliena, ex oratione* (Antirrhetica scilicet, de qua nunc agimus) *quam ille primus nobis contradicens concinnavit, præsecantes in medium adducemus.*

In hac Becci oratione ea omnino refutantur quæ Cyprius habet in *Sermone Antirrhetico*, eodem assertionum ipsius Cyprii asservato ordine, eisdemque verbis exscriptis, quæ prædicto in sermone leguntur. Tomus ille, quem Andronico Augusto jubente confectum a Cyprio infra narrabimus, sancti Joannis Damasceni testimonia, quæ Beccus opposuerat, eorumque conciliationem maxime spectabat : quæ de re nihil occurrit omnino in *Sermone Antirrhetico*, neque in locis a Becco decerptis, ac secunda in illa oratione refutatis. Hinc evinci videtur, perperam prædictam inscribi orationem *in Tomum*

Digitized by Google

*Cyprii*. Hæc anonymus interpres cujus Latina versio Lugduno Batavorum ad nos transmissa est, si novisset, nitidiorem utique *Sermonis Antirrhetici*, subsidium Allatio præstante, Latinam interpretationem adornasset. Sed etiam doctissimus Allatius, Sermonem hunc si expendere eidem licuisset, diligentiore crisi de *secunda* illa, quam vulgavit *oratione*, judicasset.

IV. Georgii Cyprii asserta profero præcipua, quæ habentur in *Sermone Antirrhetico*, cum Becci refutationibus. His animadversiones addo, ex Thomæ Aquinatis doctrina plerumque desumptas.

(1) *Spiritus sanctus, cum dicitur ex essentia Patris, recte pieque et ex essentia Filii dicetur : una siquidem est, et uti essentia, nullam divisionem admittit. Et quod una est, qui ex essentia Patris Spiritus esse affirmatur, et ex essentia Filii exsistere asseritur. Non propterea tamen Spiritus ex hypostasi Filii erit ; licet asseveranter ex essentia, et hypostasi Patris dicatur.* « Magis ergo pium esset, te judice (verba sunt Becci), si et *ex sua ipsius essentia* Spiritus diceretur. Id enim si vere demonstretur, vere auditori suadebit, nullam ob aliam rationem, sed tantummodo *ob unitatem essentiæ Patris et Filii*, ex utriusque essentia Spiritum dici... Quare vero dicito, quæso, quod *ex essentia Patris, et ex hypostasi illius* dicitur? Quod vero *ex essentia Filii, ex hypostasi illius non dicetur ?* » Nicæni Patres, de Filio adversum Arianos agentes, utrumque expresserunt in Symbolo, Filium *esse ex Patre*, et *ex substantia Patris :* ac sane qui primum dicit, dicit et alterum, et e converso. Cur ergo non eadem militet de Spiritu sancto ratio, quem Patres docent *esse ex Filio* et *per Filium*, et esse *ex substantia* vel *essentia* 79 *Filii ?* Id in Filio asserebant una voce Patres, ut Filium ostenderent verum Deum, minime a Deo factum ex non exstantibus : id etiam de Spiritu sancto dici oportet, ut unus cum Patre et Filio Deus asseratur. Eo vel maxime demum, quod res una est, et simplicissima in Patre, et in Filio *essentia*, et *hypostasis :* ut nihil sit aliud *persona*, quam *essentia subsistens ;* unde ex essentia non potest esse persona quæpiam, quin sit ex eadem persona, cujus est essentia. Sanctus Thomas, libro IV, *Contra gentes*, capite 24, num. 3, hanc refellit Græcorum objectionem, inquiens : « Joannis XVI, dicit Filius de Spiritu sancto : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Non autem potest dici, quod accipiat *id quod est Filii*, non tamen *a Filio :* ut puta si dicatur, quod accipiat *essentiam divinam*, quæ est Filii, *a Patre*. Nam subditur : *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis, quia de meo accipiet.* Si enim omnia, quæ Patris sunt, et Filii sunt, oportet quod auctoritas Patris, secundum quam est principium Spiritus sancti, sit et Filii. Sicut ergo et Spiritus sanctus accipit de eo quod est Patris, a Patre : ita accipit de eo quod est Filii, a Filio (divinam scilicet naturam ab utroque). » Eadem habentur in Opusculo I, contra Græcorum errores.

(2) *Licet* (ait Cyprius) *divinam hypostasim ditidimus ab essentia at non carnea, crassaque divisione essentiam ab hypostasi partimur ; neque alteri ab altero sejuncto propriam exhibemus exsistentiam. Tantummodo ea sola ratione sejungimus, quæ sejungi natura sua apta non sunt.* Ita sane. At si hæc non fuerit nisi per cogitationem distinctio ; « Quomodo ergo progressus Spiritus sancti ex essentia Filii fuerit, si ex essentia absque hypostasi progreditur? » Persona namque, aut hypostasis Filii nihil aliud est, quam essentia subsistens in Filio, aut filiationis respectu affecta : quæ filiatio per activam spirationem refertur ad Spiritum sanctum. Vide caput 5, num. 3 (7).

(3) *Quod si causam in essentiam referas, et non in hypostasim ; quomodo Pater potius duorum causa erit, et non etiam ipsa mutuo sui ipsius causa erunt, et Patris, cum unum æque sint prorsus secundum essentiam ?* « Hic primum dicimus : si causam in essentiam quis non deferat, undenam aliunde eorum quæ ex causa sunt, cum causa consubstantiale colligetur?... Nulla cogit necessitas propter *essentiam in omnibus similem* horum trium, communem facere etiam causatis paternæ essentiæ fecunditatem : cum personarum proprietates et *secundum essentiam* singulis inesse creduntur, 80 si nullum in illis accidens, neque deforis adveniens, et essentiæ per omnia simile non deperditur. » Rem sanctus Thomas mirifice illustrat in I, dist. XI, quæstione I, art. 3 : « Pater, et Filio spirant Spiritum sanctum, in quantum sunt unum in *potentia spirativa*. Potentia autem spirativa dicit *aliquid medium* inter *essentiam* et *proprietatem :* eo quod dicit *essentiam sub ratione proprietatis*. Sic enim actus notionalis (vel generatio, vel spiratio activa) ab *essentia* egreditur : non sicut ab *agente* (quod agit), sed sicut ab eo, *quo agitur*. Generatio enim non egreditur ab essentia, in quantum est essentia, sed in quantum est paternitas. Et si ista duo, scilicet essentia et paternitas, differrent in divinis, egrederetur ab utroque generatio ; sed a paternitate immediate, et ab essentia sicut a primo principio. Similiter dico, quod *spiratio* egreditur ab *essentia*, non sicut a *spirante*, sed sicut a *principio spirationis :* in quantum habet rationem alicujus notionis, quæ est communis Patri et Filio, quæ dicitur *communis spiratio*. Et ita spirativa potentia dicit essentiam sub ratione talis proprietatis. Et ideo dico, quod procedit Spiritus sanctus a Patre, et Filio : in quantum sunt *unum in essentia, et in aliqua notione*, scilicet communi spiratione. » Ita scilicet Beccus loco citato rem hanc intelligebat, exponebatque.

(4) *Multa sunt illius, ex aliquo, significata... significat enim id quod ex aliquo subsistit, et essentiam consequitur... Notat etiam ex Consubstantiali manifestationem, et quasi ostensionem : qua ratione*

Digitized by Google

*dicimus, Dominum naturam ex nobis assumpsisse, aut nobis consubstantialem.* « Verum enimvero quid *ex aliquo essentialem productionem aptius repræsentabit* (manifestabit, ostendet), nisi illud (nempe), *hoc* quid ex hoc naturaliter exsistere, et essentialiter? Præterea aut commune est Patri et Filio, manifestari et ostendi ex utroque Spiritum sanctum; cur non etiam utrique commune fuerit, Spiritum sanctum ex utroque subsistere, et exsistere? Aut subsistendi et exsistendi notionem si solum ad Patrem referas; cur etiam ostendendi et manifestandi notionem soli Filio non addicas? Sed non concedes... Denique ex nostra natura facta Domini manifestatio, et ostensio prorsus innuit illius exsistentiam secundum hominem... Hæc itaque si ita se habent; etiam ex Filio Spiritus manifestatio et ostensio repræsentabit ejus ex Filio exsistentiam. » Superiore capite num. 3 (1), nonnulla Patrum testimonia indicavimus, quibus Divinarum personarum emanationes appellantur *effulgentiæ, explendescentiæ*, nempe *ostensiones*, et *manifestationes*. Hinc frequentissimæ **81** Patrum sententiæ, quæ tum Verbum, tum Spiritum sanctum vocant lumina, imagines, sigilla, characteres, ac facies: Patris utique Filium, et Filii Spiritum sanctum. Germanum declarat sensum sanctus Thomas in Opusculo I, contra errores Græcorum.

(5) *Ex patre Cyrillus scribit, Spiritum progredi veluti ex ore, et fonte Patre.* Hæc vero sunt, quæ Spiritus sancti processionem etiam a Filio demonstrant. « Etenim si qui ex ore Patris progreditur Spiritus, et Pater os sit; ex Patre exsistentiam habet, apertum remanet, Spiritum sanctum, qui *Spiritus ori Dei* dicitur, ex Filio esse et exsistentiam habere... Si vero quia *fons Spiritus* est Pater, propterea ex Patre Spiritus est: quare non et a Filio, cum eædem Scripturæ (Patresque) *fontem* ejusdem Spiritus *Filium* deprædicant? » Præsto sunt Cyrilli a Cyprio laudati testimonia. Is enim libro in Joannis evangelium ad septimi capitis comma 38, Christum esse *fontem* docet, et Spiritum sanctum *aquam* interpretatur: idque ad ejusdem sancti Spiritus *naturam* referendum esse, adnotat dialogo VII, de sancta Trinitate circa finem. Alios enumerat Patres Petavius libro VII, cap. 4, quibus ii accensendi sunt, qui Spiritus sancti processionem a Patre et a Filio verbis declarant, quæ aquæ de fonte manantis eruptionem exhibent: cujusmodi sunt ἀναβλύζειν, προχεῖσθαι, προτέναι, *scaturire, profundi, prodire*. Alias, plurimasque apud eumdem Petavium, capite 5, sententias consule, queis *odor, vapor* et *qualitas substantiæ Filii* dicitur Spiritus sanctus, itemque *flatus, et halitus oris*; ac demum *operatio ejusdem*. Longe antea hæc vidit, et expendit omnia sanctus Thomas in Opusculo contra Græcos.

(6) *Non est propositum Nysseno, Patrem processione Spiritus spoliare: spoliaret vero, si eam in Filium immutaret.* Nulla locum habet immutatio, quæ sit per divisionem: Scripturæ namque persuadent, quidquid *ex Patre per Filium* dicitur, *ex uno Deo* esse, et dici. » Virtus spirativa, quæ est in Patre, a Patre communicatur Filio, manens una et eadem in utroque.

(7) *Sed ex Filio Spiritus procedens, ex Patre non procederet: sed potius generaretur, si et Filius, ex quo Spiritus, ex Patre generatur.* Nondum intelligo quid ad veritatem ista faciant. Quid enim impedit nos contra opponentes dicere: Si *per Filium* procedit Spiritus sanctus, non ex Patre procederet, sed potius generaretur? » Difficultatem, si qua est, Thomas exhibet, quæst. 10, de potentia, art. 4, num. 2. *Si Filius est principium Spiritus sancti, aut hoc habet a se, aut ab alio. A se non habet: non enim* **82** *Filio, in quantum Filius est, convenit esse principium, sed magis a principio. Si autem habet a Patre, oportet quod hoc modo sit principium, sicut Pater. Pater autem est principium per generationem: ergo Filius erit principium Spiritus sancti per generationem.* Egregium accipe Thomæ responsum ad 2. «Dicendum, quod Filius hoc habet a Patre, quod ex se Spiritum sanctum emittat: unde et eodem modo convenit si, sicut et Patri. Sed Pater non est *principium* divinæ personæ *uno tantummodo*, sed duobus: scilicet per *generationem*, et *spirationem*. Unde non potest concludi, quod *Filius* sit *principium Spiritus sancti per generationem:* sed est fallacia consequentis; et præcipue cum nec etiam Pater sit principium Spiritus sancti per generationem. »

(8) *Propter nominum constructionem solam, quæ post Filium appellationem Spiritus affert; et propter relativas appellationes, Patris et Filii, nullum medium inter sese admittentes: contiguus* (Filius) *et per contiguum* (Filium Spiritus sanctus) *a sancto* (Nysseno in Epistola ad Ablavium) *dictus est... non propter consequentiam exsistentiæ.* At enim Nyssenus talia sanciens (divinas nempe personas nulla re alia differre invicem, nisi ratione causæ sive principii, et ejus quod ex principio est; ac rursus ejus quod proxime est ex primo, et ejus quod est per illud quod proxime est a primo), adeoque Patrem a Filio dividens *causa* (seu ratione causæ, et ejus quod est a causa): Filium deinceps a Spiritu, quod *contigue* ipse, *per illud quod contiguum est* iste; manifeste demonstrat *exsistentiæ consequentiam*, non solam nominum constructionem. » Nysseni verba expendens Aquinas in Opusculo I contra Græcos: *Patet ergo*, ait, *quod per primam differentiam Spiritus sanctus, et Filius a Patre distinguuntur: per secundam autem distinguitur Spiritus sanctus a Filio; quia scilicet Filius a Patre procedit non per Spiritum sanctum, sed Spiritus sanctus per Filium.* Ullus vero ne irrepat error, præ oculis habenda ejusdem Thomæ doctrina in I, dist. 12, quæst. 1, artic. 3: « Dicendum, quod omne medium aliquo modo distinguitur ab his, inter quæ medium dicitur. Cum autem in *Spiratione* Pater et Filius sint *duo spirantes*, in quantum sunt *unum in potentia*

Digitized by Google

*spirativa*; possumus loqui de *actu spirationis* per comparationem *ad ipsos spirantes:* vel *ad principium spirandi*, sicut virtutem cujus sit spiratio. Si autem consideremus *ipsum principium*, scilicet potentiam spirativam, cum in hoc non distinguantur Pater et Filius: non potest dici spiratio esse a Patre mediante Filio. Si autem consideremus *ipsos spirantes*, qui distincti sunt, et secundum hoc præbent **83** suppositum spirationi: sic est ibi *mediatio*, secundum quod est ibi *ordo naturæ;* quia Filius est ex Patre, et Spiritus sanctus simul a Patre et a Filio. » Cur vero Nyssenus, cur alii Patres frequentius dixerint, Spiritum sanctum esse a *Patre per Filium*, sive *per eum qui proxime est a primo?* Rationem sæpe dictam affert Aquinas ibidem ad 1: « Per hoc, inquiens, quod dicitur Spiritus sanctus procedere *a Patre per Filium*, designatur *auctoritas in Patre respectu Filii:* quia Filius habet a Patre, quod Spiritum sanctum spiret. Ex hoc autem non ponitur *mediatio* aliqua, nisi ex parte suppositorum, quæ distinguuntur per hoc, quod *unum est ab alio:* ratione cujus in uno est auctoritas respectu alterius. »

(9) *Sed esto: non existentiam ipsam, sed per Filium Spiritus emicationem, sive effulsionem in dictione* (*per illud quod contigue est*) *doceat* (Gregorius Nyssenus). Ego vero *effulsionem*, sive *emicationem* Spiritus *ex Patre per Filium*, fateri nunquam effugerim; dummodo illa *naturalem exsistentiam* notet... Si vero (Cyprius) *voluntatem*, et *consilium* intelligat, quemadmodum *suppeditationes, missiones, dationes*, et quidquid aliud ad convellendam exsistentiam ab eodem producitur; sequantur hi, quibus hæc complacita sunt. » Jam sæpe adnotatum, divinarum personarum emanationes, utique ad exsistendum, vocari *effulsiones*, et *emicationes*. Quæ namque persona procedit, personam exprimit, ac manifestat a qua procedit. Quo sensu Spiritus sanctus dicitur *imago Filii*. « Constat autem (verba sunt sancti Thomæ in opusculo citato), quod imago deducitur ab eo cujus est imago. Ex hoc ergo, quod Spiritus sanctus est *imago Filii*, sequitur quod Spiritus sanctus sit a Filio. Posset autem aliquis dicere: quod est imago Filii, in quantum *assimilatur* Filio *secundum aliquem affectum*, quem facit, sicut et Filius: vel quia *est a Patre, sicut et Filius*. Sed hoc excluditur per auctoritates sanctorum, qui Spiritum sanctum dicunt *naturalem Filii imaginem esse*. Non enim potest dici *imago naturalis* Filii Spiritus sanctus, nisi in quantum *secundum naturam* Filio assimilatur, accipiens a Filio naturam. Semper enim oportet, quod forma imaginis proveniat a forma ejus cujus est imago. » Veteres Patres, qui Spiritum sanctum vocant *sinceram, exactissimam, naturalem Filii*, itemque *Patris imaginem, similitudinem, assimulationem*, recenset sanctus Thomas ibidem capite 10, quo etiam loco germanum declarat sensum: *Possumus dicere*, inquiens, *Spiritum sanctam esse imaginem Patris, et Filii; ita quod per imaginem nihil aliud intelligatur,* **84** *quam exsistens ab alio, et ejus similitudinem gerens. Si autem per imaginem intelligatur aliquid exsistens ab altero, et ex ipsa suæ originis ratione habens quod similitudinem gerat ejus a quo exsistit, in quantum ab altero, ut Filius genitus, velut verbum conceptum: et sic solus Filius dicitur imago... Sed hoc in Spiritu Dei verificatur propter divinæ essentiæ unitatem, et simplicitatem: ex qua oportet, quod quidquid est in Deo, sit Deus.* Atqui vero satis est, qualemcunque rationem imaginis accommodari Spiritui sancto non posse, nisi ab illo naturam et exsistentiam accipiat, cujus imago dicitur.

(10) Hæc sunt præcipua in *Antirrhetico* Georgii Cyprii *Sermone* asserta, quæ Joannes Beccus patriarcha, sua in oratione citata expendit, ac refellit. Addere alia nonnulla licet, quæ ibidem Cyprius disserit. Illud primum profero: quod *a Patre perfectus procedit Spiritus sanctus. Cur addi debeat etiam Filius?* Hanc sæpius oppositam egregie solvit difficultatem Thomas. Sic ait in I dist. 11, quæst. 1, art. 1 ad 9: « Dicendum, quod *Pater perfecte spirat Spiritum sanctum.* Sed quia omnis perfectio Patris communicatur Filio, quæ *non repugnat suæ proprietati* (cum ratio nulla distinguat inter eos, *nisi originis relatio*), oportet, quod sicut communicat sibi perfectionem divinitatis, ita etiam *perfectionem spirandi.* Unde non est *propter imperfectionem Patris*, quod Filius spiret: sed *propter perfectionem Filii*, qui habet totam perfectionem Patris. » Paria sunt, quæ habentur quæst. 10, de potentia, art. 4 ad 20. et I. P. quæst. 3, art. 12 ad 6.

(11) Multiplices Patrum locutiones, quibus processio Spiritus sancti exprimitur, ita passim jubet Cyprius interpretandas, ut Spiritus quidem *consubstantialitas* uti cum Patre, ita cum Filio intelligatur, sed una *ex Patre origo:* quo pacto duo fratres dicuntur consubstantiales, quorum tamen alter ab altero non oritur. Quinimo Basilii sententia videtur in epistola 52, ad Canonicas: *non dici consubstantialia, quæ fratrum inter se rationem habent, ut quidam existimant: sed cum causa, et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dici.* In hujusque testimonii sensu enarrando theologi non conveniunt. Petavius lib. VII, cap. 4, num. 12, ita Basilii verba explicat: ut illum ea proprie *consubstantialia* dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur: cætera vero minus proprio, ut duo fratres. Monachi Sancti Mauri, in Præfatione ad tomum III, § 5, num. 1, putant, hoc sanctum Patrem non inficiari loco, quod alibi asseverat, *homines esse inter se consubstantiales:* sed eos tantum refellere, qui *consubstantialis notionem* rebus inter se fraterna cognatione junctis **85** ita proprie attribuebant, ut divinis aptari non posset. Utroque sensu permisso, invictum stat argumenti pondus. Consule quæ latius ibidem disseruntur, § 4, num. 3.

Digitized by Google

(12) Alia demum est argumentatio Cyprii, quæ vocibus innititur. Docent Scripturæ (ait ille) Spiritum sanctum *procedere a Patre*: a Filio vero, aut per Filium *spirari, emanare, effluere, profundi, explendescere*, docent Patres. Nimirum ad ejus æternam originem, ait ille, pertinet processio: temporalem missionem ejus indicant aliæ voces. At hujusmodi etiam vocibus æternam ac substantialem exponi originem Spiritus sancti, quæ *processio* dicitur, evincit sanctus Thomas. Ejus accipe verba in opusculo I: « Ex præmissis (vocibus) *de necessitate sequitur*, quod Spiritus sanctus *procedat a Filio*. Verbum enim *processionis* inter omnia, quæ ad originem pertinent, magis invenitur esse commune, et minus modum originis determinare. Quidquid enim *quocunque modo* est ab aliquo secundum consuetum modum loquendi ab ipso *procedere* dicitur: sive sit ab eo *naturaliter*, sicut Petrus dicitur a suo Patre processisse: seu *emanasse*, sicut spiramen procedit a spirante: seu *effluxisse*, sicut fluvius procedit a fonte: sive *artificialiter*, sicut domus procedit ab artifice: seu *localiter* tantum, sicut sponsus dicitur de thalamo procedens. Non autem quidquid *est ab alio quocunque modo*, potest dici *spirari*, vel *generari*, vel *fluere*, vel *mitti*: et propter hoc verbum *processionis* etiam origini divinarum personarum est magis accommodum; quia divina per communia melius, quam per specialia designantur. Ex quocunque ergo eorum quæ sunt ostensa: scilicet quod Spiritus sanctus *exsistit a Filio*, vel *fluit*, vel *spiratur*, vel *emanat*; de necessitate concluditur, quod Spiritus sanctus a Filio procedit. » Nempe tum *processionis* vox, tum aliæ voces *emanationis, spirationis, effluxus, profusionis, exsplendescentiæ*, similesque originem significant alicujus, quod procedit, emanat, spiratur, effluit, exsplendescit: at voces istæ posteriores modum quemdam originis determinatum exhibent, communiorem significat vox prior processionis, quacunque contingat ratione. Origo Spiritus sancti proprio certoque nomine caret, cujusmodi est *generationis* vocabulum, quo Filii originem appellant sacræ Scripturæ. Hinc eam Scripturæ, Patresque vocibus variis circumscribunt: quæ demum id commune vocabulum *processionis*, ad originem in divinis explicandam aptissimum, rediguntur. Hinc vero cum passim Scripturæ Patresque doceant, Spiritum sanctum accipere de Filio, et a Patre, Filioque, sive per Filium emanare, spirari, profluere, profundi, exsplendescere; **86** *ex his de necessitate concludendum* Aquinas admonet, *quod Spiritus sanctus a Filio procedit*.

V. Sed vel ipsa demum temporali ejusdem missione, qua nimium abutuntur Græci, æterna ac substantialis origo, seu processio Spiritus sancti a Patre et a Filio, vel per Filium ostenditur. In hac temporali missione *personam* distingue, quæ *mitti* dicitur: ac terminum, sive opus, donumque creatum, cujus ratione *missa* persona *novo quodam modo in iis incipit esse*, ad quos mittitur. Opus A istud, donumque creatum communi quidem operatione efficit sanctissima Trinitas: sed ejus ratione specialem præsentiam obtinet persona, quæ mittitur: v. gr. persona *Filii* humanitate assumpta, et persona *Spiritus sancti* in anima per gratiam, ut paulo fusius infra dicendum. Hanc *missionem* referre totam ad opus externum, res est absurdissima: cum sacræ Scripturæ passim et *Filium* mitti doceant, et *Spiritum sanctum*. Quatenus ergo *missio* refertur ad *personam* divinam, ea est æterna: et quatenus ad exterius opus refertur, temporalis dicitur; unde futuro tempore dicebat Christus: Spiritum sanctum *mittam vobis*. Prior illa *missionis* consideratio non est *imperium*, quomodo servi mittuntur a dominis: non est *consilium*, aut simile B quidpiam, quomodo ægroti mittuntur a medico ad sumendam medicinam, aut quomodo a sapientioribus mittuntur ad lectionem qui edocentur: erit ergo *naturalis productio*, quomodo arbores mittere dicuntur radices, et emittere flores. Hoc sensu ab æterno Filius, quoad ejus incarnationem, mittitur a Patre, quia ab æterno nascitur, naturam hominis tempore statuto assumens; et a Patre Filioque mitti Spiritum sanctum nihil aliud est, quam ipsum ab utroque procedere, externum aliquod opus in tempore efficientem. Uno verbo, *missio* nihil aliud est, quam æterna productio, communicatioque naturæ: in qua illud est, ut in tempore opus aliquod externum appareat, quod personæ missæ tanquam C peculiare ascribitur. Doctissimi Petavii verba usurpamus. Hæc utique vera ac propria est *missionis* notio, qua soli Filius, et Spiritus sanctus divinis in eloquiis *missi esse* dicuntur: ac *Pater nusquam legitur missus*, ut ait Augustinus, libro II, *De Trinitate*, capite 5. Hinc beatissimi Cyrillus, et Basilius temporalem Spiritus sancti missionem edisserunt, veluti ex æterna processione consequentem. Ait iste lib. III, *Adversus Eunomium*, num. 1: *Ut qui* (Spiritus) *esse ab illo* (nempe Filio) *habeat, et ab ipso accipiat: et annuntiat nobis*. Ait ille in *Thesauro*, pag. 358: *Ex ipso* (Filio) *naturaliter exsistens* (Spiritus) *et in creaturam ab ipso missus*.

**87** Quod si demum exteriori solummodo operi notio *missionis* alligetur; vel si in missione id D unum consideretur, quod est esse principium effectus, cujus ratione persona aliqua mitti dicitur; hæc utique primum impropria, ac nimis late sumpta *missionis* ratio est: ac deinde propriam illam, quam enucleavimus, satis indicat; cum in hac etiam missione impropria nusquam Pater legitur missus, missi vero dicuntur Filius et Spiritus sanctus. Cur vero? Quia Pater a nullo est, ab alio Filius et Spiritus sanctus procedunt. Quo sensu Filius, cum carnem assumpsit, non a Patre solo, sed etiam a Spiritu sancto missus dicitur; quod hic una cum Patre, imo et cum Filio, externum illud opus elaboravit: ac cæteroqui Filius est persona procedens. Quo etiam sensu non dubitavere Patres ita loqui, ut Filius a seipso, et etiam Spiri-

Digitized by Google

tus sanctus a sejso mittatur. At *missionem* accipientes Græci pro sola donorum largitione, sive pro sola operis externi efficientia, eludunt sine dubio Scripturas, quæ passim docent, Filium, hoc est *personam Filii*, mitti a Patre : et Spiritum sanctum, hoc est *personam ejus*, a Patre mitti, et a Filio. Ratio præterea haud unquam conveniens ac solida præsto illis fuerit, qua declarent, cur in divinis eloquiis ac tota Patrum traditione, nonnisi persona procedens ab alia, mitti enuntietur? Hæc docet omnia latissime Dionysius Petavius, libro VII, *De Trinitate*, ac brevi sententia Aquinas in prima Summæ theologicæ parte, quæst. 44, art. 8.

Missionem illam divinarum personarum proprie dictam ita demum accipe, ac intellige. Rebus omnibus inest, et adest intime Deus *per essentiam, et præsentiam, ac potentiam*: idque habet a Deo patre Deus Filius, et habet a Patre et Filio Deus Spiritus sanctus. Per charismatum elargitionem novus consurgit veluti præsentiæ modus, qui magis minusque specialis est pro dati charismatis præsentia. Hinc Spiritus sanctus, a Patre et a Filio missus, novo modo *absolute et simpliciter* inesse dicitur et habitare in iis qui gratiæ sanctificantis charisma accipiunt : sed etiam novo aliquo modo per fidem est in fidelibus peccatoribus, et per dilectionem in pœnitentibus, *secundum quid*, ut inquiunt, *et imperfecte*. Verum enimvero cum ipso Spiritu sancto, qui mittitur, communem habent Pater etiam et Filius novam ipsam præsentiam, et inhabitationem ratione doni concessi, quod simul ad extra tota operatur sanctissima Trinitas. At rursum in prædicta præsertim per gratiam sanctificantem inhabitatione justis in hominibus quidpiam etiam inveniri, quod proprium sit personæ Spiritus sancti, veluti specialis quædam substantiæ ejus ad animam justi applicatio, frequentius **88** docent theologi; ac luculentissime disserunt Sylvius in Primam partem sancti Thomæ et Petavius loco citato.

Hanc missionem proprie dictam, in eaque præcipuo modo comprehensam divinæ personæ, quæ mittitur, productionem aut processionem ab altera, validissimis argumentis ætate sua contra suos gentiles tuebatur Joannes Beccus, pluribusque Patrum testimoniis confirmat in *Epigraphis*, sive *Sententiis*, capite 8, eos utique refellens, qui *cum audirent Spiritum sanctum ex Filio etiam emanare atque prodire, non divinam Spiritus naturam ex divina substantia naturaque Filii oriri atque emanare insulse garriebant : sed spiritale quoddam donum illius, qui digni sunt, supervenire.* Adversum hæc disputavit quidem postea Gregorius Palamas : sed hunc Bessario late refutavit in synodo Florentina sessione 25, capite 8. Pauca, eaque egregia ac disertissima, decerpo. « Quid tu tandem intelligis, cum audis a *Filio Spiritum mitti?* Perspicuum est enim, te vel invitum *personam illius* intelligere: neque enim *non subsistens gratia* mittitur . . . Sed hoc ipsum, *quod mittitur*, divina natura est, et A subsistens, ac Spiritus persona, quæ Trinitatem complet . . . Etenim Christus *eumdem* se missurum dicit esse *Spiritum, qui a Patre procedit :* neque alium se missurum quidem ait, alium vero Patrem esse missurum. *Cum enim*, inquit, *venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit.* Hoc autem vel grammatici ipsi ita conceperint : *cum venerit Paracletus, qui a Patre procedit, quem ego mittam vobis ;* ut perspicuum sit, eumdem ipsum ab illo missum iri, qui a Patre procedit. Si igitur persona Spiritus sancti a Patre procedit, hanc et Filius mittit. Quod si *gratiam minime subsistentem* Filius mittit; etiam a Patre non Spiritus, sed gratia procedet. » Hæc Bessario luculentissime. Robur his adjicit Petavius de sanctissima Trinitate, loco citato, cap. 5, num. 19 : *Est enim absurdissimum*, inquiens, *unam Spiritus vocem eadem in sententia sic ambigue usurpari, ut alteri juncta verbo personam ipsam significet : ad alterum relata, qualitatem et gratiam ; hoc proprie simul usurpetur, ac tropice. Nam cum nomen ipsius Spiritus sancti proprie ac per se divinam ejus substantiam personamque significet, nec in plerisque locis aliter interpretari liceat : in cæteris, quæ bene multa sunt, ubi diffundi, vel ad nos venire, atque in nobis habitare dicitur idem ille Spiritus sanctus figurate et improprie sumi putare, res est periculi plena ; ne quod in istis Scripturæ testimoniis tute tibi permiseris, idem in aliis concedi suo sibi jure postulent hæretici. Sed in una, continentique* **89** *sententia, quam ex Joannis Evangelio doctissimus Bessario refert, species est absurdi, argumentique firmitas major.* Hinc vero exposcentibus Græcis, ubinam Scripturarum habeatur Spiritus sancti processio a Filio, reponi tuto debet, hanc eos exprimere sine dubio locos, qui docent a Filio Spiritum accipere, ipsumque a Filio mitti, et dari. Vide caput 9, num. 8 (10).

VI. Locum primo difficilem aspectu, quem sub Joannis Chrysostomi nomine afferunt Græci, veluti commento suo consonum, ad examen postremo vocare licet. Sumitur ex homilia quadam de *Spiritu sancto*, quæ in editione Parisiensi Montfauconii prostat, tomo III, inter spuria. Ait auctor num. 7: « *De meo accipiet :* ex iis quæ mihi suppeditavit soli homini Dominico, sumet sibi qui dedit, qui venit super me, et mansit in me, qui unxit me, qui sanctificavit me, qui duxit me in desertum, qui reduxit me victorem . . . *De meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Ut ostendat, quod non sancti Spiritus mentionem fecerit, sed donorum ejus ; postquam dixit : *De meo accipiet*, adjicit: *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt ;* accepi ea de Spiritu sancto. Propterea dixi, *De meo accipiet :* quoniam Deus carnem sanctificavit Spiritu sancto, et emisit Pater donum Spiritus in carnem Christi. Venit autem gratia, et omnia dona indidit Christo. « *En vero* (inquiunt Græci), *Chrysostomi auctoritas aperte commonstrat, secundum humanitatem Domini dici,*

Digitized by Google

*ex ipso accipere Spiritum sanctum, quasi divina illius caro conceptaculum Spiritus factum esset, propter spiritualia dona : adeoque sancti Spiritus nomen, non ad indicandam Spiritus sancti naturam, sed ad indicanda spiritualia dona accipi, in quocunque Scripturarum loco inveniatur Spiritus emanans, effluens, et prosiliens ex Filio.*

Inter opera spuria homiliam hanc ablegandam jubent Fronto Ducæus, Savilius, Petavius, Montfauconius : ejus enim auctor *totus strigosus est, coarctatoque dicendi genere utitur; ut nullus unquam visus sit Chrysostomo absimilior.* Genuinum fetum putavit Photius in *Bibliotheca* codice 277, neque dubium movit Beccus capite 11, de Spiritu sancto apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tomo I. Num ergo Græcorum commento faveat Chrysostomus, vel quisquis ejus homiliæ auctor est? Imo plura reperit in ea Beccus, quæ adversantur. Ac primo auctoris doctrina occurrit de *sancti Spiritus nominibus*, quorum alia Spiritus sancti naturam significant, et alia indicant dona ejus, quæ Spiritus appellantur. Doctrinam hanc longe lateque pertractatam his compendio colligit verbis, num. 5 : « Repeto igitur *nomina ineffabilis naturæ :* **90** Spiritum sanctum, Spiritum Dei, Spiritum qui ex Deo, Spiritum Domini, Spiritum Patris, Spiritum Filii, Spiritum Christi, Spiritum qui excitavit Christum, Spiritum vitæ, Spiritum veritatis. Dein *dona :* Spiritus virtutis, Spiritus charitatis, Spiritus temperantiæ, Spiritus promissionis, Spiritus fidei, Spiritus revelationis, Spiritus adoptionis filiorum Dei. » Hæc ille, quæ accuratissimum ut ad examen redigamus, locus non est. Jamvero *ubinam sunt illi* (ait Beccus), *qui contendunt non naturam sancti Spiritus denotari, sed semper spiritualia dona, in quacunque sacræ Scripturæ parte reperitur, Spiritum sanctum esse, emanare, et effundi ex Filio.* Dubio procul *nomen ineffabilis naturæ* usurpat Christus, sive cum dicit : *Cum venerit ille Spiritus veritatis . . . ille me clarificabit quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.... Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos . . . Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit ;* sive etiam cum ait: *Accipite Spiritum sanctum ;* sive cum paria effert Paulus apostolus, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.... Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis in vobis.* Ineffabilis naturæ nomina adhibentur : adeoque juxta mentem auctoris de sola non agitur in his locis largitione donorum, sed ipsa de persona Spiritus sancti.

Spiritum sanctum Macedoniani putabant inferiorem Filio, propterea quod divinis in eloquiis dicitur *a se ipso non loqui, et accipere de Filio :* quod argumentum refellit homiliæ auctor verbis superius relatis. Peculiarem invehit interpretationem : loco in illo, inquiens, non fieri mentionem *de natura, quam Spiritus sanctus accipiat* ; sed *de donis,* A quorum homo Dominicus Jesus Christus repletus erat, ac de quibus Spiritus sanctus accipiens, distribuit cæteris. Imo verba illa sanctorum Patrum chorus de natura divina intellexit, quam accipit a Filio Spiritus sanctus, ipsi et Patri, a quibus procedit, æqualis. Locum habeat vero homiliæ auctoris interpretatio : quæ tum primo minime excludit Spiritus sancti personæ missionem a Filio : tum etiam missum Spiritum sanctum distinguit a donis quæ suppeditantur. Hæc præstat omnia Joannes Beccus loco citato. Compendio collecta hæc sunt. Ac 1° eo in loco Spiritus sanctus ille est, qui accipit : neque tam absurda in Jesum Christum cadere locutio potest, ut *de meo* (dicat) *accipit spirituale donum.* 2° Vim faciebant in ea vocis, *accipiet,* B veluti exilitate hæretici : ac si Spiritus sanctus de donis Christi mutuaretur, quæ aliis suppeditaret; non enim hæc efferri de persona divina possunt. **91** 3° Verum basilice falluntur illi : Spiritus namque sanctus, qui de Christi donis accipit, ille est qui Dominicum hominem *unxit, sanctificavit,* fecitque veluti conceptaculum omnium donorum quorum homines essent participes. 4° Jam vero ita dona sua plenissime homini Dominico dedit Spiritus sanctus, ut etiam *ipse venerit super eum, et manserit in eo :* adeoque pari ratione de donis Christi assumens Spiritus sanctus, ac ea cæteris distribuens, venire super eos dicendus est, et in eis manere, ad quos nimirum a Patre mittitur, et a Filio. Luculentius exponi *missio Spiritus sancti* non C poterat, quam proprie dictam appellavimus.

Photius, citato codice 277, dignum animadversione in hac homilia censet : « Quod Chrysostomus dicit : *missionem* neque Filium, neque Spiritum sanctum minorem facere Patre : quod et ipse Pater mittatur a Spiritu, et a Filio. Dicit his verbis (n. 12) : *Si tibi ostendero, factorem cœli et terræ missum esse a Spiritu, et Filio, quid facies,* etc. » Locum scilicet adnotavit Photius, quo suo commento colorem adderet. Dionysii Petavii verissima admonitio est libro VII, *De sanctissima Trinitate,* capite 1, num. 11 : « *Mitti Patrem* in Scripturis nusquam, rarissime autem in sanctorum Patrum libris legitur, si tamen legitur : imo vero mitti negant expressis ac disertis verbis antiqui theologi. D Unde nullo modo, ac ne improprie quidem usurpari debet, *Patrem a seipso, vel ab alio mitti ;* quantumque extrinsecus sub imagine aliqua, et specie videndi sui copiam fecerit, quod inter theologos disputatur. » Hanc vero locutionem usurpavit hujus auctor homiliæ, qui non est Chrysostomus. De missione omnino impropria intelligendus est : neque ullum propriæ Filii et Spiritus sancti missioni, hujusque ex Patre Filioque æternæ processioni in ipsa ejus missione comprehensæ detrimentum irrogatur. Addit Petavius ibidem egregie, et vere, sua Photium opinione falsum esse : ac illum *factorem cœli et terræ,* qui *missus* dicitur, non intelligi Patrem, sed utique Filium, ipsumque secun-

Digitized by Google

dum carnem, id est Christum. Cæterum auctor ille adversum *Macedonianos* agebat, quorum erat impium commentum, Spiritum sanctum donari ac mitti a Patre, veluti eo minorem. Quod ipse ut argumentum solveret, *missionem* admittit, in qua missum, vel emissum inferius est mittente : et hanc ad Spiritus sancti dona refert, non ad ipsam sancti Spiritus personam. Non erat eo loci, ut ratione doni dati divinam quoque personam Spiritus sancti dari, et mitti doceret, tanquam a Patre, ac etiam a Filio, sive per Filium procedentem, utique per omnia æqualem.

## 92 CAPUT VII.

*Mortem obit Josephus patriarcha ; cui sufficitur Georgius Cyprius, in professione monastica sacræ ordinationi præmissa vocatus Gregorius. Synodus habita in Blachernis, et alia Adramytii in Mœsia Asiatica ; Chronotaxis. Colloquium cum Becco, et sociis, Prusa revocatis, de processione Spiritus sancti : quod illustratur animadversionibus. Beccus ipse in arcem sancti Gregorii relegatus.*

I. Labente anno 1283, vita migravit, *morbo et senio consumptus* Josephus patriarcha, *mense Martio ineunte*, ut ait Pachymeres in Andronico, libro I, capite 13. Caput erigit *Arsenianorum* factio : agebatque contra *Josephitas*. Mediam viam ingredi constituens Andronicus, *ita ut neque Arsenianos contristaret* (historici verba sunt capite 14), *et Josephitas tamen amplecteretur ; eligit in patriarcham oriundum e Cypro Georgium, virum doctrinis innutritum, a patriarcha Josepho ordinatum, et protoapostolarium in æde Palatina.*

« Rem Nicephorus Gregoras his verbis enarrat, lib. VI, capite 1, num. 5 : « Erat autem tunc insignis vir facundia ex imperatorii cleri collegio, Georgius Cyprius . . . Hunc, cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat, et studebat imperator ad patriarchicum solium evehere ; a nemine tamen eorum qui participes fuissent *dogmaticæ novitatis* (ita dogma catholicum de processione Spiritus sancti, initamque Ecclesiarum unionem vocat) ; sed ab aliquo, qui purum se *ab illorum communione* servasset, manus ei imponi volebat . . . Est tamen ab imperatore post debita suffragia et testimonia designatus : et *pastorale pedum* in imperatorio suggestu *more veteri* ab ipso principe porrectum accepit. Eratque ex eo occupatus in administrandis rebus quæ etsi ad patriarchale munus pertinerent, sacerdotio tamen non indigebant. » Veterem præfatum morem, quo patriarchæ Constantinopolitani ab imperatoribus promovebantur, diligentissime exponit Lequienus in *Oriente sacro*, tomo I, capite 17, a num. 7. Decreto designationis recitato, ad ipsum patriarcham designatum mittebantur pallium, ac theca sanctorum reliquiis plena collo appendenda. Tum ipse baculum pastoralem aureum, quem lapilli et margaritæ ornabant, e manibus imperatoris accipiebat : ducebaturque demum solemni pompa in basilicam patriarchalem. **93** Cæremoniam omnem laudatus Lequienus recitat ex Georgio Phrantza, et Codino, ac Simeone Thessalonicensi.

Sacra nulla Cyprius initiatus fuerat consecratione præter eam qua initiantur lectores. Accidit vero, Gregora teste, ibid. num. 6, *Mozylem episcopum*, itemque *episcopum Debrorum* in Macedonia, Constantinopolim adventasse : *Quorum uterque animum semper alienum habuit a communione eorum qui dogmaticis novitatibus seipsos sponte subjecerant.* Episcopum *Cozylem ex Occiduis partibus* vocat Pachymeres, capite 14, scilicet episcopum fortasse *Acheloi* sub Naupacto metropoli, conjectante Lequieno, tomo II, in provincia veteris Epiri, num. 13. Idem itaque *Mozylenus* (Gregoræ verbis utor), *hortatu Gregorii Cyprii, Germanum monachum quemdam inaugurat metropolitanum Heraclææ Thraciæ : hic enim antiquo privilegio jus habet consecrandi Constantinopolitanum patriarcham.* Is ergo *e lectore primo diaconum et sacerdotem, post et patriarcham consecravit Cyprium, duobus illis episcopis, Mozyleno, et Debreno, adjutoribus.* De antiquo prædicto Heracleensis episcopi jure disserit Lequienus, loco citato, cap. 4, num. 4.

Diligentiorem Pachymeris historiam refero ex eodem quarto decimo capite. Ac primo *episcopus Cozyles, mense Martio* (anni 1283), *Cyprium introducit cum paucis in monasterium, a Prodromo et Petra nominatum : ubi consuetis cæremoniis monachum ex laico instituit, moxque diaconum e lectore ordinat.* In ea monasticæ professionis cæremonia vocatum fuisse Gregorium adnotat idem Pachymeres, capite 22 : *Cyprio*, inquiens, *ex Georgio mutatum, cum professionem in præparatione patriarchatus assumeret monasticam, nomen Gregorii insederat.* Tum vero ab imperatore declaratus patriarcha, dato illi pedo pastorali. Denique Germanus, metropolita Heracleensis, paulo antea ordinatus, *initiavit* ipsum *sacerdotio : et in celebri Palmarum festo, cooperante antistite Cozylez*, et antistite Debrorum, *patriarcham ordinavit.* Annus 1283 insignitus currebat *cyclo solis* 4, *littera Dominicali C*, et *aureo numero* 11. Hinc sacrum Pascha incidit in *diem* 18 *Aprilis : et Palmarum Dominica* illuxerat *die undecima* ejusdem mensis.

II. *Feria secunda hebdomadis quam* Διακαινήσιμον, *Diacænesimam vocant, statim sequentis* Ἀναστάσιμον, *diem Resurrectionis*, edictum imperiale promulgatur. Hebdomadam intellige, quæ diem Paschatis subsequitur, sic appellatam ob renovationem generis humani per Christi resurrectionem. Vide Carolum Ducangium. Eo plura imperiali constituebantur decreto. Synodus etiam convocabatur, teste Pachymere, capite 17, *in Blachernis* celebranda. **94** Deiparæ titulo sacra erat Blachernarum ædes. Situm ejus inquirit ac statuit Ducangius in Constantinopoli Christiana, libro IV, § 2, num. 6. In hac synodo gradu dejecti antistites, qui unioni Ecclesiarum consenserant.

Digitized by Google

*Incunte mense Maio* ejusdem anni 1283, *sanguinis guttas e cœlo destillasse* perhibet Pachymeres, capite 18. In Orientem proficiscitur Augustus, motas ab Arsenianis turbas compositurus. Convenere omnes Adramytii in Mœsia Asiatica, *ubi cunctis ad victum in totam hiemem necessaria, large imperator providerat*, ut ait Pachymeres, cap. 21. Synodus habita hoc in loco, assidente patriarcha Cyprio. *Statis quavis hebdomade diebus, per totam Quadragesimam, perseveravit* imperator. Conventiones etiam cum episcopis per ignem habitæ *Sabbato sancto, Paschæ vigilia*. Hunc Possinus numerat annum 1283; sed annum insequentem 1284 evincunt memorata facta, quæ acciderunt *feria secunda hebdomadæ paschalis* anni scilicet 1283, guttæ sanguinis e cœlo decidentes *mense Maio*, exacta Adramytii *hiems tota*, ibique plures habiti cum episcopis conventus *per totam Quadragesimam*. Conventionis ergo pactum de chartis in ignem injiciendis ad experimentum, accidit *Sabbato sancto* anni 1284. Numerabat hic annus *cyclum solis* 5, et *litteram Dominicalem* BA, et *aureum numerum* 12, quibus Pascha *in diem* 9 *Aprilis* confertur: dieque præcedente octava fuit *Sabbatum sanctum*.

Quæ deinceps acciderunt varia ac multiplicia pergit narrare Pachymeres. Andronicus olim Sardensis episcopus ignominiosissime ejicitur, veluti reus læsæ majestatis (capite 23); Cotaniza, monachus ex latrone factus, Prusa fugit (capite 24); in occiduos tractus ab imperatore mittitur Tarchaniota protovestiarius cum exercitu (capite 25); classis Romana negligitur, ac sensim aboletur (capite 26); Michaelis principis, filii Joannis sebastocratoris ædes incensæ (capite 27). Tempus notat historicus: *Hæc circa Decembris medium acta sunt*. Quo vero id acciderit anno, ignotum mihi; simul enim colligit Pachymeres rerum eventus qui per tempora varia acciderunt.

Insequente vicesimo octavo capite disserit ille de *pane consecrato*, qui corruptus in sacra pyxide repertus est in Magna Ecclesia Constantinopolitana. Hæc prima sunt capitis verba: *Hoc porro, ut ad intermissa me referam, tempore*. Tempus istud sistere intra annum 1284 nullus dubito. Verba animadverte, quæ sequuntur: « *Dominica* illuxerat, proprio vocabulo dicta Τυρινῆς, *Tyrine*, a casei tunc adhuc usu permisso: qua ritus consuetus vocabat sacerdotem **95** ad præparandas in sacra pyxide *tot oblationes* consecrati panis, quot ad celebrandas juxta morem instantes liturgias *ex præsanctificatis* oportebat. Ubi ergo est, incruenti sacrificii peracta functione, aperta pyxis ad collocandos intra eam consecratos panes, inventa intus apparuit ex præsanctificatis oblatio, quam quis intuens, suspicaretur unam ex iis esse, quæ *feria quarta hebdomadæ majoris* cum offerri debuisset, oblata minime fuerat, ut indicatum est superius, *propter recessum ecclesiasticorum ex ecclesia*. » Superius caput 15 indicatur, ubi de inauguratione Cyprii patriarchæ agitur. Hæc ibi habentur: *Ut quarta dies* (hebdomadæ majoris) *supervenit . . . plerique clericorum . . . non statim expedire certum assensum, qui ad placita quædam exigebatur, valuere: quidam etiam clare recusarunt, ut in his altercationibus hora legitima sacri, ex præsanctificatis tali die celebrari soliti, præterierit*. Hæc anno 1283 acciderunt feria quarta hebdomadæ majoris ante Pascha. Itaque ad annum insequentem 1284 pertinet *Dominica Tyrine*, cum sacer panis in pyxide corruptus repertus est. Hæc eadem est, quam nos *Dominicam Quinquagesimæ* vocamus: ac prima jejunii quadragesimalis apud Græcos hebdomada. Consuetum erat porro, tot in Dominica *Tyrine* consecrari oblationes, quot opus erant, ut sequentibus hebdomadæ diebus *missæ præsanctificatorum* celebrarentur. Sacer ergo panis, qui corruptus in pyxide repertus fuit, una ex illis oblationibus celebratur, quæ anno superiore 1283 in pyxide relicta fuerat, *feria quarta hebdomadæ majoris*, præsanctificatorum missa prætermissa. Sacrum incidisse Pascha anno 1284 adnotavimus in diem 9 Aprilis: unde *Dominica Tyrine* illuxerat *die* 20 *Februarii*, currente littera Dominicali BA.

*In urbem* (Constantinopolim) *reversus imperator, nequiquam indormiebat* (ait historicus, capite 30), *negotio conciliandorum Ecclesiæ, qui se ab ea discideranat*. Signa edita sunt varia, quibus imperator permotus vehementius *Arsenianorum*, et *Josephitarum* pacem urgebat. Jam vero cineres Arsenii, olim patriarchæ, regiam in urbem translati (capite 31); cladium etiam Christianorum initium in Syria (capite 32); captam Tripolim, captamque Ptolemaidem refert Pachymeres, sequentium videlicet annorum prævertens clades. At Marino Sanuto, dicto *Torsello*, teste libro III, parte XII, cap. 19, obsidium castri *Margat* sub Soldano Babylonio accidit anno 1285, die 27 Aprilis, ejusque amissio post mensem. Denique secundæ ab imperatore celebrantur nuptiæ cum Irene, filia marchionis Montisferrati (capite 33).

**96** Tum vero evocatus e Prusa Joannes Beccus cum sociis, Constantino Meliteniote, et Georgio Metochita, archidiaconis, ut fidei suæ rationem redderent. Indictum ergo colloquium in synodo ecclesiasticorum, quæ habita est in *Triclinio Alexiaco*. *Aderat patriarcha Gregorius. Alexandrinus quoque Athanasius, quod forte tunc ægrotans, decumbens in lectulo portatur. Ordo universus antistitum convenit: nec clerici desunt, nec plerique monachorum, nec laicorum quique lectissimi. His præsidebat imperator, circum se habens summatum primores. In primis eminebat logotheta* (Muzalo). Hanc synodum ad anni 1284 Maium mensem, aut Junium refert Possinus. Insequentem indicare annum videntur, quæ varia rerum interposita memorat Pachymeres eventa.

III. Præcipua colloquii capita refero, quæ *processionis* dogma spectant, ex ejusdem Pachymeris capitulo 35 (1). Gregorio patriarchæ, quid sentirent *de dogmate* percontanti *archidiaconi* reposuere: « Reperimus in scriptis authenticis, Spiritum san-

Digitized by Google

etum χορηγούμενον, διδόμενον, ἀποστελλόμενον, προερχόμενον ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, *præberi, dari, mitti, prodire ex Patre per Filium* : interdum et a quibusdam Patrum dici, ἐκπορευόμενον, *procedere*. Ait autem et de Patre magnus Joannes Damascenus esse illum, προβολέα διὰ λόγου ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *productorem per Verbum enuntiatorii Spiritus*. In voce autem *productoris* notionem *principii activi* (seu causæ, τῷ αἰτίῳ) agnoscimus. *Causam* igitur non dicimus Filium in sua ex Patre processione sancti Spiritus : ac neque *concausam* ; qui anathematizamus et rejicimus sic loquentem. Sed Patrem *causam per Filium* sancti Spiritus dicimus : quandoquidem vocabulo προβολεύς, *principii activi* (seu causæ) significatus subest. » Perspicue patet, perinde esse *Patrem per Filium esse causam Spiritus sancti*, ac Patrem, et Filium unam esse ejusdem causam, ob unam spirantis virtutem, quam Pater habet a se, a Patre communicatam Filius. Vide caput 5, num. 3, (2), et num. 4.

(2) Muzalo magnus logotheta inferebat, *Filium in processione ex Patre* asseri *causam sancti Spiritus*. Non ita esse aiebant archidiaconi. *Annon enim, exempli gratia, dicimus : Pater est perfectus Deus, Filius item perfectus Deus, Spiritus quoque sanctus et ipse perfectus Deus. Unde quis non videt apparere inferendam, quam respuimus, deorum trinitatem.* Ob unitatem Divinitatis, quæ inest eadem tribus in personis, tres personæ sunt unus Deus : ac pari etiam ratione ob unitatem spirantis virtutis, quæ a se est in Patre, et est eadem in Filio communicata a Patre, Pater et Filius **97** una sunt Spiritus sancti causa. Consule dicta numero 4 citato.

(3) Georgius Moschampar, *qui tunc erat Ecclesiæ chartophylax*, spurium et suppositilium esse affirmavit allatum *Damasceni testimonium*. Moschampari adversatus est magnus logotheta : *Hoc dictum*, inquiens, *a te rejectum ut apocryphum, diserte ac syllabis totidem exstat in sacra Hoplotheca, libro, ut scis, auctoritatis omni exceptione majoris, adjuncto etiam clare nomine magni Damasceni, ejus auctoris*. Opus istud ab Andronico Camatero concinnatum fuisse, jam adnotavimus.

(4) « Admitto (logotheta Muzalo inquit) testimonium : et sancti esse vere Damasceni agnosco. Cæterum non assentiar, *Spiritum per Verbum et Filium originem ex Patre trahere*. Sic enim dicens audacius loquerer, quam si qui affirmant : *ex Patre, et Filio sanctum procedere Spiritum*. Quoniam in hoc Latinorum dicto communio præpositionis *ex*, pariter adaptatæ Patri Filioque, ad æqualitatem hypostasum inter se astruendam magis quadrans, audaciæ invidiam nisi plane diluit, emollire certe plurimum potest. In alia vero sententia, dum Spiritus *ex* Patre *per* Filium asseritur procedere, illa diversitas præpositionum emphasim nescio quam absonam differentiæ immiscet... velut subindicans, *aliud esse sancti Spiritus principium activum Patrem, et aliud ejusdem principium activum Filium*. » Repo-

nebant archidiaconi : *Quid ad nos ista dirigis ? Joannem Damascenum incesse. Quod si tanti Patris sententiam erroris suspicione liberandam censes . . . cur nos hæreseos accusamur ?* Paria docuerunt Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Maximus confessor. Nyssenus in Epistola ad Ablavium docet, *Filium ex Patre* προσεχῶς, continenter et sine medio : Spiritum vero sanctum *per Filium, qui continenter est ex Patre*. Cyrilli verba sunt libro 1 *De adoratione : Substantialiter ex utroque, nimirum ex Patre per Filium profluit Spiritus*. Denique sanctus Maximus in Epistola ad Marinum : *Per Filium prodit Spiritus sanctus ex Patre*. Nulla vero laborat invidia sive præpositio *ex*, sive præpositio *per*. Indicat prior, *ex*, productionem Spiritus sancti, quæ *æqualis*, imo una et eadem est in Patre Filioque. Indicat altera, *per*, non ordinem in virtute, aut efficientia, ob ejusdem in Patre et Filio unitatem ; sed ordinem inter personas Patris, et Filii, *qui distincti sunt, et præbent suppositum spirationi : ita scilicet quod Filius habet a Patre, quod spiret Spiritum sanctum*. Consule sanctum Thomam in I dist. 12, quæst. 1, artic. 3, et 1 p. quæst. 36, art. 2. Vel etiam eadem **98** particula, *per*, clarius quodammodo exprimit, spirandi virtutem, quæ inest Patri, unam eamdemque Filio communicari a Patre.

(5) Catholicam doctrinam exponebat Beccus exemplo Patribus familiari *solis, radii, et lucis*, vel *oculi, fontis, aquæ et fluvii*. Namque splendor, sive lux est a sole per radium : et fluvius per aquam, sive rivum est a fonte. Datam calumniabatur expositionem Gregorius patriarcha : ac si Beccus *non confiteretur, Spiritum sanctum continuum Patri esse, sicut et Filium ;* quin imo doceret, *Filium quidem continuum Patri, Spiritum vero locali quadam separatione distare*. Calumniam depellebat Beccus : « Gregorius Nyssenus, inquiens, de Filio quidem ait, *esse illum continue ex Patre*, de Spiritu vero, *esse per eum, qui continue ex Patre est*. Vos vero *locales distantias*, aut spatia interjicientes temporum, absurditatem omnino inducitis. Enimvero *generari Filium ex Patre*, cum solum auditur, præbet animo *nescio quam speciem quasi effluxus*, localis egressionis distantiam inferentis. Sed corrigitur imaginatio, cum additur : *individue indistincteque generari ;* vere sic *ex Patre* significans esse Filium, ut simul *in Patre* sit. Sic et mihi ratiocinari de Spiritu licet. Aut potius ad similitudinem superius adductam referatur sermo : *radiumque* dicimus *ex sole*, et tamen abscissum ex sole quidpiam non existimamus esse radium. *Lumen* etiam dicimus *per radium ex sole*, et mediationem intelligimus, et continuari lumen soli per radii mediationem, non negamus. » Præmonuerat vero doctissimus Beccus : *Rudes utique esse hujusmodi imagines processionum beatæ Trinitatis, quæ nullo pingi simulacro valent : et harum effigie formarum speciem divinæ Triadis insinuari, quoad licet humano captui.*



Digitized by Google

Hanc doctrinam paucis, at luculentissimis declarat verbis sanctus Thomas, in I dist. 12, quæst. 1, art. 3 : « Si consideremus *ipsum principium*, scilicet potentiam spirativam (seu naturam divinam cum proprietate spirationis), cum in hoc non distinguantur Pater, et Filius (sed sint unum), non potest dici *spiratio esse a Patre mediante Filio* (sed a Patre, et a Filio immediate procedit Spiritus sanctus). Si autem consideremus *ipsos spirantes*, qui *distincti* sunt, et secundum hoc *præbent suppositum spirationi* : sic est ibi mediatio, secundum quod est ibi ordo naturæ ; quia Filius est ex Patre, et Spiritus sanctus simul a Patre et Filio. » Paria sunt, quæ habentur ad 1 : « Per hoc quod dicitur Spiritus sanctus *procedere a Patre per Filium*, designatur *auctoritas* in Patre respectu Filii : quia *Filius habet a Patre*, quod **99** spiret Spiritum sanctum. Ex hoc autem non ponitur *mediatio* aliqua, nisi ex parte suppositorum : quæ distinguuntur per hoc, quod *unum est ab alio ;* ratione cujus in uno est auctoritas respectu alterius. »

Quid hæc vero Patri conferat auctoritas ; quænam etiam sit differentia inter processionem a Patre per Filium Spiritus sancti, ac inter fluvium per rivum promanantem a fonte ; quinam demum vocum usus apud Græcos : patefacit Aquinas omnia ibidem, art. 2, ad 3 : « Spiritus sanctus dicitur esse *principaliter a Patre ;* quia in Patre est *auctoritas spirationis*, a quo etiam habet Filius virtutem spirativam : et non propter aliquem ordinem, vel gradum *prioritatis et posterioritatis* Patris et Filii. Similiter etiam propter eamdem rationem dicitur *proprie* procedere a Patre : maxime cum hæc præpositio, *a*, apud Græcos notat relationem ad *primam originem*. Unde apud eos non dicitur quod *lacus sit a rivo, sed a fonte :* et inde est etiam, quod non concedunt, quod Spiritus sanctus sit a Filio, sed a Patre. Nihilominus tamen non est dicendum, *quin etiam a Filio proprie procedat*, qui cum Patre est *unum principium* Spiritus sancti : non autem sic *rivus*, et *fons* sunt *unum principium laci :* » sed utique duo, quorum alterum pendet ab altero ; ac distinctam, si qua est, efficientiam habent. Græcos ab Aquinate memoratos intellige sanctos Patres, aliosque catholici dogmatis vindices.

(6) Hæc præcipua sunt, quæ circa dogmatis doctrinam in colloquio discussa fuere. Testamenti, quod morti proximus anno 1298 condidit Beccus, partem aliquam hoc liceat loco exhibere, ut splendide pateat adversantium Græcorum sententia de Spiritu sancto. Integrum Possinus refert in Observationibus ad libri tertii caput 29. « In hoc hallucinantur ii quibuscum mihi controversia, quod ipsis vi argumentorum ex authenticis Scripturarum et Patrum testimoniis depromptorum ineluctabiliter pressis, nulla ostendebatur via declinandi, quin fatenda esset, ac pro certo dogmate habenda *sancti Spiritus ex Patre per Filium processio*. Aliunde vero, cum pari theologicarum ex Scripturis ratiocinationum evidentia constringi se putarent ad affirmandum, *hypostaticam proprietatem personæ Patris esse originalem spirationem activam :* concordare cum eo nequiverunt *consortium in spirando Filii cum Patre*. Inde in frivolam vanæ distinctionis cavillationculam abstracti sunt, qua pernegant, idem esse *processionem* et *exstantiam*. Fatentur, *procedere* quidem Spiritum sanctum *a Patre per Filium ;* dici tamen vetant, Spiritum *per Filium exstare*. **100** Transire *spirationem activam* fingunt *per Filium*, quasi *per medium, et instrumentum inanime* in nullo cooperans ; ut ea ratione procedens Spiritus intelligatur *consequens quiddam* ad Filium, *sola cogitatione*, cui nihil respondeat in re. » Hinc vero demum processionem pro *efficientia* sumptam referebant ad *missionem* Spiritus sancti temporalem per donorum et charismatum concessionem. Quod si eadem *efficientia per Filium* intelligi etiam debeat *æterna*, hanc Cyprius Gregorius ita interpretabatur, ut novam hæresim inveheret, de qua inferius agendum est. Laudatum Becci testamentum diligentiore cura capite decimo ac postremo expendimus et illustramus.

IV. Ægerrime ferebat Augustus, *congressum longe contra quam speraverat, accidisse*. Joannem Beccum, sociosque *excepit Cosmidii monasterium, sub fida habitos custodia*. Idem est, ac monasterium *sanctorum Cosmæ et Damiani*, quod extra urbem ad freti littus exstabat. Ducangium consule in *Cpoli Christiana* § 15, num. 10. Sed illos demum, qua minis, qua blanditiis frustra tentatos, jubet imperator, *nave deportari in arcem, a dextris ingredienti sinum Astacenum sitam, cui nomen a sancto Gregorio est*.

## CAPUT VIII.

*Gregorio Cyprio patriarchæ provincia imponitur, ut Joannis Damasceni testimonia exponat, et conciliet in tomo, qui eorum palamque in ecclesia legeretur. Graves in eo deprehensæ difficultates. Ipsum refellit Beccus ; Cyprumque reum agit novæ hæreseos, quæ postea Palamitica dicta est. Tomum corrigere abnuit Cyprius : plures tamen scribit libellos apologeticos. Sancti Joannis Damasceni mens diligentius exponitur. Sancti Thomæ Aquinatis de Damasceno judicium. Itemque de Theodoreto. Doctrinæ anacephalæosis contra Photii objectiones.*

1. *Adversariis suis* (verba sunt Pachymeris lib. II, cap. 1), *acrem reliquit curam Beccus inquirendi, qua ratione in orthodoxum* (ita sentiebat ille), *explicari sensum posset Damasceni Patris dictum, ita ut neque Becci expositioni assentiri viderentur, et tamen ipsi suspiciones effugerent, quibus ipsorum doctrina, ex apparenti cum sententia tantæ auctoritatis conflictu, apud eruditos laborabat.* « Animadvertebant ipsi, non dici a Damasceno, theologiam explicante, *procedere Spiritum ex Filio*, sed *per Filium et Verbum*. **101** Addebant etiam, sancti verba ibidem legi : *ex Filio autem Spiritum non dicimus*. Hinc inferebant, præpositiones *ex* et *per* non esse æquipollentes. » E re sua censebant, ut solo uterentur

Digitized by Google

Damasceni effato illo, quo is negabat se dicere *Spiritum ex Filio:* quærebantque expositionem, qua reliqua priora verba emollirent, et in concordiam reducerent. Itaque Gregorio Cyprio demandata provincia, *Tomum* scribendi hac de re.

Imposito munere functus est Cyprius, editusque *Tomus*, in Ecclesia coram palamque lectus. Id accidisse Possinus putat anno Christi 1288. Vetat nihil, quominus id acciderit anno superiore 1287, vel etiam præcedente. Quæ plura ab Cyprio edita sunt apologetica scripta, quæ mox enumerabimus, id exposcere videntur. Tomo lecto *imperator rubrica subscripsit, deinde patriarcha, tum ordine præsules.* Ecclesiastici viri fuere plures, qui subscriptionem aperte negarunt.

II. Causam enarrat Pachymeres ibidem: « Erat enim inter alia in *Tomo*, qui subscribendus obtrudebatur, quædam expositio sententiæ prius memoratæ divi Damasceni, sic se habens: *Si vero a summo Theologo Damasceno reperiatur dictus Pater sancti Spiritus* διὰ Λόγου προβολεὺς, *productor per Verbum: haud plane ista locutio significare vult sancti Spiritus* εἰς τὸ εἶναι πρόοδον, *processionem in exstantiam;* sed εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν, *in æternam explendescentiam.* Hoc autem quid sibi vellet, nequaquam se capere aiebant: quærebantque monstrari sibi discrimen *processionis* et *æternæ explendescentiæ;* ut sic earum vocum alteram abjicerent, alteram amplecterentur. Nunc enim plane apparere ipsis ista vocabula mutuo æquipollentia, nec plus minusve significare quidquam *processionem in exstantiam*, quam *processionem in æternam explendescentiam.* »

Animadverte, minus accuratam falsamque jam Cyprio visam esse eorum interpretationem, qui *processionem sancti Spiritus a Patre per Filium* aut intelligebant *temporalem donorum ei charismatum concessionem*, aut certe *processionis activæ transitum per Verbum*, veluti medium, sine ulla ejus efficientia. Perspicua scilicet Damasceni ac Patrum mens erat, æternam esse Spiritus sancti processionem, qua dicitur *a Patre per Verbum procedere.* Patebat etiam, hanc *processionem per Verbum* satis indicare Verbi efficientiam erga Spiritum sanctum: quam interpretabatur Cyprius non *ad exstantiam*, sed *ad æternam exsplendescentiam;* cum attamen revera Spiritus sancti *æterna explendescentia* nil aliud foret, quam *ejus exstantia* a Patre per Filium.

**102** III. Tomus incidit in manus Becci carcere detenti. *Multa* ille eodem in Tomo *reprehendebat* (verbis utor Pachymeris, cap. 2), *sed præsertim incusabat expositionem in eo traditam sententiæ Damasceni.* Prostat in tomo II *Græciæ orthodoxæ* ejus *oratio prima in Tomum Cyprii, et novas ejusdem hæreses.* Novam Cyprii interpretationem propriis verbis affert num. 5. *Licet enim apud nonnullos sanctos per Filium procedere Spiritum sanctum astruatur; dictio hæc, in æternam effulsionem, non ad esse pure, significat progressum.* « Et primum quidem intelligere non valeo (reponit Beccus), qua ratione *effulsionem in æternum* Spiritus a *puro progressu ad esse* distinguat. 2. Gregorius Nyssenus duarum personarum *causæ*, seu principii differentiam declarans, non aliam esse decernit, nisi *hanc quidem contigue, aliam vero per illud quod a primo contigue est:* unde non capio, quænam alia sit in æternum per Filium Spiritus effulsio, nisi ipsius ex Patre per Filium hypostasis progressus. 3. An fuerit Unigenitus, *hujusce Spiritus effulsionis per ipsum*, ex Patre administer? 4. Quod si Spiritus *naturaliter* per Filium effulget, idem fuerit dicere, ac procedit ipse per Filium. » Hæc et alia quamplura Beccus opponebat.

Inepta erat alia Cyprii sententia, quæ num. 10 habetur: sed per *Filium, et ex Filio* φυσικῶς ὑπάρχειν, *naturaliter exsistere: non vero per Filium, et ex Filio* τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere, qui id enuntiaverunt Patres, fassi sunt.* « O argutum talia asserentium acumen!... Ego qui non ita curiosus sum, sed rudis hebesque, illud *ex Filio naturaliter Spiritum exsistere, pro exsistentia ex Filio* assumo: et præpositionem *ex*, loco præpositionis *per*, ut scriptis mandata traditio intonat, *de Filio* semper accipiens; non *duas causas Spiritus*, sed *Patrem causam per Filium* deprædico. » Hæc vero germanam continent loci alterius interpretationem, ubi Damascenus ait, *se Spiritum ex Filio non dicere:* nimirum veluti ex causa a Patre distincta. Hac de re diligentius infra.

Cum hæc fortasse præ oculis haberet doctissimus Franciscus Combefisius, frequentius adnotat in altera parte Novissimi Auctarii, Joannem Beccum *hæresim Palamiticam* damnasse. Insanum scilicet invaluit delirium, quo a divina essentia distinguebatur æterna Dei actio, ac sempiternum quoddam lumen divinum: ac istud mentibus creatis communicari dicebatur, ipsa penitus incommunicabili essentia, ac invisibili. Hæc videtur esse illa *exsplendescentia*, in quam Cyprius tradebat ex Patre procedere Spiritum sanctum per **103** Filium, *non in exstantiam.* Hoc igitur impium Palamæ dogma a Joanne Becco damnatum in *Tomo quodam*, adnotat laudatus Combefisius in Observationibus ad Manuelis Calecæ librum *De essentia et operatione.* Michaelis Lequieni verissimam affero animadversionem in dissertatione 1 Damascenica, num. 50. Palamæ quidem præivisse Cyprium, erraticumque dogma ab isto præformatum refutasse Beccum: cæterum *Joannem illum patriarcham Constantinopolitanum*, qui Gregorium Palamam primus damnavit, aut *Sozopolitam* fuisse circa annum Christi 1294, aut certe *Glycyn* circa annum 1316.

In hanc absurditatem incidisse Cyprium, jam allata ipsius ad locum Damasceni interpretatio satis evincit. Accedit aliud ipsius dictum in suo Tomo, quod inde sumptum a Becco refertur in oratione citata num. 14: « Nihil novi est, neque ab usu Scripturarum alienum, si *spiritale donum* æquivoce

Digitized by Google

*Spiritus sanctus* vocetur : et *actio* aliquando sibi *nomen agentis* admiscere videtur, uti solis splendor et lumen sæpenumero solis. » Quibus utique verbis (ait Lequienus loco citato) significabat æternam Dei actionem, quæ personis tribus communis est, Spiritum sanctum quandoque vocari : et hanc sempiterni luminis efficientiam, tribus communem personis, ipsam dici processionem Spiritus a Patre per Filium. Aliud idem Lequienus Fragmentum operis a Cyprio confecti ibidem affert : nempe, *divina gratia, effulgentiaque, et operatio* συναΐδιός ἐστι τῷ Υἱῷ, *coæterna Filio est : et ex ipso scaturit, velut etiam ex Patre, et ipsomet Paracleto.* Enormia commenta, quæ cudebant Græci, Patrum auctoritate pressi, diligentius infra explanabimus.

Joannis Becci *Commentarius per urbem Constantinopolim serpens* (Pachymeris verbis utor capite citato 2), *cupide lectus a plurimis est : et plerisque aculeum infixit.* Ad ipsius Tomi accusationem animum appulerunt *episcopus Quinquecclesiensis*, et *Georgius Moschampar*, qui cesserat officio *exchartophylacis*, quibusdam offensiunculis jam a Cyprio aversus. Accusationes in Tomi doctrinam, a Becco expositæ, prætermissæ sunt, ne cum Becco sentire viderentur. Aliam igitur inire viam excogitarunt impugnandi Tomi, quam refert Pachymeres, capite 3 : « Culpantes videlicet, quod cum vox προβολεὺς, *productor*, proprie usurparetur a Patribus ad significandum *principium activum*, αἴτιον, Spiritus sancti, sicut vox *Genitor* ab iisdem adhibetur ad designandum principium activum, αἴτιον, unigeniti Verbi ; tamen scriptor Tomi, vocis προβολεὺς significatum retulisset ad *simplicem exsplendescentiam*, non **104** autem ad *emanationem* Spiritus sancti e vero principio activo. Quam emanationem vocabulo *processionis* exprimens, et *processionem ab exsplendescentia* distinguens, haud dubie adimeret voci *productor* notionem ipsi tributam a Patribus, *emanationis scilicet* ut e principio activo ; quod nihil minus esse contendebant, quam defectionem a fide catholicæ doctrinæ. »

Hæc ut hæresis Cyprio tribueretur, ansam dedit libellus cujusdam Marci monachi, in quo tradebatur, ut ait Pachymeres, capite 4, *etiam clarius quam in tomo patriarchæ, damnabilis illa restrictio notionis in voce, productor ; qua principii activi significatus contra manifestam Patrum auctoritatem ab ea excluditur.* Opus istud, ut elucubratum fuerat, oblatum Gregorio patriarchæ fuit : *Qui percurrens, ut cæteras solebat discipuli scriptiunculas ; quædam in hac quoque sibi minus probata, manu propria correxit, et sic emendatam reddidit.* Hinc impius error, eo in Marci opere repertus, etiam Gregorio ascribebatur.

IV. Hinc stimuli addebantur patriarchæ, ut *ipse corrigeret, quod in Tomo suo emendari opus esset.* Nihil esse in Tomo vitiatum, quod spongia indigeret, præfracte contendebat ille. Tomum istum exhibet codex Vindobonensis 259, num. 3, a Lambecio recensitus libro v Commentariorum, sub hoc titulo : Ὁ Τόμος τῆς ἁγίας συνόδου, ἤτοι στήλη ὀρθοδοξίας, *Tomus synodicus, sive columna orthodoxiæ.* Incipit : Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα πρὸ μικροῦ ταραχή τε καὶ ζάλη τῇ Ἐκκλησίᾳ. *Habet quidem turbatio, et procella Ecclesiæ superveniens.* Ab his etiam incipit verbis Opus a Bandurio integrum Græce editum in Notis ad librum VIII *Antiquitatum Constantinopol.* quod inscribitur : Ἔκθεσις τοῦ Τόμου τῆς πίστεως κατὰ τοῦ Βέκκου, *Expositio Tomi de fide contra Beccum.* Nostro demum prostat sine titulo in apographo codicis Lugduno-Batavensis, num. 9.

Ut ut intactum relinquere *Tomum suum* voluerit patriarcha, apologetica tamen scripta edidit non pauca. Adversum *Marci monachi* opus, et errata, quæ ipsi affingebantur, scripsit *Confessionem*, itemque *Apologiam pro Tomo*, ac etiam *Epistolam ad imperatorem Andronicum ;* quæ Græce editæ exstant apud Bandurium loco citato. Post abdicationem patriarchatus a Gregorio factam, quam insequenti capite enarrabimus, irrito conatu *Tomi* ab eo confecti correctio tentata est. Hanc in rem cœtus plures coactos, refert Pachymeres, capite 11, sed *continuis dierum multorum altercationibus, in nullum concordis de istius scripti correctione sententiæ desinentibus finem, tandem convenisse omnes, ut omnino tolleretur enarratio loci Damasceni ; præstabilius ducentes inexpositum relinqui* **105** *testimonium illud, quam eo exponendo adduci in periculum.* Ipse vero Gregorius sua in *Apologia*, novam quorumdam insectatus est interpretationem, qui in eo Damasceni dicto, *Manifestantis Spiritus per Verbum productor Pater*, verba illa διὰ Λόγου, δι' Υἱοῦ, *per Verbum, per Filium* ita accipiebant, ac si perinde foret, ac σὺν τῷ Λόγῳ, *cum Verbo*, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, *cum Filio*, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio.* Nimirum præter Becci expositionem, quæ Latinorum dogma offert, alia sincerior nulla occurrebat. Hæc eadem diligenter adnotata consule apud Bandurium, qui se a Michaele Lequieno edoctum fuisse, candide fatetur.

V. Diligentiore cura insignis locus ille Damasceni illustrandus est, quem Becco opposuisse adversarios, adnotantem Pachymeren audivimus, num. 1. Legitur vero libro I *De fide orthodoxa*, capite 8, in fine : « Scire operæ pretium est, nos Patrem *ex aliquo esse* non dicere, sed ipsum *Filii patrem* appellamus. Filium item *nec causam*, nec *Patrem* dicimus, verum potius, eum *ex Patre esse*, ac *Patris filium esse. Denique Spiritum sanctum et ex Patre esse, et Patris Spiritum* nominamus : at vero eum *ex Filio esse* non dicimus, *Filii* tamen *Spiritum* vocitamus..... Quin et eum *nobis per Filium* manifestatum esse, et impertiri profitemur... Perinde ut ex sole quidem est cum radius, tum splendor ; ipse enim fons est radii, et splendoris : per radium autem nobis splendor communicatur. » Eodem exemplo veteres Patres, ac Joannem Beccum, aliosque in catholico dogmate socios, usos

Digitized by Google

esse, ut Spiritum sanctum substantialiter ac hypostatice a Patre per Filium, vel a Patre Filioque procedere ostenderent, jam frequentius adnotatum. Sed illud etiam exemplum adhibuisse Græcos adversantes, dubium nullum : ipsumque eorum nomine sanctus Thomas opponit quæst. 10 *De potentia*, art. 4, num. 22 : *Filius est radius Patris ; Spiritus autem sanctus est splendor. Splendor autem non est a radio : ergo nec Spiritus sanctus a Filio.* Solutionem accipe ad 22 : *Dicendum, quod splendor est a radio; cum nihil aliud sit, quam reverberatio radii ad corpus clarum.* Itaque *splendor* non solum a radio habet, quod nobis communicetur : sed a radio habet id quoque, quod est. Quoniam vero radii virtus, qua splendor efficitur, a sole provenit; ideo et splendor, et radius a sole, tanquam a principe ac primaria causa, proficisci dicuntur. Ratione pari si res divinas modulo nostro metiri liceat, Spiritus sanctus, tametsi a Filio procedat spirante ipsum, peculiari tamen ratione procedere dicitur a Patre, quia a Patre virtutem habet Filius, qua spirat Spiritum sanctum. Hinc ratione duplici catholico **106** dici sensu potest, Spiritum sanctum *non esse ex Filio :* ac primo non esse ex illo, tanquam a causa, quæ habet a se virtutem spirandi : deinde non esse ex illo, tanquam a causa, aut concausa, distincta a Patre. Itaque Spiritus sanctus non solum *temporali missione* a Filio et per Filium manifestatur, donaturque nobis : verum etiam *æterna, ac substantiali emissione, aut processione* a Patre est Filioque, aut a Patre per Filium.

Cur vero Damascenus unam Filii efficientiam proferat in temporali sancti Spiritus missione, unam *per Filium* memorans *manifestationem* ejusdem ac donorum concessionem? Imo cum *Spiritum Filii proprium* appellat, satis indicat æternam originem ejus ex Filio quoad exstantiam. Cum vero expressiorem ejusdem Spiritus nobis per Filium manifestati mentionem ingerit, *procatarcticam* ac *primordialem* illam virtutem spectabat, quæ in operibus ad extra peculiari modo tribui Filio solet. Hac de re ipse Damascenus agit ibidem capite 12 in Edit. Lequieni sub titulo *De divinis nominibus.* Ait enim : *Ne multa dicam, non est alia Patri ratio, sapientia, potentia, voluntas præter Filium, qui sola est Patris potentia,* ἡ προκαταρκτικὴ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως, *rerum omnium creationis primordialis virtus.* Qua inita comparatione ad res creatas, dicitur Spiritus sanctus ibidem, *omnium creationis consummator,* τελεσιουργόν· Pater vero, *bonitatis totius fons, et occulti in se boni scaturigo.* Hujusmodi personarum appellationes, dum ad res creatas ipsæ comparantur, alias affert, ac modo quodam diverso sanctus Basilius in libro *De Spiritu sancto,* capite 16, num. 38 : *In horum autem creatione,* inquiens, *cogita* προκαταρκτικὴν, *primariam causam, Patrem :* δημιουργικὴν, *conditricem, Filium ;* τελειωτικὴν, *perfectricem, Spiritum sanctum.* Sed eadem etiam voce, τῆς αἰτίας προκαταρκτικῆς, Beccus aliique Græci usi sunt, facta Patris comparatione ad Spiritum sanctum : ut id significarent unum, Patrem esse originem ac fontem, a quo esse omne profluit tam increatum, quam creatum : ac Filium habere a Patre, ut spiret Spiritum sanctum.

Mentem suam perspicue Damascenus declarat loco citato : *Pater mens est, rationis abyssus, Verbi genitor, ac per Verbum* προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *manifestantis Spiritus productor.* Filius est *perfecta persona ex perfecta persona, quomodo ipse novit, diciturque Filius. Ac postremo Spiritus sanctus, Patris potentia et divinitatis recondita declarans,* ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις, *ex Patre per Filium procedens.* ἐκ Πατρὸς μὲν δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη . . . *quo fit etiam, ut Spiritus sanctus omnium creationis consummator* **107** *exsistat.* Animadverte : 1. In his agi verbis, quæ exscripsimus, de mutuo personarum respectu *ad intra.* 2. Adeoque consequens esse, substantialem ac hypostaticam Spiritus sancti productionem illis exprimi verbis, *Pater per Verbum Spiritus productor,* ac illis etiam, *ex Patre per Filium procedens.* 3. Verbis illis, ἐκφαντορικοῦ *Spiritus,* seu ἐκφαντορικῆς *virtutis* aut *potentiæ,* manifestationem nobis factam, donorumque concessionem non significari : sed utique exstantiam Spiritus sancti, qui sicuti procedit a Patre per Filium, ita latentem divinitatem Patris, quam ab ipso per Filium accipit, manifestat, exprimit, enuntiat, repræsentat. 4. Ex hac demum substantiali ad intra manifestatione aliam sequi in temporali Missione factam : unde ex eo, quod sanctus Spiritus *potentia sit a Patre per Filium procedens, latentis divinitatis ejus enuntiativa,* colligit Damascenus, ipsum ad extra *esse omnium creationis consummatorem.*

Mentem hanc suam alia patefaciunt, quæ subjunguntur verba : *Pater fons est, et auctor tum Filii, tum Spiritus sancti : solius tamen Filii pater, et Spiritus sancti* προβολεύς, *productor. Filius autem est Filius patris, et ex Patre. Spiritus sanctus est Spiritus Patris, ut qui ex Patre procedat... Quin Filii quoque Spiritus dicitur, non velut ex ipso,* οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, *sed per ipsum ex Patre procedens,* ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. *Solus enim Pater* αἴτιος, *causa et auctor.* Solus nempe Pater causa illa est, ex qua *esse omne* profluit tam increatum, quam creatum. Hanc juxta notionem non procedit *veluti ex Filio* Spiritus sanctus, cum a Patre habeat ipse, ut Spiritum sanctum spiret, sed *ex Patre procedit per Filium,* quia Filio virtutem, quam Pater habet, ipse Pater communicat, ac Filius per hanc communicationem non est sancti Spiritus causa distincta a Patre, sed una causa cum Patre.

Insignem locum istum Damasceni, veluti spurium, rejecit Georgius Moschampar chartophylax

Digitized by Google

in colloquio de quo egimus capite 7, num. III (5). Sincerum illum, ac germanum probabat magnus logotheta Muzalo auctoritate Andronici Camateri, qui integrum suæ inseruerat Hoplothecæ. Cur vero abjudicari a sancto Damasceno veluti parente debeat, cum parem eamdemque doctrinam habeat in aliis dubio procul genuinis peribus? In Dialogo contra Manichæos, num. 5, sic habet : *Pater semper Verbum suum ex se genitum*, καὶ διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, *et per Verbum suum Spiritum suum ex se procedentem habuit.* Insipiens esto, qui neget his expressam verbis æternam, ac substantialem, et hypostaticam sancti Spiritus per Filium processionem ex Patre. In Epistola ad Jordanem archimandritam de hymno Trisagio, **108** num. 28, ait : *Ex Patre siquidem per Filium et Verbum procedens, non tamen filiationis modo.* Hujusmodi opus non erat exceptione, si hæc *per Filium processio* ad missionem temporalem donorumque largitionem referenda esset.

Difficilior videtur ejusdem Damasceni locus ille, qui habetur homilia in Sabbatum sanctum, num. 4 : *Spiritus sanctus Dei, et Patris, tanquam ex ipso procedens : qui et Filii dicitur, ut qui per eum manifestetur, et creatis rebus impertiatur*, ἀλλ' οὐκ ἐξ αὐτοῦ ἔχον τὴν ὕπαρξιν, *non tamen ex ipso exsistentiam habens.* Similem jam expendimus sententiam ejus, ex octavo capite primi libri *De fide orthodoxa* depromptam. Ac primo quidem ad Filium peculiari quadam ratione temporalem sancti Spiritus missionem refert Damascenus, ut *virtutem procatarcticam* in eadem missione Filio competentem declaret. Negat ille deinde, Spiritum sanctum *ex Filio exsistentiam habere :* at ea plura loca subintelligenda sunt, quibus ipsum apertissime docet *ex Patre procedere per Filium.* Negat vero, *Spiritum ex Filio exsistentiam habere*, quia Filius non est causa a Patre distincta ; et quia Filius habet a Patre, ut Spiritum sanctum spiret. Additur postrema ratio ex errore Apollinarii Arianorumque desumpta, qui Spiritus sancti productionem in Filium præsertim refundebant : dicebantque ipsum *Filio minorem*, utpote ex Filio procreatum, sicuti et Filium minorem Patre, utpote natum ex ipso. Ab hac impietate caventes Græci mediæ præsertim ætatis doctores, ita negabant *ex Filio Spiritum exsistere*, ut illum tamen *per Filium procedere a Patre* constantissime docerent. Genuinum hunc sensum esse, evincit ejusdem Damasceni *Expositio fidei*, quam ex Arabico versam Michael Lequienus sua exhibet in editione. Hæc habentur, num. 2 : *Pater absque principio est : et Filius est ex Patre per filiationem : et Spiritus sanctus est ex Patre per Filium, non per filiationem, sed per processionem.* Aptissimum exemplum est, quod additur : *Verbum gignitur ab intellectu :* sed etiam *ab intellectu oritur Spiritus, qui manifestatur per Verbum, quod emanat ex abscondita scaturigine sua, splendorem suum naturalem explicans.* Ex Patre oritur Spiritus : sed hocce in ejus ortu locum habet manifestatio ejusdem per Verbum. Sancti Spiritus ortus Patri attribuitur, qui totius Deitatis abscondita scaturigo est. Manifestatio ejusdem, eademque *naturalis* instar *splendoris*, Filio tribuitur, quia ex Patre natura divina per Filium communicatur Spiritui sancto.

Theologiam suam tradere Damascenus pergit ibidem : *Filius ad Patrem refertur, atque ex Patre est, quia natus est ex Patre : et* **109** *Spiritus sanctus ad Patrem refertur, atque est ex Patre, quia est ex illo, non filiationis more, sed processionis. Itemque sanctus Spiritus est Filii, sed non est ex Filio. Est tamen ad Filium, quia emanat per illum, et ex illo : ac non est ex Filio, quia Pater una est causa tum Filii, tum Spiritus sancti.* Hæc postrema verba sensum declarant totius sententiæ. Pater una est causa tum Filii, tum Spiritus sancti : ea ratione quod in Patre, veluti in fonte, qui non est ex alio, virtus reperitur spirativa Spiritus sancti. Hæc utique una et eadem Filio etiam inest : sed a Patre communicata. Hinc Spiritus sanctus suam habet exstantiam ex Patre, tanquam ex fonte : quo eam modo non habet ex Filio, At quoniam in Filio spirativa virtus inest a Patre communicata : ideo *per Filium, et ex Filio* Spiritus sanctus *emanare* dicitur, non dicitur *esse ;* tametsi illa emanatio sit *ad exstantiam.* Quo etiam sensu non inepte dici potest, splendorem, aut fluvium non esse ex radio, aut rivo, sed esse splendorem ex sole et fluvium ex fonte : ac nihilominus splendorem emanare per radium, et etiam ex radio ; et fluvium emanare per rivum, et etiam ex rivo ; solis ac fontis virtute radio ac rivo communicata. Hæc affert ibidem Damascenus exempla, quorum discrimen maximum a Spiritus sancti emanatione sumitur a principio activo, quod unum ex Patre communicatur Filio : diversum est in sole et radio, in fonte et rivo. Rem hanc igitur ab humano captu longissime alienam, verbis utique diversis, una tamen sententia, exposuerunt Ecclesiæ Patres.

VI. Primum Damasceni testimonium, quod hactenus pro virili illustravimus, inter Græcorum objectiones affert sanctus Thomas in Sententiarum Commentario, in Quæstionibus disputatis, et prima parte Summæ Theologicæ. Loco priore, scilicet in 1, dist. XI, quæst. 1, art. 1, hac utitur solutione ad 3 : « Dicendum, quod Damascenus in hac parte non creditur : quia dicitur fuisse tempore illo, quo incepit controversia super hac quæstione inter Græcos et Latinos. Tamen non negat quin *sit ex Filio*, sed dicit se non concedere *quod sit a Filio*, quia adhuc apud eos in dubio vertebatur. » Ante sæculi septimi exitum natus fertur Damascenus, vitamque suam ultra annum Christi 754 agebat : quo tempore Spiritus sancti proces

Digitized by Google

sionem a Patre Filioque a Latinis assertam incusabant insequebanturque Iconomachi.

Alia est Thomæ solutio, quæst. 10, *De potentia*, art. 4, ad. 24 : « Dicendum quod positio *Nestorianorum* fuit, quod *Spiritus sanctus non sit a Filio.* Unde in quodam Symbolo Nestorianorum condemnato in *prima Ephesina synodo* dicitur sic : *Spiritum sanctum* **110** *neque Filium putamus, neque per Filium essentiam accepisse.* Propter quod Cyrillus *contra Nestorium in Epistola prædicta* (Synodica ad Nestorium, a Thoma memorata ad 13), posuit Spiritum sanctum esse a Filio. *Theodoretus* vero in quadam Epistola ad Joannem Antiochenum sic dicit : *Spiritus sanctus non est ex Filio, aut per Filium habens substantiam : sed procedens quidem a Patre, Spiritus vero Filii, eo quod et ei consubstantialis sit nominatus.* Hæc autem verba Theodoretus prædictus imponit Cyrillo, tanquam ab eo dicta sint in epistola, quam ad Joannem Antiochenum scripsit ; licet in illa epistola hoc non legatur, sed dicitur sic : *Spiritus Dei Patris procedit quidem ex ipso : est autem et a Filio, non alienus secundum unius essentiæ rationem.* Hanc autem Theodoreti sententiam secutus est postmodum Damascenus, quamvis dogmata ejusdem Theodoreti sint in quinta synodo condemnata. Unde in hoc non est standum sententiæ Damasceni. »

Denique I part., quæst. 36, art. 2, ad 3 : « Dicendum, quod Spiritum sanctum non procedere a Filio, primo fuit a Nestorianis introductum, ut patet in quodam symbolo Nestorianorum damnato in Ephesina synodo. Et hunc errorem secutus fuit Theodoretus Nestorianus, et plures post ipsum, inter quos fuit Damascenus : unde in hoc ejus sententiæ non est standum. Quamvis a quibusdam dicatur : quod Damascenus sicut non confitetur *Spiritum sanctum non esse a Filio*, ita etiam non negat *ex vi illorum verborum.* »

Minus æquus in Damascenum videtur Aquinas. Animadverte, vitam Aquinati eo tempore ducenti, quo pleraque sanctorum Patrum scripta adhuc latebant, nec videre, nec diligentius expendere Damasceni testimonia licuisse, quibus *emanare* Spiritus sanctus dicitur *per Filium, et ex Filio :* ac *Pater productor* ejus *per Filium*, ipsumque *semper habere se apud se, per Filium ex se procedentem.* Tam luculentæ sententiæ nuspiam in Operibus Thomæ memoratæ inveniuntur : eoque Opusculi contra errores Græcorum in capite, ubi recensentur Patres qui Spiritum sanctum dixere *a Patre procedere per Filium*, afferuntur *Cyrillus Alexandrinus*, *Basilius* et *Gregorius Nyssenus*, Damasceno prætermisso. Haud mirum fuerit ergo, ejusdem Damasceni doctrinam, quæ aliis quibusdam in locis minus accurate tradi videtur, suspectam fuisse Aquinati. Pro eo tamen, quo pollebat ipse ingenii acumine, vidit, admonuitque : *vi verborum*, quibus usus est Damascenus, minime sancti Spiritus denegari *processionem etiam a Filio.*

**111** VII. Cætera, quæ locis allatis ait ille, illustranda sunt. Adnotat, *posuisse Nestorianos, quod Spiritus sanctus non sit a Filio :* id legi *in quodam Nestorianorum symbolo :* ac istud *in Ephesina synodo condemnatum esse.* Nestorianorum, quod memoratur, Symbolum protulit Ephesinis Patribus *Charisius presbyter*, et Philadelphiæ œconomus in Lydia : legiturque actione 6 Ephesinæ synodi œcumenicæ anno 431 celebratæ, sub titulo *Exempli expositionis Symboli depravati.* Hæc ibi habentur verba : *Sed* (Spiritum sanctum) *nec Filium putamus, neque per Filium suam subsistentiam*, ὑπαρξιν *habentem.* Tribui Symbolum istud Nestorio, tanquam auctori, ab aliquibus assolet : verius Theodoro Mopsuesteno ab aliis ; quod attamen Nestoriani aut instruendis in fide, aut ad fidem revertentibus tradebant. Contra Symbolum in Ephesina œcumenica synodo latum his verbis decretum est, quod actione citata prostat : « *Simili etiam modo qui* inventi fuerint vel episcopi, vel clerici, vel laici sive docere ea quæ continentur in oblata Expositione a Charisio presbytero *De Unigeniti Filii Dei Incarnatione*, sive scelerata et perversa Nestorii dogmata, quæ et subnexa sunt, subjaceant sententiæ sanctæ hujus et universalis synodi, » etc. Hocce decreto damnatos Aquinas intellexit, qui negarent, *per Filium suam habere subsistentiam Spiritum sanctum.* Idem censent Bellarminus, Leo Allatius, Garnerius, Petavius.

Atqui decreti verba damnatos indicant errores *de Unigeniti Filii Dei Incarnatione*, non alios. Eo etiam tempore vigebant commenta Eunomii et Apollinarii : quorum iste gradus in Trinitate statuens, *Filium minorem Patre*, utpote ex isto natum effutiebat, et *Spiritum sanctum minorem Filio*, utpote ex isto aut per istum *procreatum*, ut inquiebat : ac ille *Spiritum auferebat a Patre, uniceque tribuebat Unigenito*, tum ipsum, cum Filium rejiciens inter creaturas, teste Basilio libro II *Contra Eunomium*, num. 34. Hinc vero de propositione illa, *Spiritum sanctum habere per Filium subsistentiam* negante, silent Ephesini Patres : qui probe noverant, Symbolo inseri potuisse ad sensum rejiciendum Eunomii et Apollinarii.

Constantinopolitani Patres, qui errorem impium anno 381 damnaverant, satius habuere Spiritum sanctum definire *ex Patre procedentem :* adeoque verum Deum docere, quemadmodum docuerant Nicæni Patres, Filium esse verum Deum ac Patri consubstantialem, utpote natum genitumque ex Patre. Non solum *ex Patre procedentem*, ut Spiritum sanctum ostenderent verum Deum, sed etiam *ex Filio* ac *per Filium*, aut expressa locutione, aut verbis **112** æquipollentibus, Ecclesiæ Patres data occasione, catholico sensu longe diverso ab Eunomiano et Apollinaristico, docebant : idque

Digitized by Google

*Dominum non in incerto reliquisse*, profitebatur Hilarius, lib. VIII *De Trinitate*, num. 20. Anathematismo nono inter alios, quos ex concilio Alexandrino, anno 430, ad Joannem miserat Cyrillus Alexandrinus, Spiritum sanctum docebat *proprium Filii esse*. Carpit hæc verba Theodoretus in Reprehensione duodecim Cyrilli anathematum, seu in Epistola ad Joannem Antiochenum episcopum : « *Proprium autem Filii Spiritum*, inquiens, si quidem ut *ejusdem cum eo naturæ*, et *ex Patre procedentem* dixit, simul confitebimur, et tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam *ex Filio*, aut *per Filium* exsistentiam habeat, hoc ut blasphemum et impium rejiciemus. » Errasse Theodoretum, adnotat sanctus Thomas, ac viri docti consentiunt quos laudavimus.

Theodoretum arbitrantur alii, pro æstu quo laborabat Cyrillum carpendi, Cyrilli dictis imposuisse *Eunomianum* et *Apollinaristicum* sensum. Neque solum verba anathematismi vellicabat, verum etiam ejusdem anathematismi explanationem, in synodo Ephesina pronuntiatam : *Etsi unigenitum Dei Verbum*, inquiens, *homo factum est, mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens : Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest, proprium habens*. Hæc in ea docebat Explanatione Cyrillus contra Orientalium objecta : quibus hæreticum sensum affingebat Theodoretus nimium subiratus. Rem ita esse, ex ipso Theodoreto addiscimus in Epistola ad monasteria : « Blasphemat (inquiente), et sanctum Spiritum *non ex Patre* ipsum procedere dicens secundum Domini vocem : sed *ex Filio esse*. Iste vero *Apollinarii* seminum fructus est : propinquat vero *Macedonii* (et Eunomii), malignæ culturæ. » *Eunomianum* ergo et *Apollinaristicum* sensum Cyrillo imponebat Theodoretus : ipsumque hoc titulo refutabat, ac si sanctum Spiritum *ex Filio esse* docuisset, *non etiam ex Patre*. Iniquam censuram verba allata elidunt, quibus idem Spiritus *omnia* dicitur *præter solam paternitatem cum Patre communia habere* : ac innumera sunt in ejusdem Cyrilli operibus testimonia de Spiritu sancto a Patre procedente.

Intra limites istos non stetisse Theodoretum, sed Spiritus processionem *ex Filio*, sive *per Filium* omnino negasse, viri docti colligere sibi videntur ex eodem in Epistola ad monasteria testimonio, quod ita in aliquibus codicibus scriptum legitur : *Blasphemat et in Spiritum sanctum, dum non ex Patre solo illum asserit procedere*. Sed ista caret exclusione, *solo*, eadem epistola a **113** Garnerio vulgata in Auctario ad librum Epistolarum Theodoreti, et ejusdem fragmentum epistolæ in synodo V œcumenica collatione 5.

Contra fidem ipsius Theodoreti opponi etiam verba solent, quæ habentur in Expositione Epistolæ ad Romanos, cap. 8, num. 11 : *Docuit nos in his verbis unam divinitatis naturam : sanctum enim Spiritum et Dei appellavit, et Christi. Non quod, ut volunt hæretici exsecrandi, ex Deo per Filium creatus sit : sed quia est ejusdem cum Patre et Filio substantiæ : ex Patre quidem procedit juxta evangelicam doctrinam, ejus autem gratia iis qui digni sunt per Christum suppeditatur*. Quo loco minus accurate disserentem fatemur Theodoretum pro temporis conditione, quo de Spiritus processione non agebatur : eoque præcipue mentem suam direxisse plane constat, ut Spiritum sanctum negaret a *Filio factum*, aut per Filium habere exsistentiam juxta exsecrandam hæresim Eunomii, Macedonii, Apollinarii, *Spiritum sanctum creaturam creaturæ, hoc est ab ipso Filio creatum volentium*, ut ait Augustinus, libro *De hæresibus*, in *Arianis*.

Alia demum Theodoreti afferuntur verba in Expositione primæ ad Corinthios Epistolæ, capite II, ℣ 12 : *Dei nomen in nomen Patris commutat ad excludendam processionem a Filio : sed ipse, qui a Patre procedit, Spiritus occulta mysteria nos docuit*. Hæc non habentur verba in editione Garnerii, ubi sic legimus : *Ostendit Spiritum sanctum non esse rerum creatarum partem : sed suam habere a Deo substantiam... Sed ipse, qui a Patre procedit*, etc. Theodoretum ergo aperte Spiritus processionem ab utroque negasse, nondum constat.

Hunc denique redarguit Aquinas, ac si verba quædam Cyrillo affinxerit, veluti ab ipso scripta, cum alia scripserit longe diversa. In Epistola ad Joannem Antiochenum Theodoretus ait, se *perlegisse Ægyptiacas litteras*, a Cyrillo datas : in eisque dictum inveniri, *Spiritum sanctum non ex Filio, aut per Filium exstantiam habere ; sed a Patre procedere, propriumque Filii dici, quia consubstantialis est*. His ejusdem Cyrilli in Epistola ad Joannem per Paulum Emesæ episcopum missa, paria non sunt, quæ verba leguntur : *Non enim Patres ipsi locuti sunt* (inquit ille), *sed ipse Spiritus Dei, et Patris. Qui procedit quidem ex ipso : nec ob id tamen secundum essentiæ rationem alienus est a Filio*. Fatebatur Cyrillus, procedere Spiritum a Patre : diserte non expressit processionem ejus a Filio : sed ipsum tamen profitetur *non alienum a Filio*. Hæc ita referebat Theodoretus, ac si Cyrillus, ut iniret denique pacem, **114** negaret processionem Spiritus *ex Filio* aut *per Filium* : quod intellige juxta delirium, quod ipsi affinxerat, ab Eunomio, et Macedonio, et Apollinario excogitatum. Hanc inter eos unam agitatam fuisse controversiam, non aliam, verisimillimum est. Quo nihilominus hæretico sensu, quem voces *per Filium* objicere menti poterant, non obstante, neque obstante facta Cyrillo reprehensione per Theodoretum, Spiritum sanctum confiteri Græci maxime Patres perrexerunt, *ex Patre procedere per Filium* : quemadmodum etiam Latini *ex Patre* ipsum, et *ex Filio procedentem* docebant. Vocem *per* adhibuere Græci, ut spirativæ virtutis unitas, quæ Patri inest

Digitized by Google

a se, et Filio communicata a Patre, adeoque unitas principii aut causæ, maxime innotesceret. In usu præpositionis *ex* Latini steterunt, pro certo habentes : quod *sicut Pater et Filius unus est Deus, et ad creaturam relative unus creator, et unus Dominus,* (ut ait Augustinus, libro v *De Trinitate*, cap. 14,) *sic relative ad Spiritum sanctum unum principium : ad creaturam vero Pater, et Filius, et Spiritus unum principium, sicut unus Creator, et unus Dominus.*

VIII. Operæ dispendium non fuerit, catholicam integram doctrinam, quam tributam in partes hactenus explanavimus, compendio simul collectam postremo loco exhibere. In lucro fuerit, si summam hanc objectis iis accommodemus quibus victoriam altera sæculi noni parte contra Latinos nimia præfidentia sibi Photius pollicebatur. Id vero cum egerit luculentissime Joannes Beccus in oratione de unione Ecclesiarum, a num. 36, ejus verba refutationesque satius fuerit exscribere. Id (1) opponit ille in epistola 2, in editione Richardi Montacutii : *Si simplex Spiritus est, ex Patre vero et Filio procedit ; omnino hi una persona reputabuntur, indeque contractio Sabelliana, aut potius Semi-Sabelliana introducetur.* « Scimus communi sententia nostræ Ecclesiæ, (reponit Beccus), dici Spiritum ex Patre et Filio *progredi*, *profundi*, *provenire :* et illius simplicitatem conservari, nullamque inde Patris et Filii contractionem insinuari. Aperta hæc est demonstratio, quod tibi absurdum videtur non sequi, si *ex Patre et Filio* Romani *procedere* tradant. » Pater, et Filius, tametsi duæ personæ, una potiuntur virtute spirandi : unde unum sunt Spiritus sancti simplicissimi principium. Quo etiam modo Pater, et Filius, et Spiritus sanctus unum sunt cujusque effectus ad extra principium ob unitatem virtutis et potentiæ.

(2) *Si ex Patre, et Filio procedit Spiritus sanctus : duplex omnino erit, et compositus.* « Quid hic ais, mi homo?... Etiamsi **115** ille ex Patre, et Filio exsistat naturaliter, et essentialiter, et in hypostasi, propriam tamen simplicitatem non amittit. » Est enim essentialiter simplex : ac præterea ex duabus personis, quæ nonnisi unum principium sunt, simplex ejus hypostasis procedit.

(3) *Si ad duo principia refertur Spiritus sanctus : ubi erit tantumdem decantatus unus principatus?* « At ubi Italus deprehenditur, duo asserens in beata Triade principia? Id non ostendens, palam innotescis odio et non veritate ratiocinans et concludens. » Quid utique inconsideratius, cum palam Latini Patres profiteantur, *a Patre esse, et sua omnia habere Filium :* et hoc ipsum a Patre accipere, ut ab eo perinde ac a Patre, procedat Spiritus sanctus. Tum *primum principium*, tum *prima causa*, tum *Monarcha* non esset *Pater* apud Latinos, si ab illo non procederet Filius ; si ab illo non procederet Spiritus sanctus, sed a Filio solo ; si ab illo non acciperet Filius, ut ab illo quoque procederet Spiritus sanctus.

(4) *Si producit Spiritum Pater, producit vero illum et Filius ; erit Pater et contiguus productor Spiritus, et longinquus propter illius ex Filio productionem.* « An in aliis quoque, quæ tua Ecclesia palam confitetur? Nam si contiguas et longinquas productiones confingit, quia Latinus dicit, Spiritum ex Patre et Filio produci : jam tibi commodum fuerit, et contiguas, et longinquas *profusiones*, *emissiones*, *et suppeditationes* comminisci, quod ista omnia ex Patre, et Filio asserantur. » In processione Spiritus sancti ab utroque, nulla est virtutis mediatio, sed suppositorum.

(5) *Si ex Patre processio Spiritus sancti perfecta est : supervacanea igitur ex Filio.* « Quid respondebis interrogantibus, si ex Patre Spiritus sancti *suppeditatio* perfecta est ; supervacanea igitur erit ex Filio. Verumtamen et perfectam esse ex Patre Spiritus sancti suppeditationem, et nihilominus non supervacaneam ex Filio, propter perfectionem quam ex Patre habet, indubitatum est. » Perfecta est, et perfectissima processio Spiritus sancti a Patre : sed usque adeo inde non abjudicanda est et processio ejusdem a Filio, ut inde potius confirmetur. Nam ex Scripturis, et ex Græcis Patribus, omnia Patris communia Filio sunt, præter privilegium ingeniti, et generandi Filii. At processio Spiritus sancti et ab ingenito differt, et a Filii generatione. Filio ergo communis esse debuit. Annon esset perfecta creatio orbis, quæ a Patre solo proficisceretur? Eccur ergo tribuitur et Filio, et Spiritui sancto? Nempe communis tribus divinis hypostasibus sunt omnia præter paternitatem, et filiationem qua a Patre est Filius, et processionem **116** qua Spiritus sanctus a Patre est, et a Filio ; qui communia omnia cum Patre habet præter paternitatem.

(6) *Si producit quidem et Filius, Spiritus vero productione viduatur ; tenuioris esset facultatis, quam Filius.* « Sed neque Spiritus mittit, ac effundit aut seipsum, aut alium Spiritum, quemadmodum Spiritum mittere ac effundere dicitur Filius. Erit ergo ille propterea tenuioris facultatis, ac Filius? » Uno verbo, tota divina fecunditas ad intra quodammodo in Spiritu sancto expletur. Missionem vero a Becco memoratam intellige proprie dictam.

(7) *Si eamdem Spiritus productionem habet Filius, atque Pater ; communis horum fuerit productionis proprietas. Et quomodo commune erit proprietas?* « Ego porro dico : quanam ratione maxime absurdum tibi videtur, esse aliquod commune Patri et Filio, proprie in ipsis solis consideratum, quod non sit commune Spiritui? Est etenim commune Patri et Filio, quod Spiritui commune non est. Et quod non unius, sed duarum personarum hoc est, commune dicitur et est : quod vero proprie in illis consideratur, et illius particeps Spiritus non est, dicitur eorum proprietas, ut eo dis-

Digitized by Google

linguatur Spiritus ab illis... Nyssenus in Orationem Dominicam manifeste id astruet... κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι, *cum commune sit Filio, et Spiritui sancto non esse absque ortu, rursus est facile differentiam, quæ* ἐν τοῖς ἰδιώμασιν, *in eorum proprietatibus est, reperire.* Adverte animum ad hoc theologi Patris testimonium, et considera : quomodo *proprietatem* duarum tantum personarum vocavit, ex causa eas esse, et quomodo repræsentavit, *commune* esse iisdem duabus personis, absque ortu non esse? »

(8) *Si ex una causa Patre Filius et Spiritus sanctus emanarunt : producit autem rursus Filius Spiritum, producet et Spiritus Filium. Pares enim dignitate utrosque eduxit Pater.* « At manifestum est, non pares dignitate tantum produci Filium, et Spiritum ex Patre : sed et pares dignitate effundi, pares dignitate provenire, pares quoque dignitate emicare. Et ex Filio quidem effundi, qui pari dignitate ex Patre effunditur Spiritus ; et ex Filio effulgere, qui pari dignitate cum eo ex Patre effulget, Ecclesia fatetur : neque tamen admittit, effundi, provenire et effulgere et ex Spiritu Filium, quod eadem dignitate ambo ex Patre sint. » Quid præterea Photio infestius? Ideo enim non potest esse Filius a Spiritu sancto, quia Spiritus sanctus a Filio est : uti a Filio ideo non potest esse Pater, quia Filius a Patre est. Si autem ex adverso Spiritus sanctus non procederet a Filio, quid **117** prohiberet, ne a Spiritu sancto gigneretur Filius? Omnia enim Patris communia sunt Spiritui sancto præter vim illam ipsam, qua Spiritus sanctus a Patre procedit.

(9) *Si communis est Patri, et Filio sancti Spiritus productio, utique illius quoque Spiritus sanctus particeps erit. Omnia siquidem, quæ sunt communia Patris et Filii, eadem etiam referuntur ad Spiritum sanctum. Hinc erit ille causa simul, et effectus.* « Propositio hæc : *Omnia, quæ sunt communia Patris et Filii, erunt etiam communia cum Spiritu sancto*, nullius est eorum Patrum, qui res theologicas nostræ Ecclesiæ tradiderunt... Qui attentius divinas Scripturas enucleant, agnoscunt quædam insita communia Patri et Filio, communia et Spiritui : bona duntaxat quæ naturaliter illis insunt, ut *justitia, bonitas, sapientia*, et similia. Agnoscunt etiam alia, quæ naturaliter insunt Patri et Filio, et non insunt Spiritui : non quod Spiritus non sit ejusdem naturæ, atque Pater, et Filius : sed quod naturales Patris ut Patris, et Filii ut Filii proprietates, non sint communes Spiritui... Itaque Spiritum una simul haberi a Patre et a Filio, naturale est bonum Patris et Filii, sed ut proprietas eorumdem naturalis. Non ideo ergo, quia communicat Filius cum Patre, quod ex utrisque Spiritus sit, communicabit cum eisdem Spiritus, ut et ipse sit ex se ipso. » Rursum ideo *esse Deum, Regem, et Creatorem*, quæ Photius adducit, communia sunt tribus personis, quod relativa non sint, sed absoluta. At spirari, et spirare, spiratorem esse et Spiritum seu spiratum, relativa sunt, non absoluta.

(10) *Egreditur a Filio Spiritus. Hoc unde fando factum accepisti? A quibusnam Evangeliis hanc vocem habes? Cujusnam synodi blasphemum hoc verbum?* Hæc etiam furore percitus Photius aiebat. Latinos solos impetere se simulabat : at iisdem argumentis lacessebat et Græcos omnes, quorum adduximus testimonia. Affirmant illi sane, *Spiritum sanctum a Filio accipere, a Filio mitti, a Filio exire, a Filio dari.* Hæc non idem esse inquiunt illi, ac *a Filio procedere.* Atqui totum hoc est *a Filio procedere*, ut ait Thomassinus, *De sanctissima Trinitate*, capite 31, num. 9. Ut enim Filius *nascendo* a Patre, ita Spiritus a Patre et Filio *procedendo* accipit, mittitur, exit, datur. Nec enim postea, sed statim *nascendo*, vel *procedendo*, accipit quidquid accipit, et habet quidquid habet, Filius, et Spiritus sanctus, a fonte suæ originis. Frustra est ergo Photius, ubi rogat quibus ab Evangeliis habeamus, quod *Spiritus procedat a Filio.* Ab illis enim id habemus, a quibus habemus **118** quod ab ipso Christo de Spiritu sancto dictum est : *Ille de meo accipiet.* Non accipit enim, nisi *procedendo* : ut Filius a Patre non accipit, nisi *nascendo.* Unde et Pater solus a nullo quidquam accipit, quia a nullo est : a nullo mittitur, quia a nullo nascitur, a nullo procedit. Joannes Beccus, in oratione citata num. 57 Epiphanii testimonium affert, verba illa Evangelii, *Ille de meo accipiet*, eodem modo interpretantis in *Ancorato : Si vero Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo*, ἐκ τοῦ Χριστοῦ, *aut ex utrisque*, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, *ut Christus dicit, qui a Patre procedit, et hic ex meo accipiet*, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ Υἱοῦ λήψεται (seu) *ex Filio accipiet.* Cætera demum Scripturarum et Patrum verba, *mitti* Spiritum a Filio, *dari, effundi, suppeditari*, ad sola dona creata coarctari, et ad ipsam non extendi sancti Spiritus personam, absurdum est ac insanum. Vide caput 6, num. IV (12).

(11) Pergit denique Photius in hunc modum : *Quidnam Spiritui, quæso, accedet ab illa de Filio processione ; cum processio paterna ad essentiam sufficiat?* Quid, si rogemus Photium (Thomassini verba sunt); quid accedat creaturæ a creatione per Filium, et Spiritum sanctum, cum creatio per Patrem abunde esset? An dicet, omnia divinis hypostasibus esse communia præter relationes, quibus aliæ ab aliis distinguuntur? Reponemus et nos, omnia ex Scripturis et sanctis Patribus esse Patri, Filioque communia præter paternitatem et filiationem, qua Pater a Filio distinguitur : quia nemo sibi Pater, nemo sibi Filius esse potest. Exinde perspicue colligitur, vim producendi Spiritus sancti esse Patri Filioque communem ; cum ea nihil spectet ad paternitatem et filiationem. Hæc ille. Eadem vero, quæ præcipua Photii argumenta

Digitized by Google

vanissima refutavimus, in ejus etiam epistola leguntur *ad archiepiscopum Aquilciensem*, Latine edita apud Baronium, ad annum 835, num. 5, et apud Combefisium Latine et Græce in *Auctario novissimo*.

## 119 CAPUT IX.

*Gregorius Cyprius patriarcha secedit in monasterium. De abdicanda dignitate pertractat, dummodo testimonium de sua orthodoxia accipiat. Hac de re epistola ab ipso scripta, nunc primum Græce et Latine edita : ejusdemque Notæ chronicæ. Pollicitatio, a Georgio Moschampare facta datis literis, quæ nunc primum Latine prodeunt. Sedem Cyprius patriarchalem dimittit, scripto libello abdicationis, quem multiplici ex capite reprehendit Pachymeres. Athanasius monachus e monte Gano eligitur : mortem obit Gregorius.*

I. Gregorius Cyprius patriarcha, cum id *emendare* suo in Tomo *recusaret, quod palam errasse deprehensus esset ; ac sua pertinacia labem inureret Ecclesiæ*, multorum subiit indignationem. Quin imo *his de causis* (verbis utor Pachymeris, libro II, in Andronico, capite V), *refrigescebat ardens prius imperatoris in eum affectus*. Hujus etiam *suasu* inductus Alexandrinus patriarcha, *auctor fuit Gregorio patriarchalis dignitatis ultro abdicandæ*. Datum consilium ægre tulit : at *fractus animo, rebusque suis diffidens*, (ut narrare pergit historicus, capite 6) *quadam die Dominica, homilia ad populum perorata, multos insurrexisse adversum sese conquestus est :* indicavitque, *se velle cedere*. Audiverat, *Arsenianos jactare, pacem ipsos amplexuros, Gregorius e medio si amoveretur :* unde e re sua censuit, *tantisper secedere, animo duntaxat explorandi, quid sint acturi*. Denuntiavitque palam, *nisi promissis illi steterint, et Ecclesiam turbare desierint, redieturum se, et quidem iratum, et ultorem*.

In *Hodegorum monasterium* secessit : neque tamen *functionibus cunctis patriarchalis dignitatis*, ut fidem videbatur dedisse, *abstinebat. Quin et convenientibus ad eum partis ejus antistitibus, et clericis, synodi celebrabantur, et judicia exercebantur : adeo ut paulatim totam Cyprius Ecclesiæ administrationem reciperet*. Constantinopolin adventaverat Cyrillus ex Tyri episcopatu ad Antiochenam patriarchalem sedem evectus. In eodem Hodegorum monasterio diversorium hospiti præsuli assignatum est : ex quo *recedens Gregorius in hospitium sancti Pauli in Latro transmigravit*. De loco agit Ducangius in *Constantinopoli Christiana*, libro IV, sect. 5, num 22.

II Hocce in loco totus incumbebat (Pachymere teste cap. 7) **120** *in scriptitandas confutationes accusationum, quæ Tomo a se edito intentabantur*. Hæc nos ejus opera recensuimus cap. 8, num. 4. Inter hæc scrupulo angebatur imperator, *an sacra quæ, adjuncta Gregorii patriarchæ publica commemoratione, celebrarentur, sibi ad sanctificationem prodessent*. Hinc *nomen ejus in Synaxibus silentio pressum est*. Hæc habet Pachymeres capite 6, pergitque narrare capite insequenti : petiisse Gregorium *dari sibi ab antistitibus et Augusto testimonium omni auctoritatis firmitate ad fidem plenam munitum, quo illi profiterentur plane se comperisse, Gregorium patriarcham haud unquam in dogmate orthodoxo titubasse : eoque accepto, se vicissim daturum rite conscriptam throni cessionem*.

III. Pachymerianæ Historiæ apprime consonat ejusdem Cyprii *epistola ad amicum* data, quæ nunc primum ex nostro apographo codicis Lugduno-Batavensis in lucem prodit, Græce ac Latine.

*Georgii Cyprii epistola ad amicum.*

Τῶν φίλων τινί. Δέσποτα τιμιώτατε, ἐπειδὴ ἀτραλῶς γνῶναι ζητεῖς, ὡς ἔχει γνώμης περὶ τὸ πατριαρχεῖον ἡ μετριότης ἡμῶν, τοῦτο βεβαίως ἴσθι εἰδώς· ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἄλλως ἐδεξάμην πατριάρχης γενέσθαι, ὅτι μὴ ἐπ' ἐλπίδι τοῦ εἰρηνεύειν τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν, καὶ τὰ μακρὰ καὶ ποικίλα τῆς Ἐκκλησίας σκάνδαλα παύσασθαι. Καὶ δὴ ὡς γέγονα, ἐπὶ τούτῳ καὶ μόνῳ τὴν πᾶσαν ἐμαυτοῦ εἰσῆγον σποδήν. Ὡς δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου οὐδὲν πλέον εἰς εἰρήνην καὶ τὸν ἀρχῆθεν σκοπὸν ἑώρων γινόμενον, διενοησάμην ἐκστῆναι τοῦ θρόνου, καὶ ἄλλῳ τοῦτον παραχωρῆσαι, ἵνα μὴ ἐμὲ πρόφασιν ἔχῃ ἡ τῆς Ἐκκλησίας, ἥπερ τινὲς ἔλεγον, ταραχὴ, καὶ τὰ Χριστοῦ πρόβατα τῆς θείας ποίμνης ἀποσκιρτᾷν. Ὅθεν καὶ ὥσπερ προοιμιαζόμενος, καὶ ὀρράβωνα ὡς ἀντὶ τῆς τελείας ἐμῆς ὑποχωρήσεως τὰ τέως διδοὺς, τῶν πατριαρχικῶν κατῆειν, εἴς τε τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν κατεσκήνωσα, τὴν τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν σκανδαλιζομένων συνάθροισιν ἐκδεχόμενος, ἵν' ὡς εὐπρεπέστατα καὶ εἰρηνικώτατα, καὶ ὡς φίλον Θεῷ, τῇ δι' εἰρήνην ἐμαυτοῦ προθέσει, ἐκείνων συνελθόντων, ἐπιθήσω τὸ πέρας. Ἀλλ' ἐν τοσούτῳ ἀνέστησαν οἵτινες, καὶ ἀνέστησαν θρασέως καὶ ἀμαθῶς κατὰ τῆς ἐμῆς εὐ-

Cuidam amicorum. Domine honorabilissime, quandoquidem certo cognoscere quæris, quænam sit nostræ mediocritatis circa patriarchatum sententia, id certo scias : quod etiam ab initio ut patriarcha fierem, non aliter admiserim, nisi spe adductus pacem afferendi populo Dei, et longis variisque Ecclesiæ scandalis finem imponendi. Et quidem ut factus sum, ita in hoc solo omnem adhibui diligentiam. Ut autem progressu temporis nihil ad pacem, et ad scopum ab initio propositum me proficere viderem ; cogitavi throno cedere, ipsumque alii permittere, ne me Ecclesiæ turbatio, ut aiebant nonnulli, causam haberet, et oves Christi ab ovili divino recederent. Quapropter initium veluti faciens, ac pignus perfectæ cessionis jam dans, de patriarchalibus ædibus descendendo, in Hodegorum monasterio habitationem posui, antistitum et aliorum **121** fratrum, qui scandalum passi sunt, congregationem exspectans, ut quam decentissime, et pacatissime, et sicuti Deo gratum est, huic meæ propter pacem intentioni, convenientibus illis, manum ultimam imponam. Sed interim insurrexerunt quidam, et insurrexerunt audacter et imperite contra meam pacta-

Digitized by Google

tem moventes linguam : indeque ne mendaces, et vani sermones eorum mea secessione veluti confirmarentur (quandoquidem multis videbar quasi convictus, et propria conscientia reprehensus, throno cedere), me ipsum a dicto inhibui proposito, ac rursus principatum veluti de novo assumpsi. Neque certe litigiose, mea veluti pœnitentia ductus, tantam sublimitatem, et gloriæ magnitudinem non dimitto : sed veluti pro meæ stans pietatis nomine, cujus subjectum opus tam purum in me, gratia Christi, et incorruptum servatur, quam in oculatis etiam testibus, ac discipulis Jesu Christi Dei et Salvatoris nostri. Attamen hodieque rursus pro pace, et multorum salute, si eos qui contra meam orthodoxiam garriunt injustissima, pœniteret de hisce mendacibus accusationibus, et hæc tuæ pietati scribere, et fateri voluerint : nihil ultra requiritur. Verus est sermo, et mendacium non est in eo. Nihil, inquam, ultra requiritur, ut ego ascendam statim ad templum Dei maximum, et populum pro concione convocatum, Deo commendem, atque facultatem faciam **122** alium vocandi ad thronum, in eoque constituendi ; qui cum auxilio Dei pacificos illos erga Dei Ecclesiam faciat, et invicem concordes. Sic igitur intentio nostra est, id rursus faciendi ; si qui falso nos accusaverunt homines, postulationem nostram, quæ justissima est, simulque facillima, adimplere prius voluerint. Aliter impossibile est permittere, ut alii Ecclesiæ præsint. Maxime enim, et modis omnibus enitar, ac prohibebo, ne quispiam, me invito, thronum occupare audeat.

σεβείας γλῶτταν κινοῦντες, Ἔνθεν τοι καὶ ὡς ἂν μὴ οἱ ψευδεῖς αὐτῶν καὶ μάταιοι λόγοι τῇ ἐμῇ βεβαιωθῶσιν ὑποχωρήσει, ἢ γὰρ ἂν ἔδοξε τοῖς πολλοῖς ὡς ἁλισκόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενος, τοῦ θρόνου ἐξιστάμενος, ἐπέσχον ἐμαυτὸν τῆς εἰρημένης προθέσεως, καὶ τῆς ἀρχῆς αὖθις ὡς ἐκ νέου ἀντελαβόμην. Οὐ μὲν οὖν ἐριστικῶς, οὐδ' ὡς μετάμελον λαβών, μὴ τοσοῦτον ὕψος καὶ δόξης μεγαλεῖον ἀποβαλοῦμαι· ἀλλ' ὡς ἱστάμενος ὑπὲρ τοῦ τῆς ἐμαυτοῦ εὐσεβείας ὀνόματος, οὗ τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα οὕτως ἀκραιφνὲς ἐν ἐμοὶ, τῇ Χριστοῦ χάριτι, καὶ ἀνόθωτον σώζεται, ὅσον καὶ ἐν τοῖς αὐτόπταις καὶ μαθηταῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Πλὴν καὶ σήμερον αὖθις εἰρήνης ἕνεκεν, καὶ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας, ἐὰν οἱ τῆς ἐμῆς ὀρθοδοξίας ἀδικώτατα κατειπόντες, μετάμελοι ἐπὶ ταύταις γένοιντο ταῖς ψευδέσι κατηγορίαις, καὶ τὰ αὐτὰ τῇ σῇ εὐσεβείᾳ γράψαι καὶ ἀνομολογῆσαι θελήσωσι, οὐδὲν λείπεται (ἀληθὴς δὲ ὁ λόγος, καὶ ψεῦδος οὐδὲν ἐν αὐτῷ), οὐδὲν λείπεται, μὴ ἀνιέναι αὐτίκα εἰς τὸν μέγιστον τοῦ Θεοῦ ναὸν, καὶ τὸν λαὸν ἐκκλησιάσαντα τῷ Κυρίῳ παρατιθέναι, καὶ ἄλλον εἰπεῖν εἰς τὸν θρόνον προσκαλεῖσθαι, καὶ ἀναβιβάζειν, ὃς σὺν ἐπικουρίᾳ Θεοῦ εἰρηνικοὺς αὐτοὺς εἶναι πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ποιήσει, καὶ πρὸς ἀλλήλους συμβαίνοντες, οὕτω τοίνυν ἔχομεν γνώμης καὶ αὖθις πράττειν, ἐὰν οἱ ψευδῆ κατηγορηκότες ἡμῶν ἄνδρες τοῦμὸν αἴτημα, ὅπερ καὶ δικαιότατον ἅμα καὶ ῥᾴστόν ἐστιν, ἐκπληροῦν ἐθελήσωσι πρότερον. Ἄλλως δὲ παραχωρῆσαι τῆς Ἐκκλησίας ἄρχειν ἑτέροις ἀδύνατον. Μάλιστα μὲν οὖν καὶ πᾶσι τρόποις ἐμποδὼν σταθήσομαι, καὶ διακωλύσω, εἴ τις ἄκοντος ἐμοῦ τοῦ θρόνου ἐπιπηδᾷν ἐθελήσειεν...

Mense Maio, indictione secunda, anno 6799, patriarcha dominus Gregorius.

Μηνὶ Μαΐῳ... νβ', ἐν ἔτει ,ϛψιϛ', πατριάρχης κῦρος Γρηγόριος.

Græca verba illa, εἴς τε τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν, eum anonymus ille interpres, cujus Latina translatio cum Græco textu Venetias transmissa fuit Lugduno Batavorum, verterit, ut in apographo nostro legimus, *habitationem ducum viæ*, celeberrimum Constantinopolitanum ignorasse videtur ipse *Hodegorum monasterium* Deiparæ sacrum : ita dictum, ex eo quod imperatores Græci, expeditionem suscepturi in hostes, eamdem prius deprecari Deiparam consuescerent, ut esset illis *viæ comes*, vel potius *ductrix*. Ducangium consule in *Constantinopoli Christiana*, lib. IV, sect. 2, num. 24. Hinc sacra illa ædes dicebatur etiam, *Deiparæ Hodegetriæ*.

Annus 6799 est annus Christi 1291. Litteræ illæ νβ', vocem in ms. mutilam exhibent, quæ scripta fuisse videtur, ἰνδ. β', vel ἰνδικτιῶν. β', hoc est Ἰνδικτιῶνος β', *indictionis secundæ*. Hæc vero *secunda* indictio non convenit anno Constantinopolitano 6799, qui divisus per 15 reddit *indictionem quartam*, qua etiam insignitus procedebat annus vulgaris Christi 1291. Annum ergo in codice expressum 6799 ita corrige ,ϛψιϛ', 6797, Christi 1289, cui *secunda* convenit *indictio*. Jam collige, labente *Maio* ejusdem *anni* 1289 sedem adhuc patriarchalem tenuisse Gregorium.

IV. Disceptabatur, num quod patriarcha postulabat, scribendum foret testimonium de ejus orthodoxia. Canonicum judicium *de* **123** *causa, et fide Gregorii* ab Augusto *liberis synodi suffragiis* primo permissum, tum suspensum denegatumque, refert Pachymeres capite 7. Ejus ergo postulatio in deliberationem vocata. *Ephesinus* et *Cyzicenus* antistites *non sustinebant* (Historici verba sunt capite 8), *declarari eum orthodoxum : quod id nihil minus esse dicerent, quam confirmare in patriarchali throno, quem dejectum inde omnes vellent. Quis enim non videret, simul purgata esset pravæ doctrinæ labes, quæ sola allegaretur ratio depositionis ejus ; perstiturum illum quam optimo jure in dudum accepta potestate ?* Favebat pars altera : *Quid enim mali esset* (inquiebat), *consolari Gregorium, dando illi quod petebat, testimonium ; cum saiis constaret, non tam ex ejus Tomo scandalum multorum ortum, quam ex scripto Marci monachi.* Hæc fuerat opinio episcopi *Philadelphiensis Theo-*

Digitized by Google

*lepti*, qui offensionem omnem ex solo Marci monachi libro pertexere maluit, quam ipsum Gregorium novæ reum hæreseos in tomo traditæ cum Joanne Becco agere, ac fateri. Vide caput 8, num. 4.

Theolepti opinio, ac factio prævaluit. Ad Gregorium mox epistola data, qua Diploma promittitur, quod ipse postulaverat, dummodo firmam reddat de abdicando patriarchatu cautionem. In codice Vindobonensi inscribitur : Ἀναχήρυξις τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ παρὰ τῶν ὑποσχομένων αὐτῷ. In nostro apographo codicis Lugduno-Batavensis legimus : τοῦ Μοσχάμπερ, *Moschamperis*. Epistola nempe est, quam ad patriarcham transmisit Georgius Moschampar, exchartophylax. Græce vulgarunt eam ad Pachymerianam Historiam supplendam Lambecius et Oudinus : Latinam nos addimus versionem.

*Moschamperis epistola.*

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι οὐδέποτε κακὴν ὑπόληψιν εἴχομεν περὶ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου, ὡς ἔστι βλάσφημος, καθάπερ τοὐτό τινες τῶν ἀμυήτων ὑπέλαβον. Ἀλλ' ὀρθοδοξότατον τοῦτον γινώσκομεν, καὶ εὐσεβέστατον. Μόνον δεόμεθα, τὸν πατριαρχικὸν παραιτήσασθαι θρόνον διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην. Καὶ ἐπειδὴ παρ' ἡμῶν ζητεῖ τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ ἀνακήρυξιν ἔγγραφον γενέσθαι, καὶ αὐτίκα κατανεύει τὸν θρόνον παραιτήσασθαι, ζητοῦμεν καὶ ἡμεῖς τινα ἀσφάλειαν πρῶτον (πρότερον) γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. Καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, αὐτίκα καὶ ἡμεῖς πάντες ἕτοιμοι ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, παῤῥησίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, τοῦτον ὥσπερ καὶ τὸν ἅπαντα χρόνον ἦν, εὐσεβέστατον κηρύττειν καὶ ὀρθοδοξότατον, ἐκτιμᾷν δὲ καὶ τοῖς ἀφρόνως καὶ ἀμαθῶς κατ' αὐτοῦ λέγουσι.

Benedictus Deus noster, quoniam malam nunquam de domino nostro patriarcha domino Gregorio suspicionem habuimus; ac si esset blasphemus, quemadmodum quidam ex non initiatis opinati sunt. Ipsum agnoscimus maxime orthodoxum, et piissimum. Solummodo exoramus, ut patriarchalem thronum dimittat propter omnium pacem. Et quoniam a nobis quærit de sua pietate scriptum fieri præconium, ac statim annuit thronum dimittere : nos **124** etiam quærimus, securam prius ab eo dari cautionem aliquam. Quod si factum fuerit, statim nos etiam omnes parati erimus in Christi nomine, scripto et non scripto, publice et privatim, ipsum sicut omni tempore erat, piissimum celebrare, et maxime orthodoxum : eosque punire, qui imprudenter et imperite contra ipsum loquuntur.

Compellatus ergo Gregorius *a missis ab imperatore ad hoc ipsum de promisso abdicationis dando* (verba sunt Pachymeris capite 8), *ille ad id scripto concipiendum haud promptus, omni verborum asseveratione, coram Deo confirmavit : non prius ipsos edituros scriptum, quo sibi decus incorruptæ in dogmate fidei assererent, quam ipse vicissim rite conscriptum abdicationis patriarchatus libellum daret.* Cœtus apud Magnum palatium coactus, *præsente imperatore, præsente universo senatu, clero insuper et monachis præsentibus.* Aderat ipse Gregorius. Tum vero Theoleptus nomine omnium declaravit : *Quem viderent coram adesse patriarcham, eum plane inculpatum circa fidem, et orthodoxum esse : quidquid autem circa eum offensionis exstitisset publicæ, secutæque ex hac ab illo secessionis, totum esse imputandum Commentario Marci, qui procellarum ea occasione concitatarum unica origo, et causa primaria fuisset. Quem Commentarium cum jam palam ipse patriarcha rejecisset, nullam restare de recta ejus fide inoffensaque doctrina dubitandi rationem : quare illum omnes pro recte sentiente, planeque orthodoxo se habere et profiteri.* Ita scilicet iis illudebat Theoleptus, qui illudi volebant.

principalis sacerdotii dignitatem, non mea ipsius promoverunt studia, nec meorum suffragationes amicorum : sed conscendi, ut Deus solus novit. Postquam autem est hoc factum, atque ἕτος ἕκτον ἤδη καὶ πρὸς, *annum jam sextum et quod excurrit*, in hoc sum sacro ministerio versatus; omnia eo mea facta dictaque retuli, ut scandalum passos, et ab Ecclesia divulsos ad pacem reducerem, ipsique unirem. **125** Sed studium hoc meum in contrariam, ac ego volueram, partem acceptum est : ita ut aliqui clamarent, nunquam successuram istam optatam pacem, nisi ego patriarchatu relicto e medio abirem. Non sustinui hærere in loco, sic commissam infestis factionibus cernens Ecclesiam : sed optabilius id ducens, malui fœderatos Ecclesiæ et invicem videre illos, qui prius offensi dissidebant, quam perstare in possessione, gaudereque honore tam illustris principatus. Itaque ad assequendam horum ipsorum in Deo pacem, et animabus nocentium cessationem scandalorum, cessionem facio throni, et principatus patriarchalis, dignitatisque, non tamen sacerdotii. Nam hoc, miserante me Deo, servabo mihi per quantum superest vitæ spatium. Quoniam propter solam multorum pacem, et horum reconciliationem cum Ecclesia, facio talem cessionem : nec mihi sum conscius fecisse quidquam, quod me arceat sacerdotio. Quocirca de reliquo licet, cum Dei beneplacito alium eligi patriarcham, qui thronum in hunc patriarchicum, et principatum sacerdotii evehatur : qui Deo adjuvante, ut rite

V. Gratias Augusto, et universo cœtui Gregorius egit. Abiit, scripsitque *abdicationis libellum*, qui nostro in codice Lugduno-Batavensi asservatur. Offert illum Græce Pachymeres, capite 9, cujus Latina versio a Possino adornata, hæc est : « Me in thronum patriarchalem, et in hanc excelsam

Digitized by Google

juxta canones ordinatus patriarcha, et legitimus sacerdotum princeps, disjunctas Ecclesiæ partes redigere in unum ac coagmentare poterit. Eveniat id utinam, miserationibus magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi exorati, purissimæ Dominæ nostræ Virginis et Dei Matris, ac omnium sanctorum precibus. »

Libellus erat propria patriarchæ manu exaratus : nulla vero *firmatus subscriptione ejus*. Id primum est, quod ibidem reprehendit Pachymeres. Cum præterea *nihil alleget aliud Cyprius, cur cedendum loco putaret, nisi spem conciliandæ isto modo dissidentium pacis* (alia reprehensionis capita prodit historicus), *relinquebat sibi astute jus ad sedem integrum, si* (*quod omnino futurum opinabatur*), *post suum discessum certamina factionum non quievissent. Quidni enim, qui diserte professus esset, haud se renuntiare sacerdotio, quo nulla meruisset culpa privari, legitimum sibi patere ad sedem reditum contenderet?* At imperator, et maxime tunc cuncta miscens Theoleptus, abdicationis libellum, qualis erat cumque, pro sufficientissimo accepere.

Verba illa animadvertenda sunt, ἕκτος ἕκτον ἤδη καὶ πρὸς, *annum jam sextum, et quod excurrit*. Patriarchalem Gregorium conscendisse thronum anno 1283, mense *Martio*, initiatumque sacra ordinatione eodem anno, dieque *undecima Aprilis, Palmarum Dominica*, adnotavimus capite 7, num. 1. *Sextus* ergo sedis ejus *annus* complementum habuit Martio, aut Aprili mense anni 1289. Adhuc **128** supra *sextum* annum *excurrente* tempore, sede sua potiebatur Gregorius : ipsumque *mense Maio* ejusdem *anni* 1289 de sua abdicatione tractatum habuisse, certissimos nos reddit ejus epistola, quam num. 3 descripsimus. Itaque aut cadente eodem mense *Maio*, aut ineunte seu labente *Junio* potuit abdicationis libellum dedisse Gregorius. Petrus Possinus, libro III chronologico in Observationibus, capite 2, num. 5, calculis suis institutis ait : *Abdicationem ejus in annum Christi* 1289, *post medium Aprilem conferri oportere*. Imo mense integro *Aprili*, ac *Maii* parte, sedem tenuisse illum patriarchalem, evincit Epistola num. 3 descripta. « Ponamus ergo licet (sequitur Possinus), abdicationem Cyprii, et secessum ejus in monasterium Aristinæ, mense Maio aut Junio anni modo memorati a Christo nato 1289 accidisse. » Id accidere potuisse, inquio ego : neque tamen posteriorem alium mensem certo rejici posse, satis patefacient, quæ mox dicenda sunt.

VI. Libello abdicationis dato, *se abdidit* Cyprius *in monasteriolum Aristinæ, contiguum monasterio Sancti Andreæ in Crisi, viciniam in talis delectu loci sequens protovestiariæ Raulænæ, in eo Sancti Andreæ monasterio degentis : a qua Gregorius benigne fovebatur, large de suo subministrante quæ illi opus erant*. Hæc Pachymeres narrat capite 10. A De utroque, *Sancti Andreæ monasterio*, ac vicino *monasteriolo Aristinæ*, agit Ducangius in *Constantinopoli Christiana*, libro IV, sect. 5, num. 5, et sectione 7, num. 8. Ad *Raulænam protovestiarissam* plures in codice nostro exstant a Gregorio Cyprio datæ *Epistolæ*.

His defunctus curis, semel ac iterum, plariesque conventus indicebat imperator, in quibus multorum conatus adhibitus est, irrito voto, ad correctionem Tomi a Gregorio editi. Dicta recole capite superiore, num. 4. Factiones in duas Arseniani discissi tumultuabantur : eorumque concordia *synodis frequentibus collectis* procurabatur : « Instabant illi, ut declaratio fieret, Josephum nec verum, nec legitimum fuisse patriarcham. Postu- B labant præterea, damnari dogma Ecclesiæ, quo sanctus Spiritus *ex Patre per Filium procedere* affirmatur. » Alia petebant plura, perplexitatem inextricabilem præferentia, summamque difficultatem. Dimissi rejectique sunt. De novi patriarchæ electione agebatur. Tres communibus electi suffragiis, quorum unus cæteris præferretur. Augusto placebat Athanasius, monachus in Monte Gano, qui tunc diversabatur Constantinopoli. Annuit ille, vocationemque admisit. Varia sparsa in vulgus, quæ hinc in vituperium de ipso, illinc in laudem dicebantur. Hæc omnia serio expensa. *Promotus* ille denique **127** ab Andronico *in patriarcha, se pedes contulit ad divinum templum die* C *decima quarta Octobris : ac paulo post est ordinatus*. Hæc narrat omnia Pachymeres capitibus 11, 12, 13, 14 et 15. In his altercationibus disquisitionibusque Possinus loco citato adnotat, *duo tresve menses fluere* debuisse. Viri docti animadversionem admittere liceat : qua tamen id conficitur omnino, Cyprii Gregorii abdicationem non ita cum Maio Mense aut Junio illigari debere, ut ad ipsum Junium desinentem, aut ineuntem Julium referri non queat. Abdicationis mensem definire tamen non licet.

Diutius vivere Cyprio datum non est : *Languore animique dierum multarum exhaustus*, verbis utor Pachymeris capite 17, *et ut quidam aiebant, ægritudine animi confectus, quod ex olim tam ho-* D *norato, tum se hodie contemptum cerneret ; paulo post vivere desiit*. Infirmam gravemque sui corporis habitudinem testatur ipse in Vita sua. Vide notam 32.

## CAPUT X.

*Errores Græcorum varii de processione Spiritus sancti simul colliguntur : ac primo, Spiritum sanctum per Filium non procedere ex Patre. Aiebant alii, in ejusdem Spiritus processione ex Patre instrumentale ministerium præbere Filium. Præpositioni* per, *originis ordinem, ac omnem efficientiam quidam denegantes, procedere sanctum Spiritum per Filium, perinde esse affirmabant ac procedere cum Filio : Gabriel Severus refutatur. Efficientiam Gregorius Cyprius præpositioni restituens, eum referebat ad quamdam Spiritus sancti æternam exsplendescentiam, a Deitate distinctam.*

Digitized by Google

*Frequentior error est, Spiritum sanctum sumi pro largitione temporali donorum : et hunc esse ex Filio, et per Filium, sicuti a Patre, ac ipso etiam Spiritu sancto. Acta nonnulla in Florentina synodo, ac Decretum unionis.*

I. Dissertationi nostræ, partim historicæ, ac partim dogmaticæ, simul collectis Græcorum commentis de Spiritu sancti processione, ac veluti sub uno repræsentatis intuitu, finem imponimus. Animadversione dignissimum occurrit *Arsenianorum* postulatum illud, quod inter alia refert Pachymeres libro II, sæpe citato in Andronico capite 12 : Ἀθετεῖν δὲ καὶ δόγμα τῆς Ἐκκλησίας, **128** τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· *aboleri dogma Ecclesiæ, quo sanctus Spiritus ex Patre procedere per Filium* affirmatur. Adeo scilicet vocem *ex* et *per* æquipollentia vexabantur Græci adversantes, ut processionem Spiritus sancti, ne cogerentur *ex Filio* fateri, etiam *per Filium* audacissime inficiati sunt ipsorum non pauci.

Novum non erat commentum ab *Arsenianis* excogitatum, sed jam dudum ab errantibus cusum. Rem docet Nicephorus Blemmida in oratione oblata Theodoro Ducæ Lascari, qui Græcorum imperium anno 1255 assumpsit Nicææ in Bithynia. Prostat ea apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tomo I. Hæc habet ille, num. 2: « Καιρὸς δὲ οὐ πολὺς, non diu est, ex quo nonnulli ridicule dicam, an miserrime affecti, dum vellent penitus *ex Filio* tollere, una cum eo sustulerunt *per Filium* : et tantorum Patrum documenta, si qua captionis dabatur ansa, perverterunt (ad temporalem largitionem charismatum eadem referentes) ; sin vero nulla apparebat, tum illa, quæ cum multis aliis non convenirent (aut non convenire ipsis videbantur), rejecerunt. »

Rejiciebant ergo ea Patrum documenta, in quibus ab æterna, ac substantiali, et hypostatica sancti Spiritus processione nullo divelli modo poterant voces διὰ Υἱοῦ, *per Filium*. Commentum istud, Becci et Cyprii patriarcharum, et Andronici Augusti tempore, instaurarunt *Arseniani*, postulantes ut *Spiritus sancti ex Patre processio per Filium* aboleretur : quam scilicet perspicua Patrum Ecclesiæ Græcæ testimonia firmant, *Joannis Damasceni*, sancti *Maximi martyris*, *Tarasii patriarchæ Constantinopolitani*, *Gregorii Nazianzeni*, *Cyrilli Alexandrini*, *auctoris refutationis hypocrisis Meletii*, *et Eusebii Samosatensis*. Patres istos, quamplurimis prætermissis aliis, data ex Historia Pachymeris occasione, superioribus in capitibus laudavimus, eorumque sententias exposuimus et vindicavimus.

II. Postulatum *Arsenianorum* referens Pachymeres, iHos ait postulasse, ut *Dogma Ecclesiæ* aboleretur. Pro *dogmate* igitur *Ecclesiæ* habebat sancti Spiritus processionem ita intellectam, ut *ex Patre procederet* ipse *per Filium*. At schismaticus homo cum esset, nonnisi erroneo aliquo sensu *dogma* illud *Ecclesiæ* intelligebat. Hunc patefacit Joannes Beccus, libro IV, ad Constantinum, n. 3 : « Adversarii posse inquiunt, et *ex Filio*, et *per Filium* processionem dici, atque exsistentiam (Spiritus sancti) : sed eo significatu κατὰ τὸ διήκειν δι᾽ τοῦ Υἱοῦ, quasi *pertranseat per Filium*. Illujusce enim quoque dictionis formatores sunt, non quod *Filius cum Patre uniatur in causa Spiritus*... Sed Filium a Patre separantes, **129** ne videlicet *Pater*, *et Filius* reputentur *duæ causæ Spiritus*, quod nullus unquam pietatis sermo admisit ; malitiose nimis, et admodum impie hoc, *pertransire*, efformantes, in Arianismum infelices præcipitantur : (ac si) *Filius* per hoc, *pertransire*, existimetur in processione Spiritus, *administer Patris*, *aut instrumentum servile* (sine vera efficientia).

In hanc quomodo Græci adversantes prolapsi fuerint impietatem, diligentius explanat Beccus in *Testamento*. Interpretatione Possini prætermissa, pressiore magisque litterali utor ea quam ab Allatio adornatam refert Raynaldus ad annum 1284, ac ipse Allatius vulgavit libro II *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis* capite 15, num. 8, et tomo I *Græciæ Orthodoxæ* : « Illi quippe, qui a Scripturarum examine angustantur, coguntur *per Filium processionem* affirmare Patrum esse sententiam : nec recte in *processionis* ὁμωνυμίᾳ, *homonymia* ambulantes, a Scripturis arctati, *hypostaticam Patris proprietatem* edicunt (seu declarant) *processionem* (cum talis ea tamen non sit). Itaque *ex solo Patre* inverecunde nimis asserentes, *Spiritum* ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, *exsistentiam habere*, omni necessariæ demonstrationis vi contra *ipsam processionem* (quam cæteroqui *per Filium* fatentur), redarguuntur : cum idem sit dicere, *exsistentiam*, quam, ut ipsi aiunt, *ex solo Patre habet Spiritus sanctus*, ὀργανικῶς διῆκον διὰ Υἱοῦ, *instrumentaliter transire per Filium*. (Ac etiam redarguuntur) verbis tantum nudis *proprium Filii* constituere Spiritum sanctum, re tamen vera *alienum ab ipso* : cum nulla fuerit ratio, quæ suadere valeat, *proprium esse Filii quod ex ipso non est*, *aut per ipsum propriam exsistentiam non habet* (nec enim instrumento tribuitur effectus, sed causæ). Hæc itaque duo absurda ac impia dicta (sunt) : *Instrumentali Patri ministerium Filii in processione Spiritus*, Ὀργανικὴ ὑπηρεσία τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρί, et *Spiritus a Filio alienatio*. » Sunt enim Ariana commenta.

Hunc in errorem impegisse Gregorium Cyprium, qui Damasceni textum quoquomodo eludere conabatur, nullus dubito. Ejus enim verba illa : *Pater est per verbum productor Spiritus enuntiatorii aut manifestantis*, ita exponebat in tomo : ut Patres docuerint, *Spiritum per Filium, et ex Filio naturaliter exsistere ; non item per Filium, et ex Filio exsistentiam habere*. Negabat, Spiritum sanctum

Digitized by Google

per Filium, et ex Filio *exsistentiam habere*, quia nullam in Filio vim fatebatur activam ad exstantiam Spiritus sancti : sed hunc tamen ex Filio *esse*, et *per Filium* aiebat, quia Filius **130** instrumentale quoddam in ejusdem processione ministerium præbere dicebatur, ac si per ipsum virtus spirativa Patris transiret. Hoc illud *Ecclesiæ dogma*, imo commentum iniquum, mihi videtur, quod Pachymeres in *processione æterna ac substantiali* sancti Spiritus *per Filium* cum aliis Græcis fortasse tenebat : unde Arsenianis adversum præbet sese, qui processionem ejus *ex Patre per Filium* abolendam postulaverant. In hac hæresi non stetit Cyprius Gregorius : aliamque excogitatam ab eo, ut quoquomodo testimonium Damasceni exponeret, suisque fucum faceret, dictum jam est, et adhuc infra dicendum.

Utut vero *homonymia* sit in vocabulo *procedendi*, similibusque, nec eadem notione perpetuo sumantur illa ; ubicunque tamen de *Spiritu* dicuntur, quando *ad Filium* idem Spiritus *refertur*, minime significant aliud, quam cum ipse *ad Patrem comparatur*. Etenim pleraque antiquorum Patrum allegavimus testimonia, ac multo plura præsto forent in quibus expressum est, *Spiritum sanctum esse a Filio*, et *prodire per ipsum ;* vel *ab utroque procedere Patre et Filio ;* vel *substantialiter ex ambobus esse, id est ex Patre per Filium profundi*. Petavium consule libro VII *De Trinitate*, capite 18 num. 5.

III. Eadem verba, *per Filium*, ad æternam ac substantialem sancti Spiritus referentes processionem, ita nonnullis ea intelligere placuit ac si idem denotarent, atque *simul*, seu *una simul cum Filio*. Errantibus hisce Cyprius ipse Gregorius opposuit sese in *Apologia*, quam recensuimus capite 8, num. 4. interpretationem evincit commentitiam Joannes Beccus libro IV, ad Constantinum num. 4. « Namque si *per Filium* procedere Spiritum sanctum, idem sit ac *simul cum Filio* procedere ipsum a Patre ; qua ratione in illius processione Filius partes habet ? . . . Quænam artis grammaticæ curiosa indagatio (firmaverit) earum præpositionum transumptionem ? Nullum hujusce rei *apud profanos* reperiri poterit unquam exemplum : sed nec apud nos, qui diviniorem philosophiam colimus, ullus est qui loco illius, *cum*, præpositionem *per* accipi tradat ; quemadmodum (e contra) *ex*, et *per* apud Basilium, Cyrillum, et Gregorium Nyssenum, magnos quidem viros, mutuam unius pro alia acceptionem invenies. Id vero concedatur : (in catholicum dogma nihilominus concedere adversarios oportet). Namque dictio, *Productor per Verbum*, cujus divinus Damascenus auctor est, *causam* hac ratione *cum Filio Patrem* comprobat : adeoque comprobaverit *Patris*, *et Filii unionem in causa Spiritus*. Hinc vero (prædicta **131** non admissa Patris, et Filii unione in causa Spiritus sancti), absurdum sequeretur omnium maximum : scilicet *Filium quoque procedere*. Etenim si *cum Filio* procedit Spiritus sanctus, fieri nequit, ut Filius quoque procedens non sit, et dicatur : veluti si quis *Filium generari cum Spiritu* diceret, *Spiritum ipsum generari* et intelligi et dici confirmaret. » Vim præpositionum duarum, διὰ *per*, et ἐξ vel ἐκ *ex*, amplissime declarat Petavius citato libro VII, capite 17, a num. 2.

Ad hunc redigi locum potest Gabrielis Severi Philadelphiensis objectio, quæ prætermittenda non est. « Si *per* præpositio (inquit) eamdem vim et significatum haberet in divinis personis, quam habet *ex*, diceretur Spiritus sanctus *per Patrem*, et *ex Filio* procedere : sed hoc nunquam apparuit, neque auditum est, neque a divina Scriptura, neque a sanctis Patribus. Propterea *per*, præpositio in divinis personis non habet eumdem significatum, et vires quas habet præposito *ex ;* sed magna est earum differentia. » Ex Josepho Briennio desumpta hæc sunt in oratione 10 de Trinitate. Lucidissime objectionem convellit Leo Allatius in *Vindiciis Ephesinæ synodi*, capite 64.

Hæc profero pauca. Ac primo præpositionem *per* locum habere in Patre et Filio, ac utriusque vim activam, aut efficientiam significare, cæteris antiquis Patribus brevitatis causa omissis, disertissime docet Cyrillus Alexandrinus, libro I in Joannis Evangelium, capite V ; ad illa verba, *Omnia per ipsum*, δι' αὐτοῦ, *facta sunt*, sic ait : « Quod si existiment illud δι' οὗ, *per quem*, de *Filio* dictum, substantiam ejus de æqualitate et naturali similitudine cum Patre dejicere ; ita ut *minister* sit potius, quam *creator :* ad se redeant insani, et in medium prodeant nobis responsuri, quidnam de *ipso Patre* tandem cogitaturi simus, et quemnam ipsum suspicaturi ; cum pateat verba illa, *per quem*, ipsi etiam (Patri) a Scriptura divina accommodari. *Fidelis enim Deus* (inquit I Cor. I), δι' οὗ, *per quem vocati estis in societatem Filii ejus*. Et (ad Ephes. I.) διὰ θελήματος Θεοῦ, *per voluntatem ejus*. Et (ad Galat. IV) *Itaque jam non est servus, sed filius : quod si filius, et hæres* διὰ Θεοῦ, *per Deum*. Omnia quippe hæc referuntur ad personam Dei ac *Patris :* neque sane eo dementiæ quisquam venerit, ut *ministrationis* nomen, et rem etiam de ipsa *Dei et Patris* majestate consentanee dici velit ; ex eo quod etiam illud, *per quem*, δι' οὗ, de ipso dictum est : « *Vides particulam* per (verba sunt Allatii), *Deo Patri, et non tantum Filio attributam : neque ideo a naturali dignitate Patrem decidere. Dicet* **132** *Severus, hæc de operationibus ad extra pronuntiari. Quid tum ? Ergone tum Pater amittit, ut sit prima et absque principio causa rerum, adeo ut non possit de illo affirmari, ex Deo, et ex Patre ? Minime gentium. Nam etiam tum illi non minus convenit præpositio*, ex. *Illud tantum concluditur, in divinis personis eumdem habere significatum, et eamdem vim, ambas hasce præpositiones* ex *et* per.

Digitized by Google

Quid? quod de ipsa Cyrillus æterna, ac substantiali agens processione, Spiritum sanctum æque *per Patrem*, *perque Filium* procedere, nos docet *de recta fide ad reginas*, tomo V, parte II, pag. 172 : « Ipsa vivificatio (inquiens), vel exsuscitatio non ad ipsam corporis naturam, licet illud Verbo ex Deo genito proprium exstiterit, sed potius ad supremam illam virtutem, hoc est eam naturam jure merito referenda est, quæ omnem excedit creaturam, sicut in persona Dei Patris, ex quo πέφυγεν prodit Filius per omnia illi æqualis, et consubstantialis : Πρόεισι δὲ δι' ἀμφοῖν, *procedit autem per utrosque* et vivificus quoque Spiritus. » Perspicue patet, præpositionem *per* accommodatam Patri, eumdem habere significatum cum præpositione *ex* : eumdemque in loco Cyrilli habere significatum accommodatam Filio.

Cur ergo non dixere Patres *per Patrem ex Filio Spiritum?* Ne scilicet *medius Pater* inter Filium intelligeretur, et Spiritum sanctum : quemadmodum inter Patrem et Spiritum sanctum *medius est Filius;* unde *per ipsum* procedere *ex Patre* dicitur Spiritus sanctus. Insignem recole doctrinam Gregorii Nysseni in Epistola ad Ablavium, capite 5, num. III (5) illustratam : nimirum in Deo *aliud esse causam, et aliud ex causa : et in eo quod ex causa, aliud esse citra medium ex primo, et aliud esse per id quod citra medium ex primo est.* Adde sancti Thomæ sæpius memorata documenta, tradentis : Habito respectu ad principium activum, sive ad virtutem spirandi, *immediate* Spiritum sanctum *esse a Patre et a Filio*, vel *per utrumque :* habitoque respectu ad supposita duo, *Patris* et *Filii*, quibus una inest spirandi virtus, *mediationem* locum habere, qua Spiritus sanctus procedere dicitur, non *ex Filio et Patre*, neque *per Patrem a Filio ;* sed *a Patre per Filium*, vel *a Patre et a Filio.*

IV. In eo non stetit errore Gregorius Cyprius, quo Spiritus sancti *processionem per Filium* ad ejusdem *Filii ministerium* quodammodo instrumentale referebat. Invecta præterea ejusdem sancti Spiritus per Filium processione, non *ad exstantiam*, sed *ad æternam exsplendescentiam*, sanctorum Patrum, maximeque Joannis **133** Damasceni testimonia interpretabatur, aut potius corrumpebat. Verba ejus ex tomo dedimus capite 8, num. 2. *Si vero*, inquientis, *a summo theologo Damasceno reperiatur dictus Pater* διὰ Λόγου προβολεύς, *productor per Verbum; haud plane ista locutio significare vult sancti Spiritus* εἰς τὸ εἶναι πρόοδον, *processionem in exstantiam : sed* εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν, *in æternam exsplendescentiam.* Hanc scilicet excogitavit *æternam explendescentiam*, a Deitate distinctam : eamdemque, tametsi foret tribus divinis personis communis, nomine Spiritus sancti appellabat : *Quoniam nihil novi est*, (inquiens,) *neque ab usu Scripturarum alienum, si spiritale donum æquivoce Spiritus sanctus vocetur; et actio aliquando sibi nomen agentis adsciscere videtur, ut solis splendor aut lumen sæpenumero solis.*

Impium istud commentum nil esse aliud, nisi præformatam Gregorii Palamæ hæresim, adnotavimus citato capite 8, num. 2 et 3. Hinc novæ hæreseos Cyprium reum Joannes Beccus accusabat. Ipse Pachymeres nomine suo aliorumque schismaticorum aiebat, nequaquam se capere quid sibi vellet Cyprius : quærebatque, *monstrari sibi discrimen processionis, ac æternæ exsplendescentiæ.* Notum quippe, compertumque erat, divinarum personarum *emanationes ad exstantiam* frequentius appellari a Patribus *exsplendescentias*, et *effulsiones;* utpote quibus divina natura a Patre in Filium, et a Patre Filioque propagetur in Spiritum sanctum.

V. Joannis Becci videlicet disputationibus nimium pressus exagitatusque Gregorius Cyprius, novas cudebat hæreses, alienam a confessione catholici dogmatis mentem gerens pertinacissime. Sed ante hæc certamina communi Græcorum errori adhærebat ille, sancti Spiritus processionem *a Filio*, aut *per Filium* referens ad missionem temporalem, quam putam puramque donorum aut charismatum largitionem intelligebat. In eo *Antirrhètico contra Beccum sermone*, quem a Cyprio scriptum fuisse ante indeptam patriarchatus dignitatem, capite 6, num. 2, adnotavimus, totus est, ut Spiritus processionem a Filio, vel per Filium in ejusdem temporali *manifestatione, ostensione, præbitione*, ac *missione* constituat; ac Spiritus sancti nomen pro *dono effuso, pro gratia donata, pro operatione ad extra*, quæ sanctissimæ Trinitati communia sunt, accipiendum suadeat.

Hujusce levitas interpretationis, ac falsitas, et absurditas vel ipsi innotescebat Gregorio Cyprio, qui Becci disputationibus coarctatus, ab ea recessit: novasque hæreses inducere coactus est, vel *ministerii instrumentalis*, quod in æterna processione præstet Filius : vel *æternæ cujusdam exsplendescentiæ*, a Divinitate distinctæ, **134** quæ a Filio, sicut a Patre, et a Spiritu sancto, producatur. Primos ejusdem interpretationis auctores diximus Monothelitas, qui *Spiritum sanctum ex Patre procedentem* aiebant, *et per Filium micantem, videlicet hominibus.* Paria verba occurrunt in genuina Gregorii Neocæsariensis brevi Expositione fidei : *Unus Spiritus sanctus, ex Deo exsistentiam habens :* καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *et qui per Filium apparuit, scilicet hominibus.* Falsatum locum pro certo habet Lequienus in dissertatione Damascenica I, num. 48, adjectis vocibus illis, *scilicet hominibus.* Rufinus in sua Eusebii Latina translatione, libro VII, capite 25, integram illam Expositionem refert sine additamento : *et qui per Filium apparuit.* Perinde est, atque *per Filium procedit*, veluti εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ, *imago Filii*, ut ibidem ait Thaumaturgus, in qua exsplendescit



Digitized by Google

Filius; quemadmodum et Filius est imago Patris, quæ Patrem repræsentat. Hinc verissime dictum, Filium per generationem, et Spiritum sanctum per processionem *apparere, exsplendescere, effulgere*, salva imaginis ratione in Filio propria, minus propria in Spiritu sancto.

In hoc vetusto Monothelitarum errore versabatur Photius. Ipsum Michael Cerularius amplexus est : eique frequentius inhæret schismaticorum factio. Duplicem igitur distinguere Græci solent *sancti Spiritus processionem*, ut Allatius declarat in *Vindiciis Ephesinæ synodi*, capite 47, alteram *sempiternam*, et alteram *temporariam, et propter nos, et ad hanc vel illam creaturam.* Inquiunt vero, *secundum primum progressum, eum scilicet quo exsistentiam Spiritus habet*, procedere ipsum ex solo Patre : secundum alterum, *communicativum scilicet*, non solum ex Patre dici Spiritum sanctum, sed etiam ex ipso Filio. Et aiunt denique, *hanc communicativam gratiam non tantum communem esse Patris, et Filii, sed ipsius etiam Spiritus : et juxta illam dici tum ex Patre mitti Spiritum sanctum et a Filio, tum ipsum Spiritum sanctum ex se ipso venire.* Patrum testimoniis, quæ bene multa congessimus, repugnat error. Insipientia quoque fuerit, tot Ecclesiæ Patrum, scriptorumque clarissima verba, ac documenta luculentissima quæ *Spiritum sanctum progredi a Filio* enuntiant, figurate tantum ac improprie intelligere omnia : quo tamen sensu accipienda forent, cum revera ac proprie nonnisi creata dona et charismata sint, quæ nomine *sancti Spiritus* præter fas omne insignita, *a Filio prodiantur*, simulque a Patre, ac ipso etiam Spiritu.

In concertationibus, quas cum Becco et sociis habuere ejus ætatis Græci, testimonium sancti Cyrilli objectum video, veluti sumptum **135** ex ejus *oratione de sanctissima Triade* : quo Spiritus sanctus *procedere* dicitur *ex Patre, hoc est ex essentia Patris : non generatione, quemadmodum Filius : sed processione, ut dictum est, ex solo Patre, veluti ab ore ; sed qui comparuit per Filium, locutusque est in universis sanctis apostolis, et prophetis : nihilominus, uti dixi, ex essentia Patris et Filii exsistens, et ejusdem cum Patre et Filio essentiæ.* Hanc Cyrilli sententiam diligentissime expendit Leo Allatius in *Vindiciis Ephesinæ synodi*, capite 65, Joannes Beccus et Constantinus Meliteniota genuinam exstare Cyrilli *Orationem de Trinitate*, nihil hæsitantes inficiati sunt : proque commentitia allatam pericopem rejecerunt. Hæc sane repugnantibus dictis confecta est. Dicitur nempe Spiritus sanctus *ex essentia Patris*, itemque *ex essentia Filii exsistens* : quomodo ergo *ex solo Patre* procedit ? Verba illa, *ut dictum est, uti dixi*, quidpiam indicant, quod superius dictum, repetat auctor : at nihil hujusmodi in eo loco apparet. Dixerat prius, *procedere* Spiritum *a Patre :* repetit vero *ex solo Patre, veluti ab ore ;* quæ aut scriptorem ignarum, aut manum interpolatricem satis produnt. Cujuscunque vero fuerit scriptoris ea oratio, utique verba illa, *ex solo Patre*, causam indicare possunt, quam Græci vocant προκαταρκτικήν; et causam etiam Filium, unam eamdemque cum Patre, non excludunt. Sed illa demum quoque verba, *qui per Filium apparuit*, exstantiam Spiritus sancti a Filio, vel per Filium sine dubio significant ; cum in divinis *apparere, exsplendescere, effulgere* perinde sint, ac Filium generari a Patre, et Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere.

Insignem addo Aquinatis animadversionem : qua divinæ Scripturæ silentium expenditur, a Græcis denique objectum. Sic enim ait ille 1 p., quæst. 36, art. 2, ad 1 : « De Deo dicere non debemus, quod in sacra Scriptura non invenitur, vel *per verba*, vel *per sensum.* Licet autem *per verba* non inveniatur in sacra Scriptura, quod Spiritus *procedit a Filio ;* invenitur tamen quantum *ad sensum*, et præcipue ubi dicit Filius Joan. xvi de Spiritu sancto loquens : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Regulariter etiam in sacra Scriptura tenendum est, quod id quod *de Patre dicitur*, oportet *de Filio intelligi*, etiamsi *dictio exclusiva* addatur ; nisi solum in illis, in quibus Pater et Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matth. II dicit : *Nemo novit Filium, nisi Pater*, non excluditur, quin *Filius* seipsum cognoscat. Sic igitur cum dicitur, quod *Spiritus sanctus a Patre procedit*, etiamsi adderetur, quod **136** *a solo Patre procedit :* non excluditur inde *Filius.* Quia quantum ad hoc, quod est *esse principium Spiritus sancti*, non opponuntur Pater, et Filius : sed solum quantum ad hoc, quod *hic est Pater, et ille Filius.* » Ampliora superius jam dedimus.

VI. Errores varii, quos mediæ ætatis Græci circa sancti Spiritus processionem *a Filio*, vel *per Filium* excogitarunt, Græcos etiam ævi sequioris ac recentes traxerunt in partes. Locus est insignis, inter Acta synodi Florentinæ Græco-Latina, sessione 22. Basilii textum ex homilia de baptismo, sive de Spiritu sancto legebat Marcus Ephesius hoc modo : *Non enim accipimus a Spiritu aliqua,* ὥσπερ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, *quemadmodum a Filio Spiritum.* Vocem Πνεῦμα in recto casu accipiendam contendebat *Joannes de Monte Nigro*, provinciæ Lombardiæ præfectus ordinis Prædicatorum, ipsumque textum ita Latine vertendum, *quemadmodum a Filio Spiritus.* De genuina Latina versione accuratius agere prætermitto ; cum eam homiliam inter opera falso ascripta Basilio novissimus editor Julianus Garnier amandaverit.

Sensum, quo textum intelligebat Ephesius, validiori brachio ut rejiceret idem Joannes, quærebat : *An Spiritum ipsummet sanctum hominibus communicari asseveret, an dona duntaxat ipsius ?* Reponebat Marcus : *Dona concedi, quæ per se subsistentia non sint, veluti Filius, et Spiritus :* Instabat Joannes : *Num Spiritus iste, qui datur a Filio, creaturne*

Digitized by Google

sit, *an creatura;* num etiam dona ejus, et operationes sint creata, an ipse creator Spiritus? Conticuit Ephesius. Tum vero *imperator veritus, ne* εἰς ἄλλο δόγμα *in aliud dogma sermo dilaberetur*, (scilicet) *in quæstionem* περὶ κτιστοῦ, καὶ ἀκτίστου, *de creato et increato, jussit hanc disputationem omitti.* Verissima Michaelis Lequieni animadversio est in Panoplia contra schisma Græcorum sæculo XIII, cap. 3, num. 12, et cap. 4, num. 20, in eam Græcos etiam recentes aliquos abiisse Cyprii Gregorii, ac postea Gregorii Palamæ absurditatem de *æterna extra Deum exsplendescentia*, sive de *Lumine quodam sempiterno*, a divina essentia distincto: quod *Spiritus sancti* nomine appellantes, istud utique, non ipsam sancti Spiritus personam, proficisci *a Filio*, aut *per Filium* aiebant, æternam ejusdem Spiritus processionem, quam docebant Patres, absurdissimo commento eludentes. Alio steterunt, ac persistunt frequentius in errore Græci, qui temporalia sancti Spiritus dona pariter insigniunt ipsius divini Spiritus nomine, et hanc donorum temporalem largitionem intelligendam, figurate scilicet ac improprie, *processionem* arbitrantur, a Patribus perpetuo traditam, *Spiritus sancti a Filio*, sive *per Filium*. Silentium **137** ergo imposuit Græcus imperator. Cavebat enim, ne novis dissidiis differretur unio, aut impediretur: neve in disputationem Marci Ephesii dictis advocatis, palam fieret, Ephesium, compluresque e suis ad absurda commenta rediisse utriusque Gregorii, Cyprii et Palamæ.

Definitionem synodus Florentina denique tulit sessione 25, qua inter utramque Ecclesiam, *Occidentalem et Orientalem*, concordia statuta est. Catholicum de sancti Spiritus processione dogma his verbis enuntiatur: « Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille *de divina Spiritus sancti processione* summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum *Orientalium et Occidentalium*: aliquibus quidem *ex Patre, et Filio*: quibusdam vero *ex Patre per Filium* procedere dicentibus Spiritum. Et ad eamdem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis: Græci quidem asseruerunt, quod id quod dicunt *Spiritum sanctum ex Patre procedere*, non hac mente proferunt ut *excludant Filium*: sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum *ex Patre et Filio* procedere, tanquam *ex duobus principiis, et duabus spirationibus;* ideo abstinuerunt a dicendo, quod Spiritus sanctus *ex Patre procedat et Filio*. Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere, *Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere*, ut *excludant Patrem*, quin sit *fons ac principium totius deitatis*, Filii scilicet ac Spiritus sancti: aut quod id, *quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat:* sive quod *duo ponant esse principia*, seu *duas spirationes*: sed unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam, et Deo amabilem, eodem sensu, eademque mente, unionem unanimiter concordarunt, et consenserunt. In nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante concilio, definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur: quod Spiritus sanctus *ex Patre et Filio æternaliter est; et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio; et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, et unica spiratione procedit.* Declarantes quod id, quod sancti doctores et Patres **138** dicunt, *ex Patre per Filium procedere* Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit: ut per hoc significetur, *Filium* quoque esse secundum Græcos quidem *causam*, secundum Latinos vero *principium* subsistentiæ Spiritus sancti, sicut et *Patrem*. Et quoniam omnia quæ *Patris* sunt, *Pater* ipse *unigenito Filio* suo gignendo dedit, præter *esse Patrem*: hoc ipsum, quod *Spiritus sanctus procedit ex Filio*, ipse *Filius a Patre* æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus est. » Multiplices errores, quibus laborabant Græci, silentio pressi sunt: quod est vero dogma fidei *de Spiritus sancti æterna processione*, erroribus cunctis adversum, œcumenica synodus definivit.

Digitized by Google

# DISSERTATIO SECUNDA

## HISTORICA ET DOGMATICA

De additione vocis, *Filioque*, ad Symbolum : deque vano inde sumpto Græcorum scissionis prætextu.

### 139 CAPUT I.

*Joannis Becci patriarchæ Constantinopolitani judicium de additione vocis, « Filioque, » expenditur contra Georgium Pachymerem. Hujusmodi additamenta vindicantur exemplo Symboli, quod apostolorum dicitur, eratque in usu in Occidentis et Orientis Ecclesiis. Itemque Symboli Constantinopolitani, quod est Nicænum additionibus auctum, ab aliis Ecclesiis usu receptum, non ab aliis.*

I. Florentina synodus œcumenica in decreto unionis, constituto sancti Spiritus ex Patre Filioque processionis dogmate, hanc subjicit definitionem : *Definimus insuper, explicationem verborum illorum*, Filioque, *veritatis declarandæ causa, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter fuisse appositam.* Voce illa, *Filioque*, nullam proprie in Symbolum Constantinopolitanum invectam fuisse additionem, Florentini Patres docent : ac unam in eadem, quam dicimus additionem, contineri aptissimam verissimamque expositionem articuli, quo credere Spiritum sanctum profitemur *ex Patre procedentem.* Latinos culpæ ob istud additamentum reos agere, sæculo octavo desinente, cœperunt Græci ex Iconomachorum secta : ex eoque scissionis prætextum, utique vanissimum, sumpsere schismatici sequiores.

Joannem Beccum, quem strenuum catholici dogmatis vindicem superiori vidimus in dissertatione, veluti prædictæ additionis reprehensorem exhibet Georgius Pachymeres semel ac iterum. Sic enim ait in Michaele Palæologo, libro v, capite 16 : « Inter hæc Beccus lectis libris observabat multa, quæ conventionem Ecclesiarum multo quam putarat, expeditiorem ostenderent : quippe cum inde constaret, summam demum peccati Latinorum in *additamento* verbi unius ad Symbolum consistere. » Possini hæc versio est. Textus Græcus habet : Ὡς μηδὲν πλέον τολμησάντων τῶν Ἰταλῶν ἴσως, ἢ τὸ ἐπὶ τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι ; *Nihil amplius ausos* **140** *fuisse Latinos, quam addere ad Symbolum, cognoscens.* Audaciæ crimen incusatur. Graviora sunt, quæ idem Pachymeres habet in Andronico libro I, capite 9 : « Studebat persuadere (Beccus), solum se voluisse purgare crimen : non illud proprium Latinorum, in quod ipsos additione ad Symbolum prolapsos fatebatur, gravissime peccando contra disciplinam ; non tamen a fide aberrando. » In Græco textu legimus : Ἀλλ' οὖν τῷ τολμῆσαι προσθεῖναι τῷ Συμβόλῳ τὴν λέξιν ἐγκλη-

A μα κεῖσθαι τὸ μέγιστον. Ita locutum fuisse Beccum in Disceptationibus, quæ suo tempore cum Græcis adversantibus habitæ sunt, adduci Possinus non potest in Notis, ut facile credat : putatque, aliquam fortasse in æstu disputationis pro dogmate concessionem, ut fieri solet, admissam, plus justo amplificatam referri abs schismatico historico.

Genuinam suis in operibus mentem suam aperit Beccus. In oratione 2, de injusta sui depositione apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tomo II, refert Petri Antiocheni patriarchæ ex ejus epistola ad Michaelem Cerularium, quam integram typis vulgavit Cotelerius, verba illa : *Si in additione Symboli corrigantur* Latini, *nihil præterea postulaverim.* Ait vero Beccus ibidem, num. 4 : « Ego plane eum (Petrum Antiochenum), quod *videbatur in additione delictum*, facili negotio neglecturum existimo, si vel pusillum pacis spiritum in eo, ad quem litteras dabat (Michaelem Cerularium) contineri prospexisset. » Nimium irato Cerulario indulgens Petrus, corrigendam proponebat Symboli additionem, quam ipse facile neglexisset, teste Becco.

In Apologia sui ipsius veterem, quæ medio circiter sæculo quarto orta est, controversiam memorat *de una, vel tribus in Deo hypostasibus*, ea demum ratione compositam, quod dissidium esset de verbis, non de veritate mysterii. Hocce Beccus exemplo utitur, et ait num. 4 : « Ego quidem opinor non esse pluribus opus ad demonstrandum, nos non male, sed tuto Romanæ Ecclesiæ defensionem suscepisse, *in dictionibus* discrepantiam negligentes, et arripientes quæ in sententia est concordiam, propter pacem. » Hæc vero qui aiebat, minime *maximum* in additione, *Filioque*, nosse delictum poterat, quod veluti ab eodem Becco reprehensum narrat Pachymeres. Luculentiora sunt, quæ paulo infra disserit : « Nos etiam cum tutamur *Romanam Ecclesiam*, tantumdem tutamur, ut eos qui a principio ad hæc usque tempora in *fidei Symbolo* recitant, *ex Patre Filium procedere*, μεταστῆσαι *adducamus* ut recitent, *ex Patre Filioque procedere*. . . non dictioni, sed sententiæ totum negotium pacis indulgentes. »

**141** Hinc sine dubio factum, ut in synodo Lugdunensi œcumenica, anno 1274 celebrata, nullius vinculo criminis propriam constringi censuerint conscientiam Germanus imperatoris Michaelis Palæologi legatus, ac pridem patriarcha Constantinopo-

Digitized by Google

leos, quive alii cum ipso erant Græci antistites, Symbolum alta voce, semel ac iterum, coram palamque recitantes inter missarum solemnia cum illis vocibus, *qui a Patre Filioque procedit*. Hujusce additamenti historiam texere, ejusdemque ab omni labe immunitatem demonstrare, vanumque inde sumptum scissionis prætextum evincere operæ pretium est, chronologica rerum serie diligentissime servata. Laudati Becci sententiam præmitto : « Cæterum interea scio (inquientis oratione 2, de injusta sui depositione num. 6) nonnullos *additionem in Symbolo* culpæ obnoxiam facere ; non quod pietatis puritatem commaculet : sed quod utcunque facta sit, gravem peperit et periculosam offensionem. Et si quis altius curiosiusque res perpendet, *additionem hanc* nunquam offensionis causam originemque fuisse : sed inter alias, atque alias ex tempore varietatum atque eventuum causas offensionum, alio atque alio tempore, et variis rerum cursibus et perturbationibus enatas, *hanc quoque additionem*, veluti simultatis abortum, temere projectam reperiet. » Rem ipsam aggredior.

II. Commune illud occurrit Symbolum, dictum *apostolorum*, quo uno ante synodum Nicænam utebatur catholica Ecclesia in Occidente et Oriente Intemeratum illud, ut ab initio prodiit, ac nulla tametsi rectam fidem explicante auctum voce, ad sæcula plura servavit Romana Ecclesia. Illud est : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.* Cum Symbolo Ecclesiæ Aquileiensis et Orientali communi comparatum a Rufino dabimus infra cum animadversionibus.

Pari formula utebantur aliæ in Italia Ecclesiæ. *Ravennatensem* profert Petrus Chrysologus in sermonibus quos habuit in Symbolum apostolorum : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos,* **142** *et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, et remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam.* Postremas duas voces adjunctas vides. Hisce minutam Ecclesiæ suæ formulam exhibet Maximus *Taurinensis episcopus* Homilia in traditione Symboli ; nempe : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.*

Nonnullis aucto additamentis utebatur Symbolo Ecclesia *Aquileiensis*. Posteris illud servavit Rufinus in ejusdem Symboli Expositione. « Credo in Deum Patrem omnipotentem, *invisibilem, et impassibilem*. Et in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus, *descendit in inferna*. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum ; sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum ; *hujus* carnis resurrectionem. » Addimenta Aquileiensia tria patent. Rufini animadversiones accipe. Ait primum : *Additur, invisibilem et impassibilem*. Quippe *sciendum est, apud nos* (et Orientales) *addita esse verba illa, hæreseos causa Sabellii : illius profecto, quæ a nostris Patripassiana dicitur ; id est quæ Patrem ipsum vel ex Virgine natum dicit, et visibilem factum, vel passum affirmat in carne. Ut ergo talis excluderetur impietas de Patre, videntur hæc addidisse majores : et invisibilem Patrem, atque impassibilem dixisse.* Alia est doctissimi viri animadversio : *In Ecclesiæ Romanæ Symbolo non haberi additum : Descendit ad inferna, sed neque in Orientis Ecclesiis haberi hunc sermonem: vim tamen verbi videri esse in eo, quod sepultus dicitur.* Adnotat demum : *Satis cauta et provida adjectione fidem Symboli* ab Ecclesia Aquileiensi *doceri ; quæ in eo quod a cæteris traditur, Carnis resurrectionem, uno addito pronomine tradit: Hujus carnis resurrectionem.* Hisce tribus de additamentis ampliora scripsimus in nostris Aquileiensis Ecclesiæ Monumentis, cap. VII, num. 4.

In eadem Symboli Expositione abs Rufino adornata, quæ prostat inter opera sancti Cypriani, a Stephano Baluzio, et uno ex monachis congregationis Sancti Mauri edita, alio diverso verba quædam efferuntur modo: videlicet, *Credo in Deo Patre omnipotente* **143** *et in Christo Jesu, unico Filio ejus, Domino nostro : et in Spiritu sancto.* Ad ea verba : *In Deo Patre omnipotente*, nota appingitur : « Sic tres Mss. codices cum (editionibus) Rembolti, Erasmi, et Morelii : et sic in sequentibus articulis, *et in Jesu Christo*, etc. Pamelius his in locis *accusativum* posuit, tum quia sic invenit in Frobeniana, et in aliis duabus vetustis editionibus : tum quia sic habent tria apud Hieronymum Symbola, et sic ipse Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, uno loco excepto : sic etiam ubique Augustinus. Verum Pamelii rationes probant illud quidem in plerisque Symbolis dici solere, *Credo in Deum :* at minime probant, sic etiam exstitisse in Symbolo Ecclesiæ Aquileiensis. Quin etiam quo usitatior erat *accusativus* in Symbolis, eo minus proba-

Digitized by Google

bile est librarios vel incuria, vel de industria *ablativum* in hoc Symbolo posuisse. At minime mirum si, cum reperirent *ablativum*, novitate offensi, accusativum inseruerint. Quamobrem codices, in quibus legitur, *Credo in Deo*, etc., et *in Christo*, etc., et *in Spiritu sancto*, videntur mihi accuratius consuetudinem Ecclesiæ Aquileiensis retinere, quam qui *accusativum* usurpant. Hæc autem Symboli pronuntiandi ratio non videtur ab hac Ecclesia ascita sine consilio fuisse : sed ut trium personarum divinarum clarior esset distinctio ab articulis sequentibus, *sanctam Ecclesiam*, etc. » Vereor, ne quam invehit diligentissimus adnotator, Symboli pronuntiandi ratio in Ecclesia Aquileiensi unquam viguerit. Clariorem trium personarum divinarum distinctionem ab aliis articulis alio ex capite Rufinus desumit ibidem, num. 36 : » *Sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, hujus carnis resurrectionem.* Non dixit : *In sanctam Ecclesiam*, nec *in remissionem peccatorum*, nec *in carnis resurrectionem*. Si enim addidisset *in* præpositionem, una eademque vis fuisset cum superioribus. Nunc autem in illis quidem vocabulis, ubi de divinitate fides ordinatur : *in Deo Patre* dicitur, et *in Jesu Christo Filio ejus*, et *in Spiritu sancto* ; in cæteris vero ubi non de divinitate, sed de creaturis ac mysteriis sermo est, *in* præpositio non additur, ut dicatur *in sanctam Ecclesiam*, sed *sanctam Ecclesiam* credendam esse, non ut *in Deum*, sed ut Ecclesiam Deo congregatam : et *remissionem peccatorum* credendam esse, non *in remissionem peccatorum* : et *resurrectionem carnis*, non *in resurrectionem carnis*. Hac itaque præpositionis syllaba Creator a creaturis secernitur, et divina separantur ab humanis. » Hæc potissima Rufini ratio, quam solam affert ipse, locum habet, tametsi *Divinæ personæ*, accusativo usurpato casu, pronuntientur.

**144** Interim additamenta *Aquileiensia* (quod ad rem nostram maxime pertinet) postulavit nemo de crimine. Litem adversum ea moverunt nullam, quæ aliæ Ecclesiæ non eadem amplexabantur : neque ipsa demum Ecclesia Romana, cujus se Aquileiensis profitebatur filiam, rejicienda præscripsit. Cur enim unitas violanda foret, cum una eademque esset fides omnium, etsi eam alii atque alii paucis aut pluribus vocibus efferrent? Erant quippe clariores duntaxat communis rectæ fidei declarationes; quæ necessariæ alicubi visæ fuerant, ut communi Symbolo insererentur, ad surgentes pro tempore hæreses procul abigendas a mente Christifidelium. Eodem in *Africana* Ecclesia consilio simpliciores viguisse primum, auctioresque postea in usu positas esse Symbolorum formulas, addiscimus ex Cypriano et Augustino. Ille in epistola ad Magnum, 69 in editione Oxoniensi, et juxta Pamelium 76, hæc habet : « Si aliquis illud opponit, et dicat : Eamdem Novatianam legem tenere, quam Ecclesia catholica tenet, eodem Symbolo quo et nos baptizare, eumdem nosse *Deum Patrem*, eumdem *Filium Christum*, eumdem *Spiritum sanctum*...; sciat quisquis hoc opponendum putat, primum non esse nobis, et schismaticis unam Symboli legem, neque eamdem interrogationem. Nam cum dicunt, *Credis remissionem peccatorum, et vitam æternam per sanctam Ecclesiam*, mentiuntur in interrogatione, quando non habeant Ecclesiam. » Eadem scribit in epistola 70 his verbis : *Nam cum dicimus, Credis in vitam æternam, et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam....* Additione *vitæ æternæ* carebat Symbolum *Romanum*. Hinc Rufinus ait, *sermonem, qui Resurrectionem carnis pronuntiat, summam totius perfectionis succincta brevitate concludere.* Ipsius vero *Resurrectionis* clariorem verbis illis, *Vitæ æternæ*, expositionem afferri, docet Augustinus in sermone, seu libro 1 *De Symbolo ad catechumenos*, num. 16 : *Ne carnis resurrectionem futuram*, inquiens, *putet aliquis, quomodo Lazari ; ut sciamus non sic esse, additum fuit : In vitam æternam.* Quo loco animadverte præpositionem, *in*, aliquibus in Ecclesiis perinde divinis personis affixam, ac cæteris articulis.

Integrum *Africanum* Symbolum, pluribus auctum vocibus, quod suo vigebat tempore, idem Augustinus profert in sermone 212, ac tribus insequentibus quos habuit *in Traditione Symboli*, itemque libro *De fide et Symbolo*, ac sermone de Symbolo ad catechumenos. Illud est : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus* **145** *est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, Vitam æternam.* » Quinque adjectæ voces enumerantur.

Veterem *Hispanicarum* Ecclesiarum Symboli formulam, quam majores tradiderant, recitant *Etherius* episcopus Uxamensis, et *Beatus* presbyter ejus, libro 1, *Adversus Elipandum* archiepiscopum Toletanum, anno Christi 785 confecto : « Surgamus ergo cum ipsis apostolis, et fidei nostræ Symbolum, quod tradiderunt nobis brevi compendio, recitemus... Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, *Deum*, et Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. *Passus* sub Pontio Pilato, crucifixus, et sepultus. *Descendit ad inferna.* Tertia die resurrexit *vivus* a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram *Dei* Patris *omnipotentis*. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam *catholicam*, remissionem *omnium* peccatorum, carnis resurrectionem, *et vitam æternam*. Amen. » Ecclesiam

Digitized by Google

instituit Jesus Christus, omni patentem nationi, ad omnia tempora protensam, et ad omnia loca : unde vox *catholica* simplicem continet explicationem. Carent ea antiquiores formulæ : additamque postea fuisse, satis indicat Augustinus libro *De fide et Symbolo : Sanctam Ecclesiam*, inquiens, *utique catholicam.*

Hæc in Occidente innocue usurpabatur, aut simplicior, aut auctior Symboli apostolorum formula. Par erat Ecclesiarum *Orientis* consuetudo. Quod ibi frequentius in usu erat Symbolum, Rufinus exhibet loco citato : « Credo in *unum* Deum Patrem omnipotentem. Et in *unum* Dominum nostrum Jesum Christum, unicum Filium ejus. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem. » Rufini animadversiones accipe. 1. *Orientis Ecclesiæ fere omnes ita tradunt :* « *Credo in uno Deo Patre omnipotente.* » *Et rursum in sequenti sermone*, « *Et in Jesu Christo unico Filio ejus Domino nostro*, » *ita illi tradunt :* « *Et in uno Domino nostro Jesu Christo unico Filio ejus.* » *Unum scilicet Deum, et unum* 146 *Dominum secundum auctoritatem Pauli apostoli profitentes : sed de hoc in sequentibus locis repetemus.* 2. *Sciendum sane est, quod in Ecclesiæ Romanæ Symbolo non habetur additum,* « *Descendit ad inferna ;* » *sed neque in Orientis Ecclesiæ Symbolo habetur hic sermo.* Baluziana utimur editione. Animadverte verba illa : *Credo in uno Deo Patre omnipotente*, itemque illa : *et in Jesu Christo unico Filio ejus* : quæ *ab Orientis Ecclesiis fere omnibus tradi* dicuntur. Jam colligo, modum illum enuntiandi, si viguerit unquam, perperam ab adnotatore dictum fuisse *Ecclesiæ Aquileiensis* peculiarem. Colligo deinde, veriorem lectionem esse, *in Deum Patrem, in Jesum Christum, in Spiritum sanctum* : cum Græca Symbola habeant εἰς Θεὸν, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Non omnibus, sed *fere omnibus* Orientis Ecclesiis hanc fuisse communem Symboli formam, Rufinus docet. Additamento *unius* caret illa, quam Julio Romano pontifici obtulit *Marcellus Ancyranus* apud Epiphanium, hæresi 72, num. 3 : *Credo in Deum omnipotentem. Et in Christum Jesum, ipsius Filium unigenitum, Dominum nostrum, genitum de Spiritu sancto, et Maria Virgine. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Et tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cœlum, et sedet ad dexteram Patris. Unde venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam.* Quæ postrema duo verba non apparent in Orientali communi Symbolo.

Veluti peculiarem *Alexandrinæ Ecclesiæ* formulam existimat eam Jacobus Usserius in Dissertatione de Symbolis, quam Constantino imperatori obtulerunt Arius, et Euzoius, presbyter ille, ac iste diaconus ejusdem Ecclesiæ. Referunt eam Socrates, libro I, capite 26, et Sozomenus, libro II, capite 27. « Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem. Et in Dominum Jesum Christum, Filium ejus, *qui ex eo factus est* (al. *genitus est*), *ante omnia sæcula, Deum Verbum, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra. Qui descendit et incarnatus est.* Qui passus est, et resurrexit, et ascendit ad cœlos, et iterum venturus est ut judicet vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. In carnis resurrectionem, et in vitam venturi sæculi. Et in unam catholicam Dei Ecclesiam, quæ a primis cardinibus ad ultimos usque terrarum fines porrigitur. » Nullus ego dubitaverim, hanc fidei formulam ab Ario instructam : ab eoque Nicæni Symboli, quod jam editum fuerat, assumpta quædam additamenta, non omnia fuisse, quæ scilicet hæresim ejus clarius profligabant.

147 Orientale commune adhibitum in Ecclesia *Hierosolymitana* Symbolum, colligi posse ex Rufino videtur, qui cum ibi sedem habuerit tot annos, discrepantias utique adnotasset si quæ fuissent. Nemo nescit, Liturgiam Jacobi fratris Domini, qui Ecclesiam illam administravit, genuinam ad nos non pervenisse. At supposititium totum, et omnino spurium fetum esse, quod sub Jacobi titulo fertur liturgicum opus, contendunt sane heterodoxi, minime probant, ut ait Eusebius Renaudotius, tomo I Liturgiarum, in Dissertatione capite 4. Interpolata dixerit prudens nemo, quæ Symboli verba ibi traduntur : nempe, *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei. Et reliqua Symboli fidei.* Dolendum, hæc excidisse. Quæ vero fuerint, paulo superius indicantur : « Deinde leguntur fusissime oracula sacra Veteris Testamenti, et Prophetarum : et *Filii Dei Incarnatio* demonstratur, *Passio, Resurrectio ex mortuis, Ascensus in cœlum, secundus præterea adventus ejus* cum gloria. » In his Orientale Symbolum commune nemo non videt.

*Hierosolymitanam* aliam profero formulam, quam ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesibus collectam Antonius Augustinus Tuttée subjecit Catechesi quintæ : *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum : qui ex Patre genitus est Deus verus ante omnia sæcula, per quem omnia facta sunt. Qui in carne advenit, et inhumanatus est, ex Virgine et Spiritu sancto. Crucifixus, et sepultus. Resurrexit tertia die. Et ascendit in cœlos, et consedit a dextris Patris. Et venturus est in gloria judicare vivos, et mortuos : cujus regni non erit finis. Et in unum sanctum Spiritum Paracletum, qui locutus est in prophetis. Et in unum baptisma*

Digitized by Google

*pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam. Et in carnis resurrectionem, et in vitam æternam.* Sumptam formulam istam putat Casimirus Oudinus, *De scriptoribus ecclesiasticis*, tomo I, *ex Symbolo, quod anno* 381 *adoptarunt Constantinopolitani Patres.* Hinc Cyrillo Hierosolymitano suppositas infert Catecheses. Vel una hujusce Symboli cum Nicæno, et Constantinopolitano, de quibus infra agendum, comparatio luculentissime evincit, formulam prædictam dici veterem posse, quæ in Ecclesia *Hierosolymitana* erat in usu, quibusdam verbis ex Nicæno Symbolo desumptis auctam. Laudatum editorem doctissimum consule.

**148** Unitate Ecclesiarum intacta, singulis hisce, earumque præsidibus fas erat pro temporum circumstantiis, aut majoris explicationis gratia, aut emergentes propter hæreses, vocibus augere quibusdam Symbolum apostolorum, quod ab initio acceperant. In eam denique formulam deventum est, quæ hodieque viget. Integram eam exhibent sermones 240, 241 et 242, qui prostant in Appendice ad genuinos Augustini sermones in editione monachorum sancti Mauri : *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam.* Ab Augustino *Sermones eos* abjudicant laudati editores : auctoremque conjiciunt illum, qui sermones confecit *Eusebio Emiseno* suppositos, aut *Cæsarium Arelatensem*, aut *Eucherium Lugdunensem*, aut *Faustum Regiensem*. Vitam agebant illi quinto Ecclesiæ sæculo : unde prædictæ Symboli formulæ ætas innotescit.

Intemeratam pristinam breviorem formam retinebat *Ecclesia Romana*. Dignissimam, et honoris ac veritatis plenam, reddit rationem Rufinus in sua Expositione : *Commonendum puto* (inquiens) *quod in diversis Ecclesiis aliqua in his* (Symboli) *verbis invenientur adjecta : in Ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum. Quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium : et mos ibi servatur antiquus, eos qui gratiam baptismi susceperi sunt, publice, id est fidelium populo audiente, Symbolum reddere; et utique adjectionem unius saltem sermonis eorum qui præcesserunt in fide, non admittit auditus.* Ita nempe Rufini ætate a pristina non recesserat disciplina Romana Ecclesia : quæ tamen avo insequente, postremam formulam, quam descripsimus, apud alias Ecclesias jam vulgatam, et ipsa demum amplexata est. Quo tempore, iguotum.

A Quemadmodum vero adjectas hujusmodi voces admisit, ita vocem *Unius*, quæ Symboli *Orientalis* propria erat, non adjecit unquam. Hac de re agit Vigilius Tapsensis in Byzacena Africæ provincia episcopus, sæculi sexti scriptor, libro IV *Contra Eutychem* : ubi *nescio cujus* temeritatem castigans, qui carpere ea verba sancti Leonis ad Flavianum ausus fuerat, *Fidelium universitas profitetur credere in* **149** *Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum*, ea ratione, quia non dixerit : *In unum Deum*, et : *In unum Jesum Christum;* sic habet : *Sed Romæ, et antequam Nicæna synodus conveniret, a temporibus apostolorum usque nunc, et* B *sub beatæ memoriæ Cœlestino... ita fidelibus Symbolum traditur.* Sive paucioribus, sive pluribus vocibus recitaretur apostolorum Symbolum, pax Ecclesiarum integra semper permansit, ac inviolata in Occidente et Oriente.

III. Nicæno fidei Symbolo conficiundo, quod est *apostolorum Symbolum*, pluribus ad rectam fidem luculentius illustrandam tuendamque aptissimis auctum vocibus, dedere ansam hæreses, quæ tribus primis Ecclesiæ sæculis emerserant. Eas enumerat Gelasius Cyzicenus in volumine Actorum concilii Nicæni, libro II, capite 26, « Hæc est fides, inquiens, quam exposuerunt Nicææ sancti nostri Patres orthodoxi episcopi : primum quidem adversus *Arium* blasphemantem, et dicentem *creaturam* C *Filium Dei* : et contra *Sabellium*, et *Photinum*, et *Paulum Samosatenum*, et *Manichæum*, et *Valentinum*, et *Marcionem*, et adversus omnem hæresim quæ orta est in catholica et apostolica Ecclesia. » Formulam accipe : *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, ex Patre natum, unigenitum, id est ex substantia Patris : Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt tam quæ in cœlo, quam quæ in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus est. Qui passus est, et resurrexit tertia die. Et ascendit ad* D *cœlos. Et iterum venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum.* Reliqui subintelliguntur articuli. Verba illa, *Descendit ad inferos*, non habentur : quibus ea ætate carebant Romanum etiam, et Orientale Symbolum. Vulgaris æræ anno 325 Nicæna synodus celebrata est.

Peculiares quas hactenus usurpaverant in collatione baptismi, reliquerunt Symboli formulas Ecclesiæ plures, *Nicænam* adoptantes. Voces solummodo paucas receperunt aliæ, quibus proprium auxere Symbolum : imo Symbolo Nicæno plures dictiones addiderunt aliæ : aliæque demum in vetusta sua formula manserunt; simul *Nicænam fidem* corde, et ore profitentes omnes. *Apostolorum Symbolum* in baptismate retinuerunt *Romana* et

Digitized by Google

Occidentis Ecclesiæ. Vocibus quibusdam Nicænis auxit illud Ecclesia *Hierosolymitana*, ut superius num. 2 adnotavimus. Hujusmodi esse puto, quo Ecclesia *Antiochena* medio **150** circiter sæculo quinto adhuc utebatur. Illud affert Cassianus libro VI *De Incarnatione Domini*, capite 3, ubi Nestorii hæresim refellit : « Nunc ad fidem *Antiocheni Symboli*, inquiens, virtutemque veniamus : in qua cum ipse (Nestorius) baptizatus sit ac renatus, suis eum professionibus argui... oportet. Textus ergo, ac fides Antiocheni Symboli hæc est : *Credo in unum et solum verum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem omnium visibilium et invisibilium creaturarum. Et in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, et primogenitum totius creaturæ, ex eo natum ante omnia sæcula, et non factum, Deum verum ex Deo vero, homousion Patri, per quem et sæcula compaginata sunt et omnia facta. Qui propter nos venit, et natus est ex Maria Virgine. Et crucifixus sub Pontio Pilato; et sepultus. Et tertia die resurrexit secundum Scripturas. Et in cœlos ascendit. Et iterum veniet judicare vivos et mortuos. Et reliqua.* » Hujusce formulæ auctores perquirit Alardus Gazæus in Notis. Non aliam originem ejus existimamus, nisi quam indicavimus. Similes aliæ in aliis vigebant Ecclesiis formulæ Symbolorum.

Fuere nonnulli in *Sardicensi concilio*, quod anno 347 celebratum chronologi frequentius adnotant : qui *Symbolo Nicæno* quidpiam adjici oportere contendebant. Rem narrat, decretumque synodi adversum, affert sanctus Athanasius in synodo Alexandrina anno 362, « Quamvis certi homines, inquiens, nonnulla quasi quæ deessent, Nicæno concilio ascribere vellent (utique orthodoxa) idque acriter contenderent ; sancta tamen synodus quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque sancivit : *Ne quid ulterius de fide scriberetur, et sese contentos esse Nicæna fide declaraverunt ; ut cui nihil deesset, et quæ plena pietatis esset ; neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, imperfecta crederetur ; neve illis occasio hujusmodi suppeditaretur, qui sæpenumero volunt de fide definire et scribere.* »

An hæc nobis opponant Græci in præsidium suæ causæ adversum vocem, *Filioque*, Symbolo adjectam? Noverint ipsi, decretum illud Sardicense impedimento non fuisse, quominus in Ecclesia Orientali prolixior ederetur formula in baptismate tradenda. Profert eam Epiphanius in *Ancorato*, num. 120 : « Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula : **151** hoc est ex Patris substantia, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ cœlo terraque continentur ; qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die *secundum Scripturas*. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, *Dominum, et vivificantem : qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas* Et in unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. » Hanc vero licet additamentis auctam, vocat nihilominus Epiphanius : *Fidei formulam a sanctis apostolis traditam et in Ecclesia in sancta urbe ab omnibus sanctis episcopis, qui supra trecentos et decem fuerunt.* (Nicænos videlicet), *præscriptam.* Quidni *apostolica et Nicæna* dicenda foret, cum voces duntaxat, quibus enucleate magis articuli declarantur, adjectas afferat? Argumentum hinc elicitur, quod Græcos jugulat, favetque Romanis et Occidentalibus.

Adhuc aliam magis prolixam ibidem refert, num. 121. Verbi divini incarnatio, ac Spiritus sancti divinitas luculentiore sermone exponuntur. Cæteris prætermissis, quæ eadem sunt in Symbolo Nicæno, hæc profero : *Et homo factus est : id est perfectum assumpsit hominem, animam, corpus, mentem, et quidquid aliud homo est, excepto peccato : non e virili satu, nec ita ut in homine duntaxat inesset, sed in seipsum effictam illam carnem transtulit, et in unam ac sanctam singularitatem conjunxit : non ad eum modum quo prophetis aspiravit, et in illis locutus est, effecitque quidpiam, sed homo perfectus esse voluit : Verbum quippe caro factum est ; neque aut mutationem ullam est expertum, aut divinitatem suam in naturam convertit hominis, sed in unam sanctam perfectionem divinitatemque copulavit. Unus est enim Dominus Jesus Christus, non duo : idem Deus, idem Dominus, idemque Rex. Qui passus est in carne, et resurrexit : et cœlum cum eodem corpore conscendit : et ad dexteram Patris gloriose consedit : et cum eodem corpore venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus et in Spiritum sanctum, qui locutus est* **152** *in lege, et per prophetas prædicavit : ad Jordanem descendit, in apostolis locutus est, et in sanctis habitat. Ita porro nos in ipso credimus : Spiritum esse sanctum, Dei Spiritum, Spiritum perfectum, Spiritum Paracletum, increatum, a Patre procedentem, accipientem a Filio.* Hæc postrema verba animadvertenda sunt, quæ particulæ *Filioque* æquipollent. Textus Græcus habet ; Ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβανόμενον. Al. λαμβάνοντα.

Digna sunt etiam animadversione, quæ ibidem præmiserat Epiphanius verba : « Verum quoniam ætate nostra aliæ post alias hæreses emerserunt, id est

Digitized by Google

temporibus Valentiniani et Valentis imperatorum, quorum jam *decimus annus* agitur, et Gratiani *sextus*, a Diocletiano vero tyranno *nonagesimus* : propterea tam vos, quam nos ipsi, et orthodoxi omnes episcopi, et uno ut verbo dicam tota Ecclesia catholica, adversus prodeuntes identidem hæreses, consentaneeque cum exposita paulo ante sanctorum Patrum fidei formula, iis præsertim qui *baptismo initiandi sunt*, dicimus ut hoc modo profiteantur, ac dicant : Credimus, etc. » Collige duo : prædictas *fidei formulas* in usu fuisse aliquibus in Orientis Ecclesiis ante annum 373, quo *decimus annus* Valentiniani et Valentis, et *sextus* Gratiani inceperunt : sibique fas fuisse Græcæ linguæ Patres existimasse, Nicænam Symboli formulam explicatioribus augere vocibus propter hæreses emergentes. Cur eadem facultas pro rerum circumstantiis, emergentesque propter hæreses, non conveniat Occidentis Ecclesiis ?

Emerserat vero hæresis *Anomœorum*, auctoribus Aetio et Eunomio, qui Theodoreto teste libro IV *Hæreticarum Fabularum*, dicebant : *Filium quidem primam creaturam Patris, præcipuamque esse : Spiritum vero sanctum a Filio ante alia opera creatum esse.* Ipsius Eunomii verba sunt apud sanctum Basilium, libro II, contra eumdem hæreticum, num. 33 : *Ingeniti quidem creatura Filius : Unigeniti vero Paracletus.* Hanc vocat sanctus Augustinus hæresim *Arianorum*, *num.* 49, qui *Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum nolunt esse unius, ejusdemque naturæ, atque substantiæ, aut essentiæ : sed esse Filium creaturam, Spiritum vero sanctum creaturam creaturæ, hoc est ab ipso Filio creatum volunt.* Macedonius, episcopus Constantinopolitanus, Filium *consubstantialem* Patri negabat, similem illi per omnia fatebatur : *Spiritum vero sanctum* (verba sunt Theodoreti loco citato), *sicut Arius, et Eunomius, blasphemare persistit. Unde qui ejus sectæ dicebantur, Pneumatomachi cognominati sunt.*

Hæresim damnat Damasus papa in synodo Romana anno 379 **153** celebrata : « Anathematizamus Arium, atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium et Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus *Macedonianos*, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutaverunt, sed nomen . . . Si quis non dixerit *Spiritum sanctum de Patre esse* vere ac proprie, sicut Filium de divina substantia, anathema sit. . . . Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut *per Filium factum*, anathema sit. » Hæresim pariter damnarunt Orientales Patres anno 381 in synodo Constantinopolitana collecti. Canone 1 sic habent : Fidem non violandam *Patrum trecentorum decem et octo*, qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt : sed manere eam firmam, et stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, et specialiter *Eunomianorum*, vel *Anomianorum*, et *Arianorum*, vel *Eudoxianorum*, et *Macedonianorum*, vel Spiritui sancto resistentium. » Satis id erat. Fides attamen catholica ut facilius innotesceret cunctis, ac firmior animis omnium inhæreret, consultius duxere Patres illi Constantinopolitani, ut formulam Symboli, *Nicæna* prolixiorem, Ecclesiis proponerent : eamque adoptarunt, quæ prior est superius descripta *Epiphaniana* ; additis etiam vocibus illis, *Deum de Deo* ; aliis prætermissis, nempe, *et quæ in cœlis, et quæ in terra* ; et illis etiam, *hoc est, ex substantia Patris* : quæ in alia voce, *consubstantialis*, comprehenduntur.

Iterum regiam in civitatem anno insequenti 382 convenere Patres, ac Synodicam Damaso pontifici, cæterisque Occidentis episcopis dederunt. Inter alia sic habent : *Quæ igitur ad fidem attinent, quam aperte prædicamus, in summa sunt hujusmodi* (quæ præmissa sunt). *De quibus amplius animis vestris satisfacere poteritis, si tomum synodi Antiochenæ, et eum qui superiori anno* (381) *Constantinopoli a synodo universali est editus, inspicere dignamini. Ubi et fidei confessionem uberius exposuimus : et in recens adinventas hæreses anathematis sententiam perscripsimus.* Postremis verbis *Canones* editos intelligunt : *Fidei vero confessionem, quam uberius expositam* aiunt, indicant Symbolum, quod vulgo *Constantinopolitanum* appellatur : ac *tomus* ille demum *synodi Antiochenæ* Symbolum continebat, superius ex Cassiano descriptum, quod in usu apud se positum ad synodum Constantinopolitanam transmisere Patres Antiocheni. Id vero demum perspicue constat, *Nicænum* Symbolum vocibus quibusdam, synodo *Constantinopolitana* approbante, auctum fuisse propter eas quæ emerserant, *Eunomianorum* et *Macedonianorum* hæreses, pro ea qua pollebant Græci Patres potestate. **154** quave cæteras non caruisse, neque carere in Occidente Ecclesias, maximeque Romanam, diffitebitur nemo sapiens.

## CAPUT II.

*Tempore Damasi papæ, et synodi Constantinopolitanæ, Symbolo adjecta non fuit particula, « Filioque, » Eam tamen passim docent, ac tuentur Ecclesiæ Patres, divinitatem Spiritus sancti vindicantes. Decretum synodi œcumenicæ Ephesinæ : quo novæ Symboli formulæ vetantur. Vocis, « Filioque. » adjectioni, quæ postea facta est non obstat. Insigne Cyrilli Alexandrini testimonium expenditur. Hæc pertinet adjectio, vel omissio ad Ecclesiæ disciplinam : synodi Chalcedonensis acta. Peculiares aliquæ fidei confessiones instar Symboli editæ, et in synodis œcumenicis approbatæ.*

I. Fuerunt Latini et Græci scriptores, qui vocem, *Filioque*, a Damaso Romano pontifice, et ab ipsa *Constantinopolitana synodo* adjectam Symbolo, scilicet *Constantinopolitano*, dixere. Leo Allatius, in opere adversus Hottingerum, capite 20, nonnullos Græcos refert, qui Alexii Aristeni. Ecclesiæ Constantinopolitanæ sæculo duodecimo chartophylacis, auctoritate ducti, Damaso pontifici adjectionem attribuunt. Errant omnino. Quæstio facti est. Rem namque silent vetusta hujus ævi monu-

Digitized by Google

menta omnia. Caret voce, *Filioque*, Symbolum ipsum, quod *Constantinopolitanum* dicimus, tum in conciliorum Collectionibus, tum ab Epiphanio antea relatum in *Ancorato* : idque traditur unum, quod Eunomiani negabant, *Spiritum* scilicet *sanctum procedere ex Patre*. Hanc unam fidem Damasus papa proposuit in synodo Romana anno 379, *Anathema*, dicens, *si quis non dixerit Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie:* itemque *si quis dixerit, Spiritum sanctum facturam, aut per Filium factum.*

Inter Opera sancti Hieronymi vulgatum prostat Damasi *Symbolum*. Hæc ibi legimus : *Spiritum sanctum, non genitum, neque ingenitum : non creatum, neque factum : sed de Patre, Filioque procedentem, Patri et Filio coæternum, et coæqualem.* Perperam in præsidium Alexii Aristeni hæc advocaretur auctoritas : agitur namque de vocis *Filioque* additamento ad *Symbolum Constantinopolitanum*. Atqui rursus idem *Symbolum* legitur in Quinquagesima inter Latinas Gregorii Nazianzeni Orationes : itemque sermone 235 **155** inter *Augustinianos* in Appendice, et in codice *Canonum Ecclesiæ Romanæ*, quem vulgavit Quesnellius. In sermone citato apud Augustinum sic legimus : *Sed de Patre procedentem, et Filio, Patris et Filii Spiritum.* Hæc solum posteriora, non prima verba habent quinquagesima Nazianzeni Latina oratio, et caput tricesimum nonum laudati codicis. Athanasii operibus olim insertum prostabat idem Symbolum : unde satis jam patet, genuinum dici Damasi opusculum non posse. Vigilio Tapsensi illud attribui volebat Chiffletius : tribuendumque Quesnellius putat dissertatione 14, in operum sancti Leonis editione, Gregorio natione Hispano, provincia Bætico, Iliberitano episcopo, qui circa annum 370 clarebat.

II. Quanquam vero Damasi papæ, et concilii Constantinopolitani tempore, particula *Filioque* Symbolo pariter *Constantinopolitano* adjecta non fuit; hanc nihilominus passim tradunt Ecclesiæ Patres, aut particulam ipsam *a Filio*, sive *per Filium* exprimentes, aut æquipollentia sane verba. Æquipollentes alio voces, quæ in prædicta fidei formula, cujuscunque tandem sit, occurrunt : *Spiritum sanctum Patris, et Filii :* itemque illa, quæ in Epiphaniana prolixieri secunda habentur, *a Patre procedentem, accipientem a Filio.* Prostat etiam inter Acta Latina synodi Florentinæ, collatione 21, *Confessio fidei catholicæ*, quæ *a papa Damaso missa dicitur ad Paulinum Antiochenum episcopum :* ubi Spiritus sanctus bis asseritur *de Patre Filioque procedens.* Eadem est cum *Regula fidei*, quam ex præscripto Leonis Magni editam ab Hispanis episcopis, capite sequente dicendum est, n. 4.

Suos de Trinitate libros conficiebat Hilarius, Pictavorum episcopus, ante exortam Macedonii hæresim, ut putat Petrus Constantius : dicebatque libro VIII, num. 20, se *in hoc non calumniari libertati intelligentiæ, utrum ex Patre, an ex Filio Spiritum Paracletum putent esse* (hoc est nolle se de loquendi ratione plusculum litigare); sibi tamen prorsus videri, hanc *in incerto* rem non *reliquisse Dominum.* Verba refert Jesu Christi ex Joanne, capite 14, num. 12 : *De meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi, De meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Tum vero argumentationem instruit : « A Filio igitur accipit (inquiens), qui et ab eo mittitur, et a Patre procedit. Et interroga, utrum id ipsum sit *a Filio accipere*, quod *a Patre procedere.* Quod si differre credetur inter *accipere a Filio*, et *a Patre procedere;* certe id ipsum atque unum esse existimabitur, *a Filio accipere*, quod sit *accipere a Patre.* Ipse enim **156** Dominus ait : *Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi, De meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Hoc quod accipiet (sive potestas est, sive virtus, sive doctrina), Filius *a se accipiendum* esse dixit : et rursum hoc ipsum significat, *accipiendum esse de Patre.* Cum enim ait : *Omnia quæcunque habet Pater, sua esse;* et idcirco dixisse se, *de suo accipiendum esse*, docet etiam, *a Patre accipienda, a se tamen accipi;* quia omnia quæ Patris sunt, sua sint. » Hilario perinde erat, Spiritum sanctum *procedere a Patre*, et *accipere a Filio*, atque ipsum *a Patre et a Filio procedere.* De vocibus lite prætermissa, negari non posse ait, tum *a Patre*, tum *a Filio accipere* Spiritum sanctum *doctrinam*, *virtutem*, *potestatem*, adeoque et ipsam exsistentiam : quod est ipsum catholicæ fidei dogma, dictione *processionis ex utroque* expressum.

Ad scriptores eos, quibuscum litem de vocibus Hilarius habere non vult, fortasse respiciebat *Rusticus*, Romanæ Ecclesiæ diaconus, in Disputatione contra Acephalos, medio circiter sæculo sexto scripta : *Pater genuit*, inquiens, *et non genitus est, et ab aliquo alio non est, sicut ex eo sunt alii. Filius vero genitus est, et nihil consempiternum genuit. Et Spiritus sanctus a Patre procedit : nihil consempiternum procedit, vel genitum est ab eo. Quidam vero Antiquorum et hoc proprietatibus adjecerunt : quia sicut Spiritus sanctus cum Patre Filium sempiternum non genuit, sic nec procedit Spiritus a Filio, sicut a Patre. Ego vero, quia Spiritus quidem non genuit sempiterne, profiteor : nec enim duos diximus Patres. Utrum vero a Filio eodem modo, quo ex Patre, procedat, non perfecte habeo satisfactum.* Antiqui illi, quos memorat, *procedentem a Patre Spiritum* fatebantur, negabant *procedentem a Filio.* Lis erat de voce, quoniam Spiritum *a Filio accipientem* credebant. Rusticus inficiari non audet, Spiritum *a Filio procedere.* Anceps erat, num hæc vox, quæ in ordine ad Patrem adhibetur, usurpari debeat in ordine ad Filium. Hæc prima obscuri loci interpretatio. Rustici dubium refert altera ad processionis modum : an eodem modo a Filio procedat Spiritus, quemadmodum a Patre. Distinctione opus est :

Digitized by Google

eodemque modo procedit ab utroque Spiritus, si consideretur *spirandi virtus*, quæ una est in utroque : non eodem modo procedere dici potest, quia hoc, quod est spirare Spiritum sanctum, Pater non habet ab alio, a Patre habet Filius. Quæcunque vero hæc fuerit demum difficultas, inane dubium suum agnoscere Rusticus poterat, cum ejus ævo simpliciter et absolute *Spiritum sanctum a Patre et a Filio procedere* scriptores docerent, Gennadius, in **157** libro *de Dogmatibus* ; Avitus Viennensis, *De divinitate Spiritus sancti;* Fulgentius in libro *De fide;* Paschasius Diaconus, libro I *De Spiritu sancto*, aliique.

Voces easdem, *a Patre et a Filio*, vel *a Patre per Filium*, adhibuere ante ac post synodum Constantinopolitanam Latini et Græci scriptores, ejusdem Spiritus sancti divinitatem contra *Eunomianos* et *Macedonianos* vindicantes. Superiori in dissertatione testimonia dedimus ac illustravimus Epiphanii, Basilii, Gregorii Nysseni, Cyrilli Alexandrini. Hujusce sententias luculentissimas protulimus. Eam profero, quæ in ejus habetur ex synodo Alexandrina epistola ad Nestorium, in œcumenico Ephesino concilio lecta : « Quamvis in sua sit subsistentia Spiritus, et ejus intelligatur in persona proprietas, juxta id quod Spiritus est, et non Filius : attamen *alienus non est* (a Filio). Ab illo enim (Filio Jesu Christo) *Spiritus* appellatus est *veritatis :* et veritas Christus est: Καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, *Et prodit per istum, quemadmodum certe ex Deo et Patre.* » Motas hac de re lites a Theodoreto, qui nimium animo in Cyrillum commotus erat, enarravimus.

III. Interim Symbolo in baptismate utebantur in Oriente Ecclesiæ, simplici *Nicæno* aliæ, aliæque *Constantinopolitano*, et aliæ Nicæno aliquibus vocibus aucto. Hujusmodi fuisse adnotavimus *Hierosolymitanum* tempore Cyrilli Hierosolymorum episcopi, ac *Antiochenum*, in quo Cassianus aiebat baptizatum fuisse Nestorium in synodo Ephesina damnatum. An hanc refero classem *Ecclesiæ Philadelphiensis* Symbolum, quod in eadem synodo Ephesina prostat, actione 6 a Charisio presbytero oblatum : *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Creatorem omnium, visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantialem Patri. Qui propter nos, et nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est, et ex sancta Virgine natus, et homo factus est. Crucifixus pro nobis, mortuus est. Resurrexit tertia die. Ascendit in cœlos. Et iterum venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum veritatis, Paracletum, Patri et Filio consubstantialem. Et in sanctam catholicam Ecclesiam. In mortuorum resurrectionem. In vitam æternam.*

Symbolo Nicæno utebatur Nestorius, in ea maxime parte depravato, quæ nuem incarnationis proponit. Hujusce depravati Symboli Nestorianam expositionem simul attulit Charisius, quam plures decepti subscripserant. Quodnam foret articuli *de incarnatione* **158** depravati vitium, ex eadem colligi potest expositione. De incarnatione *nosse oportet*, inquiebat, *Dominum Deum Verbum assumpsisse hominem secundum naturam perfectum, ex humana carne et anima rationali consistentem... Quem secundum nostram naturam, nobisque similem hominem exsistentem, Spiritus sancti virtute in utero Virginis formatum... inexplicabili quodam modo sibi conjunxit... Unum igitur Filium, et Dominum Jesum Christum, per quem facta sunt omnia, esse dicimus : primo quidem ac præcipue Deum Verbum, qui secundum essentiam Dei Filius et Dominus est, mente concipientes; simul vero etiam quod assumptum est, hoc est Jesum a Nazareth, animo complectentes.* Ita scilicet verborum involucris tectum propinabat Nestorius de *duplici* in Jesu Christo *persona* impium errorem.

Nestorii facinus, qui corrupto depravatoque Symbolo proposito, simplices fideles deceperat, Ephesina synodus, anno 431 celebrata, detestatur : tulitque decreta in hæc verba : « His igitur perlectis, statuit sancta synodus, *alteram fidem* nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui *in Nicæa* cum Spiritu sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere *fidem alteram*, aut proferre, vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis; hos quidem si sint episcopi, aut clerici, alienos esse ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit : si vero laici fuerint, anathemati subjici. » Tum Nestoriani symboli formulam et expositionem damnat.

IV. Prohibente, ne *alteram fidem* liceret ulli proferre, aut conscribere, aut componere, *præter definitam a Nicænis Patribus*, Ephesino decreto bellum Græci agunt adversum Latinos, qui vocem *Filioque* Symbolo Constantinopolitano addiderunt. Pugnam pugnent, quam volunt : certissima clades instat illis. Ac primo statuit sancta synodus, *alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.* Itaque verbis tenus si hæreamus, neque *Symbolum Constantinopolitanum proferre* licuerit. Haud me latet, Symbolum idem Constantinopolitanum dici *Nicænum* maxime post synodum Chalcedonensem consuevisse : at eo in Ephesino decreto agitur sine dubio de *formula Nicæna*, qua ut summum aliquibus vocibus aucta, non omnibus quæ in Symbolo Constantinopolitano habentur, Ecclesiæ plures in baptismate utebantur.

In libellis a Charisio presbytero Philadelphiensi oblatis, Symbolum **159** depravatum continebatur, ac ejus Nestoriana expositio. Utrumque speciali decreto damnant Ephesini Patres. Alia etiam

Digitized by Google

Symboli formula *Ecclesiæ Philadelphiensis* continebatur, quæ neque *Nicæna* est, neque *Constantinopolitana*, utique tamen consona, ac interpolata Nicæna dici potest. An ergo decreto Ephesino proscripta hæc fuerit? Non adeo insani Græci fuerint, qui id affirment. Quomodo ergo juxta Ephesinum decretum nec *alteram* a Nicæna *fidem conscribere, et componere*, nec alteram *proferre* liceat? Nempe non ea Ephesino decreto intelligentia, aut vis inest, quam sibi fingunt Græci.

Eadem ætate variæ in Ecclesiis vigebant *formulæ Symboli*, quæ verbis tenus a simplici *Nicæna*, et a prolixiore *Constantinopolitana* differebant. *Hierosolymitanam* memoravimus, et *Antiochenam*: aliasque usu receptas exstitisse, dubium nullum. Liberum earumdem in Ecclesiis usum reliquisse Patres Ephesinos, neque vetasse quin ipsæ *proferri* possent, synodus Chalcedonensis evincit actione 5, in definitione fidei: ubi *Symbolum Nicænum* cæteris præfulgere dicitur, decerniturque servari debere *Symbolum Constantinopolitanum*, ac aliæ demum legitimæ Ecclesiarum formulæ confirmantur. Verba sunt: « Decernimus igitur, *ordinem*, et *omnes formulas* quæ de fide sunt constitutæ, custodientes et nos, sanctæ synodi quondam *in Epheso* factæ: *præfulgere* quidem rectæ, et immaculatæ fidei expositionem sanctorum et beatissimorum trecentorum decem et octo Patrum, qui *in Nicæa* temporibus piæ memoriæ Constantini imperatoris congregati sunt: *Servari* autem et ea, quæ *apud Constantinopolim* a sanctissimis centum quinquaginta Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem hæreses quæ eo tempore germinaverant, et ad confirmationem ejusdem catholicæ et apostolicæ nostræ fidei. »

Hæc postrema verba sensum declarant germanum *Decreti Ephesini*: symbolorum scilicet formulas maxime damnari, in quibus quidpiam *minuatur*, aut *mutetur*, aut *adjiciatur*, quod *a recta fide alienum sit*. Id invictis demonstrarunt argumentis in synodo Florentina Latini doctores. Acta et insertas disputationes consule.

V. Sed omnis ut pravis hominibus ansa eriperetur, minutionibus, additionibus, mutationibusque Symbolum corrumpendi, inficiari nolim, suo vetasse decreto Ephesinos Patres novas, quæ imposterum symbolorum formulæ cuderentur. Hunc ejus decreti sensum declarare *Cyrillus Alexandrinus* videtur in epistola ad Acacium Melitinensem. Hanc cripsit ille, occasione data cujusdam **160** explicationis fidei professionis, quam Orientales episcopi ad impactam eluendam Nestorianismi labem composuerant. Cum vero professionem eamdem *Decreti Ephesini* prætextu redarguerent Nestoriani homines, vindicat eam Cyrillus, quod Orientales illi fidem suam professi sunt, nihil Symbolo addentes, sed *extra Symbolum* necessariam offerentes declarationem.

Locum integrum affero. *Volebant enim* (Nestorianæ factionis homines) *ea omnia aboleri, quæ vel* A *epistolis, vel tomis, vel libris evulgaveram: et soli fidei, quæ a sanctis Patribus nostris Nicææ edita fuerat, consentire.* Dogmata in epistolis ac tomis declarata a Cyrillo rejiciebant illi, ac si Nicæni Symboli metas transiliisset. Alia in ipsum hæc erat querela. *Intelligo vero, et hoc quoque illos nobis objicere: nempe quod fidei expositionem,* ἤτοι Σύμβολον καινόν, *sive novum Symbolum receperimus; quasi vetus illud, venerandumque* (Nicænum) *aspernati.* Fidei expositionem ab Orientalibus transmissam receperat. Reponit ille: *Verum dicimus, nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegisse, neque ab aliis innovatam admisisse.* Novum aliud Symbolum, aut Symbolum additamentis innovatum sibi transmissum, inficiatur. *Sufficit enim nobis divina Scri-* B *ptura, sanctorumque Patrum prudentia, et fidei Symbolum* (Nicænum), *ad omnia recta dogmata apte riteque concinnatum.*

Quid egerint, quidve transmiserint Orientales episcopi, enarrat. *Quia vero sanctissimi Orientales episcopi cum Ephesi essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa quasi blasphemiarum Nestorii laqueis irretiti tenerentur, suspecti erant: ut eo crimine se liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia satisfacerent, ac Nestorianæ impietatis se expertes esse ostenderent,* πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν, *apologiam composuerunt.* In ea rectam fidei expositionem dabant. *Et id quidem admodum prudenter. Tantum abest, ut hoc istorum factum aliqua omnino nota aut reprehensione dignum videatur. Quid enim si* C *ipse Nestorius eo tempore, quo a nobis omnibus illi proponebatur oportere, ut sua ipse dogmata condemnaret, veritatemque amplecteretur,* ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν, *scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset* (quin scilicet Nicænum Symbolum clariori aliqua auxisset explicatione), quisnam dicturus erat, illum πίστεως ἡμῖν καινοτομῆσαι σύμβολον, *novum fidei symbolum nobis conscripsisse? Quid igitur temere conviciis insectantur sanctissimos Phœniciæ episcopos, eorum consensum appellantes* ἔκθεσιν Συμβόλου καινήν, *novam Symboli expositionem quem illi utiliter et necessario ediderunt, ut nimirum se purgarent*

**161** Ephesinum decretum affert Cyrillus quod D ita declarat: *Sancta quippe,* inquiens, *et œcumenica synodus quæ Ephesi convenerat, necessario providit non oportere* πίστεως ἔκθεσιν ἑτέραν, *aliam fidei expositionem in Ecclesias Dei inferre præter eam quæ jam exstabat: quam beatissimi Patres nostri sancto Spiritu loculi definiverant* (Nicææ). Satis innotescere videtur, ita Cyrillum intellexisse *Ephesinum decretum*, ut novum imposterum non liceret Symbolum edere, aut ipsum Nicænum innovare additamentis auctum. At *illi tamen* (Orientales) *ab hac* (Nicæni Symboli fide) *dissentire visi, et quod neque recte sentirent... in suspicionem adducti; nunquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione, suæque sententiæ declaratione?* Quæ

Digitized by Google

utique intelligitur a Symbolo Nicæno distincta. *Qui hoc vult facere,* καινουργεῖ μὲν οὐδὲν, *nihil novi molitur :* οὐδὲ πίστεως ἔκθεσιν ἐρᾶται καινοτομῶν, *nec fidei expositionem innovare deprehenditur.*

Hanc decreti Ephesini, ac Cyrilli mentis interpretationem confirmat tam ipsa Orientalium declaratio *Epistolis* inserta Joannis Antiocheni, tum ejusdem Joannis disertissima sententia. Hujusmodi epistolæ prostant inter opera Cyrilli, tom. V, part. II, et part. IV concilii Ephesini, capite 20 : « De Virgine autem Dei Genitrice Maria quomodo sentiamus et loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnatione, necessario, οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, *non additamenti loco,* sed plena satisfactionis forma (aut confirmationis specie), dicemus breviter, sicut ab initio ex divinis litteris sanctorumque Patrum traditionibus hausimus : Οὐδὲν τὸ σύνολον προστιθέντες τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει, *Nihil prorsus fidei in Nicæa a sanctis Patribus expositæ adjicientes.* Illa enim, ut antea diximus, ad omnem pietatis cognitionem, omnisque hæreticæ pravæ doctrinæ depulsionem *abunde sat est...* Habet vero nostra Expositio in hunc modum : *Cõfitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium esse Deum perfectum, et hominem perfectum ex anima rationali et corpore : ante sæcula quidem ex Patre secundum divinitatem genitum, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem natum.* » Symbolum ergo Nicænum, sive *formulam* fidei spectes, sive *fidem* ipsam in formula contentam, intactum servari debuisse juxta legem Ephesinam, censebat Cyrillus. At ipsum Alexandrinum antistitem animadverte haud illicitas judicasse *fidei confessiones,* aut *expositiones* alias, a Symbolo Nicæno distinctas, queis fides ipsa Nicæna luculentius exponeretur. **162** Id vero validissimum argumentum est, quo infra adversum Græcos agemus.

VI. Jam vero *decreti Ephesini* sensus fuerit, quem ipsi Græci volunt. Suis tandem præjudiciis exuti concedant et ipsi, quod negari nullo modo potest : rem hanc ad *ecclesiasticæ disciplinæ* caput spectare, quæ pro temporum circumstantiis, ac urgente necessitate, variationem subit. Insigne præbet exemplum *synodus œcumenica Chalcedonensis,* quæ abs legis Ephesinæ rigore sine dubio recessit. Hac de re agendum mihi latiore sermone. Decreti Ephesini reverentia ducti, sibi temperandum censuere aliquandiu Patres Chalcedonenses ab ulla *conscribenda Expositione,* quæ fidem *Nicænam* et *Constantinopolitanam,* quod attinet ad articulum *Incarnationis Filii Dei,* ullo modo novis adjectis vocibus declararet. Hinc initio actionis secundæ, anno 451 celebratæ, *Judicibus et amplissimo senatui* una voce reposuerunt episcopi : *Expositionem alteram nullus facit... in scriptis expositionem non facimus. Regula est, quæ prædicat sufficere, quæ sunt exposita. Regula vult, aliam expositionem non fieri. Patrum statuta valebant.* Alteram hoc loco *fidei expositionem* intellige, quæ sit vel novum quodammodo Symbolum a Nicæno et Constantinopelitano distinctum, vel quæ ad eadem duo Symbola, vel ejusdem Symboli duas formulas quidpiam addat. Utramque formulam in eadem actione legendam præscripserunt Patres, ac una omnium acclamatione confirmarunt. At Carosus, et Dorotheus, et alii archimandritæ et monachi, qui Eutychis ac Dioscori causam tuebantur, unam contendebant sufficere *formulam Nicænæ fidei :* abnuebantque *Symbolo Constantinopolitano* subscribere, et amplecti Leonis epistolam ad Flavianum : omnemque rejiciebant, quæ fieri ad Nicænum Symbolum posset, additionem, decreto, Ephesino inhærentes. In eorum libello *S. synodo* oblato actione 4, hæc habentur : *Piissimus imperator... pollicitus est nobis confirmari tantum expositionem fidei trecentorum decem et octo Patrum : et nihil aliud ante hoc moveri, vel fieri... Ad integriorem autem probationem, quod nihil nos contrarium* τοῦ Συμβόλου τῆς πίστεως; *Symbolo fidei sapiamus... subdidimus et ipsum Symbolum ; et definitionem, quæ hoc supersignavit, prolatum a sancta et universali synodo quæ Nestorium condemnavit.* Hæc rursum judicibus et senatui reposuit Carosus : *Fidem trecentorum decem et octo Patrum, qui convenerunt apud Nicæam, in qua et baptizatus sum, novi : nam ego aliam fidem nescio.* Et Dorotheus : *Permaneo in fide sanctorum Patrum trecentorum decem et octo, qui apud Nicæam convenerunt, in qua baptizatus* **163** *sum : et in constituto eorum, qui apud Ephesum Nestorium damnarunt.*

Collige, Alexandrina in Ecclesia simplicem *Nicænam formulam* retentam esse : neque hoc ævo *Symbolum Constantinopolitanum* receptum fuisse. Nicæno vero abutebantur Symbolo Eutychiani : eorumque dolum aperit Diogenes, Cyzici episcopus, actione 1 ejusdem synodi Chalcedonensis. Verba ejus sunt : « *Dolose* (Eutyches) præposuit *synodum* sanctorum Patrum, quæ *in Nicæa* facta est. Accepit namque *Additamenta* a sanctis Patribus (Nicænis), propter perversum intellectum Apollinaris, et Valentini, et Macedonii, et qui eis similes sunt. Et *additum* est in *Symbolo* sanctorum Patrum (Constantinopoli) : Qui descendit, et incarnatus est *de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Hoc autem prætermisit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam synodum, quæ in Nicæa facta est ; secundum propriam perversitatem intelligens verba : et effugit *de Spiritu sancto ex Maria Virgine,* ut ne omnino unionem carnis confiteretur. Etenim sancti Patres, qui in Nicæa convenerunt, quod *incarnatus est,* dixerunt. Sancti autem Patres, qui post ipsos fuerunt, explanaverunt (Constantinopoli) dicentes : *De Spiritu sancto ex Maria Virgine.* » Legimus in Actis : Ægyptios Eutychi faventes clamasse : *Nemo suscipit adjectionem, nemo diminutionem. Quæ in Nicæa constituta sunt, teneant.* Malo dolo

Digitized by Google

*Symboli Constantinopolitani* additamenta rejiciebant : at illud vero constat, nondum apud illos formulam Constantinopolitanam invaluisse.

Subdola istorum indole denique perspecta, illi ipsi Chalcedonenses Patres, qui diu negaverant definitionem ullam *Nicænæ formulæ et Constantinopolitanæ* attexendam, censuerunt denique haud ita legi Ephesinæ obstringi sese, quin uti facultate possent, fidem *de incarnato Verbo* explicandi peculiari appendice. Recitari jubent actione 5, primo *Symbolum Nicænum*, tum *Symbolum Constantinopolitanum*. Aiunt vero : *Sufficeret* quidem ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis hoc sapiens et salutare divinæ gratiæ Symbolum (Nicænum et Constantinopolitanum). Sed *omnem machinationem* (hæreticorum) *contra* veritatem claudere volens præsens nunc sancta, et magna et universalis synodus... decrevit ante omnia, fidem integram et intemeratam permanere *trecentorum decem et octo sanctorum Patrum*. Confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus sancti a *Patribus centum quinquaginta* postea congregatis *in regia civitate* **164** tradita est propter illos qui Spiritui sancto repugnabant : quam illi omnibus notam fecerunt, *non quasi aliquid deesset prioribus, adjicientes* : sed suum de sancto Spiritu intellectum Scripturarum testimoniis declarantes. » Suscipit etiam contra Nestorium et Eutychem Epistolas Cyrilli et Leonis Magni. Quibus demum sanctis Patribus adhærens, *Incarnationis articulum* diligentius exponit, docens : *Unum eumdemque Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum in Deitate, et eumdem perfectum in humanitate*, etc. Hæc ad Symbolum Nicænum, et Constantinopolitanum *Appendix* a Patribus Chalcedonensibus condita fuit. Hæc sine dubio quædam est *decreti Ephesini* relaxatio, quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinet. Hæc demum synodi Chalcedonensis agendi ratio importunos Græcorum conatus frangit, qui *legis* ejusdem *Ephesinæ* rigore contra Latinos pugnant.

Adnotare tamen hoc loco operæ pretium fuerit, prædictam *Chalcedonensem Appendicem*, aliasque conditas in aliis conciliis contra emergentes errores, locum non habuisse unquam in publica *Symboli Constantinopolitani* recitatione, sive in baptismate, sive in Liturgia, ut capite insequente docemus; ne prolixior quam par esset confessio fidei aut baptizandis traderetur, aut legeretur inter Missarum solemnia : cum *Nicæna fides*, additamentis *Constantinopolitanis* aucta, per sese *sufficiens ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis* habita semper esset.

Solutam ergo, contritamque difficultatem, si quæ sumi ex *Ephesino decreto* potest, nemo non videat qui sapit. Rem hanc maxime confirmat *Symbolum ipsum Constantinopolitanum*, quod in communem totius Ecclesiæ usum nonnisi synodus Chalcedonensis deduxit. Recole superius dicta num. 4, ita videlicet *synodum Ephesinam* confirmasse *Nicænam* A *fidei formulam, alteramque* condi *fidem* inhibuisse, ut alias orthodoxas, quæ in Ecclesiis particularibus usu receptæ erant, non rejecerit. Nicæna simplici utebatur *Alexandrina* Ecclesia. Nicænam vocibus aliquibus auctam adhibebant *Antiochena* et *Philadelphiensis* : ac in aliis *Constantinopolitanam* viguisse, perspicue colligitur ex verbis Diogenis Cyziceni jam allatis. Hinc patet, formulam eamdem *Constantinopolitanam* ea minime ante synodum Chalcedonensem potitam fuisse auctoritate, ut ipsa una in quibusque Ecclesiis particularibus in usu foret. Tum vero sine dubio factum, ut Orientales orthodoxæ Ecclesiæ, singularibus formulis prætermissis, quibus utebantur pro libertate, paulatim *Constantinopolitanam* adhibere cœperint in B baptismatis collatione; idemque Symbolum nihilominus in monumentis **165** ecclesiasticis appellari *Nicænum* consueverit, cum revera sit *Nicænum* aliquibus vocibus, tum claritatis causa, tum propter hæreses emergentes, auctum. Unde jam denique patet, *legis Ephesinæ* rigori derogatum fuisse, qua *fidem alteram* a Nicæna simplici aut *proferri*, aut *conscribi*, et *componi* vetabatur.

Marcus Ephesius in synodo Florentina, sessione 5, hocce vidit, ac præoccupare argumentum conatus est : « Statutum quippe fuit (inquiens), a Patribus Ephesinis, nulli deinceps patere licentiam immutandi quovis modo *Symbolum Nicænum* : quod idem est ac dicere *Constantinopolitanum*; C virtute enim continetur in illo, amboque pro uno sunt habita. » Ephesinis Actis hæc repugnat interpretatio. Recitatum quippe actione 1 legimus *Nicænum* simplex *Symbolum*. Synodica ibidem legitur Cyrilli epistola ex synodo Alexandrina data ad Nestorium, ubi simplex eadem prostat Nicæna formula : ac una in Patrum acclamationibus *Nicæna fides* memoratur, *exposita in trecentis decem et octo sanctis Patribus*. Iterum actione 6, coram palamque recitatur *Nicæna fides* : affertur *Charisiana*, quæ vocibus aliquibus adjunctis differt a Nicæna : additurque demum corruptum Symbolum Nestorianum. *Constantinopolitana* additamenta apparent nullibi : decretumque Ephesini Patres ferunt, quo præscribitur, *alteram fidem nemini* D *licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt*. Lubens fateor, *Constantinopolitanam* formulam dici posse *Nicænam* : at istam sine dubio, non illam præ oculis habebat synodus Ephesina. Fateor etiam, Patres Ephesinos decreto suo non rejecisse formulam *Constantinopolitanam*, aliasque orthodoxas in Orientalibus Ecclesiis usu receptas : at inde argumentum sumitur contra Marcum Ephesium, suosque Græcos, legem Ephesinam tam rigide interpretantes, eaque abutentes. Aio demum, synodi Chalcedonensis auctoritate factum, ut *Symbolum Constantinopolitanum*, Nicæno prætermisso, ac aliis prætermissis peculiaribus, in communem usum

Digitized by Google

Ecclesiæ deduceretur : quod est *a rigore legis Ephesinæ* recedere.

VII. Hanc sibi convenire auctoritatem in eo, quod est *ecclesiasticæ disciplinæ* caput, synodi posteriores, et Ecclesiæ particulares, et Ecclesiarum antistites minime dubitarunt. Professiones aliquas fidei profero, quæ instar *Symboli* editæ fuerunt, ac dici possunt *Symbolum* idem *Nicænum*, et *Constantinopolitanum* additamentis auctum. Hujusmodi est *Expositio fidei*, superius laudata, quam Cyrillo Alexandrino obtulerunt Orientales. Hujusmodi dici debet **166** *formula illa*, quæ in sexta synodo œcumenica anno 680 celebrata legitur actione 4, in epistola 2 *Agathonis papæ*, his verbis : *Credentes in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ*, etc. Libellos fidei suæ Petrus episcopus Nicomediæ, et Georgius presbyter monachus obtulere actione 10. Hic vero eorum libellus ipsissimum est *Symbolum Constantinopolitanum*, cum additamentis hæresi Monotheliticæ adversis. Incipit : *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ*, etc. Symbolum istud reclamante nemine susceptum est : imo *Constantinus* (Pogonatus) *piissimus imperator, et sanctum concilium dixerunt*, ut ipsi *libelles, quos polliciti sunt propriæ fidei, jurantes offerant.*

In synodo œcumenica septima, Nicæna II, anno 787 habita, Basilius Ancyranus, et alii cum ipso episcopi, Iconomachorum antea polluti hæresi, fidem orthodoxam profitentur actione 1 oblata *formula*, quæ *Symbolum Constantinopolitanum* continet, et alia plura *additamenta*. Incipit : *Credo, et confiteor in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Jesum Christum*, etc. Pares sunt, quæ habentur actione 3 *formulæ* fidei a Tarasio patriarcha Constantinopolitano, et a Theodoro Hierosolymorum patriarcha oblatæ, pluribus additamentis *formulam* vulgatam *Constantinopolitanam* augentes. His vel hodiernum Græcorum usum addo, qui in episcopi consecratione servatur. Ac primum *clara voce dicit* ipse *Symbolum sanctum hoc pacto : Credo in unum Patrem omnipotentem ;* scilicet Constantinopolitanum. Tum alium libellum fidei instar *Symboli* pronuntiat, qui incipit : *Credo in unum Deum tribus personis distinctum*, etc. Ac denique *tertiam professionem* legit, quæ ipsum Constantinopolitanum Symbolum est adjectionibus pluribus locupletatum. Euchologium adi, et expende. Hujuscemodi demum *formulas* in ordinatione episcoporum, ac Romani pontificis in usu positas fuisse *Romæ*, et in *Occidente*, dicemus infra, notumque facit Liber diurnus Romanorum pontificum a Garnerio vulgatus.

Repeti contra Græcos argumentatio potest. Decreto suo synodus Ephesina vetat, ne *altera fides præter Nicænam, proferatur, aut conscribatur, aut componatur.* Atqui tot allatæ *formulæ* Symbolum exhibent, quod est alterum a *Nicæno* et *Constantinopolitano*, additamentis videlicet longe pluribus auctum. Cur ergo *Ephesinam legem* Græci violarunt ? Sed *altera fides* illa, quam vocant Ephesini Patres, vel intelligitur catholicæ fidei adversa doctrina : quo utique sensu novis illis fidei formulis prolatis et conscriptis, utpote orthodoxis, violata dici nequit Ephesina lex. Sed neque ad lita, **167** *Filioque*, voce violatur ipsa. Vel *altera* eadem *fides* intelligitur *fidei formula*, quæ a Nicæna, aut Constantinopolitana nullo modo differat. Id si contendant Græci, sese primum crimine purgent, cum post Ephesinam synodum tot *alteras* protulerint formulas : aut nobiscum fateantur, rem hanc quæ ad *ecclesiasticam disciplinam* pertinet, mutationes pro variis emergentium hæresum circumstantiis, quas Ecclesia pro sua auctoritate expendit, subire potuisse, ac debuisse.

Ad *Spiritus sancti originem* quod attinet, dignissimum est animadversione additamentum, quod in laudato *Symbolo Tarasiano* legitur in synodo Nicæna II œcumenica actione 3 : *Et in Spiritum sanctum, Dominum, et vivificantem*, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀπ' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, *ex Patre per Filium procedentem, et eumdem Deum esse et cognosci.* Hæc est Latinorum additio, *Filioque :* quam in professionibus fidei extra Symbolum Constantinopolitanum jam exprimebant superiori et hac ætate Romani pontifices, ut infra dicendum.

## CAPUT III.

*Fidem alteram, quæ scilicet rectæ fidei orthodoxæ adversatur, proferri, aut conscribi vetant synodus œcumenica Chalcedonensis, et synodi posteriores. Constantinopolitanum Symbolum post eamdem synodum Chalcedonensem passim vocari Nicænum consuevit. Illud fecere Liturgiæ partem Ecclesiæ orthodoxæ Orientales. Regula fidei expenditur, quæ synodo Toletanæ I adsuta reperitur. In concilio œcumenico particula,* Filioque, *addita non est ad Symbolum ; sed illam passim extra Symbolum adhibebant Patres.*

Decreta *fidem alteram* inhibentia, quemadmodum Ephesina synodus, ita posteriores etiam tulere synodi œcumenicæ : alteramque fidem intellexerunt, quæ fidei rectæ adversatur. Sensus est, qui vocis *Filioque* adjectionem non excludit, crimen enque amolitur Latinis impactum. Synodus œcumenica Chalcedonensis actione 5 statuit, *Symbolum Nicænum* permanere *integrum ac intemeratum :* Symbolum *Constantinopolitanum etiam confirmat ;* additque *Appendicem*, qua contra Eutychianos articulum *de incarnatione Domini nostri Jesu Christi* declarat. Tum vero decretum his verbis edit : *His igitur cum omni undique exacta cura, et diligentia a nobis dispositis, definit sancta et universalis synodus : alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere,* **168** *aut sentire, aut alios docere. Eos autem, qui audent componere fidem alteram*, etc. An *fidem alteram* ita intellexerint Patres Chalcedonenses, ut *formulam* quamcunque *Symboli* inhibuerint, quæ a *Nicæno*, et *Constantinopolitano*, una etiam, vel paucis vocibus adjectis, differret ? Hunc rejiciunt sensum tot

Digitized by Google

Symbolorum formulæ superius indicatæ, quas œcumenica posteriora concilia susceperunt, et approbarunt. An ita *fides altera* inhibita intelligatur, ut in posterum non liceret, aliis uti verbis in articulo *Incarnationis*, nisi quæ synodus eadem Chalcedonensis usurpavit? Hunc etiam sensum removent memoratæ Symbolorum formulæ. Non abnuerim, inhibere synodum potuisse, ne voces aliquæ minuerentur, aut adderentur ullæ, eo inductam consilio, ut errores procul arceret omnes, quos imperiti, aut imprudentes, aut errantes homines, *addendo* vel *minuendo*, invehere possent: at præcipuam jam constat mentem fuisse, *minutiones* et *additiones* vetare illas, quæ rectam fidem orthodoxam labefactarent.

Prudentissimum innotescit idem consilium in synodis posterioribus. In œcumenica VI, prostat actione 4 epistola 1 *Agathonis* Romani pontificis, ubi non longe ab initio hæc habentur: *Quæ regulariter a sanctis atque apostolicis prædecessoribus, et venerabilibus quinque conciliis definita sunt, cum simplicitate cordis, et sine ambiguitate a Patribus traditæ fidei conservamus: unum, ac præcipuum bonum habere semper optantes, atque studentes: ut nihil de eis quæ regulariter definita sunt, minuatur, nihil mutetur, vel augeatur; sed eadem verbis, et sensibus illibata custodiantur.* Hanc epistolam ibidem sequitur ejusdem Agathonis alia ex synodo Romana data, in qua *fidei professio* instar *Symboli* inseritur, utique Symbolo Nicæno, et Constantinopolitano, ac definitioni Chalcedonensi consona, verbis tamen pluribus ac prolixis additamentis locupletata.

Synodalis definitio contra Monothelitas edita legitur actione 18. Symbolum *Nicænum*, et *Constantinopolitanum* recitantur; et hæc *sufficere*, inquiunt Patres, *ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem.* Nihilominus *incarnationis* mysterium, quod attinet ad *voluntatem et operationem in Christo duplicem*, prolixa Appendice declarant. Definiuntque demum: *Aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, componere, aut sapere, vel etiam aliter docere.* Aliam scilicet intellige fidem, quæ non sit recta orthodoxa fides, sed errantium commentum prædictæ definitioni adversum. Interim coacti in hac synodo Patres actione 4 et 10, *fidei professiones*, instar *Symboli* editas, susceperunt et approbarunt, **169** quæ differunt vocibus a *Nicæna et Constantinopolitana* fidei formula.

Hujusmodi varia *Symbola*, quæ lecta in synodo *Nicæna* II, et approbata fuere, jam memoravimus. Fidei definitionem contra *Iconomachos* continet actio septima: scilicet *Symbolum Constantinopolitanum*: anathemata contra hæreses, *Arianam, Macedonianam, Nestorianam, Eutychianam*, et *Monotheliticam*: ac demum *Appendicem* contra Iconomachos: *Eos ergo*, inquiunt Patres, *qui audent aliter sapere, aut docere, aut secundum scelestos hæreticos ecclesiasticas traditiones spernere, et novitatem quamlibet excogitare, vel projicere aliquid ex his quæ sunt Ecclesiæ deputata*, etc. Synodi Ecclesiæque consilium perspicue jam vides: quod obstare adjectæ particulæ, *Filioque*, insanus esto qui contendat.

II. In usum Ecclesiæ communem, auctoritate synodi Chalcedonensis œcumenicæ, deductum fuisse *Constantinopolitanum* Symbolum, dubium nullum. Recole dicta capite superiore num. 5. Animadversiones addere nonnullas, mihi liceat. Origo *Symboli Constantinopolitani* ad particularem aliquam Ecclesiam, privatosque scriptores referenda est, tempore inter *Nicænam primam* synodum mediante, ac inter *primam Constantinopolitanam*. Illud primus vulgavit *Epiphanius*: idemque amplexati sunt *centum et quinquaginta Patres*, qui anno 381 contra Macedonium synodum Constantinopoli celebrarunt. Synodum istam generalem fuisse, utpote Damasi summi pontificis auctoritate coactam, censet Baronius. *Ex post facto*, ut inquiunt, eidem accessisse synodi œcumenicæ auctoritatem, arbitrantur alii: vel Damaso papa eam confirmante, ut aliquibus placet; vel saltem Leone Magno in synodo Chalcedonensi; aut certe *ipsa synodo* priorem Constantinopolitanam, cum decretis fidei, ac Symbolo prædicto, suscipiente, et approbante.

In utramlibet sententiam disserit Christianus Lupus, tomo I, in Scholiis ad eamdem synodum, cap. 4; et tomo V, in Scholiis ad dictatum Gregorii VII, canone 21, quæst. 3. Litterarum *confirmationis*, quas dederit Damasus, nullibi mentio: sed neque ulla mentio ejusdem *Constantinopolitanæ* synodi, in eaque editi *Symboli*, in œcumenica synodo *Ephesina*. Ignotam sibi eam synodum, ignotumque Symbolum testati sunt episcopi in conciliabulo, quod in causa Eutychetis Ephesi celebravit Dioscorus. Id Eutychianos ignorare potuisse, negat Evoptius Cyzicenus cum suis comprovincialibus episcopis in epistola, quæ prostat in codice encyclico: simulque modum indicat, quo synodus illa Constantinopolitana, **170** ejusque symbolum auctoritatem obtinuerint in Ecclesia. Verba sunt: Hanc *synodum.... præ omnibus quidem veritas confirmavit*: eademque *tanto tempore robur accepit.* Utut demum sese res habeat. Certum fit compertumque *Symbolum* idem *Constantinopolitanum*, nonnisi post synodum Chalcedonensem, communi Ecclesiarum usu receptum fuisse: ac synodum etiam, quam centum et quinquaginta Patres in urbe Regia anno 381 celebrarunt, connumerari inter œcumenicas passim cœpisse.

Ea vero auctoritas, ac reverentia prædicto Symbolo accessit, ut absolute *Nicænum* vocari consueverit. In synodo Constantinopolitana, quæ anno 536, sub Mena celebrata fuit, exstat actione 5 synodica alterius Constantinopolitani concilii anno 518 celebrati epistola ad Joannem patriarcham suum, ubi hæc habentur: « Tertium capitulum in petitione continebatur ut pro majori Scripturarum auctoramento, sancta et magna synodus trecentorum decem et octo Patrum congregatorum in *Nicæa*, qui sanctum *Symbolum fidei*



Digitized by Google

dellnierunt et exclamarunt, *In quo baptizati sumus, et baptizamus :* et quæ *in Constantinopoli* sub Nectario sanctæ memoriæ congregata est, et prædictum sanctum *Symbolum trecentorum decem et octo Patrum confirmavit*, apponantur in sacris diptychis. » Patet Symbolum Constantinopolitanum, licet additamentis auctum, dici *Symbolum Nicænum*, in synodo regiæ urbis *confirmatum*. Paria sunt, quæ monachi ibidem scribunt sua in epistola : *Petimus*, inquientes, *ut sanctæ synodi pro tempore congregatæ pro fide, ponantur in sacris libris : hoc est, Nicæna, quæ exclamavit Sanctum Symbolum in quo baptizati sumus, et baptizamus : et Constantinopolitana, quæ ipsum confirmavit:* et Ephesina, quæ similiter confirmavit, *atque etiam Chalcedonensis, quæ similiter signavit.* Eadem verba frequentius repetuntur in *libello*, qui loco citato refertur inscribiturque, *Quomodo prædicatæ sint synodi ;* ac demum in *Rescripto* habentur, quod subjicitur, *Joannis Hierosolymitani, et episcoporum qui sub eo sunt, ad Joannem Constantinopolitanum.* Hæc vero evincunt omnia, Ecclesiam, quæ sine crimine, simplici relicta *Nicæna Symboli forma*, in usum communem *Symbolum Constantinopolitanum* additamentis auctum adduxit, pari gaudere potestate, ut ipsam etiam Symboli Constantinopolitani formulam pro temporum circumstantiis, ac necessitate adigente augere potuerit.

III. Additamenta *Constantinopolitana* pertinacissime rejiciebat Eutyches in synodo Chalcedonensi, ac rejicere perrexerunt Eutychiani, seu Monophysitæ. Recole dicta capite superiore num. 5. Ejusdem **171** contemptum Symboli ut coram palamque ostenderent Petrus Fullo Antiochenus, et Timotheus Constantinopolitanus, Chalcedonensis concilii hostes, *Nicænum* simplex *Symbolum* fecere sacræ Liturgiæ partem. Theodorus lector, libro II, refert : Petrum Fullonem, seu Cnaphæum, *cum rursus episcopatum recuperasset Antiochenum, excogitasse ut in singulis collectis Symbolum diceretur.* Nicænum fuisse, hæc alia ejusdem Theodori verba evincunt : *Timotheus* (episcopus Constantinopolitanus) *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum in singulis collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum.* Secundam Cnaphæi irruptionem in sedem Antiochenam ad annum 476 pertinere, docent Lequienus, in *Oriente Christiano*, continuatores Bollandi, tomo IV Julii, Antonius Pagius. Macedonio hujus nominis secundo anno 511 in exsilium pulso, Monophysita Timotheus suffectus est in sedem Constantinopolitanam, rexitque Ecclesiam illam septem annos. Invecti novi ritus auctor fuit in Antiochena Ecclesia Petrus Fullo : ipsumque imitari in Ecclesia regiæ urbis Timotheo placuit.

Verba illa, *in odium Macedonii*, expendens Natalis Alexander, colligere sibi visus est : agi eo loci de *Symbolo Constantinopolitano*, tametsi dicatur illud *trecentorum et octodecim Patrum ;* Macedonium scilicet intelligens, Spiritus sancti divinitatis hostem, in synodo Constantinopolitana damnatum. Ita ille sæculo IV dissertatione 37, art. 1, in fine. Fallitur vir doctus. Macedonius est, non *primus*, qui Spiritus sancti impugnavit divinitatem : sed hujus nominis *secundus*, immediatus ipsius Timothei præcessor, catholicæ fidei in Chalcedonensi concilio statutæ professione clarus. Hanc ob causam ab Anastasio imperatore in exsilium anno 511 pulso, ipse Timotheus hæreticus, et synodi Chalcedonensis impugnator, suffectus fuit. Plura pessimus egit homo, Theodoro lectore teste, contra ipsum Macedonium : ac inter alia *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum* (Nicænum) *in singulis collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii* (præcessoris), *quasi ille non susciperet id Symbolum* (nempe Nicænum).

Ritui porro, quem pravo consilio invexerant hæretici Monophysitæ, ritum opposuerunt orthodoxi, quo palam coramque in sacra Liturgia rectam et catholicam incarnationis Dominicæ fidem profiterentur, *Symbolo Constantinopolitano*, quod rejiciebant illi, adhibito. Præsto est ecclesiasticum monumentum, quod ad annum 518 pertinet : quo maxime constat, jam tum in usu fuisse apud orthodoxos, ut in divina Liturgia Symbolum fidei recitaretur. **172** In libello superius memorato, *Quomodo prædicatæ* (seu promulgatæ) *sint synodi*, anno 518 scripto, Justino seniore catholico post Anastasium regnante, hæc habentur verba prope finem : *Post lectionem sancti Evangelii, cum Missa ex more celebraretur, et clausis januis, et sacro Symbolo* (τοῦ ἁγίου μαθήματος) ex more recitato, (κατὰ τὸ σύνηθες,) *ubi ventum est ad Diptycha*, etc. Symbolum fidei jam anno 518 *ex more* lectum recitatum que ab orthodoxis fuisse, perspicue patet.

At illud erat *Symbolum Constantinopolitanum*. Id utique satis indicant monumenta, quæ numero superiore adduximus ex concilio sub Menna. Accedit luculentissima confirmatio ex Chronico abbatis Joannis Biclarensis Lusitani, qui sæculo sexto florebat. Verba sunt : *Romanorum* (imperator) *LIII, Justinus junior annis undecim. Qui Justinus anno primo regni sui* (Christi 566), *ea quæ contra synodum Chalcedonensem fuerant commenta, destruxit, Symbolumque sanctorum* 150 *Patrum Constantinopoli congregatorum, et in synodo Chalcedonensi receptum, in omni Ecclesia catholica a populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur Oratio.* Quæ nempe Justino seniori conveniunt, et anno 518 facta sunt, deceptum Biclarensem tribuisse Justino juniori, et ad annum 566 retulisse, latiore ostendimus oratione in nostra dissertatione de fide auctoris operum, quæ vulgo Areopagitica dicuntur, capite 13. Hæc numeratur *Dissertatio nona* inter eas, quas vulgavimus simul collectas, *De gestis et scriptis et doctrina sancti Thomæ Aquinatis.* Communem usum, in quem Symbolum Constantinopolitanum cum suis Additamentis dedu-

Digitized by Google

xit pro sua auctoritate Ecclesia, videant Græci, ac attentius expendant.

IV. Ad particulæ, *Filioque*, adjectionem proximius pertinent, quæ sequuntur. Synodo Toletanæ I quæ ad annum 400, in Collectionibus conciliorum refertur, *Regula fidei* subjicitur *contra omnes hæreses, et quammaxime contra Priscillianos.* Ea dicitur *ab episcopis Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, et Bæticis facta : et cum præcepto papæ urbis Romæ Leonis ad Balconium episcopum Galliciæ transmissa.* Formula est instar *Symboli* edita, ac incipit : *Credimus in unum Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum*, etc. De sancto eodem Spiritu hæc habentur : « Spiritum quoque Paracletum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius : sed *a Patre Filioque procedens.* »

Romanam sedem anno 400 conscendit sanctus Leo Magnus : unde Toletanæ synodo primæ tribui *Regula* illa non potest. Ad annum 447 refertur *concilium Hispanicum generale*, suasu Leonis **173** pontificis indictum in causa Priscillianistarum. Præter *fidei regulam* superius memoratam, *nihil exstare*, adnotant conciliorum collectores. Hinc vero edita illa videtur in hac synodo. Rem hanc, et synodi locum certo addiscimus ex synodo Bracarensi anni 563 : « Lucretius episcopus dixit : ... Credo, vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa urbis Romæ Leo . . . . . per Turibium notarium sedis suæ ad *synodum Galliciæ* contra impiam Priscilliani sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses, et Carthaginenses episcopi, Lusitani quoque, et Bœtici, facto inter se concilio, *Regulam fidei* contra Priscillianam hæresim, cum aliquibus capitulis conscribentes, ad *Balconium* tunc hujus Ecclesiæ Bracarensis præsulem direxerunt. » Memoratum Leonis Magni *præceptum* legitur in ejusdem epistola apud Quesnellium 14, ad annum 447 pertinente, *ad Turribium episcopum Asturicensem* directa, quæ his verbis clauditur : « Dedimus itaque litteras ad fratres, et coepiscopos nostros *Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos :* eisque consilium *synodi generalis* indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid, quod absit ! obstiterit quominus possit celebrari *generale concilium*, Galliciæ saltem in unum conveniant sacerdotes. »

Hanc eamdem *Regulam fidei*, quam memorati episcopi inter se convenientes ediderunt, exhibet integram sermo 129, inter eos *de tempore*, quos Augustinus concinnavit. Exstat in Parisina monachorum Sancti Mauri editione in appendice num. 233, et in codice canonum Ecclesiæ Romanæ, num. 40, sub titulo *Libelli Augustini de fide catholica contra omnes hæreses.* In isto sanctus Spiritus dicitur *a Patre procedens :* in illo, *a Patre Filioque.* A Hanc esse genuinam lectionem, conjici potest ex laudata Leonis magni epistola, qui veram contra Priscillianistas fidem episcopis Hispanis tradens, ait, capite 1 : « Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate divina ; qui et Patris, et Filii, et Spiritus sancti unam atque eamdem asserunt esse personam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur : nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui *de utroque processit* » Ex hac demum fidei regula vocem *Filioque* in ipsum *Constantinopolitanum Symbolum* translulisse insequenti sæculo VI Ecclesias Hispaniarum, capite sequente dicendum.

**174** V. Sæculo septimo Ecclesiam omnem Occidentalem legisse *adjectionem* in eodem Symbolo B Constantinopolitano, narrat Manuel Calecas. Is natione Græcus, ante annum 1400 clarebat litteris Constantinopoli, ibique nomen ordini Prædicatorum dedit in Cœnobio Peræ pridem erecto. Salutis gentilium suorum studio flagrans, plurima scripsit quibus eos revocaret ab erroribus. De prædictæ *Additionis* tempore sic habet libro IV *Contra Græcos :* « Indicat enim et beatus Maximus in Epistola ad Marinum : *Additionem hanc*, non quando Ecclesiarum scissura facta est, sed longe ante additam esse, et fortassis ante sua tempora. Fuit autem eo tempore, quo sexta synodus conflata est. Propterea, rebus urgentibus, cum *quosdam Occidentalis Ecclesiæ* hæc pestis paulatim ac sensim inficeret, con- C veniens synodus, *ex Filio etiam Spiritum sanctum procedere*, Symbolo adjecit : ad quod Romani Pontificis suffecisset auctoritas, quæ etiam synodos reliquas corroborat. »

Sextam synodum œcumenicam anno 680 celebrare cœperunt Patres. Longe ante, scilicet anno 662, vita migraverat Maximus : sed ipse Martinum Papam anno 649 impulit ad celebrandum Lateranense adversus Monothelitas concilium : eique præsens adfuit. Orationem suam perorare contra Græcos pergit Calecas ibidem : « Neque sane mirandum, Romanum episcopum, *convocato Occidentalium episcoporum concilio*, illud decrevisse. Nam si provinciæ sæpe singulæ concilia celebraverunt, eisque auctoritas derogata non est : multo sane D magis hoc ille potuit cum omnibus circum se episcopis, qui pastor primus, et Ecclesiæ totius Pater est . . . Si quis interroget, quid sit : quod cum ista *additio antiqua sit*, non etiam *ab Orientalibus* Symbolo inserta sit : primum quidem, debita subjectione ac reverentia Romano Pontifici ejusque Ecclesiæ reddita, nihil ex hoc (ex omissione particulæ *Filioque*), in fide vel differre, vel contra sentire putabantur . . . . Deinde necesse non fuit rectam et congruam de Filio, et sancto Spiritu intelligentiam habentes, *cum additione Symbolum legere*, etc . . . . Si quis objiciat, oportuisse *Græcos etiam vocari*, et Synodo de sententia omnium communicare : primum quidem *cum nota omnino res esset* (cum scilicet processio Spiritus sancti *a*

Digitized by Google

*Patre et Filio* seu *per Filium* in ore jam ævo illo foret Patrum Græcorum ac Latinorum), necesse non fuit, omnibus hanc conveniendi molestiam indicere, etc.... Nam si (demum) *additionem impiam* existimant: cur sancti Maximi temporibus, atque ante hunc, *quando Symbolum ita omnis Occidentalis Ecclesia* **175** *legebat*, Oriens totus hanc impietatem non redarguit, neque ab Ecclesia Romana abcissus est? At id quidem illi non fecerunt. Imo coacta *sexta* et *septima* synodo, adjectionem hanc *ut piam* liquido comprobaverunt: neque quia vocati non sunt, graviter tulerunt. « Bona mista malis (lubens fateor), propinat Calecas.

In hanc *additionis* chronicam notam consentire videtur Joannes Beccus, oratione 2 de injusta sui depositione, num. 6: *Veluti primum*, inquiens, *contradictionis principium de additione ætate sancti Maximi offendimus.* Annalium parens Baronius, ad anu. 680, num. 32, sic ait: « In ea quæ a sancta Synodo (Romana sub Agathone papa) in synodali epistola scribitur, catholicæ fidei sincera confessione (quæ legitur actione 6 Synodi VI œcumenicæ), stylus scribarum mendax operatus est falsitatem. Dum enim ibi legeretur: *Credimus et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificatorem, ex Patre Filioque procedentem*; abraso nomine, *Filioque*, a Patre procedentem tantum, relictum est. Detecta fuit ejusmodi impostura Græcorum, in *concilio Florentino* a Juliano S. R. E. cardinali in disputatione, quam habuit contra Græcos. »

Deceptus hæc narrat Baronius. In synodo Florentina sessione 5, post alias constitutas ævo superiori *definitiones fidei*, ea etiam refertur, quam edidere Patres in *synodo septima, seu Nicæna secunda œcumenica.* In Actis hæc habentur: « Ea definitio cum a nobis recitaretur, prolatus est alter codex a Latinis antiquus manuscriptus, in quo eadem hujus synodi definitio continebatur. Inventumque est, ubi de Spiritus sancti divinitate agitur, iis verbis *ex Patre procedentem*, additum *et ex Filio.* » Hinc mota Græcos inter et Latinos controversia. Julianus S. R. E. cardinalis hæc ad imperatorem habuit verba: « Serenissime imperator, prolatum a nobis Symbolum in *septima synodo*, scriptum est in vetustissimo codice: et impossibile est suspicari, aliquam in eo factam esse mutationem. » Agebatur ergo de Symbolo Constantinopolitano, quod insertum legitur definitioni *synodi septimæ œcumenicæ*, non *sextæ*. Hac de re iterum capite insequenti. Additione porro illa caret in conciliorum Collectionibus definitio sextæ synodi.

Auctum voce illa, sancti Maximi confessoris ætate, *Symbolum Constantinopolitanum*, non ego admiserim. Ex ejus epistola ad Marinum Cypri presbyterum utique constat, Monothelitas Constantinopolitanos in eo etiam Romanum pontificem reprehendisse: *quod* **176** *dixerit, Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere.* Quod impactum crimen ipse Maximus his amolitur verbis: *Et primo quidem consonantia Latinorum Patrum testimonia protulerunt* (Romani, quos Romæ consulebat Maximus), *præterea etiam Cyrilli Alexandrini* (testimonium proferebant). Hæc evincunt, juxta Maximi mentem, et auctoritatem in ore scriptisque Latinorum Patrum Spiritus sancti processionem effetri *ex Patre Filioque*, ac etiam Græcos Patres consentire: minime tamen in *Symbolo Constantinopolitano* adjectam legi particulam *Filioque*. Rem verissimam Maximus referebat. Sancti Leonis Magni textum superius descripsimus ex Epistola ad Turribium Asturicensem anno 447 data: *Spiritus sanctus*, inquientis, *qui de utroque processit.* Consona verba in sua *Regula fidei* eodem anno inseruerunt Hispani episcopi: *Sed a Patre*, inquientis, *Filioque procedens.* Anno 521, ad Justinum Seniorem Augustum scripserat Hormisdas Papa decretalem epistolam, quæ in Collectionibus conciliorum numeratur 79, in eaque hæc habentur, quæ a Græco imperatore, Græcisque aliis minime reprehensa fuerunt: *Proprium Spiritus sancti est, ut de Patre et Filio procederet sub una substantia Deitatis.* In fidei quoque professione, quam sanctus Gregorius Magnus anno 590, in solemni suæ inaugurationis ritu emiserat, hæc habentur apud Joannem Diaconum in ejus Vita: *Spiritum vero sanctum, nec genitum*, nec *ingenitum*, *sed coæternum, de Patre et Filio procedentem.*

Synodum convocasse Romanum Pontificem, invehit Calecas: in eaque factam *additionem ad Symbolum Constantinopolitanum*, refert. Loco citato ex ejus libro IV *Contra Græcos* hanc nominat synodum, inquiens: *Quapropter Damasus, qui tunc erat Romanus episcopus, coacto concilio, Symbolo adjecit, ex Filio procedere Spiritum sanctum.* Ecclesiastica repugnant documenta certa, quæ capite superiore expendimus num. 1.

## 177 CAPUT IV.

*Hispaniarum Ecclesiæ sexto sæculo additamentum ad Symbolum Constantinopolitanum recipiunt: ipsumque canere cœperunt inter Missarum solemnia. Id etiam sæculo octavo ab Ecclesiis Gallicanis factum: causa et occasio exhibetur, vindiciæque afferuntur Paulini Aquileiensis. Definitio concilii Nicæni II œcumenici expenditur: ac Baronii asserta quædam refelluntur. Ab eodem Additamento alienam se præbet Ecclesia Romana: Collationis acta cum Leone III illustrantur. Imo neque Symbolum hac ætate in eadem Romana Ecclesia aut canebatur, aut legebatur in Liturgia.*

1. Particulares Ecclesiæ fuere, quæ in synodis suis pro temporum circumstantiis adversum hæreses particulam, *Filioque*, addiderunt Symbolo Constantinopolitano: quod etiam sacræ Liturgiæ partem fecere. Prima adest synodus *Toletana* III, anno 589 celebrata: *in qua Gothi, Arianæ hæreseos perfidia abjurata, orthodoxam fidem profitentur.* Reccaredus rex lato sermone synodum aperit. Dogmata fidei profitetur, ac inter alia *Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere, et cum Patre et Filio unius esse substantiæ.* Nicæna Symboli formula recitatur. Additur *Symbolum Constantinopo-*

Digitized by Google

*litanum*, in quo additio facta legitur : *Credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum, et glorificandum, qui locutus est per prophetas.* Canone 3, *anathema* dicitur, *quicunque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit a Patre et Filio procedere, eumque non dixerit, coaternum esse Patri et Filio, et coæqualem.* Hæc nos docent Arianos, qui jugo suo Hispanias subdiderant, impia commenta, quæ contra sanctissimam Trinitatem didicerant in Oriente, illuc transtulisse, fidemque catholicam pluribus invectis erroribus labefactasse. Processionem Spiritus sancti *ex solo Patre* profitebantur illi : quod habuerunt Hispani Patres pro impio dogmate.

Capitulo II hæc constituta leguntur : « Pro reverentia sanctissimæ fidei, et propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu piissimi et gloriosissimi Domini nostri Reccaredi regis, sancta constituit synodus, ut per omnes Ecclesias Hispaniæ, vel Gallaciæ (al. Galliæ, scilicet Narbonensis), *secundum formam Orientalium Ecclesiarum*, concilii Constantinopolitani, hoc **178** est 150 episcoporum *Symbolum fidei* recitetur : ut priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara, a populo decantetur ; quo et fides vera manifestum testimonium habeat. » Symbolum intellige particula *Filioque* adauctum. Hanc additionem retinuere, ac propagarunt Hispanicæ sequiorum temporum synodi, *Toletana VIII* anno 653 ; *Emeritensis* anno 666 ; *Bracarensis* III, anno 675 ; *Toletana* XII, anno 681 ; XIII, anno 683 ; XV, anno 688 ; et XVII, anno 694. Præter *Symbolum Constantinopolitanum* aliæ prostant prolixiores, instar *Symboli* formulæ, cum additamento, in synodo *Toletana* XI, anno 675, et in *Toletana* XVI, anno 693. His addo formulam, quæ legitur in Anglico generali concilio, sive *Haethfeldensi* anno 680, de qua mentionem agit Beda, libro IV *Historiæ gentis Anglorum*, capite 17.

II. Contra sancti Spiritus processionem *ex Patre Filioque* bellum acre moverunt *Iconomachi* sub imperio maxime Constantini Copronymi, qui anno Christi 719 natales habuit, et anno insequenti dictus est imperator. Solus regnare cœpit anno 741, post obitum Leonis Isauri patris, cujus impietatem contra sacras imagines pro hæreditate habuit. Græci, qui pro hæreticis traducebantur ab Occidentalibus, Occidentales ipsos de processione Spiritus sancti, quam *ex Patre et Filio* asserebant, ut redderent par pari, veluti de crimine insimulabant. Hinc frequentes hac de re synodi celebratæ habitæque disputationes.

Prima quæ reperitur, synodus est *Gentiliacensis* sub Pipino Francorum rege anno 767 celebrata. Occasionem dedit Constantini Græcorum imperatoris legatio ad regem. Hac de re admonitus *Paulus summus pontifex*, litteras ad eumdem Francorum regem reposuit, quæ in codice Carolino habentur num. 26, verba sunt : « Direxit nobis excellentiæ vestræ Christianitas, significans de missis nostris, vestrisque, *atque Græcorum* qui a regia urbe reversi sunt, eos apud vos esse detentos. Interim quod aggregatis vestris sacerdotibus atque optimatibus, conjicere seu perpetrare valeatis : quid de his, quæ vobis directa sunt, respondendum sit. Et quidem nobis hac de re aliter confidendum non est a vobis responderi, nisi quæ *ad exaltationem* sacrosanctæ spiritalis Matris vestræ *Romanæ Ecclesiæ*, atque *Orthodoxæ Fidei* pertinere noscuntur. » Legationis caput alterum spectabat Italiæ regiones a Pipino Romanæ Ecclesiæ attributas. Spectabat alterum dogma *processionis ex Patre Filioque*. Ado Viennensis in Chronico sic ait : *Facta est synodus anno Incarnationis Domini* 767, *et quæstio ventilata inter Græcos, et Romanos de Trinitate : et utrum* **179** *Spiritus sanctus sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio ; et de sanctorum imaginibus, utrumne fingendæ, aut pingendæ erant in Ecclesiis.* Locum designant Annales Francorum *villam Gentiliaci*. In Bertinianis hæc habentur : *Pipinus celebravit Pascha in Gentiliaco anno Domini* 767. *Tunc habuit in supradicta villa synodum magnam inter Romanos et Græcos de sancta Trinitate, vel de sanctorum imaginibus.*

Gallicanas Ecclesias, hac data occasione, *Symbolum Constantinopolitanum* particula *Filioque* auxisse, verisimillimum est. Rem colligo ex *Forojuliensi* Paulini Aquileiæ patriarchæ synodo, quam alii anno 791, verius alii anno 796 celebratam narrant. Insertum actis legitur cum additamento *Symbolum Constantinopolitanum*. Additionem vindicat Paulinus his verbis : « Scio quibusdam in synodalibus foliis esse sancitum... præsertim propter fraudulentam fictamque Nestorii, vel Eutychis perfidiam, *non licere cuipiam alterius fidei Symbolum docere, vel componere.* Sed absit a nobis, proculque sit ab omni corde fideli, *alterum*, vel *aliter quam illi instituerunt*, Symbolum vel fidem componere, vel docere ! Sed *juxta eorum sensum* ea fortasse, quæ *propter brevitatis compendium*, minus quam decet, a simplicibus vel indoctis intelliguntur, exponenda decrevimus tradere, ipsumque *textum Symboli* retinere... Enimvero non est *in argumento fidei addere, vel minuere* ea quæ *a sanctis Patribus* bene salubriterque *sunt promulgata* : secundum *eorum sensum* recte sentire, et *exponendo* eorum subtile *supplere ingenium* ; sed *addere vel minuere* est, subdole *contra* sacrosanctum eorum sensum, *aliter quam illi*, callida tergiversatione *diversa sentire* : et confuso stylo *perversum dogma* componere... Plurimorum etenim Catholicorum virorum, Ecclesiarumque Dei cultorum, *sacræ fidei compositum venerabile legitur opus*, aliis quidem verbis, dissimilique calamo resonante, sed eumdem sensum, eumdemque ingenii intellectum concorditer inviolatæ fidei uno assertionis redolere probantur documento. »

Digitized by Google

Fidei formulæ indicantur, quæ a Symbolo Nicæno et Constantinopolitano distinctæ sunt, frequentius ab Ecclesiis, et ecclesiasticis viris editæ, et a nobis superius memoratæ. Ipsa etiam exprimitur *Formula Nicæna*, quam vocibus aliquibus adjectis supplevere *Constantinopolitani* Patres. « Nam si recenseatur *Nicæni symboli* series veneranda, nihil aliud de Spiritu sancto in ea, nisi hoc modo reperiri poterit promulgatum : *Et in sanctum*, inquiunt, *Spiritum*. Quid est ergo dicere, *et in Spiritum sanctum ?* Quomodo **180** accipienda est tam brevissima eorum professio, nisi ut patenter detur intelligi mentium eorum integræ fidei religiosa devotio : *et in sanctum Spiritum, sicut et in Patrem et in Filium* probabiliter credidisse. Quemadmodum postea a sanctis Patribus *centum quinquaginta*, qui contestati sunt Symboli fidem Nicæni concilii *inviolatam* perenniter permanere, *supplevérunt* tamen, *quasi exponendo eorum sensum : et in Spiritum sanctum* confitentur se credere *Dominum, et vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum, et conglorificandum.* Hæc enim, et cætera quæ sequuntur, in Nicæni Symboli sacro dogmate non habentur. Sed et postmodum, *propter eos videlicet hæreticos, qui susurrant Spiritum sanctum solius esse Patris, et a solo procedere Patre*, additum est : *Qui ex Patre Filioque procedit.* Et tamen non sunt hi sancti Patres culpandi : quasi *addidissent aliquid, vel minuissent de fide trecentorum decem et octo Patrum ;* quia *non contra eorum sensum* diversa senserunt, sed immaculatum eorum intellectum sanis moribus supplere studuerunt. Didicerant itaque *centum quinquaginta* (Patres) qui intulerunt *a Patre procedentem,* evangelista testante, repromisisse discipulis ipsum Unigenitum de suo Spiritu : *Spiritus qui a Patre procedit.* Legerant nempe *ii sequentes* (Patres) *qui addiderunt :* Qui ex Patre Filioque procedit, ipsam eamdem veritatem in Evangelio. » Quam utique veritatem evangelicis dictis perspicue demonstrat Paulinus.

Validissima sunt adversum Græcos argumenta. Hæc eadem in synodo Florentina adhibuere Patres : eademque nos compendio collegimus capite 2, num. 4, et cap. 3, num. 1, symbolo Constantinopolitano jam additam fuisse ætate Paulini particulam *Filioque* in Ecclesiis regni Italici, quod Carolus Magnus moderabatur, et in Ecclesiis Gallicanis, allata Paulini verba suadent. Tempus notat et occasionem : *Postmodum propter eos videlicet hæreticos, qui susurrant Spiritum sanctum solius esse Patris, et a solo procedere Patre, additum est : Qui ex Patre Filioque procedit.* Id sexto sæculo inficiabantur *Ariani* in Hispaniis : dissidia septimo sæculo moverunt *Monothelitæ* Constantinopolitani : et insequenti octavo bellum irrupit apertum sub *Iconomachis.* Hinc additam in Hispaniis vocem illam sexto sæculo, certo scimus : idemque factum esse in Gallicanis verisimillimum est A tempore synodi Gentiliacensis, in quo cum Græcis hocce de fidei dogmate disputatum est.

Confirmationem suppeditant amplissimam, quæ ad synodum pertinent *Aquisgranensem* anno 809 celebratum. Innotescit quippe, **181** in Ecclesiis Gallicanis, et alibi in more jam positum fuisse, ut inter missarum solemnia *Constantinopolitanum symbolum*, additamento auctum, caneretur. Eginhardus, in *Vita Caroli Magni*, sic ait : *Imperator de Arduenna Aquisgrani reversus, mense Novembrio, concilium habuit de processione Spiritus sancti : quam quæstionem Joannes quidam monachus Hierosolymis primo commovit.* « Hujus controversiæ occasio (verba sunt Mabillonii præfatione I, in sæculum IV Ordinis sancti Benedicti, § 2) petita est B *ex more Gallorum*, qui cum in Symbolo Constantinopolitano addidissent vocem *Filioque*, in quorumdam reprehensionem incurrere, præcipue Joannis monachi Hierosolymitani. Is quippe anno jam dicto in Galliam missus ad Carolum, controversiam hac de re movit, quæ ad Romani Pontificis judicium delata est. »

Veram occasionem narrat in sua Dissertatione prima Damascenica Michael Lequienus ex Litteris quibusdam ineditis, quas ipse receperat a Stephano Baluzio, ac is postea inter Miscellanea typis vulgavit, tomo VII. Ad *Leonem III* summum Pontificem scribunt *monachi peregrini, in monte Oliveti habitantes :* « Notam tibi facimus tribulationem nostram, quam hic patimur. *Joannes qui* C *fuit de monasterio Sancti Sabæ*... levatus est super nos dicendo, quod *Franci*, qui sunt in monte Oliveti, hæretici sunt : et dixit nobis quia Omnes Franci hæretici estis... Die sancto Dominico (post Natalem Domini) congregati sunt sacerdotes cum clero et populo, et interrogaverunt nos, *qualiter crederemus Symbolum.* Nos autem dicendo, quod sic credimus sicut sancta Ecclesia Romana ; diximus, et dicimus in nostra lingua, quæ vos non dicitis in Græca. Et in *Gloria Patri* non dicitis *sicut erat in principio ;* et in *Gloria in excelsis* non dicitis *Tu solus altissimus ;* et *Pater noster* alio modo dicitis ; et in *Symbolo* nos dicimus plus, quam vos : *Qui ex Patre Filioque procedit.* Unde D dicit iste Joannes, inimicus animæ suæ : propter *hunc sermonem* (quod ex Patre Filioque procedit), quod hæretici sumus. » Turbas ergo non in Galliis Joannes ille monachus exciverat, sed Hierosolymæ contra Latinos montis Oliveti monachos, qui propterea præsidium et opem summi Romani Pontificis petunt ac implorant.

Inquiunt vero : « Ego *Leo* servus vester (unus ex eisdem montis Oliveti monachis, ut infra in subscriptionibus), dum essem ad sancta vestigia vestra (Romæ), et ad pia vestigia Domini Karoli piissimi imperatoris, Filiique vestri, audivimus *in* **182** *Capella ejus* dici in Symbolo fidei, *Qui ex Patre Filioque procedit.* Et in homilia sancti Gregorii, quam nobis filius vester, domnus Ka-

Digitized by Google

rolus imperator dedit, in parabola Octavarum Paschæ, ubi dixit, *Sed ejus missio ipsa processio est, qui de Patre procedit et Filio.* Et in Regula sancti Benedicti, quam nobis dedit filius vester domnus Karolus, quæ habet fidem scriptam de sancta et inseparabili Trinitate, dicitur : *Credo Spiritum sanctum, Deum verum, ex Patre procedentem et Filio.* Et in Dialogo, quem nobis vestra sanctitas dare dignata est, similiter dicit. Et in fide sancti Athanasii eodem modo dicit. » His Latini monachi vindicabant documentis particulam *Filioque*, quam *Symbolo Constantinopolitano* insertam legebant, canebantque; eamque eodem in Symbolo *dici* consuevisse *in capella* Caroli Magni imperatoris, testantur.

Summum Pontificem enixe rogant : « Ut digneris (inquiunt), tam *in Græco*, quam *in Latino* de sanctis Patribus, qui Symbolum composuerunt, inquirere sermonem istum, ubi dicitur *Ex Patre Filioque procedit.* Et in Græco non dicunt, sicut nos : sed dicunt, *Qui ex Patre procedit;* et rident istum sermonem gravem, quem nos dicimus in Latino. Et mandare digneris domno Karolo imperatori filio vestro, quod nos istum sermonem *in ejus capella* audivimus : *Qui ex Patre Filioque procedit.* » Epistolæ subscriptos legimus *Dominicum, Theodorum, Arimundum, Gregorium, Joannem, Leonem, et omnem congregationem de monte sancto Oliveti.* Addiscimus primo *Symbolum Constantinopolitanum* cani consuevisse in regio Caroli Magni sacello auctum particula, *Filioque :* hujusce additionis originem ignorasse monachos illos in monte Oliveti, moremque Gallicanum suo in monasterio servasse : adeoque longe ante concilium Aquisgranense voce illa *Symbolum Constantinopolitanum* Gallicanis in Ecclesiis auctum fuisse.

Quam Leo III acceperat a monachis, ad Carolum Magnum transmisit epistolam. Fidei etiam confessionem subjunxit, ad eosdem monachos perferendam : hæc habentur omnia apud laudatum Baluzium : « Domino piissimo et serenissimo victori ac triumphatori filio amatori Dei et Domini nostri Jesu Christi Carolo Augusto, Leo episcopus servus servorum Dei... Præsenti anno direxerunt nobis epistolam monachi, qui in *sancto monte Oliveti* morantur, fidei contentionem continentem, quam inter se habebant. Nos vero *Symbolum orthodoxæ fidei* illis misimus, quatenus omnes secundum hanc nostram sanctam catholicam et **183** apostolicam Ecclesiam, rectam et inviolatam teneant fidem, *quam vero epistolam* vestræ imperiali potentiæ misimus relegendam. » Tum Carolo impensius commendat monachos. Quod *Symbolum orthodoxæ fidei* vocat, ibidem subjunctum legitur. Non est Symbolum Constantinopolitanum, sed alia formula, quæ prædicti Symboli articulos latius explanat. Incipit : *Credimus sanctam Trinitatem, id est Patrem, Filium, et Spiritum sanctum,* etc.; in eaque dicitur *Spiritus sanctus plenus Deus, ex Patre et Filio proceden.* Animadverte, *processionis ex utroque* dogma confirmari : de *adjectione* ad Symbolum Constantinopolitanum nullam ingeri mentionem.

Habita vero Aquisgrani synodus a Carolo Magno *de processione Spiritus sancti.* Tum legati Romam missi, ut mota *quæstio definiretur*, ut ait Eginardus. Putat Baronius ad annum 809, num. 53 : « Tractatum non fuisse, num Spiritus sanctus *a Patre Filioque procederet :* sed quod tum apud Hispanos, tum apud Gallos additæ fuerunt symbolo quatuor illæ syllabæ, *Filioque;* num id bene factum esset, ut et ita *auctum Symbolum* in Ecclesia caneretur. » Imo de ipsa Spiritus sancti processione, utrum *a Patre tantum*, an *a Patre Filioque procedat*, motam esse a Græcis quæstionem, eamque discussam, pro certo habent Cointius, et Pagius, aliique viri docti. Evangelicis documentis instructa, ac Patrum traditionibus munita docuit semper Romana Ecclesia Spiritus sancti processionem ab utroque. Nondum eam *additamentum* recepisse ad Symbolum Constantinopolitanum, certo evincunt quæ hactenus disseruimus. Num illud hac ætate approbaverit, receperitque, infra dicendum.

III. Anno 787 coacta ac celebrata fuit *Nicæna secunda*, ac septima œcumenica synodus. Editam contra Iconomachos definitionem fidei continet actio 7, in qua *Symbolum Constantinopolitanum* insertum legitur. Textus Græcus hæc tantum habet verba : Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, *ex Patre procedentem.* Versio Latina, quæ e regione prostat, sic habet : *Qui ex Patre Filioque procedit.* Nota appingitur in Collectionibus conciliorum apud Labbeum, et Harduinum, vocem illam omitti in *codice Jolyano*, et in alio quem vocat *nostrum* Harduinus. Alia exstat apud laudatum Labbeum Latina versio hujusce synodi septimæ, quam vocat ipse *vulgatam et antiquam :* sed perperam ita vocari adnotat Harduinus, cum auctor ejus fuerit Cybertus Longolius, qui eam Coloniæ primo edidit anno 1540. In hac verba illa loco citato habentur : *Et in Spiritum sanctum, Dominum, vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit.*

**184** In Latinis concilii Florentini Actis, quæ Horatius Justinianus collegit, disposuit, et notis illustravit, hæc habentur collatione VI : « Cum septimæ synodi legeretur *Symbolum*, cardinalis (Julianus) *librum Latinum* exhibuit *antiquissimum*, ubi *in Symbolo* illius concilii erat, *Filioque.* Et adjunxit, quod *ex Chronica Martiniana* habetur, in illo concilio dogma illud fuisse explicatum. » Iterum Julianus ait : *Quia Symbolum septimi concilii per eos* (Græcos) *lectum non habet dogma, Filioque; et nos habemus cum illo verbo : videtur, ut ex nostro more legatur, prout habemus.* Consonant Acta Græco-Latina sessione 5 : « Ea vero definitio (synodi septimæ) cum a nobis (Græcis) recitaretur, prolatus est alter codex a Latinis antiquus

Digitized by Google

manuscriptus, in quo eadem hujus synodi definitio continebatur. Inventumque est, ubi de Spiritus sancti divinitate agitur, iis verbis : *Ex Patre procedentem*, additum *et ex Filio*, sicut ipsi dicunt. Atque hac de re multum habuere sermonem, *librum* nobis ostendentes *quasi antiquum* : seque de illo jactantes, et cum nostro codice illum conferentes... Nos igitur nihil ad hoc respondimus, quod non liceret per tempus. Tantum eos (quod ipsi postularunt) hortati sumus, ut recitarent hujusmodi expositionem, sicut in libro scriptum habebatur. »

Martini Poloni, cujus utebatur auctoritate Julianus cardinalis, verba sunt in Chronico : *Horum* (Constantini, et Irenes) *imperii anno* 8 *facta est secunda synodus in Nicæa, ubi adfuerunt trecenti et* B *quinquaginta Patres : in qua affirmatum est Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere.* Hæc videntur prædictum vocis *Filioque* additamentum indicare. Addit Baronius ad annum 787, num. 38, id haberi *in vetere translatione Anastasii Bibliothecarii ad Joannem VIII papam conscripta, et in Græco textu.* At in synodo Florentina loco citato non agebatur de *Græco textu* additionem habente, verum de *libro Latino antiquissimo.* Ad Anastasii Bibliothecarii translationem quod attinet, Petrus Pithœus in sua Historia Controversiæ veteris de processione Spiritus sancti, quæ exstat in calce *Codicis Canonum veteris Ecclesiæ Romanæ*, adversum Baronio perhibet testimonium : *Anastasii R. E. Bibliothecarii*, inquiens, *qui eodem fere tem-* C *pore vixit, paulo post sub Joanne VIII eamdem synodum* (Nicænam) *Latine interpretatus est, codex apud nos antiquisssimus nihil tale continet.*

Alio pugnat argumento Annalium parens pro additione. Inquit numer. 39 : « Cæterum liber ille dictus, *Capitulare adversus Nicænam synodum*, missus a Carolo Magno ad Adrianum (I) **185** Romanum Pontificem (idem Opus est cum libris, qui *Carolini* vocantur), quænam germana fuerit lectio ejus textus (in Symbolo Constantinopolitano) edocet : utpote quia ab auctore reprehendatur (libro III, capite 3), quod *Tarasius non recte sentiat, qui Spiritum sanctum non ex Patre et Filio secundum Nicæni* (imo Constantinopolitani inter- D polati) *Symboli fidem, sed ex Patre per Filium profiteatur.* Si ergo hoc ipsum scriptum fuisset in totius synodi *fidei professione*, quæ in hac septima habetur actione, *Spiritum sanctum scilicet a Patre per Filium procedentem*, certe quidem ab adversario non *unus Tarasius* in crimen vocatus esset, sed ipsa *synodus universa*, quam acriter impugnabat. » Symbolum Constantinopolitanum, quod in hac Nicæna definitione continetur, non habet *Spiritum sanctum a Patre per Filium procedentem.* In Græco textu legitur idem *Spiritus a Patre procedens :* eademque, non plura verba exhibebat Latina Anastasii Bibliothecarii versio, teste Pithœo. Cur ergo adversarius sub Caroli Magni nomine hanc A synodi universæ definitionem reprehendisset, in qua sanctus Spiritus non dicitur *a Patre per Filium procedere ?* Hæc utique habentur verba actione 3 in fidei professione a Tarasio patriarcha Constantinopolitano edita instar Symboli, ubi ait ille : *Et in Spiritum, Dominum, et vivificantem, ex Patre per Filium procedentem, et eumdem Deum esse et cognosci.* Hæc ita cum sese habeant, nondum liquido, ac certo constat Symbolum Constantinopolitanum cum vocis *Filioque* additione in synodo Nicæna II recitatum fuisse.

Græcis attamen, qui processionem *ab utroque* rejiciunt, allata verba Tarasii maxime adversantur : cum Spiritum sanctum *ex Patre procedere per Filium* perinde esse, ac ipsum ex *Patre et Filio procedere*, invictis Patrum testimoniis demonstratum sit in priore dissertatione. Contra adversarium vindicat *Tarasiana* verba Adrianus I, in epistola ad Carolum regem, quæ apud Labbeum prostat post Latina ejusdem synodi Nicænæ Acta, congestis quampluribus sanctorum Patrum testimoniis. *Hæc vero si attente considerentur* (adnotat Lequienus, dissertatione I Damascenica num. 12), *nihil aliud pro majori parte enuntiant, nisi Spiritum sanctum a Patre per Filium hominibus concedi.* At quamplura nos priore in dissertatione expendimus, quæ æternam Spiritus sancti *a Patre et a Filio*, vel *a Patre per Filium* originem probant. Id etiam evincunt, quæ Spiritum sanctum a Patre et a Filio, seu a Patre per Filium *mitti* enuntiant. Cur non vero, cum in *Missione* proprie dicta duo concurrant, *externa* aliqua productio effectus, cujus **186** ratione specialiter inhabitare persona dicitur, quæ mittitur, sed etiam ejusdem personæ missæ *sempiterna processio ?* Itaque cum Spiritus sanctus mittatur a Patre et a Filio, ab utroque pariter procedit.

Verba quædam habentur, in Epistolis a Leone III datis ad Carolum Magnum, vulgatisque ut adnotavimus a Baluzio, quæ dignissima sunt animadversione : *A Hierosolymis detulerunt* (missi ad ipsum Leonem monachi Montis Oliveti) *nobis epistolam Thomæ Hierosolymorum patriarchæ : quam relegentes reperimus, ut per nostram precatoriam epistolam vestræ pietati eos* (monachos) *commendaremus.* Hæc evincunt apertissime *Thomam Jerosolymitanum patriarcham*, ejusque Græcos presbyteros criminationi ab Joanne, Græco monasterii sancti Sabæ monacho, contra Latinos impactæ ob confessionem *processionis ab utroque*, ejusque *additionem ad Symbolum*, minime consensisse. De Thoma patriarcha lato disertoque calamo Lequienus agit in suo *Oriente Christiano*, tomo III.

IV. Agitatam vidimus quæstionem de Spiritus sancti processione *a Patre et a Filio* in synodo Aquisgranensi anno 809 celebrata *Mense Novembrio.* Legatos, *Bernharum episcopum Vormaciensem*, et *Adelhardum abbatem monasterii Corbeiæ*, ad summum Pontificem Leonem III missos a Carolo

Digitized by Google

Magno, ut eadem demum quæstio *definiretur*, tra- A tollendi additionem, symboli videlicet cantu in
dit Eginardus in *Chronico*, eique consentiunt cæ- palatio primum Regio, deinde in aliis Ecclesiis
teri annalistæ. Ad ipsum pontificem data a Carolo prætermisso.
Magno exstat epistola in Labbeana conciliorum
collectione, quæ incipit : *Quæstio, quæ de Spiritus sancti processione est nuper exorta, jamdudum est diligentissime a sanctis Patribus ventilata.* Testimonia Patrum plura recensentur.

Acta ibidem exstant, et apud Baronium, ad ann. 809, num. 51 *Collationis*, quam Legati habuere cum Leone. Actum vero primum de *fidei dogmate :* tum quæstio invecta de lectione, sive cantu *Symboli Constantinopolitani inter missarum solemnia*, maximeque cum vocis *Filioque* additamento. Titulus est : *Ratio, quæ habita est de Symbolo fidei in secretario sancti Petri apostoli inter domnum Leonem sanctissimum et coevangelicum papam urbis Romæ, et Bernarium atque Jesse episcopos seu Adalardum abbatem, missos domni Caroli imperatoris, per indictionem secundam.* Apud annalistas laudatos nulla *Jesse episcopi* mentio ingeritur. Suspicionem invehit *indictio secunda.* Dicitur enim eam *Collationem* scripsisse, aut edidisse Smaragdus, abbas sancti Michaelis ad Mosam : qui *Novembrium mensem* anni 809 sine dubio notasset *juxta morem* **187** *consuetum indictione tertia.* Addendum postremo legationem prædictam post eumdem *mensem novembrem* a Carolo Magno directam, non ita facile compleri ante annum 810, et indictionem tertiam potuisse. Hinc censent viri docti, titulum ab aliquo sciolo appositum esse, de sinceritate *Collationis* nihil hæsitantes.

Primo loco *lecta sunt a prædictis missis per ordinem testimonia* (Patrum), *atque a domno Apostolico diligentissime audita.* Ait ille vero : *Ita sentio, ita teneo cum his auctoribus, et sacræ Scripturæ auctoribus. Si quis aliter de hac re sentire, vel docere voluerit, defendo* (seu inhibeo) ; *et nisi conversus fuerit, et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus ejicio.* In libro Diurno Romanorum pontificum prostant *fidei professiones* tres, quas sua in ordinatione ipsi emittebant pontifices Romani hac ætate, ac ævo sequiori : et in altera quidem hæc habentur ; *Spiritum Dei, Filius de suo accipere, perhibet . . . et insufflando discipulis, Accipite Spiritum sanctum, utpote de se procedentem annuntiat.* In tertia vero, *Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum, sed de Patre Filioque procedentem.* Hæc erat Leonis fides.

Tum dictorum nonnullorum occasione data, quæ *colloquendo potius, quam disputando* exciderant, in quæstionem abiit Collatio de *symboli Constantinopolitani interpolati cantu* inter missarum solemnia. Tria nos Acta docent : 1. In Ecclesia Romana nondum obtinuisse symboli cantum inter missarum solemnia, nec additamentum vocis *Filioque* ad Symbolum. 2. Additionem hanc, a Gallicanis Ecclesiis factam, nimium ægre tulisse Leonem pontificem. 3. Indicasse quoque modum ipsam

Collationem ipsam liceat diligentius expendere. Fide Romanæ Ecclesiæ *de processione Spiritus a Patre et Filio* abs Leone III exposita, de additamento ad Symbolum sermonem legati instituunt : *Si ergo ita est* ( inquientes ), *cur non licet cantare, vel cantando docere.* Imo *licet docendo, cantare* (reponit pontifex), *et cantando docere. Sed illicite in prohibitis : nec scribendo, nec cantando licet inserere* Sensus est, sancti Spiritus processionem *a Patre et a Filio* tenendam, docendamque esse, sive cantando id fiat, sive legendo, sive scribendo : at *inseri* eam symbolo, in prohibitis esse. Prohibitionis, quam Romana custodiebat Ecclesia, causas et leges intellexere legati : *quia illi, qui idem Symbolum condiderunt, non indiderunt : et sequentes principales synodi, Chalcedonensis quarta, Constantinopolitana quinta, et sexta, ut novum ultra symbolum . . . condere,* **188** *et in veteribus tollendo, addendo, mutandoque quidquam inserere, prohibuerunt.* Mirum est lati in Ephesina synodo œcumenica tertia, decreti non ingeri mentionem I Hujusmodi legum rigorem servabat Ecclesia Romana, antiquitatis tenacissima. At *quia id credere bonum est* (aiunt legati), *bonum hodie sicut ad credendum, ita ad cantandum tunc esset, si ab eis insertum fuisset.* Utique *bonum id credere, et valde bonum* (verba sunt pontificis), *utpote tam magnum fidei sacramentum, quod non licet non credere . . . Non audeo dicere non bene fecisse* (Symboli conditores, aut synodi œcumenicæ quæ Symbolum confirmarunt), *si fecissent* (aut particulam *Filioque* addidissent) : *scientes utique . . . perpendisse eos, cur dimiserunt.*

*Temporis qualitatem* exhibent legati, *et imbecillitatem fratrum*, ac necessariam *de tanto mysterio* instructionem : unde *melius nobis visum fuit* (inquiunt), *cantando tantos instruere, quam tacendo indoctos relinquere. Si enim sciret paternitas tua, quanta sunt hodie millia id scientium* (in Gallis, in regno Italiæ, in Germania), *quia cantatur, qui nunquam sciturі essent, nisi cantaretur : forsisse nobiscum teneres, et id tuo etiam consensu ut cantaretur, acquiesceres.* Necessariam hujusce mysterii, aliorumque instructionem quis non videat ? *Nunquid vero universa hujusmodi fidei mystica sacramenta* (ait pontifex), *sine quibus quisque, qui ad hoc pertingere potest, catholicus esse non potest, symbolis inserenda ; et propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit addenda sunt ?* Modi patent multiplices, quibus extra Symboli formulam, instrui fideles queant, in dogmaticis libris, in Catechesibus, in Concionibus.

*Nunquid* (legati reponunt) *non a te id ipsum Symbolum est data in Ecclesia cantandi licentia ? Nunquid a nobis huc usus ille cantandi processit ?* Pontifex : *Ego licentiam dedi cantandi : non autem*

Digitized by Google

*cantando quidpiam addendi, minuendi, seu mutandi . . . Quandiu vobis in hoc satis fuit, in hujusmodi* (Symbolo) *cantando, vel celebrando* (in) *sacrosanctis mysteriis* (cantare et celebrare), *quomodo sancta Romana tenet Ecclesia* (quæ symbolum custodit sine additamento); *nunquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere. Quod vero asseritis ideo vos ita cantare, quoniam alios in istis partibus, vobis priores, audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim idipsum non cantamus* (hoc scilicet additamentum), *sed legimus* (nempe extra Symbolum, in scriptis, et in aliis fidei professionibus), *et legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo* **189** *inserendo, præsumimus. Quæ vero prædictis Symbolis . . . deesse cognoscimus : non ut dictum est, inserere præsumimus : sed locis, temporibusque opportunis, quibus competit ministrare curamus.*

Facultatem cantandi inter missarum solemnia symbolum abs sese factam, annuit pontifex. Datæ facultatis epocham indicare videtur Walafridus Strabo. Is enim, de *rebus ecclesiasticis*, cap. 22, sic ait : « Ab ipsis (*Græcis*) ergo *ad Romanos* ille usus (canendi Symbolum post Evangelium) creditur pervenisse. Sed apud Gallos et Germanos, post dejectionem Felicis hæretici, sub gloriosissimo Carolo Francorum rectore damnati, idem *Symbolum* latius et crebrius in *Missarum cœpit officiis* iterari. » Felicis et Elipandi error *de Filiatione Christi adoptiva* damnatus est anno 792, in synodo Ratisponensi, maximeque anno 794, in pleniori concilio Francofordiensi, cui Galliarum, et Germaniæ episcopi interfuere, itemque regni Italici. Potuit ergo Leo III, qui anno insequente 795 regere Ecclesiam Romanam cœpit, facultatem fecisse ut in eisdem provinciis inter solemnia missarum caneretur Symbolum Constantinopolitanum. Hunc ritum Hispaniarum Ecclesiæ jam dudum amplexatæ fuerant. Ipsum fortasse in Gallicanis aliquibus Ecclesiis pridem invexerint antistites : at Leonis III ætate *latius et crebrius* ritus idem invaluit. Verisimillima sunt hæc Strabonis dicta : falluntur tamen, cum narrat *a Græcis ad Romanos ritum illum pervenisse*. Ecclesiam Romanam si intellexerit. Hinc vero colligendum videtur, id eo consilio permissum a summo pontifice fuisse, ut naturalis divina Jesu Christi filiatio, quam *Felix et Elipandus* oppugnabant, coram palamque in Symboli cantu inter missarum solemnia enuntiaretur : adeoque ne cogitasse ipsum quidem de Additamento vocis *Filioque*. Aiebant legati, *se in partibus istis alios, ipsis priores*, additamentum *cantantes audivisse*. Fortasse *partes istas* intelligebant in regno Italiæ : qua de re satis obscura diligentius disserere, non vacat. Romanam certe Ecclesiam intelligere nullo modo licet, ut ostendere pergimus.

Symbolum interpolasse Gallicanas Ecclesias conjectavimus circa tempora synodi Gentiliacensis anno 767 celebratæ. Facta sibi postea illud canendi facultate in Liturgia, cum *Additamento* ipsum canere prædictæ Ecclesiæ cœperunt. Additamentum tolli, optabat Leo pontifex : modumque præscripsit, quem cautiorem putabat : ut scilicet ipsa Symboli decantatio paulatim intermitteretur, ac omitteretur, in *palatio* primum, ac cæteris deinde in Ecclesiis. Inquiebant ergo legati : *Ut ideo, illud a paternitate vestra decernitur, ut primo illud, de quo quæstio est, de sæpefato Symbolo* **190** *tollatur* (additamentum) : *et tunc demum a quolibet licite ac libere sive cantando, sive tradendo discatur* (idem additamentum extra Symbolum), *et doceatur*. Pontifex : *Ita procul dubio a nostra parte decernitur : ita quoque ut vestra assentiatur, a nobis omnimode suadetur*. Legati : *Sublatis his quæ vultis bonum est ut idem Symbolum cantetur* (inter missarum solemnia). Pontifex : *Bonum sane. Quod tamen non imperando, sed ut prius permittendo dicimus : quia illud sicut tunc, ita et nunc utile indigentibus esse posse non ignoramus*. Facultatem Gallicanis Ecclesiis fecerat Leo post synodum Francofordiensem, cantandi in Liturgia Symbolum *permittendo*. Legati : Symbolum in Liturgia canere si pergamus, omittamusque adjectionem vocis *Filioque ; sermo* iste *ab omnibus, acsi contra fidem sit, condemnabitur. Quale ergo dubis consilium?* Pontifex : *Si prius quam ita* (cum additamento) *cantaretur, interrogatus essem : ne inseretur utique, respondissem. At nunc* (*quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico*), *quantum menti occurrit, ita mihi videtur posse utrumque fieri : ut paulatim in palatio* (*quia in nostra sancta Ecclesia non cantatur*), *cantandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur. . . si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus.*

Plura innotescunt : 1. Romana Ecclesia, antiquitatis tenacissima, rigorem *legis Ephesinæ* servabat : nec ullo Constantinopolitanum interpolari Symbolum modo passa est. 2. Symbolum idem neque privatim, neque publice apud ipsam cum additamento aut scribebatur, aut legebatur, aut cantabatur. 3. Imo neque Symboli sine additamento cantum sua in Liturgia adhuc admiserat. 4. Hæc vero ecclesiasticæ disciplinæ capita esse probe noverat : unde tum Gallicanis ecclesiis cantum Symboli inter solemnia missarum permiserat : tum etiam invectum ab illis additamentum tolli suadebat, *non affirmando*, aut jubendo ; sed *tractando* præbendoque *consilium*.

V. Sua abs consuetudine haud recessisse Ecclesiæ Gallicanæ videntur : hæsit Romana Ecclesia antiquitati, ac legis rigori. Id putant viri docti intelligendum esse de addita voce, *Filioque* ; secus de *publica Symboli recitatione* in Officio Liturgico. Dixerat Mabillonius, libro I De *Liturgia Gallicana*, capite 2, num 6, *Symbolum post Evan-*

Digitized by Google

*gelium Romanos nullo modo cecinisse usque ad tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris, scilicet primi, teste Bernone abbate Augiensi.* Laudati testis hæc scilicet verba sunt capite 2 de quibusdam rebus ad Missam spectantibus : « *Symbolum* post Evangelium usque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris **191** (inceptumque sæculum undecimum) nullo modo cecinerunt. Ab eodem (Henrico) interrogati, cur ita agerent, me coram assistente : audivi eos hujusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos fece infecta : sed secundum sancti Petri doctrinam, in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa : et ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. »

Hanc deseruisse videtur vir doctissimus opinionem in Commentario in *Ordinem Romanum*, capite 6, num. 3, ubi ait : *Verum longe ante id tempus Symbolum in missa pontificali decantari mos erat, ut fidem facit libellus secundus de Ordine Romano.* Hunc *Ordinem*, aliosque infra ad examen vocabimus. In hanc sententiam totus abit Edmundus Martene, De *antiquis Ecclesiæ ritibus*, lib. I, capite 4, art. 5, num. 11, et in Præfatione ad tomum IV et V Amplissimæ Collectionis. Illustri monacho consentire maluit Franciscus Pagius, in *Breviario Romanorum pontificum*, tomo II, in Benedicto VIII, num. 8, quam Antonii Pagii patrui sententiam sequi. Non eamdem tamen viam pergunt illi. Bernonis auctoritatem, quæ repugnare videtur, ut elevet Mabillonius, existimat, *Symboli recitationem a sæculo nono ad undecimum intermissam a Romanis in Missa fuisse*, iterumque resumptam. Conjecturæ solidam aliquam rationem nec profert Mabillonius, nec dare potuisset unquam

« Nos vero (inquit Martene loco primum citato) et Bernonis admittimus auctoritatem, et nihilominus asserimus *Symboli in missa recitationem longe antiquiorem in Ecclesia Romana exsistere*, quam existiment illi auctores (Baronius, Bona, Menardus, aliique). Nam primo illorum præjudiciis obstant antiqui *Ordines Romani*, II, V et VI, ex vulgatis a Mabillonio *Musæi Italici* tomo II. Et ne quis aliquam in his interpolationem irrepsisse suspicetur, omnem suspicionem removet Amalarii abbatis Ecloga in *Ordinem Romanum*, edita a Baluzio in Appendice ad Capitularia regum Francorum, in qua agit *de Symbolo*. » In *Ordine Romano* II, hæc habentur verba, pag. 46 : *Post Evangelium candelæ in loco suo exstinguuntur : et ab Episcopo, Credo in unum Deum, cantatur.* In Ordine V, pag. 66 : *Perlecto Evangelio, dicat episcopus, Pax tibi : et elevat : Credo in unum Deum.* In Ordine VI, pag. 73 : *Alta voce incipiat canere, Credo in unum Deum.* Antiquitatem *secundi Ordinis* colligimus ex Amalario Metensi, noni sæculi scriptore, qui laudatam in eumdem Ordinem scripsit Eglogam ; **192** in eaque de *Credo in Deum*, sive de Symbolo agit, quod in missa pontificali recitabatur.

Causam suam perorare pergit Martene : « Deinde Walafridus libro De *rebus Ecclesiasticis*, capite 22, postquam rationes protulit, cur Græci Symbolum Constantinopolitanum, potius quam Nicænum in Missa decantarent, addit : *Ab ipsis ergo ad Romanos ille usus creditur pervenisse.* His accedit omni exceptione majus Leonis Papæ III testimonium in præcitata Collatione cum legatis concilii Aquisgranensis. Nam cum summum pontificem urgerent legati, ut Gallicanis ecclesiis permitteret symbolum decantare cum ea additione, quæ mentionem facit *processionis Spiritus sancti a Filio*, perinde ac *a Patre*, respondit pontifex, *satis esse* illud decantare, *quomodo in hujusmodi decantando, et celebrando sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet Ecclesia.* His addo Joannis Papæ VIII (qui anno 872 ad summum pontificatum evectus est) auctoritatem in epistola 247, ad Sphentopulcrum, comitem Moraviæ, ubi hæc habet : *Methodium venerab. archiepiscopum vestrum interrogavimus, coram positis fratribus nostris episcopis, si orthodoxæ fidei Symbolum ita crederet, et inter sacra missarum solemnia caneret, sicuti sanctam Romanam Ecclesiam tenere, et in sanctis et universalibus synodis a sanctis Patribus secundum evangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum, atque traditum esse constat.* Ille autem professus est se juxta evangelicam et apostolicam doctrinam, sicut *sancta Romana Ecclesia docet*, et a Patribus traditum est, tenere et psallere. Ex his omnibus conficitur, *toto sæculo nono Symbolum in missa apud Romanos dictum fuisse.*

Quid ergo dicemus ad Bernonis testimonium ? Sæculo decimo *intermissam* Romæ hanc consuetudinem (cum Mabillonio) ? Hæc responsio tolerari utcunque posset, si solidiorem aliunde non haberemus hujus difficultatis solutionem. Nam si Bernonis verba attenta mentis consideratione perscrutemur, non negat absolute apud Romanos Symbolum in missa dictum fuisse, sed *decantatum*, quia revera solemni modulatione, ut in aliis Ecclesiis, non cantabatur, sed solum recitabatur. Hujus responsionis testem profero Leonem III, in præcitata Collatione cum legatis concilii Aquisgranensis : *Quod vero* (inquit Pontifex), *asseritis, ideo vos ita cantare Symbolum, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos ? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus : et legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo inserendo præsumimus.*

**193** Non adeo clarissimi viri mihi robusta videntur argumenta, ut pro *solidiori* haberi debeant testimonii ex *Bernone* desumpti *solutione*. Verbum *cantari*, quo idem utitur Berno, ipse Martene fatetur loco citato, apud plerosque auctores pro, *recitari*,

Digitized by Google

*usurpari.* Cum igitur narret ille, *ad usque tempora Henrici primi Symbolum non cecinisse Romanos*, potuit utique inficiari simplicem ejusdem Symboli apud eos recitationem. Hanc negavit sine dubio, ut Romanæ consuetudinis ratio evincit, quam adducit : *Videlicet quod Romana Ecclesia*, inquiens, *non fuisset aliquando ulla hæreseos fece infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam in catholica fide permaneret inconcussa : et ideo magis his necessarium esset illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari.* Aut momentum inest nullum prædictæ rationi : aut illa certe æque simplicem Symboli recitationem rejicit, atque cum cantu et modulatione. Verbum idem, *cantare*, apud ecclesiasticos hujus ævi scriptores accipi non raro pro *simplici recitatione*, docet etiam Mabillonius, præfatione ad seculum II Ordinis Sancti Benedicti num. 33, ubi adnotat : *Missam cantare* non esse modulata voce sacris operari, sed *recitare*. Eumdem consule in Disquisitione de cursu Gallicano, et Ducangium verbo *Cantare*, et *Decantare*.

Tibi, tuæque solutioni favere Leonem III reponis in Collatione cum legatis concilii Aquisgranensis habita. Imo tuam elidit *solutionem*, quam vocas, summus pontifex in eadem Collatione. Multam post discussionem inquiebant legati : *Sublatis his quæ vultis, bonum est ut idem Symbolum cantetur*, sublato scilicet Additamento. Reponit Leo : *Bonum sane : quod tamen non imperando, sed ut prius permittendo dicimus.* Hæc ulla sine ambage significant, Romæ nondum recitari Symbolum, etiam sine additamento, consuevisse : id vero Gallicanis ecclesiis permissum. Cur enim Symbolum, si Leo pontifex ipsum legisset in Liturgia, *cani* solum *permiserit* Gallicanis ecclesiis? Ratio solida apparet nulla. Pergunt Legati : *Quia vero, ut dicitis, bonum est cantare id ipsum Symbolum, nunquid si sermo* (Filioque) *tollatur, idem sermo ab omnibus ac si contra fidem sit, condemnabitur? quale ergo dabis consilium?* Modum expende, quem suggerit pontifex, ut sine ulla offensione *additamentum* de Symbolo tollatur. Dat nempe consilium, ut Symboli cantus in missa omittatur, primum in Palatio, deinde paulatim aliis in ecclesiis. Expende verba : *Ita mihi videtur posse utrumque fieri*, et additamentum tolli, et offensionem fidelium vitari : *Ut paulatim in palatio, quia in nostra sancta Ecclesia non cantatur, cantandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur.* Exemplo **194** Romanæ Ecclesiæ suadebat Leo, ut primum *in palatio* Symbolum intermitteretur in missarum officio. Ut Symboli *cantus* (reponis), non ut *ejusdem recitatio intermitteretur*, suadebat pontifex. Reponam ego, consilium a pontifice suggeri ad offensionem evitandam, quam particulæ *Filioque* prætermissio ingenerare potuisset : hanc porro contingere offensionem potuisse sive Symbolum caneretur sine additamento, sive solum recitare-

A tur : adeoque ex Leonis consilio Symboli sive *cantum*, sive *recitationem* prætermitti in Missa debuisse.

Negotium nullum facessunt, quæ tu verba opponis. Ea sunt : *Quod vero asseritis ideo vos ista cantare, quoniam alios in istis partibus, vobis priores, audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim idipsum non cantamus, sed legimus. Et legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo inserendo, præsumimus.* Agitur hoc loco de *Additamento*, quod cum Symbolo inter Missarum solemnia canebant Gallicanæ Ecclesiæ, et Germanæ, ac Italicæ in regno Caroli. Romæ *idipsum* (additamentum scilicet) *non cantari, sed legi* testatur Leo. Hæc igitur si lectio intelligi

B debeat Symboli in Liturgia, jam admitti necesse foret, Romæ Symbolum in missa lectum recitatumque fuisse cum *additamento*. Illud enim legebatur Romæ, ut ais, quod alibi cantabatur : sed alibi canebatur *additamentum* cum Symbolo, igitur *idipsum* Romæ legebatur, quod Leonis dictis in Collatione omnino repugnat.

Genuinus verborum sensus est : neque *Symbolum*, neque *additamentum* cum Symbolo cantari, aut publice legi inter Missarum solemnia Romæ consuevisse : illud attamen *additamentum*, seu doctrinam *de processione a Patre et a Filio*, legi,

C et doceri, ac tradi fidelibus extra Symbolum in scriptis, in catechesibus, in concionibus. Hunc sensum efferunt verba, quæ sequuntur : *Et legendo docere, nec tamen legendo, aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo inserendo, præsumimus.* Sensum confirmant, quæ ibidem alia Pontifex addit verba : *Quæ vero prædictis Symbolis*, Niceno et Constantinopolitano, *deesse cognoscimus, non, ut dictum est, inserere præsumimus, sed locis temporibusque opportunis, quibus competit ministrare curamus.* Hæc illa additamenti *Filioque* lectio est, de qua Pontifex agit : utique extra Symbolum, in Catechesibus, quæ *locis temporibusque opportunis* fiebant.

Pro tua opinione, peremptoria putas ea demum Pontificis verba : *Satis esse* (inquientis, ut refers) *decantare Symbolum* (scilicet sine additamento),

D *quomodo in hujusmodi decantando, et celebrando* **195** *sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet Ecclesia.* Integrum textum exhibere, pretium est operæ : *Ego licentiam dedi cantandi : non autem cantando quidpiam addendi, minuendi, seu mutandi. Et ut expressius aliquid, quia vos cogitis, loquar, quandiu vobis in hoc satis fuit, quomodo in hujusmodi cantando, vel celebrando sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet Ecclesia, nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere.* Ait pontifex, *licentiam* se Gallicanis Ecclesiis dedisse, vel potius id illis *permissum* a se (quo infra utitur verbo), ut Symbolum inter solemnia Missarum ipsæ decantarent. Non ergo illud cenere Romana Ecclesia

Digitized by Google

adhuc consueverat. Implexa quæ sequuntur verba sensu carent, eademque ita videntur construenda : *Quandiu vobis satis fuit* (sive fuisset) *in hoc, in hujusmodi* (scilicet) *cantando et celebrando* (Symbolo) *in sacrosanctis mysteriis, quomodo sancta Romana tenet Ecclesia*, neque nobis, neque aliis hanc patiendi molestiam, occasionem dedissetis. Animadverte verbum illud, *Tenet*. Non ait pontifex : quomodo *Romana cantat sine additamento Symbolum in Liturgia :* sed *quomodo tenet ipsa*, atque custodit Symbolum sine prædicta adjectione.

Quo utique sensu scripserat etiam Joannes VIII ad Moraviæ comitem, abs se Methodium archiepiscopum interrogatum esse : *Si orthodoxæ fidei Symbolum ita crederet, et ita inter sacra Missarum solemnia caneret* (hunc enim morem servabant Moraviæ Ecclesiæ).; *sicut sanctam Romanam Ecclesiam tenere, et in sanctis conciliis promulgatum et traditum esse, constat.* Quo loco verbum *tenere*, non est Ecclesiam Romanam cantare Symbolum, aut legere inter missarum solemnia ; sed illud integrum incorruptumque custodire, sicut *a sanctis conciliis* promulgatum est traditumque. Hinc vero Walafridus Strabo, deceptus rumore vulgi, scripsit : *a Græcis ad Romanos* ritum istum *credi pervenisse :* certa namque Historia narrat Hispanicas Ecclesias, in synodo Toletana III anno 589 celebrata, decrevisse, ut *secundum formam Orientalium Ecclesiarum* in missa recitaretur Symbolum Nicænum, aut Constantinopolitanum.

Ad *Romanos* demum *Ordines*, quos opponis, reponi plura possunt. Ac primo si quid eorum evinceret auctoritas, non solum *legi* Symbolum apud Romanos inter Missarum solemnia consuevisse demonstraret ; sed etiam *cantari*, aut voce modulata dici : quod Martene inficiatur. In Ordine siquidem secundo hæc habentur verba : *Ab episcopo : Credo in unum Deum, cantatur.* In quinto : *Elevat, Credo in unum Deum.* In sexto : *Alta voce incipit canere, Credo in unum Deum.*

**196** Amalarii Metensis auctoritati repugnant ex diametro Micrologus, et Berno Augiensis. Ordinem Romanum secundum illustrat ille in Ecloga sua, quam protulit in lucem Baluzius : ac Symboli in missa dicti mentionem ingerit. At suis in Observationibus ecclesiasticis, quas vulgavit Micrologus undecimo sæculo inclinato, ea in parte, quæ prædictum *Ordinem secundum* exponit, nimirum capite 9 et 10, de Symbolo in missa dicto nihil habetur. Agit vero de illo, capite 46, veluti quod *juxta canones in omni Dominica, et in omnibus Dominicis solemnitatibus, item in festis Sanctæ Mariæ, et Apostolorum, et Sanctæ Crucis, et Omnium Sanctorum, et Dedicationis, debeat cantari.* Hæc indicat agendi ratio, Micrologum ritum spectasse decantandi in Liturgia Symbolum, in Ordine illo secundo minime præscriptum ; sed in aliis ecclesiis, itemque in Romana ævo suo receptum. Bernonis Augiensis auctoritas accedit, quæ nulla eleA vari solida unquam poterit solutione. Ea repeto verba : *Symbolum post Evangelium usque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris* (inceptum scilicet currebat sæculum undecimum), *nullo modo cecinerunt Romani.*

In hac Scriptorum pugna, inquies, cur non prævaleat antiquioris Amalarii auctoritas ? Cur, inquio ego, Micrologi, maximeque Bernonis, qui de re suæ ætatis testimonium ferunt, cedere auctoritas debeat ? Hic enim testatur, nonnisi Henrici I ætate Romanos in Liturgia canere, aut legere Symbolum Constantinopolitanum incepisse : ac ille Commentario suo *Ordinem Romanum* exponens, decantati dictique Symboli mentionem ingerit nullam. Antilogiam removet omnem solutio, quæ sumitur B ex invecta in *Ordinem* interpolatione : si tamen hæc recte intelligatur. Nempe *Romanus Ordo* in ea parte, quæ Symboli decantationem offert, sequiori ætate interpolatus fuit, cum ritum istum sæculo undecimo Romana recepit Ecclesia. Amalarius autem, qui sæculo nono *Ordinem* illustrabat, agit de rita Symboli, non quem in eodem Ordine legeret, sed quem ab aliis Ecclesiis Hispanicis, Gallicanis, Germanicis, ac Italicis in regno Italiæ, noverat in usu positum. Pars prima pendet ex altera. Hanc ego certissimam teneo : propterea quod Amalarius passim et constanter in Ecloga affert *Romani Ordinis* verba, eademque subinde exponit : ubi vero de Symbolo agit, ne verbulum habet, quod C ex ipso *Ordine sumptum* sit.

Utriusque, et *Ordinis*, et *Eclogæ*, specimen ponere sub oculos liceat, ut quod aio, splendidissime innotescat. In Ordine verba sunt : « Ipse vero Diaconus stat versus ad meridiem... Post lectum Evangelium, candelæ in loco suo exstinguuntur. Et ab **197** episcopo, *Credo in unum Deum*, cantatur... Deinde salutat episcopus populum dicens, *Dominus vobiscum*... Canitur Offertorium... Tunc venit subdiaconus, ferens in brachio dextro patenam, et sinistro calicem, » etc. Amalarium hæc exponentem attentius consideremus : « *Diaconus pronuntians verba Evangelii, ad meridiem stat versus :* quoniam illis loquitur, de quibus dicebat Paulus, » etc. Priora sunt Romani ordinis D verba ; quæ sequuntur, Amalarii expositionem continent : « *Post lectum Evangelium, candelæ exstinguuntur :* per candelas signantur doctores Ecclesiæ, » etc. Verba sequuntur in Ordine : *Et ab episcopo, Credo in unum Deum cantatur.* Hæc non habentur in Amalario, qui tamen sic ait : « *De Credo in Deum.* Postquam Christus locutus est populo suo, fas est ut dulcius et intentius profiteatur (populus) credulitatem suam, » etc. Quis non videat nihil de Symbolo in Romano Ordine reperisse Amalarium : quæve in Ecloga habentur, de suo ipsum adjecisse ? Hinc sequitur ille : « *Post lectum Evangelium* (non vero, *post lectum, aut cantatum Credo*) *venit subdiaconus ferens in brachio sinistro calicem...* Dominus Jesus ipse est

Digitized by Google

subdiaconus, et diaconus, » etc. Ad *Ordinem* scilicet spectant verba priora : ad Amalarium exponentem, alia. Cæcutiat oportet, qui non videat ab ipso Amalario invectum sermonem de *Symbolo*, cujus nulla in Ordine mentio erat : adeoque ipsum Ordinem sequiore ætate interpolatum verbis illis adjectis, *Et ab episcopo Credo in unum Deum cantatur.*

Animadverte in ea verba, quæ habentur in Ecloga, *Post lectum Evangelium venit subdiaconus ferens in brachio sinistro calicem :* quæ satis indicant, in Ordine genuino nullam post Evangelium præscriptam fuisse Symboli recitationem. Jam collige argumentum pro Symboli recitatione apud Romanos nono et octavo sæculo usitata, ex Ordinibus desumptum, sive ex illis quos vulgavit Mabillonius, sive ex aliis ab Hittorpio vulgatis, levissimum esse, nullamque vim habere : cum sint Ordines ætate posteriori interpolati. Rem hanc Josephi Mariæ Thomasii verbis tandem absolvo, inter ejus *Scholia* in Antiphonarium Gregorianum : « *Ordo Romanus* ( inquientis ), antiquitus non eo modo, quo apud nos editus est, circumferebatur. Discretis namque libellis continebatur, quibus potiora per annum explicabantur Officia... Cæterum Ordo ille Romanus, editus ab Hittorpio, farrago potius est diversorum rituum secundum varias consuetudines : ita ut antiquiores germanioresque *Romanos ritus* in tanta varietate discernere sine eorum libellorum ope pene sit impossibile. » Sed **198** et ipsi libelli, quos Mabillonius edidit, diligentiore crisi expendendi sunt, ne ritus ævo illo Romanæ Ecclesiæ tribuamus, quos minime adhuc receperit : qua de re adhuc infra agendum capite sequenti.

## CAPUT V.

*Sæculo nono, Photiano tempore, Symbolum voce, Filioque, non auxerat Romana Ecclesia : Photii fraudes, et commenta. Altera sæculi undecimi medietate, invectoque per Michaelem Cerularium schismate, interpolatum in eadem Ecclesia Romana Symbolum in usu erat : schismatis vera causa. Incepto eodem sæculo, Symbolum ipsa in Liturgia canere, aut recitare cœpit. An eodem tempore additamentum admiserit, an antea, opiniones variæ : quæ expenduntur. An demum Symbolum Constantinopolitanum, illudque interpolatum, adhibuerit unquam in baptismatis administratione : Aquileiensis Ecclesiæ ritus exhibetur.*

I. Diu siluere, quæ mota fuerant de *Processione Spiritus sancti* dissidia, sive contra ipsam divinæ tertiæ personæ originem *a Patre et a Filio*, sive contra vocis *Filioque* additionem ad Symbolum. In fide dogmatis immota consistebat Ecclesia Romana, cum omnibus Occidentis Ecclesiis, perenni Patrum, etiam Græcorum, traditione munita : quod aliæ vero Ecclesiæ *additamentum* receperant, nondum admiserat toto sæculo nono eadem Romana. Rem evincunt Photiana litigia.

Romana in synodo anno 863 celebrata proscriptus Photius a Nicolao I, veluti sedis alterius, Ignatii scilicet qui Constantinopolitanam regebat Ecclesiam, injustus ac violentus invasor, vindictæ cupidus, percitusque bile, plures quas potuit emota mente excogitare, Romanam in Ecclesiam projecit calumnias. Eas continet omnes *Encyclica Epistola*, quam dedit *ad archiepiscopales thronos per Orientem obtinentes*, secunda in editione Montacutii. Hanc etiam integram Latine refert Baronius, ad ann. 863, n. 34. Dissidium innovat contra sancti Spiritus *a Patre Filioque* processionem, ejusque vocis *Filioque* additamentum ad Symbolum improbat, damnat, exsecratur. Verba sunt, quæ juxta Latinam Montacutii versionem profero : *Præter memoratas absurditates, sanctum et sacrum Symbolum, quod ab omnibus œcumenicorum conciliorum calculis confirmatur, et vim obtinet irresistibilem, sensibus spuriis, verbis* **199** *ascititiis ( quæ summa fuit ipsorum audacia ), conabantur adulterare. O machinationes diabolicas ! Spiritum sanctum novo more comminiscebantur non de solo Patre, sed etiam Filio procedere.* Dogma reprobat levissimis ac futilibus argumentis, quorum præcipua refutata lege in dissertatione 1, capite 8, num. 7.

Hæc Photius cum scriberet, Bulgaros nuper conversos ad fidem spectabat : eaque incusabat sine dubio, quæ geri apud eosdem Bulgaros resciverat, in fide catholica a Latinis presbyteris, et episcopis institutos. Dubitare non sinunt, quæ ibidem præmiserat Photius, hæc verba : « Barbara *Bulgarorum* gens, et Christo invisa et infesta, in tantam mansuetudinem, et Dei cognitionem convertitur, ut a patriis diabolicisque orgiis recedentes, et paganicæ superstitionis errorem excutientes, præter omnem exspectationem in fidem Christianam insiti transierunt. Sed o improbum, invidum Deo, invisum consilium, et incœptum !... Nondum enim gens illa per biennium *rectam Christianorum religionem* (Græcorum opera) amplexabatur : cum impii quidam homines, et exsecrandi... *exorti ab occiduis partibus*... a sanis et puris dogmatibus, et a fide inculpata Christianorum eos subdole deducere, et corrumpere conabantur. Imprimis contra Ecclesiæ canones illicite ad Sabbatorum jejunia traducebant... *Sanctum et sacrum Symbolum sensibus spuriis, et verbis ascititiis conabantur adulterare.* » Contra *processionis* dogma imperitissime pugnat, ac subdit : *Hanc impietatem tenebrarum illi episcopi* (ex Occiduis partibus) *una cum illicitis, et illegitimis aliis apud gentem Bulgaricam disseminabant. Harum rerum fama pervenit ad aures nostras.* Episcopos, ac presbyteros Latinos, qui Bulgaros erudiebant in fide, Photius incusat de addita voce *Filioque* ad Symbolum : neque tamen inficiari ausim, quin ipse inde colligeret, *additamentum* illud apud alias Occidentales invaluisse Ecclesias, ac etiam Romanam. Sed hanc de Romana suspicionem brevi deposuit.

Laudatos Bulgarorum Latinos catechistas veluti

Digitized by Google

de facie cognoscere maxime præstat. Annales Bertiniani ad annum 866 sic habent : « Rex Bulgarorum, qui præcedente anno... Christianus fieri meditatus fuerat, sacrum baptisma suscepit... Mittens *ad Ludovicum regem Germaniæ*, qui ei fœdere pacis conjunctus erat, *episcopum et presbyteros* postulavit... Ludovicus autem *ad Carolum fratrem suum* mittens, *in ministerium clericorum*, apud fratrem suum vasa sacrata sacrasque vestes ac libros petiit. Unde Carolus ab episcopis regni sui non parvam summam accipiens, ei ad dirigendum regi Bulgarorum misit. » Ex Gallicanis, **200** aut Germanicis Ecclesiis clericos in Bulgariam missos, constat. Anastasius Bibliothecarius Romanos etiam episcopos illuc directos memorat in Vita Nicolai : accepta Michaelis gentis Bulgarorum regis legatione *mense Augusto, indictione quarta decima*, inquiens, *Paulum Populoniensem, et Formosum Portuensem, magnæ sanctitatis episcopos... ad prædicandum genti illi ire, decrevit.* Annalium Fuldensium addo verba, quæ digna sunt animadversione, ad annum 866 et insequentem : « Legati Bulgarorum Radesponam ad regem venerunt, dicentes : Regem illorum cum populo non modico ad Christum esse conversum, simulque petentes, ut rex idoneos prædicatores Christianæ religionis ad eos mittere non differret. Rex Ludovicus, Bulgarorum petitionibus annuens, *Ermenricum episcopum* cum presbyteris, et diaconibus ad propagandam fidem catholicam præfatæ genti destinavit. Sed cum illuc pervenissent, episcopi a Pontifice Romano missi totam illam terram prædicando, et baptizando jam tunc repleverant : quapropter isti accepta a rege licentia, redierunt in sua. »

Latini episcopi, et clerici innotescunt, qui Bulgaros in fide catholica erudiebant, gravissime a Photio reprehensi ob traditam doctrinam de *Processione Spiritus sancti a Patre et a Filio*, et ob ejus vocis *Filioque* additionem ad Symbolum. Sunt nempe *Gallicani* clerici, aut *Germani* a Ludovico Germaniæ rege, et Caroli dicti Calvi regis Franciæ Occidentalis ac postea imperatoris fratre, in Bulgariam missi. Sunt etiam alii, quos in eamdem regionem miserat *Nicolaus I*, summus pontifex. Miratio subeat nulla, Germanos illos aut Gallicanos *Constantinopolitanum Symbolum* tradidisse Bulgaris, prout ipsi habebant, additione vocis *Filioque* interpolatum. In hanc additionem consentire, pronum erat episcopis a Nicolao missis : tum quia Occidentis Ecclesiæ fere omnes eam receperant, tum quia ut id Bulgari expressius crederent maxime consentaneum erat, quorum fidem schismatici Photiani vitiare conabantur.

Hinc vero hisce Photii litteris nimium leviter permotus Natalis Alexander sæculo IV, dissert. 38, art. 3, existimavit : *Nicolai primi temporibus, factam fuisse hanc additionem in Romana Ecclesia.* Hanc epocham non confirmant, neque indicant verba, quæ profert idem auctor ex Ratramno Corbeiensi Monacho in libro II *contra Græcos*, Photiano tempore scripto : *Dein Ariana repullulante vesania* (inquiente), *volenteque confirmare non esse rectæ fidei, Spiritum sanctum dicere a Patre procedere; hoc quia videretur esse blasphemum, quoniam duorum profiteretur Pater* **201** *esse, id est Filii, et Spiritus sancti; hanc quoque blasphemiam propellendam decernentes Ecclesiæ doctores, superaddidere symbolo : Spiritum sanctum a Filio quoque procedere. ne si de Patre tantum procedere diceretur, putaretur Filius, nec diceretur Spiritus Filii.* Non ait, a *Romana Ecclesia* Symbolo superadditam vocem, *Filioque : sed ab Ecclesiæ doctoribus*, quos hactenus non alios reperire datum est, nisi *Hispanos, Gallicanos, Germanos*, et *Italicos* in regno Italiæ.

Summus Pontifex Nicolaus in epistola anno 867, mense Octobri, *indictione prima* a septembri præcedenti incepta, ad Hincmarum data, *et cæteros episcopos in regno Caroli*, reprehensam a Photio de *processione Spiritus sancti a Patre et a Filio* Romanam Ecclesiam narrat, nulla *additamenti* ad Symbolum mentione ingesta. *Conatur*, inquit, *tam nostram specialiter, quam omnem generaliter quæ lingua Latina utitur, Ecclesiam reprehendere : quod . . . . Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere dicamus, cum ipsi hunc tantum ex Patre procedere fateantur.* Pontificis, ac episcoporum Galliæ votis annuens Æneas, qui Parisiensem regebat Ecclesiam, librum edidit adversum Photii, et Græcorum calumnias : deque re, qua de agimus, hæc tantum habet in præfatione : *Infert* (Photius) *Romanis auribus : Quare Spiritum sanctum a Patre et Filio profiteamur procedere, et non a solo Patre?* Quid? quod Photius ipse *adjectionem ad Symbolum* nondum Nicolai pontificis ætate receptam in Romana Ecclesia, satis indicat in tractatu de processione Spiritus sancti ; ex quo Leo Allatius fragmentum profert Exercitatione XIV in Creyghtonum, pag. 231. *Sed nec tremendum fidei* (Symbolum), *in ore omnium circumduci solitum, sententiæ suæ* (de processione ab utroque) *tegumentum prætexens . . . . attondit vel læsit* (Nicolaus).

In sedem Constantinopolitanam restitutum Photium confirmat anno 879, Joannes summus pontifex, hujus nominis dictus Octavus. Ne Romanam Ecclesiam injuria lacerasse ipse putaretur, epistolam sub ejusdem Joannis nomine veluti ad se scriptam confinxit : in eaque ab omni *additamento* pontificem alienum exhibet, paratumque ad ejus expunctionem apud eos urgendam, qui idem in Symbolis admisissent. Vel hæc Photii fabula evincit, nondum ea ætate interpolatum apud Romanos viguisse Symbolum. Memoratas refert Epistolas Baronius ad annum 879, num. 54. Verba sunt : « Novit etiam tua fraternitas, quod cum nuper ad nos accessit is, qui a te missus est, et *de sancto Symbolo* nos consuluit, quomodo invenit nos illud inconcussum, sicut nobis ab initio **202** traditum est, conservare : neque *aliquid addidisse, vel detra-*

Digitized by Google

*xisse*, cum recte noverimus quod eos, qui talia facere audent, gravis condemnatio exspectat. Reverentiæ itaque tuæ iterum significamus, ut de hac *additione* in Symbolo, *ex Filio* scilicet, tibi satisfaciamus : quod non solum *hoc non* dicimus, sed etiam quod eos *qui principio hoc dicere* ausi sunt, quasi transgressores divini verbi condemnamus... *Ut reliqui nostri episcopi* nobiscum idem sentiant, totis viribus contendimus... Rationi congruum mihi visum est, ne violenter aliquis cogatur a nobis *additionem illam* dimittere, quam ipse adjecisse se Symbolo noverit : sed potius mansuetudine aliqua hujusmodi homines admonere, et paulatim a *blasphemia* revocare. » Commento suo firmat Photius, vocem *Filioque* ab Ecclesia Romana nondum in Symbolo receptam : invidiamque simul Joanni pontifici creat, dum ipsum inducit, veluti *blasphemam*, repudiantem *adjectionem*. Antiquitatis, et rigoris tenacissima Romana Ecclesia *adjectionem ad Symbolum* non admittebat ; fidem processionis etiam *a Filio* constantissime profitebatur, vindicabatque ; adeoque et illud additamentum cæteris in Ecclesiis, quæ illud receperant, cum id ad ecclesiasticam pertineret disciplinam, tolerabat, easque *transgressionis* contra *divinum verbum* condemnavit nunquam. Confictæ Photianæ epistolæ consonat *conciliabulum Constantinopolitanum* eodem anno 879 celebratum, ut fertur : quod attamen ab eodem Photio pariter confictum, aut certe falsatum, invicte demonstrat singulari in Opere Allatius. Legatorum concilii Aquisgranensis collationem cum Leone III pontifice recole capite superiore num. 4 et 5.

Ludum eumdem Photius ludit in epistola ad archiepiscopum *Aquileiensem*, qua ad aliam veluti sibi ab eo datam respondet. Refert eam Latine Baronius, ad annum 883, num. 5 ; Latine et Græce Combefisius in *Auctario novissimo*, pag. 527. Latiore nos egimus de ea sermone in *Monumentis Ecclesiæ Aquileiensis*, capite 50, num. 5, deque Photii vaferrimi hominis fraude suspicionem ingessimus. Ut ut sese res habeat, pontifices Romanos ita ab *additamento* alienos exhibet, ut eos etiam processionis a solo Patre vindices faciat ; aliosque Latinæ Ecclesiæ episcopos indicat tum processionis *a Patre et a Filio* professores, tum auctores *additamenti*. Id vero colligitur inde, Romanam Ecclesiam Symbolum cum voce *Filioque* ea ætate, ipso Photio teste, non recitasse. Photii verba refero : « Pervenit ad nostras aures, quod nonnulli Occidentalium, divinum ac sanctissimum Spiritum *non solum ex Deo et Patre*, verum etiam **203** *ex Filio* procedere *novo dogmate* introducunt. (Ita scilicet ait mendacissimus homo.) Leo, Romanus pontifex, tum senior (II) tumque rursus qui illum secutus est Leo junior (III)... Hic pietatis fervens æmulator, ut nullo pacto, barbaro idiomate, intemerata nostræ fidei regula corrumperetur, Græca lingua, ut et a principio dictata fuerat atque lecta, per eam Occidentalibus laudandam ac prædicandam divinam sanctamque Trinitatem tradidit. Neque id verbo solum ac jussione, verum etiam quibusdam *ancilibus* velut titulis, columnarum more, inscribens ad fores Ecclesiæ affixit.... ne unquam via esset.... alteram præter Patrem, Spiritus causam, Filium invehendi. » Nova non erat ætate Photii invecta ab Occidentalibus de *Spiritus sancti a Patre et a Filio processione* sententia : imo dogma est fidei catholicæ, Scripturarum auctoritate munitum, ac perenni Patrum traditione. Leo III, quod a majoribus acceperat, *sine additamento* Symbolum custodiebat : Jerebatque ægro animo, voce illa adjecta Symbolum decantari a Gallicanis episcopis ; neque tamen illos, ac Hispanos, Italicosque in regno Italiæ reprehendit unquam, veluti *intemeratæ nostræ fidei regulæ corruptores*. Ad ecclesiasticam disciplinam res pertinet : placuissetque Pontifici, ut rigor legis, quem Romana sequebatur Ecclesia, in aliis quoque vigeret.

De memoratis a Photio *ancilibus* certiorem suppeditat notitiam Anastasius Bibliothecarius in Vita Leonis III, num. 410, in editione Francisci Blanchinii : « Hic vero (inquiens), *pro amore et cautela orthodoxæ fidei*, fecit scuta argentea duo, scripta utraque Symbolo, unum quidem *litteris Græcis*, et aliud *Latinis*. » Magister Sententiarum *Petrus Lombardus*, quem Baronius laudat ad ann. 809, num. 62, rem hanc his verbis narrat libro I *Sententiarum*, dist. 11 : « Addunt Græci ad assertionem suæ opinionis.... quod Leo III Romæ transcriptum (Symbolum) in tabula argentea, post altare beati Pauli posita (imo in Basilica sancti Petri), posteris reliquit : *pro amore*, ut ipse ait, *et cautela fidei orthodoxæ*. In quo quidem Symbolo, *in processione Spiritus*, solus commemoratur *Pater*. » Cautelam fidei orthodoxæ non ita intelligas, ac si Leo pontifex dogmati catholico dissonam crederet processionem a Patre et a Filio. Quin imo in Collatione cum synodi Aquisgranensis legatis profitebatur : *Ita sentio* Spiritum a Patre et a Filio procedere, inquiens ; *ita teneo cum omnibus auctoribus, et sacræ Scripturæ auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, defendo* (inhibeo). *Et nisi conversus fuerit, et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abjicio.* **204** Se *funditus abjectum* noverit Photius, *funditusque abjectos* noverint sese Græci Photiani, ab ipso Leone III, quem veluti sibi faventem nobis opponunt. Eo sensu *cautelam fidei orthodoxæ* expressit Anastasius, ut Leonis mens foret, liberum cuique non esse ad Symbolum addere quidpiam, vel quidpiam ex eo minuere ; ne hujusmodi additionibus, aut minutionibus quidpiam aut irreperet, aut tolleretur, quod *fidem orthodoxam* læderet, et corrumperet.

II. A sæculo nono ad alteram transeo undecimi sæculi medietatem : *interpolato Symbolo Constan-*

Digitized by Google

*tinopolitano*, sive particula *Filioque* aucto, sine dubio utebatur hoc tempore Ecclesia Romana : indeque schismatis innovandi prætextum sumpsit Michael Cerularius. Thronum is patriarchalem Constantinopolitanum anno 1043 conscendit. Dissidii, quod incenderat Photius, manebant scintillæ inter Græcos : erumpebatque ignis datis occasionibus. De Spiritus sancti processione disceptatum fuisse decimo sæculo inchoato, docet nos Heriveus, Remensis archiepiscopus ; in provinciali concilio Trosleiano anno 909 celebrato, capite 14 hæc habentur : « Innotuit (significavit) nobis sancta sedes apostolica, adhuc errores blasphemiasque cujusdam vigere Photii in partibus Orientis *in Spiritum sanctum*, quod *non a Filio, nisi a Patre tantum procedat*, blasphemantis. Hortamur vestram fraternitatem, ut secundum admonitionem *domini Romanæ sedis* (Sergii) singuli nostrum, perspectis Patrum catholicorum sententiis, de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas potentis, ad confodiendam belluam monstri renascentis, et ad conterendum caput nequissimi serpentis. »

Sedem Constantinopolitanam anno 1024 regebat Eustathius : tenebatque summum Ecclesiæ pontificatum Joannes XIX. Titulum *universalis patriarchæ* requirebat ille, erecto animo negavit iste. Hugo abbas Flaviniacensis hæc habet in *Chronico Virdunensi* ad eumdem annum apud Labbeum in *Nova Bibliotheca*, tomo I : *Joannes* (XIX) *ordinatus est. A quo cum requisisset Constantinopolitanus antistes, ut sua Ecclesia, sicut et Romana, universalis diceretur ; et donis eum, Romanosque qui curiæ præerant, innumeris flecteret, ita ut clanculo tentarent concedere quod rogabatur : omnis ob hoc vehementissime commota est Italia. Sed Galliarum episcopi et abbates his obviare conati sunt. . . Sic confutata Græcorum præsumptio est.* Eadem ex Glabro narrat Baronius num. 5. Animadverte Ecclesiam regiæ urbis Constantinopoleos eo tempore divisam ab Ecclesia Romana non fuisse, sine cujus consensu sumere antistes ille titulum *œcumenici patriarchæ* non audebat.

**205** Denegatum titulum iniquo ferebat animo Cerularius, qui postea successit : Ecclesiamque suam, et alias Orientales a Romana disjungere sategit. Socios habuit Leonem Achridæ archiepiscopum, ac Nicetam Stethatum, seu Pectoratum monachum. Prædictum *œcumenici* titulum propria ab ipso auctoritate assumptum, novimus ex Leone IX in epistola ad ipsum Cerularium data, quam Baronius recitat ad annum 1054, num. 12 : *Qualis vero, et quam detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, qua te universalem patriarcham jactas ubique, et scripto, et verbo !* Scissionis prætextum primo tempore neque dogma *processionis a Patre et a Filio*, neque *vocis Filioque adjectionem* ad Symbolum obtendit, sed alios Romanæ Ecclesiæ ritus, maximeque *usum azymi panis* in consecratione corporis Domini. In ejus Cerularii et Petri Achridani Epistola *ad Joannem Trancnsem* (in Apulia) *episcopum* calumniæ, quæ Romanam in Ecclesiam feruntur, *usum azymi* spectant, et *jejunium Sabbati*, itemque *suffocatorum comestionem*, et *Alleluia in Quadragesima non decantatum*. Integram Baronius epistolam refert ad annum 1053, num. 23. Scriptum etiam ediderat Niceta monachus, in quo *sedem apostolicam* incusabat *de azymo, de Sabbato et de nuptiis sacerdotum*. Consule Commemorationem rerum a legatis apostolicæ sedis Constantinopoli gestarum in Labbeana Conciliorum collectione. Hinc Wibertus in Vita Leonis IX, apud Mabillonium inter *Acta Sanctorum* ordinis Benedictini mota ab hisce Græcis dissidia narrans, libro II, capite 9, sic ait : *Ea tempestate orta est hæresis Fermentaceorum, quæ calumniatur sanctam Romanam sedem, imo omnem Latinam et Occidentalem Ecclesiam, de azymis vivificum Deo offerre sacrificium. Quam calumniam etiam scripto ediderunt episcopi, Michael Constantinopolitanus, et Leo Achridanus . . . ad Trancnsem episcopum directo.*

Romanæ sedis legatio in urbem regiam Constantinopolim directa est. Legati fuere *Humbertus, cardinalis episcopus Silvæ-Candidæ ; Petrus, Amalphitanorum archiepiscopus ; et Fridericus, diaconus et cancellarius*. Niceta monachus ad frugem rediit : stetit sua obduratus in pervicacia Cerularius. Anathema in ipsum latum, quod in laudata Commemoratione prostat. In eo inter alia crimina refertur : *quod, sicut Pneumatomachi vel Theomachi, abscinderunt a Symbolo Spiritus sancti processionem a Filio.* Hæc anno 1054 accidere, mense Julio.

Bile percitus Michael, suorum synodo coacta, calumnias in apostolicam sedem instaurat, doctrinamque *de Spiritu sancto*, ac præsertim **206** *Symboli interpolationem* cœpit impugnare. Synodi acta refert Allatius, dissertatione II *De libris ecclesiasticis Græcorum*, ubi hæc habentur, pag. 172 : « Ad hæc, quod *sacrosanctum Symbolum*, quod omnibus synodalibus et œcumenicis decretis inconcussum atque inexpugnabile robur habet, spuriis cogitatis, et *sermonibus adulterinis*, et audaciæ excessu *adulterare* nolumus ; nec ut illi, *ex Patre et Filio* Spiritum, sed *ex Patre* dicimus procedere. » Hujusmodi rerum eodem anno 1054 notitiam ad Petrum Antiochenum patriarcham transmittit data Epistola, quam Baronius recitat Latine, num. 28 ; Latine et Græce Cotelerius in *Ecclesiæ Græcæ Monumentis*, tomo II. Inter alia multa, de *Symbolo interpolato* accusationem invehit, *In sancto Symbolo*, inquiens, *tale additamentum recitant ex mala periculosaque sententia.* Jam patet Symboli interpolati usum hac ætate in Romana Ecclesia viguisse.

Dignissima sunt animadversione Petri Antiocheni dicta in sua Responsione, quæ apud laudatum Cotelerium prostat Græce et Latine : « Malum vero (inquientis num. 11), et malorum pessimum est adjectio ad Symbolum hæc : *Et in Spiritum sanctum*,



Digitized by Google

*Dominum, et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit* (num. 22), ut equidem meam promam sententiam ; si in *additione Symboli corrigantur*, nihil præterea postulaverim. » Hæc Joannes Beccus pro animi sui candore expendens, oratione 2, de injusta sui depositione, num. 4: « Attente considera, inquit, *dictionem*, qui hæc æquo animo dijudicas : *si in sancto Symbolo factam additionem correxerint.* Non vero, si inde impietatem oblitteraverint, aut inde adversus Deum blasphemiam ejecerint. » Intactam ergo Antiochenus relinquebat de *processione a Filio* doctrinam. At *malum et malorum pessimum* (inquis), ipsam vocat *adjectionem ad Symbolum.* Beccum audire præstat ibidem : « Ego plane eum (Petrum Antiochenum), quod *videbatur in additione delictum*, facili negotio neglecturum existimo : si vel pusillum pacis spiritum in eo (Michaele Cerulario), ad quem litteras dabat, contineri prospexisset. Idque colligo, nec male, ex illis quæ in alia Epistolæ parte (num. 14) verbis hisce digerit : *Bonum enim est nos ad æquitatem propensos, et potissimum ubi neque Deus, neque fides in periculo vertitur* (cujusmodi apud Antiochenum erat Spiritus sancti processio etiam a Filio a Latinis asserta), *semper ad pacem et fratrum amorem inclinari.* »

III. Hocce temporis intervallo, quod a *Photiano schismate* excurrit ad Michaelem Cerularium schismatis instauratorem, epocha **207** diligentius perquirenda est admissi receptique in Ecclesia Romana *cum interpolatione* Symboli. Ac primo Symbolum Constantinopolitanum cœpisse Romæ inter Missarum solemnia decantari anno 1014, sedem apostolicam tenente Benedicto VIII, ac imperante Henrico I, extra dubium ponit Bernonis abbatis Augiensis auctoritas. Romæ interfuit ille ipsius Henrici coronationi eodem anno 1014 celebratæ.

In libello, quem de quibusdam rebus ad Missæ officium pertinentibus composuit, hæc habet capite 2 : « Romani usque *ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris nullo modo cecinerunt.* Sed ab eodem interrogati, cur ita agerent, me coram assistente, audivi eos hujusmodi responsum reddere ; videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos fæce infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa : et ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At dominus imperator non antea desiit, quam *omnium consensu* id domino Benedicto Apostolico persuasit, *ut ad publicam Missam illud decantarent.* Sed utrum hanc consuetudinem servent adhuc, affirmare non possumus, quia certum non tenemus. » Obiit Berno anno 1045.

Num ergo hac data occasione, qua *omnium consensu* annuit summus pontifex Benedictus VIII ut inter Missarum solemnia Symbolum Constantinopolitanum caneretur, admissum etiam prima vice fuerit vocis *Filioque* additamentum? Verisimillimum id videtur. Cur enim antea, tametsi a sexto sæculo desinente Ecclesiæ Hispanicæ, et a sæculo octavo Gallicanæ, et Germanicæ, ac Italicæ in regno Italiæ publice Symbolum idem in Liturgia recitarent, aut canerent, morem istum Romana Ecclesia recepit nunquam? Videlicet *quod Romana Ecclesia* (Henrico imperatori reponebant Romani) *non fuisset aliquando ulla hæreseos fæce infecta, sed in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa.* Atqui hæc ratio non solum Symboli cantum, qui prius in more fuerit, sed jure potiori *Symboli interpolationem* rejicit. Hanc etiam suo tempore causam Rufinus reddebat, cur Symbolum apostolicum cum aliquibus additamentis cæteræ Ecclesiæ recitarent, sine illis intemeratum custodiret Romana : *Quod ego propterea esse arbitror*, inquiens, *quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium.* Itaque cum demum Benedictum VIII petitioni Henrici Augusti, habito *omnium consensu*, indulgendum esse censuerit, Symboli Constantinopolitani cantu inter Missarum solemnia recepto, Symbolum etiam recepisse videtur **208** cum interpolatione, quam cæteræ jam totius Occidentis Ecclesiæ amplexatæ fuerant, publiceque in Symboli cantu profitebantur.

IV. Hac tamen de re variæ sunt vigentque adhuc scriptorum opiniones, quas referre præstat et expendere. Sanctus Thomas I part., quæst. 36, art. 2, ad 2, ait : *Postea insurgente errore quorumdam, in quodam concilio in Occidentalibus congregato, expressum fuit* (quod etiam a Filio procederet Spiritus sanctus), *auctoritate Romani Pontificis : cujus auctoritate etiam antiqua concilia congregabantur et confirmabantur.* Paria scribit contra gentes, libro IV, capite 25 : *Processio Spiritus sancti a Filio implicite continetur in Constantinopolitana synodo in hoc quod ibi dicitur, quod procedit a Patre : quia quod de Patre intelligitur, oportet et de Filio intelligi. Et ad hoc addendum sufficit auctoritas Romani pontificis, per quam etiam inveniuntur antiqua concilia esse confirmata.* Occidentale, quod Aquinas memorat, a Romano pontifice congregatum, concilium latet. Quidni vero pro *Occidentali concilio* intelligi queat, Henrici imperatoris petitio, *omniumque* maxime *consensus ;* quo habito Benedictus VIII indulserit, publice cani Symbolum in missa, prout Hispanicæ, et Gallicanæ, et Germanicæ et Italicæ in regno Italiæ illud canebant, cum vocis *Filioque* interpolatione?

Hugo Eterianus, in opere, quod Alexandro III Romano pontifici nuncupavit, *De hæresibus, quas in Latinos Græci devolvunt*, libro III, capite 16, hæc habet : « Nulla calumnia notandus est antiquioris Romæ antistes, quod *causa interpretationis* dictionem unam, dico autem *ex Filio* procedere Spiritum, *sanctorum plurium episcoporum, scientissimorumque cardinalium consensu habito*, apposuerit. » Hæc mihi videntur verba illum *omnium consensum* indicare : quo habito Benedictum VIII petitioni Henrici im-

Digitized by Google

peratoris annuisse, testatur Berno Augiensis abbas.

Humbertus cardinalis, episcopus Silvæ-Candidæ, cum sociis, in sententia anathematis contra Michaelem Cerularium lata, ipsum suosque Græcos accusat, *quod abciderunt a Symbolo Spiritus sancti processionem*. In eorum scilicet videtur ille opinione fuisse, qui ante Monotheliticam hæresim, ac fortasse in Constantinopolitana contra Macedonium synodo, adjectam vocem *Filioque* ad Symbolum putabant. Quomodo vero eidem cardinali et episcopo Silvæ-Candidæ, prædicta anno 1054 proferenti, non innotuerit, quod ante quadraginta annos sub Henrico imperatore factum constituimus? At Humbertus, in Tullensi diœcesi monachus Mediani monasterii **209** in Lotharingia, Symbolum interpolatum canebat, audiebatque cani suis in provinciis juxta morem ab antiquo obtinentem, veramque ignorabat ejus originem. Vulgari, quæ apud suos ferebatur, præoccupatus opinione, Romam profectus est cum Leone papa IX ab eoque creatus cardinalis et episcopus Silvæ-Candidæ. In eo, quod Cerularius dissidium moverat pro semel hausta opinione, Græcos putabat particulam *Filioque* detraxisse Symbolo, quos acerrimos noverat *processionis ab utroque* hostes. In viro cæteroqui doctissimo accuratior hac in re perquisitio frustra expetenda.

Minus accuratam temporum, quibus Romana Ecclesia interpolationem admiserit, notitiam exhibet Andreas Rhodiensis episcopus in Actis Græco-Latinis Florentinæ synodi sessione 7 : « Instante necessitate additum est propter quosdam Nestorianos, apud Occidentalem Ecclesiam disseminantes, *Spiritum sanctum non esse ex ipso Filio, nec suum esse ab illo accipere*. (Quod ipse colligit ex Nestoriano symbolo, ac Theodoretum inter et Cyrillum Alexandrinum litigio.) Hac ratione coacta fuit Romana Ecclesia, cum magnum videret imminere periculum : *Jam enim canebatur in Galliis et Hispaniis*. » Miscentur omnia. Lux attamen subducet aliqua in postremis verbis, quæ satis indicant. Romanam Ecclesiam adjectam illam non recepisse explicationem, nisi longe post consuetudinem, Symbolum in missa canendi, ab Ecclesiis Hispanicis sexto et septimo sæculo, et a Gallicanis octavo et nono invectam.

Accuratiora ipsi Græci non habent, quæ proferant : « Anonymus Græcus auctor (verba sunt Baronii, ad annum 883, num. 35), qui inter alia Græcorum monumenta positus habetur in Vallicellana bibliotheca, id primum factum a *Christophoro papa* tradit : atque affirmat, usque ad illud tempus omnes qui præcesserunt Romanos pontifices, in ipsorum *fidei professione* asseruisse absque ullo additamento, *Spiritum sanctum a Patre procedere*. Aitque post recensitos prædecessores pontifices : *Qui vero ipsum secuti sunt Formosum, Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, Joannes, Beneaictus, Leo, successores novæ hujusmodi doctrinæ Formosi, in omnibus fuerunt ipsi discordes : qui secreto*, a Filio quoque procedere Spiritum sanctum asserebat, *cum tamen in epistola ad sedes patriarchales missa de solo Patre fecerit mentionem. Post quos cum Christophorus papa Romanus creatus fuisset, in fidei confessione, quam misit ad Constantinopolitanum patriarcham, nempe in Symbolo,* **210** a Filio quoque Spiritum sanctum procedere, *ausus est dicere. Qua de causa postea a Sergio patriarcha, qui præcessit Cerularium, e diptychis ipse Christophorus expunctus est.* » Græco anonymo si credimus, neque *processionis ab utroque* dogma tenuere, neque *Symbolum interpolarunt* Romani pontifices usque ad *Formosum*, qui ab anno 891 sedit ad annum usque 896. Hic vero *Formosus* fuit, qui *novam doctrinam* invexit, si fides anonymo, *secretoque* asserebat, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere. Haud ipsi consenserunt, qui Romanam tenuere sedem usque ad Christophorum. Pontificatum invasit iste anno 903, circa finem Novembris, dejectusque anno insequente fuit circa initium mensis Junii a Sergio hujus nominis tertio. Symbolum adjecta voce *Filioque* ipse Christophorus interpolasse dicitur, eam ob causam a Sergio patriarcha Constantinopolitano expunctus e diptychis. Hæc ille.

Rimas agit quaquaversum excogitata fabella. Spiritus sancti *processionem a Patre Filioque* non invexit primus Formosus : quam præcessores Romanos pontifices omnes tenuisse, sæculorum omnium traditione, Græcæque ac Latinæ linguæ omnium Patrum auctoritate munitos, jam ostendimus. Hæc, a majoribus accepta, fides erat Christophori, et Sergii successoris, qui Herveum Rhemensem archiepiscopum, ejusque synodum Troslejanam anno 909 celebratam *admonuit*, ut *singuli nostrum* (ipsius Hervei verba sunt), *perspectis Patrum catholicorum sententiis, de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas potentis, ad confodiendas blasphemias cujusdam Photii, vigentes in partibus Orientis in Spiritum sanctum, quod non a Filio, nisi a Patre tantum procedat, blasphemantis*. Sed hanc fidem, interpolato Symbolo, professum esse palam coramque Christophorum pontificem, indicant nulla vetusta probata monumenta : neque sane tribui ista possunt, quæ narrantur, eidem Christophoro, ut ait Baronius : utpote qui invasor apostolicæ sedis, mox sede depulsus, perbrevi tempore eam tenuit tumultuose. Enormem denique quis ferat anonymi Græci anachronismum asserentis, e sacris diptychis *Christophorum Romanum pontificem* expunctum a *Sergio patriarcha Constantinopolitano*, Michaelis Cerularii decessore, ad eamdem urbis regiæ sedem anno 909 evecto, adeoque integro fere sæculo post Christophorum? Quid? quod Petrus Antiochenus in Epistola ad Michaelem Cerularium apud Cotelerium in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, tomo II, num. 5, testatur

Digitized by Google

se *ante hos annos quadraginta quinque Constantinopolim ingressum reperisse, sub sanctæ memoriæ patriarcha domno* **211** *Sergio prædictum papam* (Joannem XVII vel XVIII) *in sacra Missa cum aliis patriarchis referri.*

Memoratum Sergii III pontificis aut præceptum, aut monitum, quo Gallicanos episcopos in Trosleiana congregatos urgebat, ut solide adversum Græcos vindicaretur *processio Spiritus sancti a Filio*, conjectandi dedit ansam Gerardo Joanni Vossio in dissertatione III *De tribus Symbolis*, num. 41, additam ab eodem Sergio fuisse Symbolo vocem *Filioque*. Judicium hoc (inquit ille) *timidius profero, quia priorem auctorem laudare possim neminem.* Gallicanos utique eos præsules vehementer hortari potuit ad propugnandum fidei dogma, quin ullam ipse ad Symbolum fecerit accessionem. Ea igitur verisimilior tandem apparet sententia, quæ ad illud tempus adjectionem in Romana Ecclesia admissam refert, quo Benedictus VIII publice cani Symbolum inter Missarum solemnia consensit. Dicta recole num. 3.

V. « Cæterum fateri interest (verba sunt Michaelis Lequieni in Panoplia contra schisma Græcorum sæculo XII, capite 4, num. 24), tametsi nonnisi initio sæculi XI, Benedicto VIII pontifice, Symbolum Romæ *in Missa* cani cœptum sit; dudum tamen antea Symbolum Constantinopolitanum, quarta Feria hebdomadis quartæ Quadragesimæ, necnon Sabbato sancto, in ecclesia *super electos catechumenos* recitari solitum, Græce quidem masculis, Latine vero feminis, ut habetur in altero *Ordine Romano*, qui in *Bibliotheca Patrum* (scilicet Lugdunensi, tomo XIII, pag. 677) excusus typis fuit. Verum in Græco Symbolo sine adjectione de *Spiritu sancto* legitur, τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον; in Latino vero, *qui ex Patre Filioque procedit.* Quod discrimen Latinorum librariorum oscitantiæ attribui possit: nisi forsan Symbolum Græcorum, ut a secundæ synodi Patribus editum erat, ab omni additamento purum, Romani servandum censuerint: cum interim ejus Latinam translationem una vocula augeri posse minime dubitarent. Quod tamen dudum post Leonis III tempora factum erit. Quanquam minime prætermittam, ordinem hunc Romanum *De divinis officiis* ad usus et mores Gallicanæ Ecclesiæ accommodatum videri. » Hisce viri doctissimi animadversionibus satis evincitur, nihil inesse in hujusmodi *Ordine* solidæ auctoritatis, quæ vetustam probet in Ecclesia Romana accessionem vocis *Filioque* ad Symbolum.

Dixerim prætcrea, neque Symbolum ipsum *Constantinopolitanum* tradi electis consuevisse in Ecclesia Romana, sed simplex ac purum vulgatum *apostolicum*. Id colligi posse ex brevi, quæ sequitur, **212** eodem in *ordine* expositione Symboli mihi videtur: in qua ejusdem apostolici Symboli tantum verba indicari videntur: « Hæc summa est, dilectissimi nobis, fidei nostræ: hæc verba sunt Symboli, non sapientiæ humanæ sermone facta, sed veræ divinitatis ratione disposita. Quibus comprehendendis atque servandis nemo non idoneus, nemo non aptus. Hic *Dei Patris* et *Filii* una æqualitas pronuntiatur atque potestas. Hic *unigenitus Dei de Maria Virgine et Spiritu sancto secundum carnem natus* ostenditur. Hic ejusdem *crucifixio, et sepultura, ac die tertia resurrectio* prædicatur. Hic *ascensio ipsius super cœlos*, et *consessio in dextera paternæ majestatis* agnoscitur: *venturusque ad judicandos vivos et mortuos* declaratur. Hic *Spiritus sanctus* in eadem, qua Pater et Filius, Deitate indiscretus accipitur. Hic postremo *Ecclesiæ* vocatio, *peccatorum remissio* et *carnis resurrectio perdocetur.* »

Haud iverim infitias, hanc *Symbolo Constantinopolitano* aptari potuisse expositionem: at ea Symbolum potius indicari *apostolicum* simplex, nullus dubitaverim. Codex asservatur in tabulario capituli canonicorum Forojuliensis, in quo vetustus continetur ritus, catechumenorum scrutinia peragendi. Ætatem hæc verba subindicant: *Huic mysterio pontifex interesse debet, sicut mihi Luponi visum est, Ecclesiæ sanctæ Aquileiensis pontifici.* Patriarchæ duo, *Lupi* seu *Luponis* nomine appellati, recensentur in Catalogis Aquileiensibus. Primus *Teutimaro* successit post annum 855, rexitque Ecclesiam sub Ludovico II rege et imperatore. Sedebat alter anno 944, sub rege Hugone et Lothario filio ejus. Quinam memoratus in codice nostro dici debeat *Lupo*, an primus, an alter, non constat. Id vero compertum, ritum *Scrutiniorum* eo exhiberi in codice, qui nono sæculo aut decimo in usu erat apud Aquileienses. Apostolicum Symbolum porro electis catechumenis traditum, docet codex: eidemque Symbolo præfata explicatio subjungitur. Ritus hujusce partem accipe, quæ sequitur.

« *Incipit præfatio Symboli. Antequam dicas Symbolum, his verbis prosequere:* Dilectissimi nobis in Christo, etc. *Post hæc accipiens acolythus unum ex ipsis infantibus masculum, tenens in sinistro brachio, ponendo manum super caput ejus: et interroget presbyter:* Qua lingua confitentur Dominum Jesum Christum? *Respondet acolythus.* Latina. *Et dicat presbyter:* Annuntia fidem ipsorum, qualiter credunt. *Et ille cantat Symbolum:* Credo in Deum Patrem omnipotentem (Symbolum est apostolorum). *Et dum hoc cantat, manum super caput teneat. Hoc* **213** *finito, iterum accipiat alter acolythus ex ipsis infantibus feminam, sicut supra. Et interroget presbyter sicut antea. Et ipse acolythus cantet Symbolum, ut supra scriptum est. Hoc expleto, sequitur presbyter his verbis:* Filii charissimi, audistis vocem Patris, etc.

« *Et annuntiat diaconus, dicens:* Signate vos omnes, et audite Symbolum. *Et dicunt excelsa voce presbyter, et diaconus et idem repetit chorus:* Credo in Deum Patrem . . . . vitam æternam.

Digitized by Google

Amen (Symbolum est apostolorum : quod etiam integrum exponitur). *Sequitur expositio Symboli. Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Si credidisti, noli dubitare. Noli facere de credulitate perfidiam. Noli vitium sociare virtuti. Dixisti : *Credo in Deum Patrem.* In unum Deum totam confessus es Trinitatem. *Et in Jesum Christum.* Jesus Salvator, Christus unctus mystice nuncupatur. Salvator dicitur, quia ipse suæ Salvator factus est creaturæ. Sicut etiam reges oleo, ita plenitudine est divinitatis infusus. *Filium ejus unicum Dominum nostrum.* Quia esse filii, esse domini acceperunt alii per gratiam : ipse autem, quod est Filius, quod est Dominus, hoc suam possidet per naturam. *Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Virgo et Spiritus sanctus commercium virtutis est cœleste consortium majestatis insigne. Quod ergo generat Virgo, divinum est, non humanum. Mundus non capit, ratio non habet : sapit fides, non sapit sæculi inquisitor. Dicitur : *Sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus.* Audisti nomen judicis, ne tempus persecutionis ignores. Audisti crucifixum, ut scias vitam rediisse per lignum. Audisti sepultum, ne mortem perfunctoriam suspiceris. Mortem fugisse timoris est, vicisse virtutis. *Tertia die resurrexit vivens a mortuis.* Quia quod passus est, solius est carnis ; quod resurrexit, totius gloria Trinitatis. *Ascendit in cœlum.* Nos ferens, non se referens, qui non deerat cœlo. *Sedet ad dexteram Patris.* Totum tenendo quod potestatis est et honoris. *Inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Quos aut mittat ad gloriam, aut damnet ad pœnam. *Credo in Spiritum sanctum.* Sicut credimus in Deum Patrem, ita credimus in Spiritum sanctum. Spiritus sanctus quomodo putabitur minor esse divinitate ? Patrem, et Filium et Spiritum sanctum manifestatos vocabulis, non divisos substantia sentiamus : et perfectos personis, non minoratos ordine fateamur. *Sanctam Ecclesiam catholicam.* Quia ipsa est corpus Christi, et ipsius caput est Christus. Christum ergo in sancta Ecclesia confitemur. **214** *Remissionem peccatorum.* Qui sibi credit dari regnum cœli, quomodo sibi dimitti peccata non credat ? Cœlum innocentes recipit, non nocentes. Credimus enim, nobis omnia remittenda esse peccata ; quia nisi sancti, sancta non possumus possidere. *Carnis resurrectionem.* Resurget ergo caro nostra, ut quæ fuit particeps aut virtutis, aut criminis, vel præmii particeps esse possit vel pœnæ. Credimus et *vitam æternam.* Quia homo tunc vivere incipit, quando se nesciet mori.

« *Iterum annuntiat diaconus :* Signate vos omnes, et dicite Symbolum. *Et dicent Symbolum, ut supra,* Credo in Deum. (Occurrit semper Symbolum simplex apostolicum.) *Et tractat presbyter his verbis :* Idcirco hujus Symboli ratio omni brevitate connexa est, etc. *Item diaconus dicat :* Signate vos omnes, et audite Symbolum (simplex apostolicum.) *Et dicant :* Credo in Deum. *Et tractat presbyter his verbis :* Hæc summa est fidei nostræ, dilectissimi. Hæc verba sunt Symboli, » etc. Eadem est expositio, prout in *Ordine Romano* legitur : quæ superiorem Symboli *apostolici*, non *Constantinopolitani*, expositionem compendio collectam exhibet.

Præter Ordines Romanos, editum alterum ab Hittorpio, alterumque a Mabillonio, num. 7, in quibus traditum catechumenis legitur Symbolum *Constantinopolitanum* ; Symbolum item Græce et Latine prostat in Sacramentario Gelasiano, num. 35, apud Muratorium in Liturgia Romana veteri, tomo I. At brevis illa occurrit expositio, quæ potius *apostolicum* indicat Symbolum : ac in utroque præterea, Græco et Latino, vox *Filioque* desideratur. *Scriptum* codicem *in Francia*, pro certo habet Joseph Maria Thomasius, qui Sacramentarium istud *Gelasianum* primus vulgavit : ibique pro more Gallicanæ alicujus Ecclesiæ interpolatum fuisse, nihil ego dubitaverim. Christianum Lupum sequor, qui in dissertatione de Symbolo apostolico et Nicæno, capite 3, quæstione 3, sic habet : « Respondeo hujusmodi *Ordines* non esse vere ac pure Romanos, sed multis Francorum additamentis transformatos . . . Quapropter non sunt Carolo Magno antiquiores. Sub illius enim imperio aut regno Francorum episcopi cœperunt Symbolum cantare ad missam, et ipsi inserere illud Hispanicum (vocis *Filioque*) additamentum. Neque tamen baptizarunt in illo Symbolo. Lucet ex hujusmodi Ordinum ibidem ad catechumenos verbis, quæ in Aquileiensi etiam ritu habentur : *Intentis itaque animis Symbolum discite : et quod vobis sicut accepimus, tradimus, non alicui materiæ quæ corrumpi potest,* **215** *sed paginis vestri cordis inscribite.* At quodnam hoc Symbolum ? *Evangelici Symboli sacramentum a Domino inspiratum, ab apostolis institutum. Cujus pauca quidem verba sunt, sed magna mysteria. Sanctus enim Spiritus, qui magistris Ecclesiæ ista dictavit, tali eloquio, talique brevitate salutiferam condidit fidem, ut quod credendum vobis est, semperque profitendum, nec intelligentiam possit latere, nec memoriam fatigare.* Palam laudatur *apostolicum* Symbolum, affirmaturque cunctos in ipso baptizari. (Animadvertendum est) *Constantinopolitanum* Symbolum non *per ipsos* catechumenos, sed *super ipsos* juberi (in Ordinibus memoratis) per acolythum recitari. Qui ritus nec *apostolicus* est, nec *Romanus*, nec antiquus apud Gallos : sed noviter indictus per Francos magni Caroli episcopos. Ob easdem causas, ex quibus voluerunt cantari ad missam, recitari istud Symbolum voluerunt super catechumenos. »

Verisimillimum jam vero, mihique fere compertum videtur, Romanam Ecclesiam neque *Symbolo Constantinopolitano*, neque vocis *Filioque* additamento, ullo unquam tempore, usam esse in baptismatis administratione ; id attamen in Gallia et in Germania factum aliquibus in Ecclesiis. Edmundus Martene, *De Antiquis Ecclesiæ ritibus libro* I, capite 1, arti-

Digitized by Google

culo 11, num. 10, docet: *Constantinopolitanum notari in Pontificali Salisburgensi, in vetustissimo codice Remensi annorum 900, et in primo ordine Scrutinii codicis Cellonensis.* Orientalem demum quod attinet ad Ecclesiam, Lupi animadversio est loco citato, quæstione 1, in ea *statim a Nicæno Nicænum, et statim a Constantinopolitano concilio cœpisse baptizandis tradi Symbolum Constantinopolitanum.* Quæ ibi copiosa disserit cum eruditione, legenda sunt.

## 216 CAPUT VI.

*Vanus Græcorum scissionis ab Ecclesia Romana ex additamento vocis,* Filioque, *prætextus desumptus. Objecta refutantur.*

1. Ex hac vocis *Filioque* additione, cujus hactenus historiam narravimus, prætextum sumpsit Cerularius, quo inter utramque Ecclesiam, Latinam et Græcam, schisma inveheret, illudque firmaret. Veram causam superiore capite aperuimus, tum reprehensam damnatamque tituli, quo *patriarcham œcumenicum* vocabat sese, usurpationem, tum latum in ipsum a legatis pontificiis anathema. Bile percitus, vindictam sumpsit, Romani pontificis nomine e sacris diptychis expuncto. Idem ut ageret, data encyclica epistola, urgebat Petrum Antiochenum aliosque patriarchas. Prostat ea apud Baronium ad annum 1054, num 28, et apud Cotelerium Græce et Latine in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ tomo* II. Consilii sui pudebat ipsum: unde figmentum excogitans ait num. 9, *Rumorem insonuisse auribus suis, quod papam* (Romæ) ipse Petrus *in sacris diptychis referat, itemque Alexandrinus et Hierosolymitanus antistes* (cum id attamen minime fieret Constantinopolitana in Ecclesia). *Nosti enim, a tempore sanctæ et œcumenicæ sextæ synodi, ac deinceps, relationem papæ in sacris diptychis, apud nostras videlicet sanctas ecclesias, excisam fuisse: propterea quod Vigilius tunc Romæ papa ad eam synodum venire noluerit, nec anathema dicere Theodoriti scriptis, ac epistolæ Ibæ; atque ex eo tempore usque ad præsens abscissum esse papam a nostra sanctissima et catholica Ecclesia.* Schismaticum facinus ut persuaderet, errores aut penitus confictos, aut certissime falsos, quos antea Romanæ impegerat Ecclesiæ, iterum numerat: additque nunc primum num. 12, *additionem ad sacrum Symbolum.*

Cerularii inscitiam invectaque commenta, quod attinet ad *nominis papæ* excisionem e diptychis, ferre non potuit patriarcha Antiochenus. Verba sunt ejus in epistola apud Baronium et Cotelerium, num. 4: *Vigilius* tempore *quintæ synodi* vivebat, in qua agitata fuerunt quæ ad Origenem pertinebant, Evagrium, Didymum, aliosque, Petrum, Severum, Zooram, necnon scripta Theodoriti: non vero tempore *sextæ synodi.* Inter quas synodos intercessere anni 129 (ab anno Christi 533 ad annum 680). **217** Contigit autem, ut *ad breve tempus* Vigilius a *Relatione* resecaretur propter contentionem, quam habuit cum sanctissimo patriarcha Menna, quodque hunc deposuisset: donec iterum, *pace inter ipsos constituta,* reconciliati sunt pontifices. At *sanctæ sextæ synodi* temporibus papa erat sacer Agatho, vir venerabilis ac in divinis sapiens. Lege sexti hujus concilii acta, quæ recitari solent *Dominica consequente exaltationem venerandæ pretiosæque crucis*, invenies dictum Agathonem a sancta ea synodo gloriose prædicari. » In Typico, quod sancti Sabæ dicitur, hæc habentur capite 12 apud Ducangium in *Glossario mediæ et infimæ Græcitatis*: Κυριακῇ μετὰ τὴν ὕψωσιν ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικὸν τῆς ς' συνόδου.

« Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, aliique mecum plures eorum qui in Ecclesia præcellunt: quod sub beatæ memoriæ *patriarcha Antiochiæ domno Joanne* (III apud Bollandi Continuatores et Lequienum, sæculo exeunte decimo, inchoateque undecimo), papa Romanus, *ipse etiam Joannes* (XVIII) nominatus, in sacris diptychis referretur. » Vox illa *Antiochiæ* apud Baronium desideratur: legitur vero in textu Græco et versione Latina emendatiore apud Cotelerium. Deceptus Baronius *Joannem* illum patriarcham putavit *Constantinopolitanum*, numeravitque Sisinnium inter ac Sergium: sed hunc *binominem* fuisse censuit Pagius ad annum 1019, deceptus et ipse. Veram exhibet historiam Græcus Petri Antiocheni textus, a Cotelerio vulgatus: « Constantinopolim præterea *ante hos annos quadraginta quinque* (anno scilicet æræ vulgaris 1009) ingressus, reperi sub sanctæ memoriæ patriarcha (Constantinopoleos) *domino Sergio* (secundo hujus nominis) prædictum papam (Romanum Joannem XVIII) in sacra missa cum aliis patriarchis referri. » Refutata sic habes apertissima mendacia, quæ Cerularius invehebat, ut scissioni suæ prætextum daret.

Dare posterioribus Græcis nonnullis liceat *Sergium Constantinopolitanum* (post annum scilicet 1009), Romani pontificis expunxisse nomen e sacris diptychis. At primum causa quærenda est schismatis invecti: deinde perquirendum, num idem schisma perduraverit. Euthymius Zigabenus in Græco textu Panopliæ apud Lequienum dissertatione I Damascenica, num. 25, missum scribit a Romanis pontificibus ad Orientis patriarchas *Constantinopolitanum Symbolum*, nulla admistum interpolatione, usque ad Sergii tempora: ut scilicet innuat, dissidium eodem sub Sergio Constantinopolitano incepisse ob vocis *Filioque* additionem. Hanc Sergiani **218** schismatis, si quod certe fuit, causam ignorabat Nicetas Nicænus chartophylax, qui apud Allatium *De synodo Photiana* capite 10 sic ait: *Sub Sergio... schisma dicitur renovatum:* Ποίαν δὲ αἰτίαν, ἀγνοῶ· ἔοικεῖ μέντοι διὰ τοὺς θρόνους· *quam ob causam ignoro, puto tamen causa sedium.* Paria scribit Græcus alius anonymus apud eumdem Allatium: nescire se, num Sergius a Romanis defecerit *propter errores, an propter jurium*

Digitized by Google

*et privilegiorum subreptionem*. Sed hocce, quod admittimus, schisma Sergii diu non perduravit : quo factum, uti Græcus anonymus auctor libelli *De translationibus episcoporum* asserat apud laudatum Allatium, *septemdecim patriarchas*, qui Photio successere ad Cerularium usque, *cum Italis communionem habuisse*, κοινωνοὺς εἶχον τοὺς Ἰταλούς· nimirum *Ignatium* iterum, *Stephanum I*, *Antonium II*, *Nicolaum I*, *Euthymium I*, *Nicolaum* iterum, *Stephanum II*, *Tryphonem*, *Theophylactum*, *Polyeuctum*, *Basilium I*. *Antonium III*, *Nicolaum II*, *Sisinnium II*, *Sergium II*, *Eustathium*, *Alexium*. Eorum gesta et chronologiam expende apud Bollandi Continuatores, et Michaelem Lequienum et Anselmum Baudurium.

Hoc temporum intervallo, nulla ex dogmate de sancti Spiritus processione *ex Patre Filioque* sumpta scindendæ Ecclesiæ occasio. *Sisinnius* patriarcha accusari solet, qui encyclicam epistolam, quam in Latinos *Photius* exaraverat audaciæ plenam, titulo tantummodo immutato, suoque nomine supposito, ad reliquos patriarchas transmiserit. In ea *Processio Spiritus sancti a Patre et a Filio* ineptissimis argumentis oppugnabatur : eamque rejiciebat *Michael Cerularius* cum suis, hac etiam de causa condemnatus a legatis pontificiis. Schisma instauravit ipse : primoque tempore errores longe diversos Romanæ Ecclesiæ affingebat, sumpsitque demum ex additione vocis *Filioque* prætextum.

Prætextus vanitatem quamplura evincunt, quæ superioribus capitibus posuimus argumenta. Simul collecta hæc sunt. Primis Ecclesiæ Christianæ sæculis tribus, unum erat in ore præque manibus Symbolum fidei, quod *Apostolorum* dicebatur. Intemeratum illud servabat Romana Ecclesia, prout ab initio traditum fuerat : ipsumque Orientales antistites auxerunt additamentis, quibus alia adjecit *Aquileiensis* in Italia Ecclesia. Hanc vetustam, quæ primo Ecclesiæ Christianæ tempore obtinebat, latiore sermone consuetudinem exposuimus capite 1, num. 2, quin ulla tamen scissionis occasio aut data fuerit, aut accepta Orientalem inter et Occidentalem Ecclesiam, itemque inter Aquileiensem ac Romanam, cæterasque Italiæ.

**219** Additamenta scilicet erant, quæ vel clariorem duntaxat communis rectæ fidei declarationem complectebantur, vel dogmatis professionem præstabant contra surgentes novas hæreses, quas aliquibus in locis procul arceri a mentibus fidelium necessarium ducebatur. Prævium morem istum Ecclesiarum secuta est quarto incepto sæculo *œcumenica Nicæna prima* synodus, quæ primum et alterum Symboli apostolici articulos, quibus fides proponitur *in Deum Patrem omnipotentem*, *et in Christum Jesum unicum Filium ejus Dominum nostrum*, pluribus adjectis vocibus auxit ad ipsam fidem luculentius explicandam, eoque tutandam præsidio adversum hæreses *Arii*, *Sabellii*, *Photini*, *Pauli Samosateni*, *Manichæi* et *Marcionis*, *et adversus omnem hæresem* (ut ait Gelasius Cyzicenus), *quæ orta fuerat in catholica et apostolica Ecclesia*. Nicænam hanc fidei formulam adoptarunt in baptismatis administratione Orientales Ecclesiæ : stetit in *apostolica* simplici ac breviori Occidentalis : ipsamque Nicænam non eodem prorsus modo Orientis Ecclesiæ usurparunt. Num variæ hujusmodi consuetudines, quas citato capite 1, num. 3, indicavimus, pacem et unitatem perturbaverint? Minime gentium.

Fuere certi homines in Sardicensi concilio, quod anno 347 celebratum dicitur, qui *nonnulla*, *quasi quæ deessent*, *Nicæno concilio* (ac Symbolo) *ascribi* postulabant. At *ne quid ulterius de fide scriberetur*, *et sese contentos esse Nicæna fide*, decreverunt Patres, Athanasio teste in synodo Alexandrina anno 362 celebrata. Fuere tamen in Ecclesia Orientali sanctissimi præsules, qui Nicænam formulam, sæculo quarto labente, amplissimis additionibus auxerunt *adversus prodeuntes identidem hæreses*, mandaveruntque, ut *qui baptismo initiandi sunt*, interpolatas formulas eas *profiterentur*. Rem narrat sanctus Epiphanius, in *Ancorato*, num. 120 et 121, ibique formulas fidei duas profert, alteram altera prolixiorem, utramque sine dubio Nicænam, sed vocibus pluribus auctam. Hac de re loco citato nos egimus : idque maxime constat, scissionis inter Ecclesias nullum inde prætextum sumptum fuisse : ipsasque novas formulas pro *Nicæno*, imo etiam *apostolico* Symbolo habitas esse, utpote additamentis auctas, Nicæno et apostolico Symbolo *consentaneis*. Insignem locum Epiphanii recole et expende.

Sardicense quod memoravimus decretum, eo sensu intellectum, quod *Nicænæ formulæ* nihil adjici temere debeat quod Nicænam fidem labefactet, firmitate pollet quæ ipsius fidei firmitati par est. De ipsa formula, *fidem Nicænam* complectente, si decretum idem **220** intelligatur, ad ecclesiasticam pertinet disciplinam, quæ mutationem subire potest. Hinc formulam eamdem Nicænam adversum prodeuntes hæreses augere Orientales aliquæ Ecclesiæ necessarium duxerunt, *Epiphanianis* prædictis *formulis* duabus invectis, quæ iis traderentur qui baptizandi sunt. Epiphanianam formulam, quæ minus prolixa est, quibusdam exceptis vocibus, adoptarunt *centum et quinquaginta Orientalium Ecclesiarum Patres*, anno 381 in synodo Constantinopolitana congregati, quæ postea synodi œcumenicæ auctoritatem obtinuit. Hinc *Symbolum*, dictum *Constantinopolitanum*, invaluit, nullo inde scissionis prætextu desumpto.

Imo sua ævo illo potiebantur libertate particulares Ecclesiæ in Oriente : aliæque in baptismate utebantur *Constantinopolitano* Symbolo, simplici *Nicæno* aliæ, et aliæ *proprio quodam*, quod a Nicæno et Constantinopolitano, ad voces aliquas quod attinet, differebat, *Antiochena* scilicet, *Hierosolymitana*, *Philadelphiensis*, caput 2. Vide num. 3. Hæc

Digitized by Google

libertate scelesti quidam homines abusi sunt, particulares quas usurpabant, injectis erroribus, formulas interpolantes. Depravatum hujusce generis Symbolum ad synodum Ephesinam œcumenicam anno 431 detulit Charisius Philadelphiensis. Remedium ut afferret malo sanctissima synodus, lato decreto statuit : *Alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.* Legitimum decreti sensum ut habeas, animadverte inhibitum sibi haud credidisse Ecclesias, quominus jam receptas fidei formulas adhiberent in baptismate, aut *Nicænam simplicem*, aut *Constantinopolitanam*, aut *alias* ab utraque differentes, illæsa inter eas pace ac unitate : quo etiam tempore catechumenis in Occidente tradebatur *Symbolum apostolorum*, quod aliquibus additamentis in aliis primum Ecclesiis auctum, suum denique fecit etiam Romana.

*Fidem alteram*, quam *proferri* præter *Nicænam*, *aut conscribi, aut componi*, vetat *decretum Ephesinum*, intellexere plerique *doctrinam* fidei Nicænæ *adversam*. Ipsam *formulam*, quæ sit alia præter formulam fidei Nicænæ, intelligendam esse putarunt alii. Sensum priorem addita voce, *Filioque*, aut alio simili rectæ fidei consono additamento, violari dixerit nemo, nisi qui vertigine hæreseos actus *processionem Spiritus sancti a Patre et a Filio*, sive *per Filium*, pertinacius abneget. Hujusce farinæ heterodoxos homines dissertatione prima insecuti sumus.

Num vero *formula* fidei Nicænæ, ut primum a Patribus instructa fuit, debuerit intemerata deinceps retineri, an eam augeri quibusdam **221** vocibus liceat, sive majoris declarationis causa, sive propter hæreses prodeuntes, totum est disciplinæ ecclesiasticæ negotium. Pro *additamentis*, quæ gravissimæ postulent emergentes circumstantiæ, insigne exemplum præbet œcumenica synodus Chalcedonensis, anno 451 celebrata. Citatum caput 2 recole, num. 4 et 5. Admonente Diogene Cyziceno episcopo, animadverterunt Patres, *Nicæno simplici* abuti Symbolo Eutychianos, ab eisque catholica rejici additamenta, quæ in Symbolo *Constantinopolitano* continebantur. Opus esse censuerunt ipsi, ut, *machinationem omnem hæreticorum contra veritatem claudere volentes*, abs rigore legis Ephesinæ abscederent : *Decernentes ante omnia, fidem integram et intemeratam permanere trecentorum decem et octo sanctorum Patrum* (id est Nicænam) : ac *doctrinam confirmantes, quæ de substantia Spiritus sancti a Patribus centum quinquaginta postea congregatis in regia civitate* (Constantinopoli) *tradita est propter illos qui Spiritui sancto repugnabant.* Hæc habentur actione 5. Constantinopolitanos Patres commendat synodus Chalcedonensis ob ea quibus Nicænum auxere Symbolum additamenta *propter illos qui Spiritui sancto repugnabant* ; ipsumque Symbolum in communem totius Ecclesiæ Christianæ usum eadem sancta synodus deducit, sese Eutychianis opponens, qui, *additionibus Constantinopolitanis* rejectis, Nicæno simplici utebantur. Vindicias habent, quibus hoc etiam ex loco sumptis vocem illam, *Filioque*, Symbolo Constantinopolitano adjectam, validissime tueantur Latinæ Occidentales Ecclesiæ.

Summa post Chalcedonense decretum veneratione *Symbolum Constantinopolitanum* susceperunt Ecclesiæ Orientis : quod etiam *Nicænum* dictum est. Tradebant illud in baptismate electis catechumenis, peculiaribus prætermissis formulis, quas hactenus adhibuerant : ipsumque fecere sacræ *Liturgiæ* partem. Antiquis moribus Romana cæteræque Occidentales Ecclesiæ hærebant, *apostolorum Symbolo* baptizandis tradito, prætermissaque inter missarum solemnia fidei formula. Cum varia disciplina, sive *brevioris* in Occidente Symboli, sive in Oriente *prolixioris*, sive lecti decantatique in Liturgia, sive omissi, una consistebat fides omnium ac firmissima pax.

*Legem Ephesinam* instauravit *synodus Chalcedonensis*, actione 5, *definiens : alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sentire, aut alios docere.* Invexere tamen audaces homines plurium hæreseon monstra, *Monothelitæ* et *Iconomachi*. Eos ut cohiberet, deque aliorum mente ab erroribus aliena ut certior **222** fieret Ecclesia, sive in synodis congregata, sive etiam extra synodos, methodum servavit, qua *legis Ephesinæ* atque *Chalcedonensis* rigorem neque omnino sequeretur, neque ab ea omnino abscederet. Symbolum scilicet *Constantinopolitanum* in baptismatis administratione et sacra in Liturgia intactum servatum est : usu vero receptum, ut cum novi errores condemnandi forent, aut fidei professio edenda esset, vel ipsum Symbolum Constantinopolitanum additamentis augeretur, aut prolixæ instruerentur fidei professiones instar Symboli. Prostant hujusmodi *formulæ* in œcumenica synodo sexta anni 680, in actione 4 et 10, et in synodo œcumenica VII, Nicæna II, anni 787, in actione 1 et 3. Moris hujusce ac disciplinæ jam pridem exempla præbuerunt Athanasius in sua *fidei expositione*, Cyrillus Alexandrinus in ea quam inseruit *Synodicæ Epistolæ* in synodo Alexandrina datæ anno 430, et Joannes Antiochenus in ea quam per *Emisenum episcopum Paulum* anno 432 ad Cyrillum transmisit. Sequiore tempore in conciliis et actis Ecclesiæ occurrunt innumeræ instar Symboli formulæ, queis vel fidem sinceram profiterentur alii, vel injectas amolirentur alii suspiciones. Recole quæ latiore calamo disseruimus capite 2 et 3. Quorsum vero hæc omnia? Nimirum ut notum compertumque fiat, perperam, ac vano conatu, irritoque certe voto, contra particulæ *Filioque* adjectionem opponi a Græcis Ephesinæ legis rigorem.

*Symbolo Constantinopolitano* non utebatur, neque unquam illud usurpavit Ecclesia Romana in *bapti-*

Digitized by Google

*smate :* ipsumque nondum admiserat inter *sacræ Liturgiæ* partes. Mores orientales primæ in Occidente imitatæ sunt *Hispaniarum Ecclesiæ*, quæ Symbolum idem sexto desinente sæculo inter missarum solemnia canere cœperunt, simulque voce addita *Filioque* auxere. Ansam dedere Gothi, qui Hispanias subjugarunt. Ex Oriente secum ipsi detulerant Ariana dogmata, et Macedoniana, et Eunomiana : *Filium minorem Patre*, ac *Filio minorem Spiritum sanctum, factumque a Filio* profitentes. Ejuratis sub Reccaredo rege impiis commentis, *Nicæna* fidei formula suscepta est, itemque *Constantinopolitana*. Fides integra sanctissimæ Trinitatis ut coram palamque profiterentur omnes, tum inter Missarum solemnia cani cœptum *Symbolum Constantinopolitanum*, tum ipsum una illa voce *Filioque* adauctum. Cur hanc fidei partem, quam hactenus Gothi denegabant, publico Symbolo non addidissent Hispaniarum Ecclesiæ, cordibus fidelium uti frequentius, ita profundius inscribendam? Jampridem *episcopis Tarraconensibus, Carthaginiensibus, Lusitanis atque Gallicis* anno 447 epistolam dederat sanctus Leo Magnus : ipsosque cap. 1, de eorum **223** impietate admonet qui sentiebant, *non alium esse qui genuit, alium qui genitus est, et alium qui de utroque processit*. Eodem anno *Regulam fidei* scripsere *instar Symboli* Hispani Patres : dicebantque in articulo Spiritus sancti, ipsum *a Patre Filioque procedere*. Decretalem ad Justinum seniorem Augustum, anno 521, transmiserat Epistolam Hormisdas papa, ubi legimus : *Proprium Spiritus sancti esse, ut de Patre et Filio procedat sub una substantia Deitatis*. Vide caput 3, num. 5, et caput 4, num. 1. Vocem hanc, *Filioque*, prolixioribus fidei formulis jam insertam, ad Symbolum Constantinopolitanum, quod inter missarum solemnia canebant, sibi transferre putarunt fas esse Hispaniarum Ecclesiæ, disciplinam sectantes quæ convenientior visa fuerat ad fidem rectam docendam, ac tutandam, servandamque. Fides earum non erat *altera*, hoc est Nicænæ fidei et Constantinopolitanæ adversa : neque fides *altera*, hoc est formula fidei articulos continens, quæ a formula Nicæna et Constantinopolitana differret : sed hæc eadem prorsus, cum unius vocis orthodoxæ additamento, ad Arianorum hæresim eliminandam.

Alio invecto Spiritus sancti originem vitiarunt *Monothelitæ* errore, quem longe lateque propagarunt *Iconomachi* in Oriente. Filium excludebant a consortio spirativæ cum Patre virtutis : deque hæresi incusabant Latinos, *procedentem ab utroque Spiritum sanctum* profitentes. Mota quæstio cum Francis discussa est anno 767, in synodo Gentiliacensi : proque dogmate fidei latum decretum. Fidem hanc, temere a Græcis violatam, ut coram palamque profiterentur Gallicanæ Ecclesiæ, sumpto ex Hispanicis exemplo, sacræ Liturgiæ partem fecere Symbolum Constantinopolitanum cum additamento. Hæreseos censuram inculcabant Græci. Res demum delata ad Leonem III summum pontificem. Romana Ecclesia, quæ doctrinæ depositum ab initio acceptum servabat intemeratum, hærebatque tenacissime moribus antiquis, in eo quod erat *dogma fidei*, immota permansit : in eoque, quod *ecclesiasticam* ad *disciplinam* spectabat, publicum inter missarum solemnia permisit Symboli Constantinopolitani cantum, invectumque tolli additamentum optabat. At illud Hispaniarum Ecclesiæ sexto æræ Christianæ sæculo receperant retinebantque : ipsumque amplexatæ sunt sæculo octavo et nono Gallicanæ, itemque Germanicæ, ac Italicæ in regno Italiæ, ad rectam fidem tuendam adversum Græcorum molitiones præsidium inde arcessentes.

Hæc varia in Occidente disciplina, ad rigoris apicem in Romana Ecclesia custodita, in cæteris pro variis regionum circumstantiis paululum laxata, schismatis inter eas præbuit ansam nullam. Florebat **224** summa pax, vigebatque integra communio. Quin imo Romana demum Ecclesia Symboli Constantinopolitani, ejusdemque interpolati cantum admisit sæculo undecimo inter missarum solemnia, moribus aliarum sese conformans pro ea qua potiebatur in ecclesiasticæ disciplinæ negotio facultate. Consule capita superiora duo, 4 et 5. Argumenta vero jam collecta sunt, quæ Græcorum scissionis prætextum funditus evertunt ac profligant.

II. Sed hanc vocis, *Filioque*, adjectionem veluti illicitam incusant illi, eamque ingeminant *Ephesinæ synodi* decreto adversam. Ipse Leo III, Romanus pontifex (inquiunt), in Collatione cum Gallicanis episcopis aiebat : *Licet docendo cantare, et cantando docere : sed illicite in prohibitis, nec scribendo nec cantando licet inserere*. Legis nimirum Ephesinæ rigori hærebat eo tempore Ecclesia Romana : sed ipsum rigorem legis pro variis temporum circumstantiis, utpote intra limites disciplinæ ecclesiasticæ consistentem, temperari posse jam noverat. Optabat, *additamentum* tolli a Gallicanis episcopis : deque modo consilium dabat, *non affirmando, sed tractando*. Cæterum vero Orientales etiam ipsæ Ecclesiæ ab ejusdem Ephesinæ legis rigore recesserant, quæ licet in baptismate, et in sacra Liturgia *Constantinopolitano symbolo* non interpolato uterentur; in more semper habuere, formulas *alteras* prolixiores instruendi, queis aut fideles rectam fidem profiterentur, aut suspecti seipsos expurgarent. Hinc Florentina in synodo, Græcis consentientibus, definitum : *Explicationem verborum illorum*, Filioque, *veritatis declarandæ gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam*.

Ephesinam legem, tametsi ad ecclesiasticam disciplinam spectet, nullo solvi debuisse modo, nisi saltem synodi generalis auctoritate accedente, iterum instant eadem semper oberrantes chorda. Litteræ, quæ occidit, plus nimio inhærent. Formulam

Digitized by Google

fidei in *Nicæna synodo* constitutam spectat *lex Ephesina* : qua nihilominus non obstante, vigebant ævo illo peculiares formulæ *Antiochena*, *Hierosolymitana*, *Philadelphiensis* ac *Constantinopolitana*. Præcipuum ergo Ephesinæ legis consilium effulget, quam maxime, ut hominum scelestorum cohiberetur fidentia, novas in dies condendi formulas Nicænæ fidei adversas. Utramque formulam, *Nicænam* et *Constantinopolitanam*, approbavit Chalcedonensis œcumenica synodus : eaque approbatione factum, ut *Constantinopolitana* formula, relicta *Nicæna*, passim uterentur in baptismate ac sacra etiam in Liturgia Orientales Ecclesiæ. Id vero peractum pro sua Ecclesiarum libertate, non synodi alicujus œcumenicæ jussu. Lex attamen
**225** *Ephesina*, ac etiam *Chalcedonensis*, aliquo modo servata, propterea quod simplex illa Constantinopolitana adhiberetur in baptismate et inter Missarum solemnia : at sibi licitum duxerunt Orientales, formulas proferre, aut conscribere, aut componere peculiares, a Nicæna et Constantinopolitana differentes, quibus prolixioribus verbis rectam fidem profiterentur, aut sese ab omni erroris suspicione purgarent. Prostant ipsæ in œcumenica synodo sexta et septima. Digna est animadversione, quæ a *Tarasio episcopo Constantinopolitano* ad alios transmissa fuit patriarchas, ubi verba habentur *additamento* Latinorum similia : *Et in Spiritum sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre per Filium procedit.*

Reponebant Græci in synodo Florentina, formulas istas fidei particulares esse, non communes. Verum enimvero *legi Ephesinæ*, si verborum adhæreas rigori, adversantur ipsæ : easque nihilominus, pace et unitate salva, ad se mutuo transmittebant episcopi, neque synodi œcumenicæ ad se delatas rejiciebant. Minus utique contra legem Ephesinam piaculum videtur, si quod esset, quod nullum est, *una voce*, rectæ fidei consona, ac temporum circumstantiis convenienti, Symbolum Constantinopolitanum auxisse. Sed piaculum amolitur omne, quæ vigere potest in Ecclesiis disciplinæ variabilis ratio, quam summa postulet ipsius fidei confirmandæ tutandæque causa.

Agi denique inquiunt de Symbolo, quod est in Ecclesia *commune* : adeoque non ipsi quidquam adjici a Romano pontifice debuisse, prætermisso cæterorum patriarcharum consilio. At primis Ecclesiæ sæculis, *apostolorum Symbolo*, quod intemeratum servabat Romana Ecclesia, voces plures propter hæreses prodeuntes inseruerunt Orientales, inconsulta sine dubio sede apostolica. Formulam *Nicænam* privati in Oriente episcopi aliquibus additamentis auxere, eamque sic auctam approbarunt *centum et quinquaginta Orientales antistites*, in concilio Constantinopolitano, quin Romanum pontificem aliosque Occidentis episcopos consulerent. Prævio nullo cum Occidentalibus consilio, tradi in Oriente primum cœpit in baptismate Symbolum *Nicænum*, relicto *apostolico*, ac deinde *Constantinopolitanum*, relicto Nicæno : quod etiam inter sacræ Liturgiæ partes relatum est. Hæc agere Orientalibus licuit, sede Romana inconsulta : neque tamen sedes ipsa Romana suam ipsis communionem negavit unquam. Cur pari jure Occidentales Ecclesiæ non uterentur? Cur *voculam unam* rectæ fidei consonam, quæ pari jure pro rerum circumstantiis adjici potuit, ac deinceps poterit, scissionis prætextum fecere Græci?

**226** At Romanus demum pontifex votis annuit *Latinorum* episcoporum, ut in Occidentis duntaxat Ecclesiis vox *Filioque* recitaretur in Symbolo : adjectamque vocem ipsa Romana admisit sua in Ecclesia, prisco more relicto : decretoque nullo, ut idem peragerent, Græcos aliosque Orientales astrinxit. In synodo Lugdunensi œcumenica, anno 1274 celebrata, Latini simulque Græci intra Missarum solemnia cecinere quidem, *Qui ex Patre Filioque procedit*, ut unam utriusque Ecclesiæ concordiam in fide profiterentur : at Michaeli Palæologo imperatori non abnuit Romanus pontifex, postulanti *ut Ecclesia sua* (Orientalis) *Symbolum semper dicat, prout dicebat illud ante schisma usque in hodiernum diem.* Dixerunt quoque in synodo Florentina Græci sessione 25, repugnante Latinorum nemine : *Additionem nequaquam omnino nos recipimus : sed concedimus vobis, ut eam habeatis in Ecclesiis vestris.* Quæ sequuntur, affero demum ipsorum Græcorum verba : « Dicimus, Symbolum a vobis (Latinis) explicatum necessitate cogente : et vocem illam, *ex Filio*, non esse *aliam fidem*, aut aliquod additamentum (fidei adversum), sed piam, et nostri Symboli explanationem : et esse utrumque Symbolum pium, et ejusdem sententiæ, ut in Ecclesia Romana recitetur sicuti vos dicitis, et in Orientali ut nos dicimus ; atque ita faciendam unionem. » Faxit Deus, ut inconcussum fidei dogma docili demum mente excipiant Græci, et innoxiam ad Symbolum additionem intelligant ac profiteantur.

Digitized by Google

# INDEX NOMINUM

## ET RERUM PRÆCIPUARUM

QUÆ IN GEORGII CYPRII VITA, IN NOTIS ET IN DISSERTATIONIBUS CONTINENTUR.

*Revocatur Lector ad numeros crassiores textui insertos.*


### A

Acathistum, festum apud Græcos, 33. Celebratur Sabbato quintæ hebdomadis quadragesimæ, *ibid.* Fideles nocte in Matutinis gratiarum actionis Cantica stantes exsolvebant, 33.

Acropolita Georgius, Logothetæ, disciplinas tradit Constantinopoli, 25. Legatus ad concilium Lugdunense œcumenicum, 52.

Æneas Parisiensis episcopus scribit contra Photium, 201.

Alexander Natalis, emendatus, 171, 200 *et seq.*

Allatius (Leo), qui non vidit Gregorii Cyprii Antirrheticum contra Joannem Beccum, 78. Orationem Becci contra Antirrheticum perperam inscriptam vulgavit in Tomum Cyprii, *ibid.*

Amalarius abbas, et ejus Ecloga in Ordinem Romanum, 191, 196 *et seq.*

Anastasius Bibliothecarius sententiam sancti Maximi de processione Spiritus sancti exponit, 51. Exponitur ipse, *ibid.* Ejus Latina interpretatio synodi Nicænæ II, 184.

Andreas Rhodiensis in synodo Florentina, 209. Ejus de vocis *Filioque* additamento sententia, *ibid.*

Andronicus, Michaelis Palæologi filius, collega imperii, 56. Solus imperat, 75. Ecclesiarum unionem rumpit, *ibid.* Detruso patriarcha Joanne Becco, ad thronum promovet iterum Josephum Galesiotam, 76. Post hunc dignitatem confert Gregorio Cyprio, 92. Ejus gesta plura, 94 *et seq.* Beccum deportari jubet in arcem sancti Gregorii, 104. Cyprio mandat, ut Tomum fidei scribat, 101. Se ipsi adversum præbet, 119. Eligi patriarcham curat Athanasium monachum e monte Gano, 126.

Anonymus Græcus fabulas miscet plures circa vocis, *Filioque*, adjectionem ad Symbolum, 200. Anachronismus, 210.

Annus mundi Constantinopolitanus, quomodo ad annum Julianum reducendus, 19.

Antirrheticus sermo Gregorii Cyprii refutatus, 76.

Apostolarius quis apud Græcos, 42.

Apostolorum Symbolum. *Vide* Symbolum Apostolorum.

Aquileiensis Ecclesia, ac ejus vetustum Symbolum apostolorum, 142. An in casu ablativo ea verba pronuntiaret, in Deo Patre, in Christo Jesu, etc., 146. Ritus in baptismate, 212.

Aquisgranensis synodus, 180. In ea de processione ab utroque habita discussio, 181. Item de additione vocis, *Filioque*, ad Symbolum, 182, 183. Ejus legati Romam missi, 183.

Aristenus Alexius, chartophylax, emendatus quod attinet ad tempus additæ vocis, *Filioque*, ad Symbolum, 154.

Arsenianorum factio, 40 *et seq.*

Arsenius patriarcha Constantinopol., 31. Deponitur, 32. In sedem restituitur, *ibid.* Anathema fert in Michaelem Palæologum, 33. Accusatur in festo Acathisti, *ibid.* Iterum throno deturbatur, 34. Quo anno, *ibid. et seq.*

Athanasius monachus de monte Gano eligitur patriarcha Constantinopol., 126.

### B

Baronius Cæsar, Annalium parens, emendatus, 175, 183, 184, 185.

Beccus Joannes, chartophylax, unioni Ecclesiarum adversus, 52. Carceri mancipatus, *ibid.* Sententia mutata, valide pugnat pro dogmate catholico, 53. Patriarcha eligitur, 58. Scripta ejus pro dogmate, 59, 64. Ejus fidei professio, 60. Michaelem imperatorem sibi infensum experitur, 61. Jure stauropegii spoliatur, *ibid.* Secedit in monasterium, remigratque in ædes patriarchales, 63. Ejus anathematismi vindicati, 72. Throno patriarchali deturbatus, exsul mittitur, 76. Scribit contra Antirrheticum Gregorii Cyprii, 78. Vocatus in colloquium de fide cum Cyprio aliisque, 96. In arcem sancti Gregorii deportatus, 100. Tomum Cyprii patriarchæ refellit, 102. Judicium ejus de voce, *Filioque*, ad Symbolum addita, 139 *et seq.* Item de tempore, 175. Ejusdem testamentum, 99, 129. Obitus, 99.

Berno Augiensis, et ejus sententia de tempore, quo Romani legere aut canere Symbolum cœpere intra missarum solemnia, 191. Sensus ejus genuinus, 192, 196.

Bessario cardinalis, ac solida ejus argumentatio contra Græcos, 88.

Beveregius Guillelmus errat in computatione æræ mundi Constantinopolitanæ, 19.

Biclarensis Joannes, abbas, gesta sub Justino seniore refert ad juniorem, 172.

Blachernarum ædes, 94.

Blemmida Nicephorus, 18. Pro catholico processionis Spiritus sancti dogmate plura scribit, 44. Ad sedem Constantinopolitanam designatus, 45.

Bulgari ad fidem conversi, 199. Ad eos erudiendos missi episcopi et clerici a sede apostolica, et a regibus Francorum, 200. Symbolum docentur cum additione vocis *Filioque*, *ibid.*

### C

Calecas Manuel, et ejus opinio de tempore, quo vox, *Filioque*, ad Symbolum addita est, 174. Emendatus, *ibid. et seq.*, 176.

Calvisius Sethus recte computat mundanos æræ Constantinopolitanæ annos, 22, 40. Quorum initium non ab Octobri mense sumendum, sed a Septembri, *ibid.*

Camaterus Andronicus Hoplothecam scribit, 70. Ejus refutatio. *ibid. et seq.*

Cantare sæpe ævo medio sumptum pro simplici lectione, 193.

Carolini libri, ut vocantur, 185. Eorum etiam titulus capitularis adversus Nicænam II synodum a Carolo Magno missi ad Adrianum I, *ibid.*

Carolus Andegavensis, Siciliæ rex, 45.

Cerularius Michael, patriarcha Constantinopolitanus, schismatis instaurator, 46. Ægre fert, sibi negatum a Romano pontifice titulum patriarchæ universalis, 205. Ejus inscitia, 216. Refutatus a Petro Antiocheno, 216, 217.

Christophorus papa, vocem, *Filioque*, ad Symbolum non adjecit, 210. Non expunctus e sacris diptychis, *ibid.* Anonymi Græci enormis anachronismus, *ibid.*

Chrysostomus S. Joannes non est auctor homiliæ de Spiritu sancto, 89. Germanus auctoris sensus, 90. Perperam intellectus a Photio, 91.

Clemens IV, papa, promovet unionem utriusque Ecclesiæ, 44.

Clerus Palatinus Constantinopoli, 41 *et seq.*

Cnaphæus (seu Fullo) Petrus, patriarcha Antiochenus, Nicænum Symbolum recitari jubet in sacra Liturgia, 171.

Collatio legatorum Caroli Magni et synodi Aquisgranensis cum Leone III papa, de cantu vocis, *Filioque*, in Symbolo, 186. Acta ejusdem, 186, 187 *et seq.* Sincera, licet titulus vitio laboret, *ibid.* Referuntur, et expenduntur, *ibid. et seq.*

Combefisius (Franciscus) emendatus, 102, 103.

Concilium œcumenicum, Nicænum primum, voces addit ad Symbolum apostolorum contra Arianos, 149. Constantinopolitanum secundum voces addit ad Symbolum Nicænum, 152, 153. Ephesinum tertium alteram fidei formulam scribi aut proferri præter Nicænam vetat, 158.


Digitized by Google

Chalcedonense quartum appendicem addit ad articulum Incarnationis Jesu Christi, 162 *et seq.* Varias approbat fidei formulas a Nicæna distinctas, 164. Constantinopolitanum tertium, et œcumenicum sextum, fidei professiones, quæ a Symbolo Constantinopolitano distinctæ sunt, suscipit, 160. Itemque synodus œcumenica septima, Nicæna secunda, *ibid.*

Constantinopolis a Latinis capta, 17. Latinis erepta a Michaele Palæologo, 19, 20. Epochæ variæ apud scriptores, *ibid.*

Constantinopolitana synodus Macedonianos, divinitatis Spiritus sancti hostes, damnat, 153. Auctoritatem synodi œcumenicæ quomodo et quando obtinuit, 169, 170.

Constantinopolitanum sub Photio conciliabulum, 202.

Cuperus Guillelmus refellit Petrum Possinum, 31. Chronologicas promovet difficultates, quas insolutas reliquit, 36, 37. Emendatus, 38.

Cyprius Georgius, seu Gregorius vitam sui ipsius scribit, 12. Natus in Cypro insula, *ibid.* In baptismate vocatus Georgius, *ibid.* Ex parentibus Græcis, 13. Nicosiam mittitur in scholas, 15. A Latinis magistris instruitur, 16. Domum revertitur, *ibid.* Nicæam proficiscitur, ac itineris varia fata, 17, 18. Se tradit in disciplinam Georgii Acropolitæ post captam a Græcis Constantinopolim, 23, 24. Michaeli Palæologo operam præstat, concordiam utriusque Ecclesiæ promovendo, 24. Lector ordinatus a Josepho patriarcha, et clero palatino ascriptus, 42. Pergit unionem Ecclesiarum promovere, 45, 52. Mutata sententia, aut simulatione deposita, Joanni Becco adversatur, 76. Antirrheticum scribit contra ipsum, 76, 77. Qui refutatur a Becco, 78 *et seq.* In thronum Ecclesiæ Constantinopolitanæ evehitur, 92. Quo ritu, 92, 93. Monachus antea effectus, vocatusque Gregorius, 12, 95. Diaconus et sacerdos ordinatus, consecratusque patriarcha, 93. Colloquium ejus cum Becco, et socius, 96. Munus eidem impositum, ut Tomum scribat, in quo testimonia sancti Joannis Damasceni exponat et conciliet, 100. Invehit novum errorem æternæ cujusdam explendescentiæ, a Deo distinctæ, *ibid.* Tomus ejus reprehensus a multis, et a Becco refutatus, 102. Palamitica hæresis ab eodem Cyprio præformata, 102, 103. Tomum suum corrigere abnuit, 104. Apologetica ejus scripta, 104, 105. Indignationem subit Andronici Imperatoris, 119. Secedit in monasterium Hodegorum, *ibid.* Testimonium postulat de sua orthodoxia, antequam throno cedat, 120. Quo id anno factum, 122. Illud ipsi conceditur, 123. Abdicat se patriarchatu, 124. Abdicationis libellus reprehensus a Georgio Pachymere, 125. Secedit Cyprius in monasterium Aristinæ, 126. Tomus ejus corrigendus proponitur, irrito conatu, *ibid.* Mortem obit, 127. Ejus opuscula varia rhetorica, 25, 26. Sacræ orationes, 26. Scripta contra processionem Spiritus sancti a Patre, *Filioque*, 27. Epistolæ, *ibid. et seq.*

Cyprus insula, capta a Richardo rege Angliæ, 14. Vendita Guidoni Lusiniano, *ibid.* Subest latinis regibus Lusinianis, 15.

D

Damascenus S. Joannes, cujus doctrina de Spiritus sancti processione diligentius expenditur, 103 *et seq.*

Damasus papa, damnat Anomœos et Macedonianos, divinitatis Spiritus sancti hostes, 152. Non addit vocem *Filioque* ad Symbolum, 154. Docet tamen processionem Spiritus sancti a Patre, et a Filio, 155.

Diacænesima feria, eadem ac feria secunda paschalis, 93.

Diptycha sacra, 216. Ab his Romanos pontifices expunctos fuisse in Ecclesia Constantinopolitana a tempore synodi quintæ œcumenicæ usque ad Michaelem Cerularium, hujusce figmentum est, 216 *et seq.*

Dominica Orthodoxiæ apud Græcos dicta, eadem ac prima Dominica Quadragesimæ, 72.

E

Ecclesiastes palatinæ concionis Constantinopoli, 43.

Eclipsis solis Constantinopoli, 36. Non præcessit abdicationem Germani patriarchæ, sed secuta est, 36, 37.

Ephesinum decretum, ne fides altera præter Nicænam scribatur aut proferatur, quo sensu intelligendum, 158. Doctrina fidei Nicænæ adversa intelligitur, 159. Item formula intelligi potest, quæ sit altera a formula Symboli Nicæni, 159, 160. Non favet Græcis, particulæ *Filioque* ad Symbolum adjectæ hostibus, 158 *et seq.* Ad ecclesiasticam disciplinam spectat, 162, 170, 190. Ejusdem legis Ephesinæ relaxatio multiplici modo, 159, 160, 162. Iterum ejusdem legis germanus sensus, 166, 168, 179, 180. Ejusdem rigorem sequitur Romana Ecclesia, antiquitatis tenacissima, 187 *et seq.*, 190.

Errores Græcorum, dogmati de processione Spiritus sancti adversi, 127. Primus : non solum non procedit a Patre et a Filio, sed neque per Filium, 128. Secundus : procedit per Filium, Filio instrumentale ministerium præstante, 128 *et seq.* Tertius : procedit per Filium, id est simul cum Filio, 130 *et seq.* Quartus : procedit per Filium; non ad exstantiam, sed æternam quamdam explendescentiam, 132 *et seq.* Quintus : processionem Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu per Filium ad temporalem missionem, aut largitionem charismatum refert, 133.

Eterianus Hugo. *Vide* Hugo Eterianus.

Eulogia, soror Michaelis imperatoris, 52. Schisma promovet, 75.

Eustathius patriarcha Constantin. sibi titulum dari expetit patriarchæ universalis, 204.

Explendescentia æterna, a Deo distincta, a Gregorio Cyprio invecta, et nomine Spiritus sancti donata, 101. Ad hæresim Palamiticam pertinet, 132 *et seq.*

F

Festum Acathisti. *Vide* Acathistum

Festum sanctorum Nicæensium Patrum, 58.

Filioque, particula. *Vide* Vox *Filioque*.

Florentina synodus, et ejus decretum unionis, 137 *et seq.* Item definitio de voce, *Filioque*, ad Symbolum addita, 139. Codex vetustus oblatus, in quo Symbolum cum voce, *Filioque*, 175, 184.

Formosus papa, perperam ac falso de novitate doctrinæ a Græcis incusatus, 210.

G

Galesiota Josephus patriarcha Constantinopolitanus, 39. Quo anno, 59, 40. Solvit anathemate Michaelem imperatorem, *ibid.* Unioni Ecclesiarum adversatur, 52. In schismate obfirmatus a Jobo Jasita, 55. Recedit ab ædibus patriarchalibus, *ibid.* Unionem in concilio Lugdunensi constitutam improbat, et abdicat sedem, 58. In sedem revocatur ab Andronico imperatore, 76. Mortem obit, 92.

Gentiliacensis synodus, sub Pipino Francorum rege, dogma processionis Spiritus sancti a Patre et a Filio vindicat, 178. Addita ad Symbolum vox *Filioque*, 179, 180.

Georgius Cyprius. *Vide* Cyprius Georgius, seu Gregorius.

Germanus patriarcha Constantinopol., 33. Abdicat dignitatem, 36. Quo anno, *ibid. et seq.* Legatus ad concilium Lugdunense, 55.

Gothi Ariani occasionem præbent, ut in Hispaniis vox, *Filioque*, Symbolo adderetur, 177.

Gregorius papa X indicit concilium Lugdunense, 45. Quod etiam celebrat, 56 *et seq.* *Vide* Thealdus.

H

Henricus I imperator suadet Benedicto papæ VIII ut Symbolum in sacra Liturgia canat aut recitet, 190, 193, 196.

Hispaniarum Ecclesiæ vocem, *Filioque*, addunt ad Symbolum, 177. Idemque Symbolum faciunt sacræ liturgiæ partem, 177, 178.

Holobolus, rhetor, post Georgium Acropolitam scholas regit Constantinopoli, 41.

Hugo Eterianus opus nuncupat Alexandro III, ubi de additione vocis, *Filioque*, 208.

Humbertus, episcopus Sylvæ candidæ, missus Constantinopolim legatus contra Michaelem Cerularium aliosque, 205. Ipsum Cerularium damnat, *ibid.* De tempore additionis vocis, *Filioque*, minus edoctus, 208

I

Iconomachi hæretici processionem Spiritus sancti a Patre et Filio negant, et impugnant, 50, 178.

J

Joannes VIII papa, et ejus epistola ad comitem Moraviæ, 192. Sensus germanus ejus, 193. Quæ sub ejus nomine fertur epistola ad Photium, ab ipso Photio ficta, 201 *et seq.*

Joannes XX papa, dictus XXI, legatos Constantinopolim dirigit, 60.

Joannes Beccus. *Vide* Beccus Joannes.

Joannes Ducas Vatatzius imperator, 44.

Joannes Lascaris IV, filius Theodori, 31. Prætermissus in coronatione Michaelis Palæologi, 32. Excæcatur, et in arce includitur, 33.

Joannes, monachus sancti Sabæ, adversatur Latinis

Digitized by Google

monachis in monte Oliveto, Symbolum recitantibus cum additione vocis *Filioque*, 181, 186.
Josephitarum factio, 41.
Josephus Galesiota. *Vide* Galesiota Josephus.

L

Lectores, quomodo apud Græcos ordinati, 42.
Legati Græcorum ad concilium Lugdunense verno tempore solvunt Constantinopoli, 55, 57.
Legati sedis apostolicæ agunt apud Michaelem Palæologum imp. ut vox *Filioque* Symbolo addatur, 62. Irrito voto, *ibid.*
Leo papa III, 181. Legationem suscipit monachorum montis Oliveti, *ibid.*, 182. Ejus epistola ad Carolum Magnum, 182, 183. Ægre fert, in Gallicanis Ecclesiis cani Symbolum cum vocis *Filioque* additamento, 187. Facultatem ipse fecerat, Symbolum canendi in Liturgia, et quomodo, 188 *et seq.* Non solum non cani, sed neque legi suo tempore Symbolum consuevisse in Ecclesia Romana inter missarum solemnia tradit, 192 *et seq.* Symbolum jubet in tabulis Græce et Latine scribi sine additamento, 203.
Leo papa IX legationem dirigit Constantinopolim ad Michaelem Cerularium, 205. Cerularium anathemate feriunt legati, *ibid.* Schismatis ipse prætextum sumit ex additione vocis *Filioque*, 206. Scribit ad Petrum Antiochenum, *ibid.*
Logotheta magnus, quis, 23.
Lugdunense concilium œcumenicum, 45. Græcorum legati ad ipsum, 53. Symbolum hi recitant cum voce *Filioque*, 56. Definitio fidei, 57. Eadem explicata, *ibid.*
Lupo, aut Lupus, patriarcha Aquileiensis, 212.
Lusiniani reges in insula Cypro, 14, 15.

M

Mabillonius Joannes, emendatus, 181, 191. Ejus opinio de tempore, quo Romana Ecclesia Symbolum canere aut legere cœpit in liturgia, *ibid.*
Marcus Ephesinus in synodo Florentina, 136. Palamitico errore infectus, *ibid.*
Marcus monachus libellum scribit scatentem erroribus, quem aliqua ex parte corrigit Gregorius Cyprius, et approbat, 104.
Martene Edmundus perperam putat, Symbolum in Ecclesia Romana, tametsi non decantatum, lectum tamen antiquitus in liturgia, 191 *et seq.*
Melitiniota Constantinus pugnat pro dogmate catholico, 96.
Menses anni, quomodo vocati a Pachymere in Historia, 38. Ineuntes, stantes, exeuntes, 54.
Methodius archiepiscopus Moravorum, 192, 195.
Metochita Georgius pugnat pro catholico dogmate, 54, 96.
Michael Palæologus, tutor Joannis IV, Lascaris, 31. Coronatur imperator, neglecto puero Joanne, *ibid.* Latinis Constantinopolim eripit, 32. Unionem utrisque Ecclesiæ promovet, 52. Carceri mancipat Joannem Beccum Chartophylacem, *ibid.* Hunc, catholici dogmatis vindicem factum, promovet ad patriarchatum, 58. Eidem se præbet adversum, 61. Additionem vocis *Filioque* ad Symbolum rejicit, 62. Mortem obit, 73. Quo anno, *ibid. et seq.*
Micrologus exponit Ordinem Romanum, 196.
Missa præsanctificatorum, 93.
Missio Spiritus sancti, 86. Divinæ personæ missio, alia proprie dicta, alia impropria, 86, 87. Nullo modo mitti Pater dicitur, *ibid.* Missio propria æternam consequitur personæ divinæ processionem ab alia, *ibid.* In missione Spiritus sancti per gratiam sanctificantem, specialis adest divinæ personæ applicatio ad animam justi hominis, 87.
Monachi Latini montis Oliveti exagitantur a Græcis ob additionem vocis *Filioque*, 181. Scribunt ad Leonem III, *ibid.*
Monasterium S. Andreæ, 126. Aristinæ, *ibid.* Cosmidii, 100. Hodegorum, 119. Lauræ prope Anaphum, 58. Panachrantæ, 63, 75. Paschasii, 32. Periblepti, 55.
Monothelitæ hæretici processionem Spiritus sancti a Filio oppugnant, 50.
Mons Oliveti. *Vide* Monachi Latini montis Oliveti.
Montenigro, Joannes de, in synodo Florentina disputat cum Marco Ephesio, 136.
Montfauconius Bernardus annos Constantinopolitanos in codicibus notatos minus accurate reducit ad Julianos aut Dionysianos, 22 *et seq.*
Moschopar Georgius genuinum tuetur Damasceni testimonium, 97. Gregorio Cyprio adversus, 105. Ejus epistola ad ipsum Cyprium, 125.
Muzzalo, magnus logotheta, dogmati catholico adversus, 97.

N

Nestorius Nicæno Symbolo depravato utebatur, 157. Damnat illud synodus Ephesina œcumenica, 158.
Nicæa, sedes imperii Græci post captam a Latinis Constantinopolim, 17, 52.
Nicænum symbolum. *Vide* Symbolum.
Nicephorus patriarcha Constantinopol., 52. Obitus ejus, *ibid.*
Nicolaus papa I et ejus epistola ad Hincmarum Remensem, 201. Ejus ætate nondum Symbolum auctum voce *Filioque*, *ibid.*
Nicolaus papa III excipit legatos Græcorum, 60. Alios dirigit Constantinopolim, 61, 62. Vocis *Filioque* additionem urget, 62.
Nicosia, sedes regum e Lusiniana stirpe in insula Cypro, 15. Metropolis etiam ecclesiastica Latini archiepiscopi, *ibid.* Græci ritus episcoporum sedes quatuor in insula, *ibid.*
Nicosienses archiepiscopi Latini in insula Cypro, 15.

O

Ordines Romani, 191. Ætate posteriori interpolati, 196 *et seq.*, 211, 214.
Oudinus Casimirus refutatus, 44, 147.

P

Pachymeres Georgius schismaticus, 53, 72. J. Becci libellum abdicationis scribit, 63. Emendatus, *ibid.* Anathematismos Becci carpit, 72 *et seq.* Res gestas plurium annorum confundit, 94, 95. Spiritum sanctum procedere a Patre per Filium tenet hæretico sensu, 129 *et seq.* Additionem vocis *Filioque* ad Symbolum improbat, 159 *et seq.*
Pagius Antonius accuratissime disserit de methodo, annos æræ mundi Constantinopolitanæ reducendi ad Dionysianos, 21. Regula facilis ac tuta, 40.
Palamitica hæresis a Gregorio Cyprio præformata, 102 *et seq.*, 133.
Palmarum festum, 37, 38.
Panis consecratus pro missa præsanctificatorum, corruptus in sacra pixide inventus, 94. Quo anno, 95.
Paschasius diaconus, 156. Rusticus diaconus, *ibid.*
Patriarcha Constantinopolitanus, quo ritu designatus et promotus, 92. Titulum universalis patriarchæ sibi arrogat, 204.
Paulinus Aquileiensis patriarcha additionem vocis *Filioque* ad Symbolum tuetur, 179.
Paulus Romanus pontifex, et ejus epistola ad Pipinum Francorum regem, 178.
Petavius Dionysius, mensium nomina a Pachymere usurpata non intellexit, 55.
Petrus Antiochenus patriarcha, et ejus epistola ad Photium, 206. Alienus est a schismate, *ibid.*
Photius emendatus, 91. Plura congessit contra Spiritus sancti processionem a Patre, et a Filio argumenta, quæ refutantur, 114 *et seq.* Damnatus in synodo Romana, 198. Calumnias projicit in Romanam Ecclesiam, *ibid.* Dissidium innovat de processione Spiritus sancti a Patre *Filioque*, 198, 199. Bulgarorum Latinos catechistas insequitur, Symbolum tradentes cum additione vocis *Filioque*, *ibid.* Epistolam fingit sibi scriptam a Joanne papa VIII, 201. Et ab archiepiscopo Aquileiensi, 202.
Possinus Petrus, minus accuratus in anno computando depositionis Arsenii patriarchæ, 33, 34. Item in anno, quo Germanus abdicavit dignitatem, 36 *et seq.* In anno etiam, quo successit Josephus Galesiota, 39, 40. Gregorio Cyprio perperam munus ecclesiastis concionis palatinæ attribuit, 42. Anceps est de anno Michaelis Palæologi emortuali, 74. Seipsum corrigit, *ibid.* Veram denique agnoscit ac tradit methodum, annos mundi Constantinopolitanos reducendi ad annos Julianos seu Dionysianos, *ibid.* Iterum emendatus, 94, 96.
Processio Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu per Filium, 43. Vide *Errores Græcorum*. Genuinus controversiæ status, 46. Sacræ Scripturæ, quæ eam docent, 46 *et seq.* Prima controversiæ mentio apud S. Hilarium, 49. Deinde mota quæstio videtur a Theodoreto Cyri, *ibid.* Tum vero a Monothelitis et Iconomachis, 50. Docent eam Græci Patres, Athanasius, 65, 66. Basilius, 66, 84, 136. Chrysostomus, seu alius auctor homiliæ de Spiritu sancto, 89. Cyrillus Alexandrinus, 50, 53, 64, 81, 132, 135, 137. Damascenus, 64, 65, 96 *et seq.*, 105, 108. Epiphanius, 69, 70. Gregorius Neocæsareensis, 134. Gregorius Nyssenus, 68, 81 *et seq.* Maximus, 50, 51, 54. Tarasius patriarcha Constantinopol., 65. Item Patres La-

Digitized by Google

tini, Avitus Viennensis, 156 *et seq.* Damasus papa, 154, 155. Gennadius, 156. Gregorius Magnus, 176 Hilarius Pictaviensis, 155, 156. Hispani episcopi, 172, 173. Hormisdas papa, 176. Leo Magnus, 173. Leo III, 187.

Professiones fidei, aliæ Symbolum Constantinopolitanum auctum continentes, aliæ instar Symboli editæ, Agathonis papæ in synodo sexta œcumenica, 166, 168. Basilii Ancyrani in synodo septima œcumenica, 166. Gregorii Magni, 176. Leonis III, 182, 183. Orientalium episcoporum ad Cyrillum Alexandrinum, 161, 165, 167. Petri Nicomediensis episcopi, 166. Tarasii patriarchæ Constantinopolitani, 166. Theodori Jerosolymitani, *ibid.* Aliæ in ordinatione episcopi Græci, 166. Et in Libro diurno Romanorum pontificum, 187.

Protoapostolarius, quis apud Græcos, 43.

Protovestiarius, 31.

Protovestiarissa, 126.

Ptolemais urbs, 17.

Q

Quadragesimale jejunium Græci agunt septem hebdomadibus, 35.

R

Reccaredus rex additionem vocis, *Filioque*, ad Symbolum in Hispania promovet, 177.

Ricciolius J. Baptista, veram et accuratam regulam tradit, annos mundi Constantinopolitanos reducendi ad Julianos, 20.

Romana Ecclesia additionem vocis *Filioque* non recipit, 187 *ac deinceps*.

Romani et Romæi dicti Græci, maxime Constantinopolitani, 16. Latinos non raro ipsi Græci vocant Romanos aut Romæos, *ibid.*

Russi annos ab aliquo tempore computant a Kalendis Januarii, 21.

S

Sardicense concilium vetat aliam præter Nicænam edi fidei formulam, 150. Quo sensu, 151. Utique Græcis adverso, *ibid.*

Schisma Græcorum sub Michaele Cerulario, et ejus vera causa ambitio, ac de jurisdictione dissidium, 204, 217 *et seq.* Prætextus, 205 *et seq.*, 218 *et seq.*

Sergius III papa, vocem *Filioque* non adjecit ad Symbolum, 211.

Sergius patriarcha Constantinopolitanus, 216 *et seq.*

Sisinnius patriarcha Constantinop., 217.

Stauropegii jus, 61.

Symbolum apostolorum Africanum, 144. Ancyranum, 146. Aquileiense, 142, 143. Hierosolymitanum, 147. Hispaniense, 145. Orientale, *ibid.* Ravennatense, 141. Romanum, 141, 148. Taurinense, 142. Vulgatum, seu commune, 148. Nicænum, 149. In baptismatis administratione usurpatum, *ibid.* Magis minusque aliquibus vocibus auctum in Ecclesiis, Alexandrina, 163; Antiochena, 150; apud Epiphanium, quod postea dictum est Constantinopolitanum, 150, 151; Hierosolymitana, 149; Philadelphiensi, 157. Hæreticis additamentis auctum a Nestorio, 157. Constantinopolitanum, 155. Origo ejus, 151, 169. Usus ejusdem in baptismate, 157. Dictum Nicænum, 158, 164, 165, 170. In usum Ecclesiæ communem, cæteris prætermissis formulis, deductum maxime post synodum Chalcedonensem, 164, 169 *et seq.* Inter partes sacræ Liturgiæ ab Orientalibus orthodoxis, et ab Occidentalibus assumptum, 171, 172, 177. Sæculo nono, Leonis III ætate ac deinceps, Romana in Ecclesia non canebatur in Liturgia Symbolum Constantinopolitanum, 187 *et seq.* Eoque minus cum additione vocis *Filioque*, *ibid.* Imo neque legebatur in eadem Liturgia sine cantu, 191 *et seq.* Legi aut cani cœptum sæculo undecimo sub Benedicto VIII, 207, 211. An antea traditum catechumenis in Ecclesia Romana, *ibid.* Aliud est, Symbolum Constantinopolitanum super catechumenos, et per illos recitari in baptismate, 215.

T

Thealdus vicecomes, postea Gregorius papa X, 43. Michaelem Palæologum hortatur ad unionem Ecclesiarum, 44. Romæ coronatur, e Syria redux, 45. Indicit concilium Lugdunense, *ibid.* Legatos dirigit Constantinopolim, *ibid.* Concilium Lugduni celebrat, 56

Theodorus Lascaris III imperator vita decedit, 31.

Thomas Hierosolymorum patriarcha favet Latinis monachis montis Oliveti, 186.

Timotheus patriarcha Constantinopol. Nicænum Symbolum recitari in Liturgia jubet, 171.

Toletana synodus III prima, quæ Symbolum particula, *Filioque*, auxit Ecclesiæ sæculo sexto cadente 177.

Tomus a Gregorio Cyprio scriptus et reprehensus, 101. A Joanne Becco refutatus, 102.

Triclinium Alexiacum, 25, 95. Colloquium de fide ibi habitum, *ibid.*

Trosleiana synodus, sub Heriveo Remensi episcopo, de processione Spiritus sancti a Filio, 204.

Tyrine, Dominica, eodem atque quinquagesima apud Latinos 95. Dicta a caseo adhuc permisso apud Græcos, *ibid.* In ea oblationes paratæ pro missa præsanctificatorum, *ibid.*

V

Vossius Gerardus Joannes emendatus, 211.

Vox *Filioque* addita ad Symbolum Constantinopolitanum, 159. Joannis Becci judicium, 140, 141. Mens etiam Petri Antiocheni, *ibid.* Non addita ad Symbolum tempore Damasi papæ et synodi Constantinopolitanæ, 151. Neque ætate sancti Maximi et synodi sextæ œcumenicæ, 175. Neque lecta in synodo septima œcumenica, 175, 183, 184, 185 Addita vero primum in Ecclesiis Hispanicis sæculo VI cadente, 177. Tum vero in Gallicanis et Germanis Ecclesiis, et in regno Italiæ sub Carolo Magno, 178 *et seq.*, 188, 189. Hæc additio vindicata a Paulino Aquileiensi patriarcha, 179, 180. Cum hac additione Symbolum legebant, aut canebant in liturgia monachi Latini montis Oliveti: hinc a Græcis exagitati, 181, 182. Additio eadem nec legebatur, neque canebatur, in Ecclesia Romana, Caroli Magni tempore ac deinceps, 187 *et seq.* Neque toto Photiano tempore, 198 *et seq.* Addita vero sæculo undecimo, 204. Benedicto VIII scilicet sedem tenente, et imperante Henrico I, 207 *et seq.*

W

Walafridus Strabo Symbolum in liturgia frequentari cœptum refert, post Felicis et Elipandi damnationem, 189, 190. Emendatus, 190, 195.

# IN SEQUENTIA

# GEORGII CYPRII SCRIPTA

## MONITUM

(Ans. Bandurius in *Imperio Orientali*, tom. II, p. 939.)

Nicephorus Gregoras perstringit paucis, nec satis enarrat, quæ causa fuerit, qua Georgius, seu Gregorius Cyprius, Byzantino patriarchatu cedere cogeretur. Cuncta vero fuse et ad longum Georgius Pachymeres recitat libro primo et secundo Historiæ Andronici Palæologi: quorum hæc summa est: Convocato propter quasdam de patriarcha Cyprio Joannis Becci expostulationes, episcoporum,

Digitized by Google

clericorum et monachorum, necnon procerum imperii, coram imperatore cœtu seu concilio, cui Gregorius ipse Constantinopolitanus et Athanasius Alexandrinus præerant, accersiti Beccus ejusque socii Constantinus Melitiniota et Georgius Metochita, de Spiritus sancti processione disputaverunt. Cumque præter quemdam Nysseni Gregorii locum, quo Spiritus διὰ τοῦ προσεχῶς, *per illum qui proxime et contigue est ex Patre procedere* dicitur, alterum ex Joanne Damasceno protulissent, quo asseritur Pater διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *per Verbum esse manifestantis Spiritus productor;* hicque genuinus et sincerus esset agnitus, neque de processione alia quam de sempiterna intelligendus veniret, in miras ambages schismatici conclusi sunt. Conventu soluto ne Beccus cum suis vicisse videretur, patriarchæ Gregorio data provincia est libelli condendi, quo Damasceni dictum a Becci et Latinorum sententia alienum ostenderetur, conciliareturque cum istis aliis ejusdem doctoris verbis, Ἐκ δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, *Ex Filio autem Spiritum non dicimus.* Scriptus a Cyprio tomus, in ecclesia lectus fuit, quem imperator, et ipse patriarcha, nonnullique alii subscriptionibus suis munierunt; multis tamen refragantibus, qui nec minis nec tormentis adduci potuerunt ut subscriberent. Quorum renitentiæ hæc causa erat, quod in tomo enuntiaretur, priore Damasceni loco significari Patrem esse Spiritus per Verbum productorem, non ut Spiritus per Verbum exsistat, sed ut per illud effulgeat. Verba quippe tomi hæc erant, quæ refert Leo Allatius in *Vindiciis Syn. Ephes.* cap. 60, ex orat. 4 Josephi Bryennii de Trinitate: Εἰ καὶ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται· *Licet enim apud sanctos aliquos per Filium procedere Spiritum sanctum affirmetur, dictum hoc progressum in æternam effulsionem, non ad hoc ut sit, pure et proprie significat:* alia libelli ejusdem excerpta post Bryennium Allatius addit in eumdem sensum convenientia. Plura vero legi possunt apud Beccum, qui Cyprii tomum opusculis duobus confutavit, quæ exstant in secundo volumine *Græciæ orthodoxæ* (1). Qui patriarchæ tomum improbabant, non capiebant, inquit Pachymeres, quid tandem discriminis esset inter productionem Spiritus sancti ad exsistentiam, et processionem ad sempiternam exsplendescentiam: eo maxime quod Ecclesiæ doctores divinarum personarum Filii et Spiritus sancti emanationes ex Patre seu processiones ἐκφάνσεις, *effulgentias*, plerumque vocitarent: unde illi concludebant, datam a Gregorio expositionem Latinorum causæ favere magis, quam nocere. Editum igitur contra se tomum, ubi primum Beccus accepit, calamum adversus illum strinxit, ac, præter Byzantinorum spem, qui nihil nisi inconditas furentis animi voces ab eo præstolarentur, solidissima confutatione crucem adversariis fixit, tantamque patriarchæ schismatico conflavit invidiam, ut omnes illum in ipsius Joannis Becci, cujus olim socius fuerat, sententiam conspirasse arbitrarentur. Nec ab re quidem; quippe cum, præter illa quæ post Allatium attuli, alium sensum non reddant altera hæc tomi verba quæ apud Beccum leguntur oratione I Ἀλλὰ δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, φύμενοῦν δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οἱ εἰρηκότες Πατέρες τὸ Πνεῦμα ἔφησαν· *Patres dixerunt Spiritum per Filium et ex Filio naturaliter exsistere: non item per Filium et ex Filio exsistentiam habere.* Quasi vero *per Filium et ex Filio exsistere* non idem sonet, atque, *per Filium et ex Filio exsistentiam habere*, etc., vice versa. Quid distinctione ista stolidum magis excogitari possit? Legatur Beccus t. II, *Græc. orthod.*, pag. 252. Alia vero rursum ex eodem tomo pessimæ doctrinæ plena strenuus iste rei catholicæ defensor et patronus carpit, quorum hoc præ cæteris minime prætermittendum censui. Scilicet aiebat Cyprius: Μηδὲν καινὸν εἶναι μηδὲ τῆς τῶν Γραφῶν συνηθείας ἀλλότριον, ἐὰν τὸ πνευματικὸν χάρισμα ἅγιον ὁμωνύμως Πνεῦμα καλεῖται· καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔστιν ὅτε οἰκειοῦσθαι τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος κλῆσιν, ὡς ἡ τοῦ ἡλίου λαμπηδὼν καὶ αὐγὴ πολλάκις τὴν τοῦ ἡλίου· *Nihil esse novi, neque a Scripturæ consuetudine alienum, ut spirituale donum Spiritus sanctus appelletur: quin imo actionem aliquando sibi nomen agentis usciscere, veluti splendor et radius sol sæpenumero nuncupatur.* Quibus verbis significabat æternam Dei actionem, sempiternum lumen divinum, quæ tribus personis communia sunt, *Spiritum sanctum* quandoque appellari. Id quod explicatius ipse declarat in fragmento alterius, ni fallor, operis *Contra Beccum*, quod mihi suppeditavit codex Regius 2953, et cujus magnam partem alibi recitavi in dissertatione critico-historica *De processione Spiritus sancti.* Atqui hæc præambulam Gregorii Palamæ impietatem continebant, divinam operationem, quam θεότητα, *Deitatem*, appellabat, re a Dei essentia distinctam, Deoque et personis tribus coæternam esse, ipsamque creaturis ratione prædilis communicari contendentis. Quocirca Beccus æmuli sui erratum arguit allato capite integro Theodori Abucaræ, quod inter edita vicesimum septimum est, et quo nihil disertius Palamiticæ insaniæ opponi possit. Hanc autem divini luminis et operationis a divina essentia distinctionem tunc primum, cum ante audita non fuisset, auctore Cyprio invectam fuisse his verbis Joannes Beccus testatur: Ὁ δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς φησι, γενναῖος ἐκδικητὴς συκοφάντας ἡμᾶς καὶ τῶν ἁγίων ἀποστό-

(1) Et in superiori tomo nostro. EDIT. PATR.

Digitized by Google

λων ὑβριστὰς, τοὺς οὕτω τὴν θεολογικὴν μετιόντας ὁδὸν, τί ἂν παρ' ἡμῖν κληθείη αὐτὸς ὁ οἰκοθεν καὶ ἀπὸ κοιλίας νέας ἄρτι δογμάτων φωνὰς τῇ τοῦ Θεοῦ εἰσηγούμενος ἐκκλησίᾳ· *At veritatis, qualem se ipse dicit, præclarus vindex, qui calumniatores et sanctorum conviciatores nos vocat, qui hac ratione res theologicas tractamus, quinam a nobis ipse compellabitur, qui ex propriis suis, et nunc primum e ventre novellas placitorum voces in Ecclesia Dei proferre aggreditur?* Testimonium istud Becci obiter attuli, quo evincerem, nequaquam eum, dum patriarcha Constantinopolitanus esset, Palamam ejusque errores proscripsisse, tametsi id Combefisio nostro, quando secundam novissimi sui Auctarii partem edebat, persuasum fuit : quin potius Palamæ Cyprium præivisse, ejusque hæresim suis in scriptis contra Beccum præformasse. Quamobrem Joannes ille patriarcha, a quo Gregorium Palamam primum fuisse damnatum Cyparissiotus tradidit, aut Joannes Glycos fuit, aut potius Joannes Calecas Aprenus, Esaiæ successor, quod cum historiis Cantacuzeni et Nicephori Gregoræ consentaneum prorsus est. Joannis Becci adversus tomum lucubrationes animos adversariis Gregorii addiderunt, ut ardentioribus studiis contra illum insurgerent. Horum præcipui erant Joannes Chilas, metropolita Ephesinus, Daniel Cyzicenus, et Theoleptus Philadelphiensis, cum quibus se Musalo magnus logotheta adjunxit. Leo Allatius lib. II *De consens.*, cap. 11, col. 513, libellum Græce Latineque edidit, quem Chilas imperatori contra tomum obtulit. Quod in causa fuit ut Cyprius tomi sui expositionem scriberet, quæ nunc primum prodit ex cod. Reg. 3442. In ea expositione contendere pergit, aliam esse personæ divinæ Spiritus sancti processionem ad exsistendum, et aliam ad effulgendum : primam innui a Scriptura et Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere ; secundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accusat, et libellum recitat, quem ille, ad efferatos adversum se plebeculæ animos placandos, Josepho patriarchæ dederat, subscripseratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret et abdicationem suam approbaret. Qua vero mente Beccus id gessisset, ipsemet declaravit initio disceptationis suæ, quam in concilio coram imperatore ipsum habuisse narravi, quæque horum omnium motuum causa exstitit. Insuper vero Theoleptus Cyzicenus patriarchæ Gregorio objecit, in tomo vestigia reperiri impiæ doctrinæ Marci monachi, qui librum nuper evulgaverat, in quo nomen προβολεὺς *productor*, ambiguo perinde sensu usurpatum narrat Pachymeres, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν προβολεύς. Hunc Marcum alienigenam fuisse, non Græcum, idem historicus tradit, et quantum ex inscriptione confessionis Gregorii, de qua mox dicetur, colligitur, ex Hebræo Christianus factus fuerat, ac subinde monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctissimi, qui Marcum hunc eumdem esse putavit ac Marcum Ephesium qui post centum et quinquaginta annos contra Latinos disputavit in synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacensi legatur, Γρηγορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, *Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii.* Verum librarii oscitantia vel imperitia factum est, ut vox τοῦ Κυπρίου, *Cyprii*, interjecta sit : cum hoc opus reddendum sit Gregorio protosyncello, qui postremus Byzantinorum patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem : nisi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου scribendum fuerit, Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Ephesii*, Chilæ scilicet adversarii Gregorii Cyprii ; quod obiter a me dictum sit. Atqui Marcus ille monachus exiguum volumen quod scripserat, emendatum jactabat, et approbatum a patriarcha, quicum arctissima necessitudine jungebatur. Qua re factum est, ut statim atque Marci liber emissus in publicum fuit. Gregorius Cyprius ejus auctor censitus sit. Quam criminationem patriarcha ut repelleret, *Confessionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata exsecratus est. id quod etiam in altero supplice ad Andronicum imperatorem libello præstitit. Interim qui pro Gregorio stabant, Athanasium Alexandrinum, imperatore annuente, compellant ut tomo subscribat : quod tamen ille facere noluit ; causatus sibi satis otii et facultatis non esse ad singulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Constantinopolitanorum mores et sensus perspectos non haberet. His commotus imperator, ardens suum erga Cyprium studium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoranti, in quo mentem planius suam explicaret, annuit primum, mox vero mutata sententia abnuit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco disputatione, ex qua res Ecclesiæ nihilo pacatiores evaserant. Quin imo Andronicus misit, qui sedis abdicationem ab ipso poscerent. Jam enim Cyprius e patriarchali domo in Hodegorum monasterium migraverat, in quo scribendis pro sua defensione libris vacabat. Posthac autem, ne patriarcha inauditus damnaretur, publicum conventum imperator edixit, in quo lecta est illius *Confessio fidei*, et ab omni pravæ doctrinæ suspicione immunis judicata. Nihilominus Ephesinus metropolita et Cyzicenus palam protestati sunt, minime se in communionem posse venire cum homine qui certis de causis hæresis invidia aspersus esset. Cui sententiæ quia pertinaciter adhærescebant, nec imperatoris monitis et adhortationibus cesserant, in separatas custodias uterque missus est, e quibus nonnisi post annos aliquot, et vix ægre educti sunt. At Theoleptus Philadelphiensis omnem offensionem hanc ex solo Marci libro acceptam prætexens, Gre-

Digitized by Google

gorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, si Marci doctrinam detestaretur (disertius utique quam in confessione et in libello ad imperatorem). Quod quidem a Cyprio præstitum fuisse, Pachymeres non narrat : sed, cum hæc ille audisset, gratiis actis imperatori, postera die cessionis libellum dedisse. Rursum vero imperator, collectis iterum synodis, operam ponebat, ut tomus saltem emendaretur et exponeretur : id quod tamen selecti ad hoc operis viri conficere nullatenus potuerunt, cum de germano Damasceni sensu tradendo inter eos nequaquam conveniret. Τέλος, inquit sæpe laudatus Pachymeres, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπεξεῖλον τέλεον τὴν ἐξήγησιν, κρεῖττον ἡγησάμενοι μὴ ὅλως τὸ ῥητὸν ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον. Ac consulto prorsus : nam præter Becci expositionem, qua sincerior altera non occurrebat, ut, positis præjudiciis, sentiunt omnes qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius, in Apologia quam pro suo tomo iterum scripsit, illos adversarios refellit, utique schismaticos, nec a Joanne Ephesio, Daniele Cyziceno, et Theolepto Philadelphiensi diversos, qui Joannis Damasceni dictum, προβολεὺς διὰ Λόγου ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *manifestantis Spiritus per Verbum productor*, sic interpretarentur, ac si διὰ Λόγου, *per Verbum*, δι' Υἱοῦ, *per Filium*, apud sanctos Patres idem sonaret, atque σὺν τῷ Λόγῳ, *cum Verbo*, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, *cum Filio*, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio* : quam quidem postremam interpretationem tum Patrum sententiis, tum grammaticæ legibus et usui contrariam pluribus ostendit et evincit. Interim vero Joannes Beccus, præter libros adversus Gregorii Cyprii tomum quos citavi, quatuor alios ad Constantinum, Melitiniotam utique, scripsit, quibus ejusdem tomi expositionem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatius cum aliis edidit t. II *Græciæ orthodoxæ*. Gregorii vero Cyprii opuscula, quæ in codicibus Regiis, ac præsertim 3442, reperi, hic subjicienda censui, quo rerum gestarum series melius a studioso lectore percipiatur.

—

# ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ

## ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΒΕΚΚΟΥ

### ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ, ΟΥΤΙΝΟΣ ΕΠΕΛΑΒΟΝΤΟ ΤΙΝΕΣ, ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΕ ΠΡΟΣ ΕΚΕΙΝΟΥΣ Η ΑΠΑΝΤΗΣΙΣ ΙΣΧΥΡΑ.

—

Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα πρὸ μικροῦ ταραχή τε καὶ ζάλη τῇ Ἐκκλησίᾳ πατέρα οἷον καὶ ἀρχηγὸν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἀντικείμενον φθόνῳ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἀεὶ βαλλόμενον, καὶ τὰ ταύτην ἀπείργοντα ζητεῖν τε πραγματεύεσθαι οὐδέποτε ἀφιστάμενον. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους ἔσχεν εἰ καὶ μὴ ἀρχηγοὺς τὰ πρῶτά τ' αἰτίους ἔχοντας, ὑπηρέτας δ' οὖν ὅμως καὶ ὄργανα τοσαῦτα ἐκ προαιρέσεως εἰς αὐτὴν τελέσαντας, ὁπόσα δὴ κἀκεῖνος ἐβούλετο. Εἰρήνη μὲν οὖν τὸ κατ' ἀρχὰς καὶ οἰκονομία τις ἀκίνδυνος καὶ ἐπὶ συμφέροντι δῆθεν τῷ ἡμετέρῳ οὐκ οὖσα τοιαύτη τοῖς ἀληθείαις, ἐπιφημίζεται σκοπὸς τῇ πράξει. Καὶ προτείνεται τοῦτο καθάπερ τι δέλεαρ ἀνθρώπων ἐφέλκον πρὸς τὸ κρυπτόμενον. Προτείνεται δὲ μεθ' ὑποσχέσεων καὶ ἀρῶν τῶν φρικωδεστάτων, καὶ λόγων ἐνόρκων τοῦ μὴ ἂν αὐτοῖς ἄλλο τι βούλεσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ ὅπερ αὐτὰ ταῦτα μετὰ τοῦ ἀζημίου καὶ ἀκινδύνου εἶτουν ἀναμαρτήτου δηλοῖ. Εἶτα βραχὺς ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος, καὶ ἀραὶ μὲν ἐνεῖσι καὶ ὅρκοι ὡσπερεὶ ἐπὶ παντὶ μᾶλλον ἑτέρῳ δὴ τῷ δὲ συνέστησεν ἀμελοῦνται. Καταδύεται δὲ οἷον εἰς γῆν τὸ τῆς εἰρήνης καὶ οἰκονομίας ὄνομα, καὶ τῆς τέως αὐτοῖς ἐκείνης δοκούσης κρείττονος πραγματείας· ἀνακύπτει δὲ τὰ τῆς κακουργίας ῥήματά τε καὶ πράγματα· καὶ τοιμᾷ τις ἐν ἡμῖν λέγειν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Πατρός· ὅτι καὶ ὁ Μονογενὴς αἴτιος αὐτοῦ, καθὰ δὴ καὶ ὁ τὸν Μονογενῆ γεννήσας Πατήρ. Κἀντεῦθεν ἀρχὴν ἡ ταραχὴ λαμβάνει, καὶ ὁ μέγας λοιπὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀναῤῥιπίζεται πόλεμος. Ὅτι μὲν οὖν τὸ προσφάτως διαταράξαν ἡμᾶς ἐκφυλον τουτὶ δόγμα οὐ πρόσφατόν ἐστι τὴν γένεσιν, καὶ παρ' ἄλλοις ταύτην ἐσχηκὸς, οὐχ ἡμῖν, πάντες τε ἴσασι σχεδὸν, καὶ ἀναδιδάσκειν οὐ χρή· πλὴν μετενήνεκται δεῦρο οἷά τις ὑπερόριος λύμη, καὶ ἤκματε χρόνον ἐφ' ἱκανόν. Ἰσχὺν δὲ αὐτῷ ἐνακμάζειν τοσοῦτον Ἰωάννῃ, παρέσχεν ὁ Βέκκος ὑποδοχεὺς αὐτῷ καὶ οἷον ἁρουρά τις οὐκ ἀφυὴς ἐκθρέψαι γενόμενος, ἀρδόμενος, ὡς μὲν ἐγὼ φαίην, ἐκ τοῦ πονηροῦ καὶ τῶν τῆς ἀνομίας χειμάῤῥων, ὡς δὲ ἐκεῖνος ψευδόμενος ἔλεγεν, ἐκ τῶν Βιβλίων τῶν ἱερῶν, κακούργως ἀνελίττων αὐτὰς, καὶ σπερμολογῶν ἐκεῖθεν καὶ ἱεροσυλῶν, καὶ τὸν νοῦν ἅμα μὲν τῆς Γραφῆς κλέπτων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπιπολαίως ἀκροωμένων αὐτοῦ, ἢ καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου χρυσοῦς ὀφθαλμοὺς ἀφορώντων. Πλὴν ὄγδοον μὲν τῷ κακῷ τῷδε ἰσχύοντι καὶ ἐμπολιτευσαμένῳ τοῖς ὧδε σχεδὸν ἤνυστο ἔτος. Τοσοῦτον δὲ κἀκεῖνος τὴν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἄθλον τῆς οὐ καλῆς ἐπικαρπίας εἶχεν ἐνίδρυσινι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ παρ' ὅλον τοῦτον τὸν χρόνον Θεοῦ συγχωροῦντος δι' ἁμαρτιῶν πάντων πλῆθος, ᾧ δὴ



Digitized by Google

μόνῳ τὸν ἀπαθῆ παροργίζομεν ἀθλίως ἔχειν ὑπῆρχε καὶ καρτερεῖν τὰ δεινότατα. Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα παρακαλεῖται Θεὸς ἐφ' ἡμῖν τοῖς δούλοις αὐτοῦ, καὶ ἵλεων ἑνορᾷ, καὶ ἀνίστησι βασιλέα, τούτῳ δὴ μόνῳ δοκοῦντα ζῆν, ὥστε πράττειν τὰ δοκοῦντα Θεῷ, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ὥσπερ πάλαι τὴν πεπτωκυῖαν καὶ κατεσκαμμένην σκηνὴν Δαβίδ, ἀνίστησι δι' αὐτοῦ. Καὶ γίνεται μὲν ἐκ τοῦ μέσου ὁ τὴν πονηρίαν καὶ τὰ ζιζάνια ὑποδεξάμενος καὶ αὐξήσας ἄνθρωπος, παῤῥησίαν δὲ τὸ γνήσιον τοῦ Πνεύματος λαμβάνει δόγμα, καὶ ἄδεια τοῦ λοιποῦ τοῖς ὄντως μετατιθέναι τὴν θεοφιλῆ πολιτείαν ἐθέλουσιν ἐπὶ τῷ τῆς πίστεως οἰκοδομεῖν θεμελίῳ. Ἀλλὰ γὰρ καλὸν καὶ σωτήριον, καὶ κρεῖττονος ἔργον οἰκονομίας φροντίσαι καὶ τῆς ἐξῆς ἀσφαλείας τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸ ἀκλόνητον αὐτῇ πᾶσι τρόποις περιποιήσασθαι, ἵν' εἴ τις αὐτὴν καὶ αὖθις θεοστυγὴς ἄνθρωπος διασαλεύειν ἐπιχειροίη, μάταιος ἀπελέγχηται, τῷ στερρῷ λόγῳ τῆς ἡμῶν εὐσεβείας ἀποκρουόμενος. Γένοιτο δ' ἂν ἱκανῶς τοῦτο, εἰ δύο ταῦτα ἐπέλθῃ πράττειν ἡμῖν, τό θ' ἡμέτερον καὶ ὀρθόδοξον δηλονότι διατρανῶσαι δόγμα, καὶ οἱονεὶ ἐφ' ὑψηλῆς καθάπερ τινὰ εὐσεβείας ἐνιδρύσαι στήλην, ὡς εἰη πᾶσι κατάδηλον, πόῤῥωθεν ὁρώμενον, καὶ εἰς ἑαυτὸ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἐπιστρέφον, καὶ δεύτερον τὸ πονηρὸν καὶ ὀλέθριον, εἴτουν ἀλλότριον, γνώριμον καταστῆσαι, ὅπως ἐμφανὲς καὶ τοῦτο γενόμενον ἀποστρεφομένους αὐτὸ τοὺς πάντας τό γε ἐξ ἡμῶν ἔχῃ καὶ βδελυττομένους καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ σπουδῇ διαφεύγοντας κίνδυνον.

sectatores promulgatæ; non species variæ tormentorum, oculis objectæ; non memoria cruciatuum adversus sanctos antehac excogitatorum, qui etiam ipsi erant subeundi; non ipsa eorumdem tolerantia; non mortes diversimodæ, quibus fideles ab hac vita expellebantur violenter: omnibus enim istis altius mentem extulit, velut si extra corpus positus, adversus culturam dæmonum initum esset generosum certamen. Hanc animi fortitudinem exhorruerunt dæmones, et omnes dæmoniorum cultores; in hac sibi complacuerunt de cœlo angeli, et desuper spectatores agonis ejus facti beatam prædicaverunt; hæc Diocletianum confudit, qui fiduciam tantam suum esse despectum interpretatus, furore et indignatione repletus est.

A εἴδη κολαστηρίων ἐν ὀφθαλμοῖς παντοῖα προκείμενα, οὐ μνήμη βασάνων αἳ τοῖς προειληφόσι τῶν ἁγίων ἐπήχθησαν καὶ αὐτὸν διαδέχεσθαι ἔμελλον, οὐ τὰ ἐκείνων παθήματα, οὐχ οἱ θάνατοι δι' ὧν τῶν παρόντων βιαίως ἐξέστησαν· πάντων δὲ ὑπεράνω στήσας τὴν γνώμην, ὅστις τῶν ἔξω σώματος, ἀνδρικώτατα ἐπαποδύεται κατὰ τῆς τῶν δαιμόνων τιμῆς. Τοῦτο τὸ φρόνημα δαίμονες ἔφριξαν καὶ πάντες οἱ δαιμόνων θεραπευταί· τοῦτο οἱ ἐν οὐρανοῖς ἠδέσθησαν ἄγγελοι, καὶ ἄνωθεν θεαταὶ τοῦ ἀγῶνος προκύπτοντες ἐμακάρισαν· τοῦτο καὶ Διοκλητιανὸς αἰσχυνθείς, καὶ καταφρόνησιν ἑαυτοῦ τὴν παῤῥησίαν ὑπειληφώς, ἀθυμίας ἐμπίπλαται καὶ θυμοῦ.

8. Quæ porro consecuta sunt, majoris cujusdam quam humanæ virtutis eguere, ut certamen suum posset Sanctus usque ad finem exsequi. Quis enim verbis sufficienter explicaverit aut immanitatem torquentium, aut fortitudinem Martyris, qua obfirmabatur ad pericula, iisque resistebat supra naturæ communis mensuram? Beatus Job prædicatur tanquam hominum patientissimus generosissimusque: sed tentatio contra quam depugnavit fuit involuntaria; requisitus enim et traditus fuit: qui autem ista sustinuit, seipsum in manus tortorum dedit, inventus et oblatus neque quærentibus neque petentibus eum. Ad extremum vero laborum ejus non paulatim inflicta est plaga, veluti si ad patientiam præliis levioribus exerceretur; sed tanquam generosissimus atque expertissimus miles, maximis statim a principio discriminibus est objectus; ut inde experimentum sumeretur, utrum homo esset vel communis nobiscum naturæ particeps.

B

η'. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν μείζονός τινος ἔδει δυνάμεως ἢ ἀνθρωπίνης, ὥστε διὰ τέλους ἀξίως ἰσχῦσαι διεξιέναι τὴν ἄθλησιν. Πῶς ἄν τις ἱκανῶς ἐξείποι τῷ λόγῳ ἢ τῶν κολαζόντων τὴν ἀγριότητα, ἢ ἐκείνου τὴν καρτερίαν, μεθ' ἧς ἔῤῥωτο κατὰ τῶν κινδύνων, καὶ ἀντεῖχεν ὑπὲρ τὰ μέτρα τῆς φύσεως; Τὸν μὲν δὴ μακάριον Ἰὼβ γενναιότατον ἀνθρώπων καὶ καρτερικώτατον ἀναγράφουσιν· ἀλλ' ὁ πειρασμός, πρὸς ὃν ἐπάλαιεν, ἀκούσιος ἦν (ἐξαιτεῖται γὰρ καὶ παραδίδοται)· ὁ δὲ φέρων ἑαυτὸν παρέδωκεν ταῖς βασανισταῖς, μὴ ζητοῦσι μηδ' ἐπερωτῶσιν εὑρισκόμενος καὶ ἐμφανιζόμενος· εἴς τε τὸν ἔσχατον ἐκείνου τῶν ἄθλων τὴν πληγὴν οὐ κατὰ μικρὸν προῆλθε, τὴν καρτερίαν οἷον ἐν τοῖς ἐλάττοσι προπαιδευόμενος, ἀλλ' ὡς εἴ τις γενναιότατος ὁμοῦ καὶ ἐμπειρότατος ὁπλιτῶν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ἐκ προοιμίων ἐνήλατο, ὅ τε πειράζων ἐνταῦθα, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἦν, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως.

C

9. Diocletianus vero intra se habebat dæmonum incitantium legionem, a quibus, licet Martyris constantiam ipsimet obstupescerent, furiosius commovebatur, ut suspendi eum et dirissima quæque juberet perpeti: quidquid autem jussit, continuo exsecutioni mandatum est. Suspendebatur in conspectu omnium, verberabatur, laniabatur; conto denique per ventrem acto vulnerabatur: quorum ista quidem eo faciebant ut dolores inculcarentur Martyri, hoc vero etiam ut mors subsequeretur; non enim intendebant eum de medio tollere per necem, cui brevis esset cruciatus conjunctus. Sed neque ista, quantumvis vehementia, potuerunt eum contristare, prohibente id Deo; neque contus quidquam omnino nocuit, tanquam a solidiori materia, ferrea videlicet aut adamantina, repulsus atque retusus, fortassis et Martyris corpus reveritus, et insensibilitatem tyranni redarguens: siquidem ipse, ferreus exsistens, absterrebatur ab inferenda noxa; ille autem, animam habens rationalem, non erat placabilis; uti nec placatus fuit, nec

θ'. (1) ..... ἀλλὰ λεγεῶνα πνευμάτων εἶχεν ἔνδοθεν διερεθιζόντων, ὑφ' ὧν δὴ τότε πληγέντων πρὸς τὴν παῤῥησίαν τοῦ μάρτυρος, μανικώτερον ὑπεκινεῖτο, καὶ ἀναρτᾶσθαι καὶ δεινὰ πάντα πάσχειν διεκελεύετο, καὶ πάντα εἶχεν εὐθὺς ὡς διεκελεύετο. Ἀνηρτᾶτο πάντων ὁρώντων, ἠκίζετο, ἐξέετο, καὶ τελευταῖον κοντῷ κατὰ τῆς γαστρὸς ἐτιτρώσκετο· τοῦτο μὲν ἵνα καὶ ὀδῦναι γένοιντο, τοῦτο δὲ ἵνα καὶ θάνατος ἐπιγένοιτο· οὐ γὰρ ἐσκόπουν αὐτὸν μετελθεῖν βραχεῖαν ἔχοντι τὴν ὀδύνην θανάτῳ. Πλὴν οὔτε ἐκεῖνα, ὡς ἄρα καὶ σφοδρότητος εἶχε, λυπεῖν εἶχεν, ὀνείργοντος τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ κοντὸς παντάπασιν ἠπράκτει, ὥσπερ ἐκ στερρότερας τινὸς φύσεως σιδηρᾶς ἢ ἀδαμαντίνης ἀντωθούμενός τε καὶ ἀποκρουόμενος, τάχα καὶ τὸ μαρτυρικὸν εὐλαβούμενος σῶμα, τάχα καὶ τοῦ τυράννου τῆς ἀναισθησίας κατηγορῶν· εἴπερ ὁ μὲν, σίδηρος ὤν, ἀπέσχετο, ὁ δὲ, λογικὴν ψυχὴν ἔχων, οὐκ ἔμελλε δυσωπεῖσθαι· ὥσπερ ἄρα οὐδ' ἐδυσωπεῖτο οὐδὲ ἀνεκόπτετο τῆς ἐπὶ τὸ κολάζειν ὁρμῆς, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ βαρὺς ἔτι μᾶλλον ἦν καὶ σφοδρὸς ἐπὶ τούτῳ, οἱονεὶ

(1) Hanc periodum recognoscens, existimo plus aliquid deesse quam nomen Diocletiani, quod interpretando addidimus: videtur enim institui comparatio inter unum illum dæmonem, qui Jobum exercuit, et multos illos, qui Diocletianum adversus Georgium stimulabant.

Digitized by Google

μείζονος κακίας εἰς ἀφορμὴν τοῦ θαύματος αὐτῷ γεγονότος (τῶν γὰρ ἀνιάτως ἐχόντων αὖτη δήπου φύσις εἰς βλάβην μετατρέπειν οἰκείαν ἐκ τῆς ἐνούσης κακοηθείας, ὅπερ ἂν τις καὶ προσενέγκῃ σωτηρίας φάρμακον)· διὰ τοῦτο καὶ ἕτοιμος ἦν αὐτίκα τότε, χαλεπωτέραις ταῖς τιμωρίαις ἐκτρίβειν αὐτόν· ὥστε καὶ, ὅτι μὴ σέλας ἦν, ἄδειαν παρέχων ἐκείνῳ κατὰ τοῦ μαρτυρικοῦ νώτου τεκταίνειν.

A impeditus, quo minus eum amplius vellet torquere; sed e contra impensius etiam vehementiusque in id incubuit. Itaque auctior semper illius malitia præbuit Martyri majoris miraculi occasionem : incurabilium enim est, quod ipsa natura ex insita malignitate in proprium convertat nocumentum, si quod applicetur salutare pharmacum : et propterea nitebatur Martyrem gravioribus ac gravioribus semper suppliciis conterere; adeo ut nec deficiente quidem lumine, verecundaretur supra dorsum Martyris, ut Psalmista loquitur, fabricare.

ι'. Ἀλλ' εἶργε τῆς ἐπιχειρήσεως νὺξ ἐπελθοῦσα. Δεινότατα ἔφερε· βάσανον ἑαυτῷ τὴν βαρυτάτην οἰόμενος τὸ καὶ μετρίας ἀνακωχῆς ἐκεῖνον τυχεῖν. Οὐ μὴν δὲ καὶ παντάπασιν ὑπὸ προθυμίας ἠμέλει B δι' τὴν ὥραν, οὐδ' ἀνεβάλλετο τὰς κολάσεις, ὅτι μηδὲ τῆς θηριώδους ἦν ἐκείνου ψυχῆς εἴκειν εἰδέναι τοιούτῳ καιρῷ· ἀλλά τινι φρουρᾷ, καὶ αὐτῇ δυσχερεστάτῃ τῶν ἁπασῶν, ὅσῳ καὶ δυσώδης ἦν καὶ ζοφώδης καὶ σκιᾷ θανάτου παρείκαστο, δοθῆναι κελεύει. Καὶ ἦν τοῦτό γε παραχρῆμα τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον, εἰ μή τι δεύτερον καὶ τρίτον ἐξῆς ἐπετίθει, ὥσπερ ἀναβαθμοὺς κακῶν τιθέμενος· ἦν ἂν τὸ μέχρι τούτου διανυκτερεύειν, ὡς ἐν παραβολῇ κακῶν φάναι, μετρία φιλανθρωπία. Νυνὶ δὲ καὶ ξύλον πιεστήριον, αὐτοῦ κατασφαλίζον, τοὺς πόδας συνέθλιβε· καὶ λίθος μέγας, ὃν οὐκ ἂν χεῖρες, εἰ μὴ καὶ μηχανήματα προσείη, κινήσαιεν, ὑπτίου προσαναλιθέντος κατὰ τῶν στέρνων ἐτίθετο, βάρους ὑπερβολῇ συνθλῶν ἅπαν τὸ ὑποκείμενον, καὶ συν- C τριβὴν ὁμοῦ καὶ ῥῆξιν ὑποστῆναι καταναγκάζων· κἂν ἐκεῖνος, ὥσπερ τὴν ψυχὴν οὐ δέξασθαί τι τῶν ἀσεβῶν προσταγμάτων, οὕτω δὴ καὶ τὸ σῶμα ἀνένδοτος ἦν, τὸ μηδόλως εἴκειν βίᾳ ἐκεῖθεν ἀναδεξάμενον. Ἐν γὰρ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν ἡ τῶν σωμάτων ῥώμη σαφῶς ἀρτᾶσθαι δοκεῖ τῆς γενναιότητος τῆς ψυχῆς· ὡς ἐκείνη πρὸς ἔνστασιν προθυμίας ἔχει, καὶ τάδε πρὸς τὸ πάσχοντα φέρειν ἰσχυρῶς· μᾶλλον δὲ, ἵνα βέλτιον διέλω, ψυχῇ μὲν σθένος ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμπνεῖ Θεὸς, σώματι δὲ ψυχῇ, καὶ ἀμφοτέροις Θεὸς, παρ' οὗ δὴ καὶ τότε ῥωννύμενος καὶ τόνδε τὸν κίνδυνον ὑπερέσχε.

10. Sed tamen superveniens nox coegit ab incepto desistere; quod Diocletianum ægerrime habuit, qui maximum sibi reputabat supplicium, si ille vel modicis frueretur induciis. Non tamen neque per tale tempus remisit propositum, neque cruciatus differre sustinuit (non enim patiebatur effera ejus anima ut tempori tantisper obsequeretur), sed Sanctum includi jussit carceri, eique omnium molestissimo, ut qui fœtidus esset et tenebrosus, atque umbræ mortis assimilandus. Atque hoc quidem ad istum modum se habuisset, nisi et secundum et tertium addidisset, velut quosdam malorum gradus disponens; humanitas enim quædam fuisset, usque dum nox transiret, videri supplicia divisisse. Ergo et ligno pedes astringente cruciatus est; et lapis magnus, quem vix machinæ, nedum manus, movere poterant supino jacenti supra pectus est positus, nimio pondere comprimens subjectum corpus, illudque cogens simul et contritionem carnium et confractionem ossium sustinere; quamvis ipse, sicut quoad animam nihil suscipiebat impiorum mandatorum, ita et quoad corpus insuperabilis erat, nullam omnino exinde patiens violentiam. Enimvero in certaminibus illis, quæ pro pietate excipiuntur, corporis firmitas manifeste videtur ab animi generositate pendere; ut quantum hæc sibi per promptam constat voluntatem, tantum huic robur ad patiendum conferat; aut potius animæ quidem robur Deus inspirat, anima autem corpori, et utrique Deus; a quo confirmatus Sanctus etiam istud periculum superavit.

## CAPUT II.

*A supplicio rotæ et vivæ calcis fossa illæsus exit sanctus Georgius.*

ια'. Τὰ μὲν οὖν τῆς νυκτὸς ἐκείνης αὐτῷ τοιαῦτα, D κατ' οὐδὲν οἶμαι τῶν ἡμερινῶν ἀνεκτότερα, ἃ δ' εὐθὺς ἦν ἡμέρας ἐπιλαβούσης, ἐπειδήπερ ὡς ἐν θαλάσσῃ, τρικυμία κακῶν ὑπῆρχεν· καὶ τὸ μὲν αὐτὸν εἶχε κῦμα, τὸ δὲ κατελάμβανε, τὸ δ' ἐμελλεν, ὡς παρὰ πολὺ τῶν προειληφότων ποικιλίᾳ τε καὶ δυνάμει τοῦ κακῶσαι δεινότερα· ὥστ' ἐμοιγε καὶ εὐχῆς ἔργον ἂν εἴη κἂν μετρίως διελθεῖν δυνηθῆναι τῷ λόγῳ. Ἐξήγετο μὲν τῆς φρουρᾶς, μηδ' ὅλως ζῆν ἐλπιζόμενος· ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ δόξαν ἔζη, καὶ ἀπαθὴς κακῶν ἐωρᾶτο. Ὅσα μὲν οὖν ὁ τύραννος ἠθύμει καὶ διεπρίετο, μηδενὶ τρόπῳ περιγενέσθαι δυνάμενος, λόγους τε αὖ πρὸς ἐκεῖνον οὓς διείλεκται, τοῦτο μὲν ἀπειλῶν, τοῦτο δὲ θωπείας καὶ

11. Tali fuerunt noctis illius certamina, nihil, ut arbitror, leviora diurnis : quæ vero, mox ut dies illuxit, sunt secuta, fuerunt tanquam in mari tempestas quædam, quando quem fluctus unus habuit, comprehendit alter, et imminet tertius : sic enim illa fuerunt graviora prioribus, tam varietate quam virtute nocendi; adeo ut votum mihi sit ea posse vel mediocriter dicendo explicare. Educebatur ergo e custodia, quem nec vivum illi sperabant se inventuros; et quoniam vivere præter spem deprehensus est, videbatur impassibilis omnino esse. Quomodo indignabatur dissecabaturque tyrannus, non valens eum ulla ratione vincere; quos item sermones ad eum habuerit, nunc quidem commi-

Digitized by Google

nans, nunc palpans et blandiens, dicere supersedeo: sed ut vidit, omni sua industria effectu frustrata, repulsum se risuique expositum; tunc, velut in turrim firmissimam et immobilem, magnam illam et præcipuam diaboli machinam erexit, rotam videlicet. Hæc vero (dicendum est enim ad explicandum tormenti genus, quamvis nec hoc facile explicatu sit), hæc, inquam, ex lignis componebatur, dorsum quidem circumferentiæ habens modice latum, latitudinem vero maximam in eo quod circa centrum erat spatio; introrsum discreta quatuor radiis, a summo ad summum sibi occurrentibus, seque invicem utrinque per medium directa intersecantibus: axis porro, inter radios trajectus, utrinque procurrebat, habens universum rotæ circulum, non circum se ducendum, sed secum versatilem: duo denique crura hinc et hinc aptabantur arte fabrili, quorum summitas axem sustinens, ita ipsum sublimem faciebat pendere, ut posset rota circumferri celerrime. Et in hunc quidem modum composita erat rota: subtus vero sternebantur tabulæ, accurate compactæ ad invicem, sic ut simul omnes junctæ unica tabula viderentur: quæ firmiter affigebantur pavimento, ut essent undequaque immobiles, uncis violenter et fabrili industria impactis: tum iisdem infigebantur acutæ cuspides, et cultri, et enses, et quæcunque species gladiorum; quorum acies erant conversæ ad circumferentiam rotæ: quas hæc propemodum attingere debebat, sed non prorsus contingere cum vertebatur, nisi aliquo exterius alligato.

12. Talis erat machina universa, terribilis auditu, visu vero longe terribilior; qualis autem fuerit experienti, quid opus est dicere? Mihi sane videtur multos præsentium exanimes corruisse, ex eo solum quod tantos cruciatus intueri cogebantur. Non tamen generosus ille atque, ut ita loquar, adamantinus despondit animum; sed totus divino amore plenus, mentemque et animam, atque ipsos etiam quodammodo sensus beatæ applicans pulchritudini, seque signo crucis muniens, omnibus audientibus invincibilem Christi potentiam precibus invocabat, cum Davide canens: Non timebo mala, quoniam tu mecum es, etsi ambulavero in medio mortis. Itaque decore omni ornatus veniebat gradu decenti ad machinam, quasi eam non experturus, sed contemplaturus duntaxat; sicut olim Elias hilariter igneum currum conscendit, nisi quod iste ascensum haberet in cœlum, hic vero ad mortem ambularet. Tunc, nudatur vestibus, supra rotam curvatur, tenuibus simul et fortibus vinculis super eam ligatur. Tunc (sed o! quis possit audire absque sensu doloris, quis narrare sine lacrymis?) tunc, inquam, fertur versus gladios rota, circumacta celerius carnificum impellentium manibus et machinis adnitentium. Tunc omnes simul gladii suum opus agebant: proscindebantur membra cuncta, rivi profluebant sanguinis, et irrigabantur cruore, rota, aer, pavimentum; carnesque et nervi

A ἀνελευθερίας πεῖραν εἰσάγων, λέγειν ἐῶ· ἀλλ' ὡς ἀπεκρούσθη καὶ γέλωτα ὄφλειν ἐδόκει, πάσης εἰς γῆν αὐτοῦ πεσούσης τῆς ἐπινοίας, τότε, ὡς ἐπὶ πύργον ἀῤῥαγῆ τε καὶ ἄσειστον, τὸ μέγα τοῦτο καὶ πρόσφατον ἵστησι τοῦ διαβόλου μηχάνημα, τὸν τροχόν. Ὁ δὲ ἦν (λεκτέον γὰρ εἰς ἔνδειξιν τῆς βασάνου, κἂν οὐχοῖός τέ ἐστιν εὐκόλως ῥηθῆναι)· ἐκ ξύλων μὲν κατεσκεύαστο, μετρίως μὲν τὰ νῶτα τῆς περιφερείας εὐρύς, εὐρύτατος δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ κέντρου διαστήμασι, κνήμαις τε τέσσαρσι καὶ κανόσι τὰ ἔνδον διειλημμένος, ἀπ' ἄκρου τε εἰς ἄκρον ἀπαντῶσι, καὶ ἀλλήλους εἰς ὀρθὰς παρ' ἑκάτερα τοῦ μέσου τέμνουσιν· ἄξων δὲ αὐτοῦ διὰ τούτων ἐληλαμένος, ἐφ' ἑκάτερα προεβέβλητο, ἔχων τὸν σύμπαντα κύκλον, οὐ περὶ αὐτὸν στρεφόμενον, ἀλλὰ
B σὺν αὐτῷ· σκέλη δὲ δύο ἔνθα καὶ ἔνθα τεκτόνων μηχαναῖς ἀνεστηκότα, ἐξ ἄκρων ἀνεῖχε τὸν ἄξονα, καὶ τῷ μετέωρον τοῦτον τὸν τρόπον ἐργάζεσθαι, ὡς ὀξύτατα παρεῖχε τῷ τροχῷ περιφέρεσθαι. Ὁ μὲν οὕτως εἶχε· σανίδες δὲ κάτωθεν ὑπεστρώννυντο, ἀκριβῆ μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλας ἁρμογὴν ἔχουσαι, ὡς καὶ μίαν ἁπάσας τῇ συνεχείᾳ δοκεῖν, ἰσχυρὰν δὲ καὶ τὴν ἐπ' ἐδάφους προσήλωσιν, ὅπως ἀκίνητα παντάπασιν ἔχοιεν, βίᾳ τε γόμφων ἐνισχημένα καὶ ἐπιστήμῃ δημιουργῶν. Ἐπὶ δὲ τούτων ἐπήγνυντο μὲν ὀξεῖς ὀβελίσκοι, ἐπήγνυντο δὲ καὶ κοπίδες καὶ μάχαιραι, καὶ πάντα εἴδη ξιφῶν ἁπάντων, τετραμμένας ἐχόντων πρὸς τὴν τροχοῦ περιφέρειαν τὰς ἀκάς, ὧν καὶ παραψαύειν μὲν εἶχεν, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀκριβῶς ψαύειν κυκλούμενος, μή τινος ἔξωθεν
C προσδεθέντος.

ιβ'. Τὸ μὲν δὴ μηχάνημα τοιοῦτον, φοβερὸν μὲν τοῖς ἀκούουσι, τοῖς ὁρῶσι δὲ πολὺ φοβερώτερον· τὸ δὲ καὶ εἰς πεῖραν ἥκειν τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ πολλοὺς ἂν τῶν παρόντων ἀποθανεῖν ἐκ μόνου τοῦ τυχεῖν τηλικούτους θεωμένους ἀγῶνας. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκεῖνος, ὁ πολὺς τὴν καρτερίαν καὶ ἀδαμάντινος, ἐπὶ ταῦτα χωρῶν διετίθετο τὴν ψυχήν· ἀλλ' ὅλος ὅλου τοῦ θείου ἐμφορηθεὶς ἔρωτος, ἔνθους τε γεγονὼς καὶ μετέωρος, νοῦν τε καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν τοῦ μακαρίου κάλλους ἐξάψας, εἴη δὲ εἰπεῖν καὶ τὰς αἰσθήσεις αὐτάς, σημείῳ τε σταυροῦ φραξάμενος, καὶ δι' εὐχῆς πάντων ἀκουόντων τὴν
D ἄμαχον Χριστοῦ ἐπικεκλημένος ἰσχύν, μετὰ Δαυὶδ τε κατὰ καιρὸν ᾄδων, Οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ, κἂν ἐν μέσῳ θανάτου πορεύσωμαι· ἐχώρει φαιδρὸς φαιδρῶς ἐπὶ τὸ μηχάνημα, ὡς εἰς θεωρίαν ἐκείνου, ἀλλ' οὐ πεῖραν ἱέμενος· μόνος ἴσως Ἠλίας οὕτως ἡδέως τοῦ πυρίνου ἐπέβαινεν ἅρματος· κἂν ὁ μὲν εἰς οὐρανὸν τὴν ἄνοδον ἐποιεῖτο, ὁ δὲ τὴν πορείαν ἀποθανούμενος. Ἐντεῦθεν ἐπιγυμνοῦται, ἐπικυρτοῦται τῷ τροχῷ, λεπτοῖς ἅμα καὶ ἰσχυροῖς τοῖς ἱμᾶσι στρεβλοῦται. Ἐντεῦθεν (ὦ τίς ἀκούσας ἀπαθῶς ἀκούσεται; ποῖος ἀδακρυτὶ ταῦτα παρέλθοι;) φέρεται κατὰ τῶν ξιφῶν, ὀξύτερον τοῦ τροχοῦ ποιουμένου τὸν δῖνον, καὶ χερσὶ διερεθιζόντων δημίων, καὶ μηχαναῖς κατατεινόντων. Ἐνταῦθα ἦν, καὶ πάντα ἐνήργει ξίφη, καὶ πάντα ἀνεῤῥήγνυτο μέλη, καὶ κρουνοὶ αἵματος ἐῤῥέον,

Digitized by Google

καὶ πάντα ἐδεύετο, τροχὸς, ἔδαφος, ἀνὴρ, σάρκες τε καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ, ἐπίσης πάντα τῇ βίᾳ καὶ σπαραττόμενα καὶ ξαινόμενα.

ιγ'. Καὶ τὰ μὲν ὡς εἰς ἀέρα ἐφέρετο· ὁ δ' οὕτως Ἱερείου δίκην κατατεμνόμενος καὶ σπενδόμενος, οὐκ ἤφιει φωνὴν, οὐ στεναγμὸν ἀνέπεμπεν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐδείκνυ τῶν ὀδύνην ὑποσημαινόντων ψυχῆς· οὐ γὰρ ἐῴκει πάσχοντι, οὐδὲ σιδήρῳ μᾶλλον τὴν διαρτίαν λυομένῳ τοῦ σώματος ἢ βαθυτάτῳ ὕπνῳ κατεχομένῳ. Πλὴν ἀλλ' ἐκ τούτου δόξας ἀποθανεῖν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον τῆς ἀσεβείας σπουδασταῖς εὐφρανθῆναι παρέσχε, πανήγυριν ἀτεχνῶς τὸν ἐκείνου θάνατον ἡγουμένοις. Ὅμως ἡ τότε τελετὴ καλῶς τοῖς λογισομένοις τεκμήρασθαι, ἔσπευδον πρὸς βασιλέα πολλοὶ, ὥσπερ τινὲς ἄγγελοι τῶν κρειττόνων ἐσόμενοι, ἄλλος ἄλλον προφθάνοντες, Νενικήκαμεν, λέγοντες, περιγεγενήμεθα, κατείργασται, τέθνηκεν, ἀξίαν τῆς κατὰ τῶν κρειττόνων παροινίας ἔχει τὴν ἀμοιβήν. Ὁ δὲ, ὅσῳ καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων τῶν μαρτυρικῶν αἱμάτων ἐδίψα, καὶ μᾶλλον τηνικαῦτα τῶν ἄλλων ἔγεμεν ἡδονῆς, ἔχαιρε, διανίστατο, ἑαυτὸν ὑπ' εὐφροσύνης κατέχειν οὐκ εἶχεν· τοῖς τε πλήθεσιν, ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τινὶ καὶ ἀπίστῳ τῇ νίκῃ, ἑορτὰς παρήγγειλε καὶ θυσίας, καὶ αὐτός γε ὁμοίως ἐποίει· ἐπὶ βωμοὺς ἐβάδιζε καὶ ἱερὰ, ἐπινικίους τελέσων τοῖς δαίμοσιν.

ιδ'. Οὕτω παντάπασιν ἄτοπος ἐκεῖνος ἐπὶ τοιούτοις ἡδόμενος, κἂν οὐκ ἔμελλε χαιρήσειν ἐπὶ πολὺ, οὐδὲ τῆς ἀλόγου ταύτης τελετῆς ἀπολαύσειν, τοῦ μὴ καταισχυνθῆναι προφητικῶς εἰπεῖν, καὶ ἀπωσθῆναι ἐκ τῶν θυσιαστηρίων αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις ὄντος, θαυματουργεῖ καὶ πάλιν Χριστὸς ἐνταῦθα τὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ πάντα ἦν ὁμοῦ τὰ φρικώδη τότε, ἐκ νεφῶν καταιγίδες, ζόφωσις ἀέρος, νυκτερινὸν σκότος ἐν μεσημβρίᾳ, κλόνος γῆς, μυκήματα οὐρανοῦ, βολίδες ἀστραπῶν, τὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν πληγῶν πολλῷ φοβερώτερα· οὐκ ἀκολουθίᾳ φύσεως τότε συμβάντα, οὐδ' ἐκ τινος συντυχίας καὶ ταυτομάτου (ἥπερ ἴσως ἔδοξε τοῖς ἀθέοις τυφλώττουσι τὴν διάνοιαν), Θεοῦ δὲ προστάγματι συνδεδραμηκότα, δοξάζοντος τὸν οἰκεῖον θεράποντα, ὃς καὶ Μωϋσῆν ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἄλλον ἀλλαχοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεξιχνίαστον βούλησιν· ὃς καὶ τότε φύλακας μὲν καὶ ὅσος ἄλλος ὄμιλος ἦν τοῖς δαίμοσι διασκεδάσας, ἀγγέλῳ φωτὸς παρεμυθεῖτο τὸν ἀθλητὴν, ὁμοῦ μὲν ἀνεὶς τῶν δεσμῶν, ὁμοῦ δὲ εἰς ὁλοκληρίαν αὖθις συσφίγγων καὶ θεραπεύων τὰ τραύματα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῷ τυράννῳ εἰς ἔκπληξιν καὶ μαρτύριον ἐμφανισθῆναι προστάττων, δύναμιν καὶ βοήθειαν νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἐγγυώμενος.

ιε'. Καὶ ἦν τοῦτό γε βαρεῖά τις ἐκείνῳ καὶ ἀφόρητος ἀκοὴ, καὶ τῇ προτέρᾳ φήμῃ ἀντίρροπος· τοῦτο τὰς ἡδονὰς ἐκλύει, τὰς ἑορτὰς καταργεῖ, καὶ τὰ ἐπινίκια καὶ χαριστήρια περιτρέπει θύματα· τοῦτο καὶ ἄπιστον εἰκότως ἐδόκει διὰ τὸ μέγεθος. Καὶ γὰρ ὄντως ἦν δυσπαράδεκτον, εἰ μετ' ἐκείνην τὴν διάλυσιν ἔτι μετὰ τῶν ζώντων περινοστεῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη παρῆν, καὶ ὁρώμενος, ἐρωτώμενος, ἐπαφώμενος, Γεώργιος ἦν παντοχοῦ, κἂν

A atque ossa ipsa, eadem violentia divulsa ac laniata, in aerem quadamtenus spargebantur.

13. Ipse vero, instar victimæ sic conscissus laniatusque, nec vocem, nec gemitum emittebat, nec aliud ullum signum dolentis animi; neque enim cum ferrum dissolveret compagem corporis, magis pati aliquid videbatur, quam qui profundo somno tenetur. Quoniam autem propterea credebatur jam obiisse, haud facile dictu est quantum de se præbuerit gaudium impietatis studiosis, mortem ejus pro re festivissima habentibus. Itaque statim atque satis clara necis indicia se habere crediderunt, festinarunt certatim ad imperatorem, alius alium prævertentes, dicentesque: Vicimus, superiores B evasimus; victus est, exstinctus est: dignam pro illata rebus optimis contumelia retributionem accepit. Ille autem quanto præ cæteris magis Martyris sanguinem sitiebat, tanto majori præ aliis replebatur gaudio, exsultabatque, ipsum se continere nequiens; et tanquam super admirabili quadam incredibilique victoria festum et sacrificia populo indicens, ad fana, ad aras properabat, oblaturus dæmonibus triumphales hymnos.

14. Ita jucundabatur demens ille super re acta, quamvis haud diu gavisurus aut fruiturus morte insipienter credita, quin confunderetur juxta Prophetam, et repelleretur ab altaribus suis. Cum C enim hæc ageret, rursum Christus mirificavit crucis suæ mysteria, et omnia subito versa sunt in horrorem; cum procellæ nubium, caligo aeris, nocturnæ medio die tenebræ, motus terræ, mugitus cœli, fulminum jactus, multo terribilius quam in Ægyptiacis plagis concurrerent; idque non ex ordine naturali aut casu aliquo (quemadmodum forsitan visum est impiis, excæcatum habentibus intellectum), sed ex Dei mandato, glorificantis famulum suum signis atque prodigiis, quemadmodum in Ægypto Moysem, et Danielem inter Assyrios, et alios alibi, secundum inscrutabilem voluntatem suam. Quin etiam custodes et quotquot aderant alii cultores dæmonum dispergens, misso lucis an- D gelo consolabatur athletam, simulque et vincula dissolvit, et corporis integritatem restituit curatis vulneribus, jubens ut se tyranno sisteret, ad stuporem testimoniumque, et robur atque auxilium, ut nunc, sic et in posterum pollicens.

15. Fuit profecto grave Diocletiano atque intolerabile hoc nuntium, priori famæ contrarium; hoc gaudia dissolvit, festa cohibuit, triumphalia et gratulatoria sacrificia evertit; quin etiam propter miraculi magnitudinem incredibile videbatur: et vere non erat ulla ex parte verisimile, quod post ejusmodi dissolutionem adhuc in vivis Martyr ageret. Cum autem præsens astitit, et videri, interrogari, audiri loquens potuit, seque per omnia Georgium

Digitized by Google

probavit sensibus atque responsis; tunc credi cœpit miraculum, multique ad Christum transierunt: quorum aliqui latitare volentes satis habebant corde credere: aliqui non dubitaverunt etiam ore confiteri fidem, et e vestigio confidentius agere: qui gladio percussi ad mortem, suæ tam publicæ confessionis mercedem receperunt. Sed neque Alexandra imperatrix spectaculi novitati resistere potuit, quin ipsam quoque miraculum tangeret, persuaderetque idolorum ac dæmonum culturam abominari, atque ad Christum transire.

16. Solum Diocletianus antiquo isti Pharaoni propter animi perversitatem similis fuit, obdurando cor magis etiam quam ille: quoniam hic quidem flagellantem se virtutem confitebatur, et respiciebat, et surgebat mane, et rogabat Deum ut cessarent plagæ, donec tandem animum obstinavit: iste vero neque respiciebat neque sentiebat majoris se dominatum; et virtutem quamdam rationis expertem ad torquendum accendens (quam scimus æqualem igni ad urendum esse, et glaciei ad frigefaciendum), nec ad modicum quidem cohiberi poterat, quin suæ obsecundaret malitiæ, semper ad tormenta respiciendo, novaque suppliciorum genera conquirendo, et vero etiam adinveniendo; erat enim ad malefaciendum sapiens, bene autem facere omnino nil noverat. Itaque exhibetur tormenti genus, absque cujusquam opera aut labore, sed suo ipsius motu peragendum; idque omnium gravissimum, et quale nec multa quidem industria potest a quoquam elaborari: neque scio an alius quispiam omnibus retro sæculis tale quid sustinuerit; nihil certe unquam simile audivimus. Jeremias enim in lacum conjectus est, sed lutosum: Daniel in lacu fuit, sed leonum, Georgius autem etiam in lacum est missus, sed igneum: erat enim plenus viva calce, quam desinens tunc primum urere ignis, ignem in eo reliquerat alium, tanto efficaciorem quam est flamma ad animalium corpora destruenda, quanto plus materialis crassitiei et soliditatis habebat admistum: quæ enim sunt talia, hæc et ratione et experientia probantur etiam esse ardentiora; cum non contineant ignem accensum et in transitum urentem, sed quodammodo permanentem, et iis quibus approximatur adhærentem. Imitatus est utique Diocletianus Babylonium Nabuchodonosor, quoad fornacem quam accendit sociis Azariæ, recusantibus adorare creaturam contra mandatum Creatoris. Præcepit autem jam Georgium tyrannus, quia sicut illi, Deo vivo appropinquare.

17. Tunc ille dixit verba hæc Davidis ad Deum: Ne longe facias miserationes tuas a me, quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: usurpavit etiam verba puerorum, in animo contrito et spiritu humilitatis pronuntiata simili occasione: Ne tradas nos in perpetuum, et erue nos in mirabilibus tuis. Quod autem petiit consecutus est, neque confusus in exspectatione sua;

A ταῖς αἰσθήσεσι κἀν ταῖς ἀποκρίσεσι· τότε καὶ τὸ θαῦμα πιστεύεται, καὶ πολλοὶ πρὸς Χριστὸν μετατίθενται· οἱ μὲν μετὰ τοῦ λανθάνειν ἐθέλειν καὶ μόνῃ πιστεύειν καρδίᾳ, οἱ δὲ καὶ τοῦ στόματι ὁμολογεῖν καὶ αὐτίκα παῤῥησιάζεσθαι, οἳ καὶ τῷ διὰ ξίφους τιμῶνται θανάτῳ, μισθὸν τοῦτο τῆς εἰς προῦπτον ὁμολογίας εὑράμενοι. Οὐδὲ Ἀλεξάνδρα τότε ἡ βασιλὶς, οὐδ' αὐτὴ τῷ παραδόξῳ τῆς θέας ἀνάλωτος ἔμεινεν· ἅπτεται δὲ κἀκείνης τὸ θαῦμα, καὶ πεῖσαν τὴν εἰς εἰδωλα καὶ δαίμονας ἀτιμάσαι πίστιν, πρὸς Χριστὸν μετεβίβασε.

ις'. Μόνου τοῦ πάλαι Φαραὼ ἴσως ἦν καὶ Διοκλητιανοῦ τῆς πονηροτάτης ψυχῆς τὸ πρὸς τοσοῦτον σκληρύνεσθαι· τοῦ δὲ καὶ μᾶλλον, ὅσον ἐκεῖνος μὲν καὶ ἀνωμολόγει τὴν μαστίζουσαν δύναμιν, καὶ ἐπέ- B στρεφε, καὶ ὤρθριζε, καὶ ἀνεῖναι τὰς πληγὰς ἠντιβόλει Θεὸν, καὶ ἐπὶ τέλους λιθοκάρδιος ἔμεινεν· ὁ δὲ οὐδὲ ἐπεστρέφετο, οὐδ' ἠσθάνετο τὴν ἀρχὴν, ἀλλά τινα περὶ τὸ κολάζειν, οἷον ἄλογον ἐναψάμενος δύναμιν, ἣν δὴ καὶ τὴν πυρὸς φύσιν ἔχειν ἴσμεν περὶ τὸ καίειν καὶ περὶ τὸ ψύχειν τὸ κρύσταλλον, οὔτ' ἀνεκόπτετο κἂν ἐπὶ ποσὸν ὑπὸ μηδενὸς, καὶ προσετίθει τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ, ἀεὶ πρὸς βασάνους ὁρῶν, καὶ καινότερα ἐπινοῶν κολαστήρια, καὶ μέντοι προσεξευρίσκων, ἐπειδὴ καὶ σοφὸς ἦν τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἔγνωκεν. Ὅμως μηδέν τοι τότε πεπονηκότι, μηδὲ περιειργασμένῳ, αὐτόματός τις ἀναφαίνεται τιμωρία· ἡ δὲ καὶ βαρυτάτη τῶν ἁπασῶν ἐτύγχανεν οὖσα, οὐδ' ἄν τις, C καὶ σφόδρα φιλοπονήσας, οὕτως ἐποίησε χαλεπήν· καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος τοσοῦτον ὑπέμεινεν, οὐ γὰρ ἀκοῇ παρειλήφαμεν. Ἱερεμίας γὰρ ἐν λάκκῳ ἐῤῥίφη, ἀλλὰ βορβόρου· καὶ Δανιὴλ ἐν λάκκῳ, ἀλλὰ λεόντων· ἐν λάκκῳ μὲν οὗτος, ἀλλὰ πυρός· ἐτύγχανε μὲν γὰρ πλήρης ἀσβέστου, ἣν ἄρτι τότε διαλελοιπὼς καίειν τὸ πῦρ, πῦρ ἀφῆκεν ἄλλο, τοσούτῳ φλογὸς ἐνεργέστερον ζώων κατεργάσασθαι σώματα, ὅσῳ γε ὁἠπου καὶ μεθ' ὑλικῆς παχύτητος ἦν καὶ στερρότητι παρεμέμικτο· τὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ καυστικώτερα λόγος ἡμῖν καὶ πεῖρα παρέστησε, μηδὲ ἁπτάμενον τὸ πῦρ ἔχοντα, μηδ' ἐν παρέργῳ καῖον, μένον δὲ τρόπον τινὰ, καὶ τοῖς ἐγγίζουσι προσφυόμενον. Κατὰ τοίνυν τοῦτο μιμούμενος Ναβουχοδονόσωρ τὸν Βαβυλώνιον, καθ' D ἣν ἐκεῖνος τοῖς περὶ Ἀζαρίαν, μὴ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύειν ἀνεχομένοις, ἐξέκαυσε κάμινον, προστάττει τόνδε ῥιφῆναι, ὅτι ζῶντι κατ' ἐκείνους προσανεῖχε Θεῷ, καὶ κωφοῖς καὶ ἀναισθήτοις οὐ προσεῖχεν ἀγάλμασιν.

adhærens, mutis et insensatis simulacris nolebat

ιζ'. Καὶ τὰ ἑξῆς φθέγγεται μὲν τὰ τοῦ Δαυὶδ πρὸς Θεὸν, Μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου, λέγων, ὅτι περιέσχον με κακὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· φθέγγεται δὲ καὶ τὰ τῶν παίδων ἐπὶ τῆς ὁμοίας φλογὸς, ἐν ψυχῇ συντετριμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως· Μὴ παραδῴῃς ἡμᾶς εἰς τέλος, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου. Ἐπιτυγχάνει δὲ τῆς εὐχῆς, καὶ τῆς προσδοκίας οὐ καταισχύνεται· καὶ

Digitized by Google

σώζεται μὲν σὺν τῷ Ἰωνᾷ, σώζεται δὲ μετὰ Ἱερεμίου καὶ Δανιήλ, ὑφ' ἧς ἀσινεῖς ἐκεῖνοι δυνάμεως ἐν γαστρὶ κήτους, καὶ βορβόρου λάκκῳ, καὶ λεόντων φυλάττονται, καὶ αὐτὸς φυλαττόμενος. Ὡ πόσα Θεὸς λόγοις ἀῤῥήτοις οἰκονομίας καινοτομεῖ, καὶ δοξάζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀπίστους ἢ ἐντρέπων ἢ πρὸς ἑαυτὸν ἐκκαλούμενος! Ὡ πόσα μετατρέπει καὶ μετασκευάζει, σωτηρίαν ἐν ἀνθρώποις οἰκονομῶν! Πῦρ σβέννυσιν, ἵστησιν ὕδατος ῥῦσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν πυρὸς ἐνέργειαν εἰς τὴν τῶν ὑδάτων μεθίστησι, καὶ ὕναμιν αὖ ὑδάτων εἰς τὴν τοῦ πυρὸς μεταμείβει· ὁπλοποιεῖ εἰς ἄμυναν ἐχθρῶν τὴν κτίσιν· ἀλλὰ καὶ μεταστοιχειοῖ, δεῆσαν τοὺς οἰκείους θαυμαστῶσαι θεράποντας· ὃ δὴ καὶ νῦν ποιεῖ. A salvatus cum Jona, Jeremia, Daniele; ipsum quoque custodiente eadem virtute, qua illi indemnes in ventre ceti, in lacu cœni et leonum sunt custoditi. Quam multa nova designat Deus, ineffabilibus dispensationis supernæ rationibus, aut Sanctos suos glorificans, aut infideles confundens, vel ad sese vocans! Quam multa transvertit et transmutat, hominum saluti prospiciens! Ignem exstinguit, fluxum aquæ sistit, aut, ut verius dicam, operationem ignis in operationem aquæ transfert, et rursum aquarum virtutem in virtutem ignis commutat: armat in ultionem inimicorum creaturam; et elementa convertit, volens servos suos admirabiles reddere, quemadmodum et nunc fecit.

ιη'. Ἤδη μὲν γὰρ ὁ λάκκος ἐκλείστο, ἔνδοθεν ἔχων τὸν ἀθλητὴν, καὶ ἐσφραγίζετο, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν δρόμος τέλος ἔχειν ὑπελαμβάνετο, καὶ τί γὰρ ἄλλο; τοῖς γε φύσεως ἀκολουθίαν μετροῦσι, Θεοῦ δὲ μὴ λογιζομένοις ἰσχύν. Τρίτη λοιπὸν παρῆν ἐξ ἐκείνου, καὶ ἦσαν ἐντολαὶ τὴν τίτανον ἐκφορήσαντας ἀφανίζειν, καὶ εἴ τι τῶν ὀστῶν περιλείπεται· Μή τισι καὶ τοῦτο, φησὶν, ὀπίσω εἰς ζῆλον εἴη τοῦ θεοὺς ἀθετεῖν. Παρῆσαν οἱ ἐπὶ τούτῳ, παρῆν καὶ ὄχλος ἄλλος, ἐξεφόρουν, ἐξεκάθαιρον, ἔχοντες ἐν νῷ πρᾶξαι καὶ τὸ λειπόμενον· καὶ τηνικαῦτα τὸ μέγα θαῦμα κατάδηλον γίνεται. Ὀρθὸς ἵστατο, ἄνω βλέπων, ὡς ἐν εὐχομένου σχήματι, ἀσινὴς, τότε μᾶλλον ἢ πρότερον ἐξαστράπτων, κρείττονός τινος φύσεως, οὐκ ἀνθρωπίνης, ἄγαλμα, ὥσπερ εἰς τοῦτ' ἀναχωνευσαι, ἀλλ' οὐκ ἀφανίσαι τοῦ πυρὸς δεδεγμένου. Ἐπὶ γοῦν τοῦτο πόσαι παρὰ τοῦ δήμου βοαὶ, Θεὸν ἀνευφημούντων καὶ μέγαν καὶ μόνον ἀποκαλούντων τὸν Γεωργίου Χριστόν! πόσαι διὰ ταῦτα τῷ τυράννῳ πληγαί· οὐ λέγω τὰς μετὰ ταῦτα δεδεξομένας, ἀλλ' ἐν τῷ παρόντι διὰ τὴν τῆς ἥττης αἰσχύνην· πόσαι δυσθυμίαι καὶ κακώσεις ψυχῆς, ἑνὸς ἀνδρὸς τοσαῦτα φιλονεικοῦντι περιγενέσθαι, καὶ τοσαῦτα ἀποτυγχάνοντι; B 18. Jam lacus, intus habens athletam, clausus erat atque signatus; jam cursus ejus putabatur consummatus (quid enim aliud?) ordinem naturæ metientibus, et Dei potentiam non recogitantibus. Denique tertius dies adfuit, ex quo illuc immissus erat Sanctus: præceptumque est ut exportata calce dissiparetur, si quid ossium erat super: Ne vel hoc ipsum, inquiebat, postea animos daret aliquibus ad rejiciendum deorum culturam. Aderant igitur quibus id mandatum, aderat et multitudo ingens alia: egerebant calcem, expurgabant lacum, et quæ insuper imperata erant perficere meditabantur, quando manifestari cœpit miraculum ingens. Stetit Georgius erectus in pedes, sursumque veluti orabundus oculos extulit, illæsus omnino, et tunc magis quam prius refulgens, tanquam si fuisset melioris alicujus naturæ quam humanæ simulacrum; et ignis illum non perdendum, sed reformandus suscepisset. Exinde quanta conclamatio populi, collaudantis Deum, magnum et unicum, et Christum Georgii invocantis! quantæ ex hinc tyranni plagæ non dico in futurum recipiendæ, sed et in præsenti, propter verecundiam irriti conatus! quanta animi desperatio et ægritudo, cum vir unus superaret tantopere satagentem vincere, suaque exspectatione frustraret! C

## CAPUT III.

*Crepidis ignitis calceatus Georgius tyrannum redarguit.*

ιθ'. Δεινὸν μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ, ἐπειδὴ καὶ ἀσύνηθες, τὸ μὴ πεῖσαι δυνηθῆναι, μηδὲ τῆς ἐκείνου γνώμης κρατῆσαι· δεινότερον δὲ τὸ μηδὲ θανατῶσαι ἰσχῦσαι· καὶ ταῦτα ἐν χερσὶν ἔχοντα, καὶ τῶν μεγίστων καθεκάστην ἐντὸς ποιοῦντα κινδύνων. Ἀλλ' ὁπηνίκα καὶ τοὺς ἰδίους Ἕλληνας πρὸς Χριστὸν μετατιθεμένους ἑώρα, τί λέγεις; Οὐ θανάτου τοῦτο πικρότερον ἀνδρὶ, τοσοῦτον πρὸς ζῆλον εἰδωλολατρείας ἐκκαιομένῳ; Ἠγγέλλετο μηδὲν αὐτοῦ μηδὲ ταύτην ἀνῦσαι τὴν βάσανον, ἐκεῖνον περιεῖναι ὥσπερ χρυσὸν ἐκ πυρὸς, φαιδρότερον ἑαυτοῦ καὶ καλλίω γεγενημένον· τὰ πλήθη τῆς πατρίου δόξης σαλεύεσθαι· καὶ καθὲν τούτων, ὥσπερ οἱ βροντῆς ἦχῳ πληττόμενοι, ἐξίστατο καὶ εἶχε σιγὴ, καὶ ἀναφέρων οὐκ ἀπέστρεφε τὸν θυμὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπη- D 19. Grave erat Diocletiano, quia insolens, nec persuadere posse Georgio, nec a proposito dimovere: gravius tamen nec occidere quidem posse, cum id in manibus suis habere videretur, et maximis periculis quotidie illum committeret. Sed quando proprios suos gentiles ad Christum transiisse videbat, quid dices? Nunquid non ipsa morte acerbius hoc fuit homini, usque adeo intensum pro idololatria zelum habenti? Nuntiabatur neque hoc supplicio actum esse quidpiam: superstitem illum vivere; seque ipso pulchriorem ac lucidiorem, velut aurum ex igne prodisse; multitudinem autem vacillare in avita religione. Hinc tanquam tonitru perculsus, obstupuit obmutuitque; non tamen resipiscens abstulit indignationem

Digitized by Google

suam ab eo, sed adhuc manum extentam habens, eamdem ad nova supplicia armavit. Rursum autem eum jubens coram se statui, eidem loqui voluit, licet nil haberet quod rationabiliter diceret, omni recti sermonis facultate destitutus. Et primum quidem ad interrogationes, nihil omnino ad rem facientes, convertebatur : Unde, inquiens, tot tantasque incantationes didicisti? quibus utens tormenta effugis, quæ tibi per leges et per nos inferuntur; et imprudentiores partim in admirationem rapis, partim etiam seducis; Christum quemdam prædicans unicum esse Deum, et novum hoc insolensque præconium habens pro velamento veneficiorum tuorum.

20. Postquam autem indignum responso Georgius censuit, quem ipsa opera sapientiorem non facerent; minatus est Diocletianus per seipsum experimentum sumere, utrum non essent illa magicæ artis portenta. Dixit : et cruciatum cruciatui conjungens, atque duo simul supplicia congerens, eo quod iis sigillatim uti judicaret temerarium esse, ignem accendit, ferreas crepidas eidem injecit, ipsasque longis et acutis clavis transfixit; his, tanquam perfectissimis mortis laqueis, Martyrem induens. Ipse autem, nihil ad hæc conterritus (quod nobis vel ex solo auditu usuvenit, quamvis ab experientia tam longe remotis), neque ab ea confidentia, quam in principio pro pietate monstraverat, quidquam desciscens, sed quæstioni applicitus, verberatus, pulsatus, magis alacer quam advenerat in carcerem rediit; nequaquam interim in his omnibus desistens ab oratione ad Deum facienda. In solo enim illius intuitu, qui solus immobilis est, alienationem animi a cruciatibus naturæque depravationem sistebat; et intra seipsam inordinate commotam, periclitantemque ne deficeret, reducebat; manifeste demonstrans, quod licet tyrannus, imo homines universi, superare eum contenderent, in vanum laborantes refutarentur, quando eum liberare vellet virtus a Deo procedens.

21. Atque ita se habuerunt ea quæ circa Martyrem acta sunt : gravia sane quoad cruciatus, et plus quam gravia : quis enim non dixerit vel auditu intolerabilia esse? Sed majora e contra oportet fuisse ea, quæ pro ipsius defensione sunt gesta, ut nec vestigium quidem injuriæ in ejus corpore, post visitationem divinam, remaneret. Quoniam, si non magnum mihi est vel sic contendere, valuit malitia adhuc amplius in iis quæ partium suarum erant; sed nunquam tantum nocere potuit, quantum potuit benefacere Deus. Diocletianus vero neque hic substitit, neque in his finem fecit suppliciorum, quamvis omnes tormentorum species exposuisset : sed, quemadmodum qui circum globum currunt, ad idem semper principium redeunt; sic et ipse, cum amplius ei non superesset quod ageret, non despondit animum, tormenta congeminans; sed rursum ad flagella rediit, impietati impietatem ap-

A λὴν εἶχεν ἔτι τὴν χεῖρα, καὶ πρὸς τιμωρίας ἐφώπλιζε. Καὶ μέντοι πάλαι ἑαυτῷ παραστήσας ἐκεῖνον, ἐβούλετο μέν τοι εἰπεῖν, μὴ ἔχων δὲ ὅμως ὅθεν εὐλόγως, παντὸς αὐτὸν ἐπιλελοιπότος δικαίου, πρῶτα μὲν πρὸς ἐρωτήσεις, μηδὲν τὸ παράπαν προσηκούσας, ἐτρέπετο· καὶ, Ποῦ, φησὶ, τὰς τοιαύτας καὶ τηλικαύτας μαγγανείας ἔχεις μεμαθηκώς; αἷς καὶ χρώμενος ἐκδιδράσκεις μὲν βασάνους ὁπόσας σοι νόμοι καὶ ἡμεῖς ἐπηγάγομεν, ἐξιστᾷς δὲ καὶ τοὺς ἀφελεστέρους, τοὺς δὲ καὶ παράγεις, Χριστόν τινα μόνον καταγγέλλων Θεὸν, ἐπίκρυψιν σαφῶς γοητείας τὸ πρόσφατον τοῦτο καὶ ἀηθες εὑράμενος κήρυγμα.

B κ'. Εἶθ' ὡς οὐδὲν ἐκεῖνος, πρὸς ὃν οὐδὲ τὰ πράγματα διδάσκειν εἶχεν, ἠξίου δοῦναι ἀπόκρισιν αὐτόν· ἀπειλεῖ δι' ἑαυτοῦ λήψεσθαι πεῖραν, εἰ μὴ μαγγανεύει ταῦτα καὶ τερατεύεται, ἔφη, ταῦτα· καὶ βάσανον βασάνῳ παραζευγνύει, καὶ σύνδυο προσφέρει, τὸ κατὰ μίαν ὡς ἀνήκοον ἀποδοκιμάσας. Ἀνῆπτε πῦρ, καὶ κρηπῖδας σιδηρᾶς προσέφερε τῷ πυρὶ, τούτων ὡς ἐπιμήκεις καὶ ὀξεῖς διήλαυνεν ἥλους, καὶ ταύταις παγίσιν ἤδη συντελεσθείσαις θανάτου προσῆγε τὸν Μάρτυρα. Καὶ ὃς πρὸς ταῦτα δὴ βλέπων, μὴ περφρικὼς ὅ νῦν ἡμεῖς κἀκ μόνης πάσχομεν ἀκοῆς, καίπερ τοσοῦτον ἀφεστηκότες τῆς πείρας, μὴ καταπλαγεὶς, μὴ τῆς παῤῥησίας ἑαυτῷ μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ εὐσεβείας μεμψάμενος λογισμῶν· ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον πρόθυμος ὡς εἶχεν C ἐναρμοσάμενος, τυπτόμενος, ὠθούμενος, ἑλκόμενος, καταλαμβάνει τὸ δεσμωτήριον, οὐδὲ τῆς πρὸς Θεὸν ἐν πᾶσι τούτοις ἐπιλελησμένος εὐχῆς. Ἐν γὰρ μόνῳ δὴ τούτῳ, τῷ βλέπειν δηλαδὴ πρὸς μόνον ἀκίνητον, τὴν ἀπὸ τῶν ἀλγηδόνων ἔκστασιν καὶ παρατροπὴν τῆς φύσεως ἵστη, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀτάκτως σαλευομένην, καὶ μὴ εἶναι κινδυνεύουσαν ἐπανῆγε. Τοῦτο σαφῶς ἐνδεικνύμενος. ὅτι κἂν ὁ τύραννος, κἂν πάντες ἄνθρωποι, περιγενέσθαι φιλονεικῶσιν, ἀπέρατα πονοῦντες ἀπελεχθήσονται, ῥύεσθαί γε βουλομένης τῆς ἐκεῖθεν δυνάμεως.

κα'. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Μάρτυρα οὕτως εἶχε· δεινὰ μὲν τὰ τῶν βασάνων, καὶ πέρα δεινῶν, τίς γὰρ οὐκ ἂν εἴποι, καὶ ἀκοαῖς ἀφόρητα; μείζονα δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ τῶν ἀντιλήψεων. D ὡς μηδὲ κακώσεως ἴχνος μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν μένειν· ἐπειδὴ εἰ μὴ μέγα ἐμοὶ καὶ οὕτω παρεξετάζειν, ἰσχύει μέν τοι κακία, καὶ πάνυ πολὺ εἰς τὸ ἑαυτῆς· ποῦ δὲ ὅμως τοσοῦτον, ὅσον ἀγαθύναι Θεός; Διοκλητιανὸς δὲ οὐ μέχρι τούτων ἔστη, οὐδ' ἐνταῦθα τὰ τιμωρίας ὡρίσατο, ἐπειδὴ καὶ πάντα μετῆει βασάνων εἴδη· ἀλλ' ὥσπερ οἱ σφαῖραν περιτρέχοντες, ἀεὶ τὴν περιφορὰν πληροῦντες τὴν αὐτὴν ποιοῦνται ἀρχὴν, οὕτω που καὶ αὐτὸς, ὡς οὐδὲν ἦν αὐτῷ τι πλέον γεγενημένῳ, οὐκ ἀπείρηκε κολάζων· ἀρξάμενος δὲ καὶ αὖθις ἐκ τῆς αἰκίας ἴη, ἀνομίᾳ προστιθεὶς ἀνομίαν, καὶ αἵμασι μίσγων αἵματα. Ὡς γὰρ ἑνὸς τούτου μεγίστου τε καὶ ἀναγκαιοτάτου πάντων ἀγώνων τυγχάνοντος, τῶν

Digitized by Google

ἄλλων ἑαυτὸν ἀποστήσας, καίτοι πολλῶν σφοδρῶς ἐπικειμένων καὶ πρὸς ἑαυτὰ μεθελκόντων, οὐ δημοσίας καθιστῶν διοικήσεις, οὐ πολιτικὰς διορθούμενος πλημμελείας, οὐ στάσεις καταπραΰνων, τὸ πολέμους εὖ διατιθέμενος, πρὸς μόνον τόνδε συνήθροισεν ἑαυτὸν, πάντα καιρὸν ἐνταῦθα καταναλίσκων καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν.

κβ'. Τοῦτο δὲ δῆλον θεωροῦσι τὸ συνεχὲς ὁμοῦ καὶ ἐπιτεταμένον τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἡμέραν γὰρ ἐκείνην οὕτω παρέπεμψεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, τῇ δ' ἐπιγενομένῃ, νυκτὸς ὡς ἔοικεν ἀνομίαν ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ διαλογισάμενος, εὐθὺς ὡς ἡμέρα διεφαίνετο, δημοσίᾳ προκαθεσθεὶς, πολλοῖς ὁμοῦ τοῖς περιεστῶσιν ἐπὶ καταλήψει τῶν ἐντυγχανόντων καὶ δορυφορούμενος καὶ περιβλεπόμενος, παρεῖναι κελεύει. Ὁ δὲ παρῆν, ἀμφότερα ὡς ἐρρωμένος ποιούμενος, καὶ στάσιν ὀπηνίκα δεήσοι, καὶ κίνησιν ὅποι παρήκοι, μηδὲν συνόλως ἐκ τῆς τῶν κρηπίδων ἀνάγκης παρεμποδιζόμενος, πρᾶγμα τοῦτο παρὰ πᾶσαν τότε προσδοκίαν φανέν. Τίς γὰρ ἂν ᾠήθην ὁπόταν εἰ καὶ μὴ τέλεον ἀπέλιπε τὴν ζωὴν, ἀλλ' οὖν οὕτως ἑαυτῷ ποτε χρήσασθαι δυνηθῆναι; Νυνὶ δ' ἐκέχρητο, ἐπικουρίᾳ Θεοῦ, πληγὴν πάντως προστρίβοντο; Διοκλητιανῷ, καὶ ὧν ἐπήνεγκε μείζονα. Ἀλλ' ἐπειδή γε παρῆν, Ἆρα τί σοι, φησὶν, ἡδονήν τινα καὶ χάριν ἐσχήκασιν αἱ κρηπῖδες; ἢ τί φῄς; καὶ τὸν (1) ... πῶς γὰρ οὐχ ἡδονὴν, ὦ βασιλεῦ, φάναι, μεθ' ὧν ἐγὼ τὴν πρὸς Θεὸν ἐστελλόμην;

κγ'. Τὸ δὲ δὴ θράσος, αἵ τε μαγγανεῖαι, τί, φησὶ, βούλονται; Ἢ οὐ ταῖς μὲν χαίρειν ἐρεῖς, τὸ δὲ κατακλείεις, ὀψὲ δὴ μαθὼν, ὅση μὲν δύησις σωφροσύνης, ὅση δὲ θρασύτητος βλάβη; Καὶ ποῖον, εἰπεῖν, τὸ θράσος καλεῖς; ἢ τὴν παῤῥησίαν ἴσως τῆς ἀληθείας; Τὴν δὲ οὐδεὶς οὕτως ὀνομάσας ἔχει ποτὲ, ὅτι μὴ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρίαν, καὶ ὅ τι κάλλιστον ἐν ἀρεταῖς· τὸ γὰρ μὴ καθάπαξ ἀληθείας ἀφανιζομένης ἀνέχεσθαι ψεῦδος εἰς μέσον ἰέναι παντὸς μάλιστα ἀρετῇ, ἣν οὐδέποτε Γεώργιον τὸ ἑαυτοῦ μέρος καταβαλεῖν, οὐδὲ τῇ πρὸς ταύτην ὀλιγωρίᾳ τὸν νομοθέτην ταύτης ὑβρίζειν Θεόν· δεῖ γὰρ, μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη, Θεῷ πειθαρχεῖν ἢ ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἐπειδή γε καὶ τὸ δεύτερον μαγγανείας ἐμνήσθης, ἡ μὲν δὴ παροιμία καὶ νηπίοις διδοῦσιν ἐκ πρώτης πληγῆς δίδωσιν οὖν· σὺ δὲ ποῦ ποτε καὶ μετὰ τίνων τάττειν ἔξεις σαυτὸν, μετὰ μυρίαν πεῖραν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτων προσκόμμασιν; Ἀκούων μὲν γὰρ λόγους περὶ ἀληθείας, ἔλεγχον τὸν διὰ τῶν πραγμάτων ἐπιζητεῖς· τοῦτον δὲ ἤδη λαμβάνων, ὡς ἐπὶ μόνους διδασκάλους τοὺς λόγους μεταπηδᾷς. Τίς λοιπὸν βοηθήσει τῇ συντριβῇ σου; τίς σου τὴν τοσαύτην φιλονεικίαν ἀποκρούσεται λόγος; Χριστὸν μὲν δὴ, βασιλεῦ, τί λέγω Χριστόν; Χριστοῦ κλῆσιν οὐ φέρουσι δαίμονες, δεδίασι δὲ καὶ τρέμουσι, καὶ μόνον ἀκούσαντες ὡσεὶ καπνὸς ἐκλείπουσιν· ἃ δὲ γοήτων ἐστὶν ἔργα δαιμόνων

(1) Exciderunt hoc loco verba aliqua, ad complendum sensum necessaria: quod ut intelligeretur, dispunximus quæ erant in exemplari nostro male conjuncta.

ponens, et sanguini sanguinem commiscens. Tanquam enim si unus hic labor præ cæteris omnibus ei maximus esset, et ante omnes necessarius; tantisper abstinens ab aliis negotiis, quamvis gravius incumbentibus et ad se trahentibus; non publicas curans administrationes, non politicas dirigens sollicitudines, non seditiones coercens aut bella apte ordinans, totum se contra unum collegit Georgium, omne in eo tempus, omnem industriam consumens.

22. Hoc autem manifestum fiet considerantibus assiduitatem et intentionem studii rebus istis impensi. Illa enim die in carcerem eum misit; noctu autem, ut assolet, iniquitatem meditatus in cubili suo, mox ut dies illuxit pro tribunali sedens, multis circumstantibus ad eorum qui advenirent susceptionem, stipatusque satellitio et omnium in se oculos conjectos habens, adesse Georgium jubet. Adfuit autem, et stationem, quando opus fuit, et incessum, quando conveniebat faciens; in utroque fortis, et nihil omnino impeditus crepidarum molestia. Quæ res præter omnem exspectationem fuit. Quis enim existimasset, si non omnino privaretur vita, fore ut ita libere aliquando posset seipso uti? Nunc vero ita se habebat, auxiliante Deo, et ipsi Diocletiano vulnus faciente majus, quam quæ putabat se intulisse. Quoniam tamen astabat, Forte, inquit, lætitiam et gratiam crepidæ attulerunt? aut quid ais? Cui Georgius, Quomodo, inquit, o imperator, non afferrent lætitiam, cum quibus iter ad Deum ingressus sum?

23. Hæc vero audacia, inquit Diocletianus, et hæ magicæ artes quid tandem sibi volunt? Numquid his valedices, et istam depones; vel sero edoctus quantum bonum animi moderatio, malum autem contumacia afferat? Qualem tu, reponit Georgius, contumaciam appellas? an forte tuendæ veritatis fiduciam? Hanc vero sic nemo appellaverit, sed justitiam, et fortitudinem, et si qua alia virtutum pulcherrima. Maxima enim virtus est, nolle pati ut falsitas in medium adducatur exstincta veritate: quam suam partem nunquam videbis deserere Georgium; aut ex animi circa eam pusillanimitate injuriam irrogare Deo, illam servare præcipienti. Necesse enim omnino est potius Deo quam hominibus obedire. Quoniam vero etiam magicarum artium meministi, vulgari quidem proverbio dicitur, pueris et piscatoribus ex primo jactu dandum: tu vero ubi aut inter quos teipsum debes censere, in eadem offendicula impingens post millenas experientias? Etenim sermones de veritate audiens, eorum certitudinem quæris ipsis rebus experiri: ab his autem sumpta experientia, recurris ad verba, tanquam sola idonea ad magisterium. Quis demum medebitur contritioni tuæ? quæ oratio refellet tantam tuam pervicaciam? Christum, o imperator, (quid autem Christum dico?) Christi nomen non sustinent dæmones, sed formi-

Digitized by Google

dant illud et contremiscunt, eoque vel leviter audito tanquam fumus deficiunt. Veneficorum opera dæmonum sunt illusiones; quæ vero nobis accidisse nosti, Christus est operatus; quid igitur ipsi et dæmonibus? quid nobis Christianis et magis commune est? Quomodo non rebelles Deo ac prorsus fatui æstimandi sunt, qui his impudenter ascribunt virtutem in nobis ostensam?

24. Quod si magna tibi illa ideoque incredibilia videntur; et in tua persistens incredulitate, perseveras etiam in voluntate torquendi cruciandique me, majora etiam videbis. Quid enim impossibile ei, qui quæ non sunt, vocat sicut ea quæ sunt? Quid timeamus nos ei servientes? An vulnera? an mortem? Abunde ea sanat, et ab inferno reducens vitam donat æternam. Quæ autem mors attinget nos, ipso non permittente? aut quocunque eorum, quos tu sæpe adhibes, modorum inferetur? Nunquid non sustinuimus ungulas, lapides, rotas, gladios, ignes? mortifera quidem omnia, sed per Christum retudimus ipsa et vicimus; itaque per omnia ostensa est salva religio et firma spes nostra. Sed quid ego hæc tibi, auditu gravia? Admove aurum igni, et rursus aurum videbis educi; applica nos iterum iterumque torturis, et videbis quantum Christianorum opera superent virtutem magorum dæmonumque.

25. Hæc quidem Georgius: Diocletianus vero, quoniam, secundum quod scriptum est, veritas non erat in eo, et nolebat intelligere, vim autem verborum non magis sustinebat, quam debilis oculus solarium radiorum incursum, multo magis corde exæstuans, assurgebat in iracundiam. Et primum quidem, ut non videretur tormenta innocenti inferre, petulantis linguæ peccatum esse dixit, quod ipso jubente nollet veritatem adulando obumbrare. Deinde os contunditur Martyr, postea suspenditur, ad principia toleratorum hactenus tormentorum reductus: tum flagellatur et nervis cæditur. Fluebant per terram rivi sanguinis, et carnes cum ipsis miscebantur: gratiosissimum autem in his omnibus erat, quod pateretur Georgius, doleret autem Diocletianus, cum videns absque dolore manere. Jucundus lætusque et sereno vultu erat Georgius, ea quæ maximis beneficiis affecti solent cum gratiarum actione ad Deum loquens atque ostendens: Diocletianus vero amaro erat mœrentique animo, veluti si ab illo in ipsum transirent verba, et furor eum recentior circumdederat, cum carnifices, velut inter se commissi, invicem se viderentur devorare, ipse vero, alienas carnes palam conficiens, seipsum sentiret dirissima perpeti. Ergo consilii inops ac desperabundus, id quod canibus usuvenit patiebatur, atque ad proprium redibat vomitum; rursum veneficium nominans quod fiebat, non animi generositatem, non fortitudinem, non divinæ opus virtutis, iterumque maleficas magorum artes in crimen adducens.

A εἰσὶν ἀπάται. Ὅσα δὲ περὶ ἡμᾶς ἔγνως συμβάντα Χριστὸς εἰργάσατο· τί τοίνυν αὐτῷ καὶ δαίμοσιν ἡ γόησι καὶ ἡμῖν; Πῶς οὐ θεομαχούντων ἀτεχνῶς ἐστι καὶ παραπαιόντων ἀνθρώπων ἐκείνοις ἀναισχύντως ἐπιφημίζειν τὴν καταργοῦσαν αὐτοὺς δύναμιν;

κδ'. Εἰ δ' ὅτι σοι μεγάλα ταῦτα, διὰ τοῦτό που καὶ δυσπαράδεκτα, εἴπερ ἐμμένεις ἔτι τῇ ἀπιστίᾳ, εἰ τῇ τοῦ κολάζειν γνώμῃ προσανέχεις καὶ τιμωρεῖν, καὶ μείζω τούτων ὄψει. Τί γὰρ ἀδύνατον τῷ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα καλοῦντι; Τί δὲ καὶ ἡμεῖς δειλιάσωμεν αὐτῷ δουλεύοντες; Τραύματα; θάνατον; Ἀλλ' ἰᾶται πολλῇ τῇ περιουσίᾳ, ἀλλ' ἀνάγει ἐξ B ᾅδου, καὶ ζωὴν αἰώνιον δίδωσιν. Εἶτα καὶ ποῖος ἡμῶν ἅψεται θάνατος, μὴ παραχωροῦντος ἐκείνου; καὶ διὰ τίνος γινόμενος, ὧν σὺ προσφέρεις πολλάκις; Οὐ ξεσμοὺς ὑπεμείναμεν; οὐ βάρη λίθων; οὐ τροχόν; οὐ ξίφη; οὐ πῦρ; καὶ γὰρ ταῦτα πάντα θάνατοι. Ἀλλὰ διὰ Χριστὸν καὶ ἀπεκρουσάμεθα, καὶ νενικήκαμεν· οὕτω διὰ πάντων ἀπφαλὲς ἡμῶν τὸ σέβας, καὶ βεβαία ἡ ἐλπὶς ἀποδέδεικται. Ἀ λ' οὐκ ἀπόχρη σοι ταῦτα· βραχὺς ὁ λόγος. Προτάγαγε τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν, καὶ ἴδοις πά ιν χρυσόν· προσάγαγε καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἡμᾶς ταῖς βασάνοις, καὶ ἴδοις πάλιν τὰ Χριστιανῶν ὁπόσον γοητειῶν καὶ δαιμονίων ἔργων διῴκισται.

κε'. Ταῦτα ὁ μὲν εἰρηκεν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ κατὰ τὸ C γεγραμμένον ἀλήθεια οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ καὶ ἐπίγνωσιν ἀπώσατο, οὔτε τὴν ἰσχὺν τῶν λόγων ὑφίσταται, οὐδὲ ὀφθαλμὸς ἀσθενὴς ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολήν· καὶ πολὺ πλέον ἐκκαεὶς τὴν καρδίαν, διανίσταται πρὸς ὀργάς. Καὶ πρῶτα μὲν ὡς ἂν μὴ τὰς κολάσεις ἀναιτίως ὑπομένειν δοκοίη, θρασυστομίας ἔγκλημα ἦν αὐτῷ, οὕτω τὸ μὴ θωπευτικῶς τὴν ἀλήθειαν συσκιάζειν καλοῦντος αὐτοῦ· εἶτα ἐτύπτετο κατὰ τοῦ στόματος· εἶτα ἀνηρτᾶτο, ἐπὶ τὰ προοίμια τῶν κολάσεων ἀνελήλυθώς· εἶτα ἠκίζετο καὶ βουνεύρου. ἐξαίνετο. Ἐῤῥέον δὲ αἵματα κατὰ γῆς, καὶ σάρκες σὺν τούτοις ἐφέροντο, καὶ τὸ δὴ χαριέστατον, ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις ὁ μὲν ἔπασχεν, ὁ δὲ ἐδυσφόρει, ἀνάλγητον ἐκεῖνον κατανοῶν· ὁ μὲν σεμνὸς ἦν, φαιδρὸς καὶ ἡδὺς, τὰ τῶν εὐχαρίστων ὡς ἐπὶ μεD γίσταις εὐεργεσίαις πρὸς Θεὸν καὶ λέγων καὶ δεικνύμενος· ὁ δὲ σκυθρωπὸς καὶ κατάδυνος, ὥσπερ ἐκεῖθεν εἰς αὐτὸν τῶν τραυμάτων διαβαινόντων, καὶ τὸ τῶν μαινομένων πάθος αὐτῷ καινότερον περιίστατο. Οἱ μὲν γὰρ ἑαυτῶν ἁπτόμενοι ἑτέρους κατεσθίειν νομίζουσιν· ὁ δὲ σαφῶς ἀλλοτρίας κατεργαζόμενος σάρκας ἑαυτοῦ δεινὰ πάσχοντος ᾐθάνετο· ὥστε καὶ ἀμηχανῶν ἐκ τούτου καὶ ἐξαπορούμενος τὸ τῶν κυνῶν ἔπασχεν, ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἀνέστρεφε, καὶ γοητείαν πάλιν ὠνόμαζε τὸ πρᾶγμα, οὔκουν ψυχῆς γενναιότητα, οὐδὲ καρτερίαν, οὐδὲ θείας ἔργον δυνάμεως· καὶ πάλιν εἰς μαγικὴν κακοτεχνίαν διέβαλλε.

Digitized by Google

## CAPUT IV.

*Veneficia separata, mortui suscitati.*

κς'. Καὶ οὐκ ἂν ἐπαύσατο ταῦτα κεκραγώς τε καὶ διατεινόμενος, εἰ μὴ μετακληθεὶς ἄνθρωπος μαγικὴν εἰς ἄκρον ἐξησκημένος, λῆρον ταῦτα βοῶντα καὶ συκοφάντην ἀπήλεγχεν, οὐκ ἐπὶ τούτῳ κληθεὶς οὐδὲ παραγενόμενος· ἀλλ' ἐπειδή τὸ τοῦ Βαλαὰμ τρόπον τινὰ κἀνταῦθα συνέβαινε, μετεπέμφθη δὲ ἄρα τῷ τῶν Μωαβιτῶν βασιλεῖ καταρασόμενος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· καὶ σπεύδων ἦν ἐπὶ τούτῳ, ἀλλ' ἄν τις ἀντικρούουσα δύναμις, ἀντὶ καταρωμένου εὐλογοῦντα ἐδείκνυεν. Ὡς δὲ καὶ γόης ἦκων μάγος ἐλέγξων Γεώργιον, καὶ καθαιρήσων δῆθεν τὰς μαγγανείας, παντοίαν τε φέρων ἐπὶ τῷδε σπουδὴν, ὅμως τοὐναντίον ἐποίει, ἄνθρωπον αὐτὸν ἀπεδείκνυ θείᾳ σαφῶς χειρὶ κυβερνώμενον, παρὰ τοσοῦτον οὐ δίκαιον γοητείας ἔγκλημα φέρεσθαι, παρ' ὅσον καὶ τῶν τῷ σκότει προσόντων αἰτιαμάτων οὐκ ἂν δικαίως κληρονομοίη τὸ φῶς· ἐδείκνυ δὲ, οὐ λόγοις ἄντικρυς ταῦτα βοῶν (εἰ καὶ τοῦτο τῷ μετὰ ταῦτα συνέβαινεν), ἔργοις δὲ, ὃ καὶ τῶν λόγων πολὺ ἰσχυρότερον.

ut e dictis conjicere licet, est medium universi, siquidem et medium terræ mari attributum est. Et ex ratione consequi videtur terram non esse centrum, sed mare. Nam profecto pulchritudo et gratia quam in ipsa sua positura exhibet, ipsa est instar circuli, siquis illud universum consideret, omnesque figuras ostendit in suo ad terram accessu et cum ea commixtione. Sinus enim varias formæ quas volvendo aperit, rursusque insulas ex medio sui parvas et magnas quas producit, et freta inter angustias longissime transeuntia quæ efficit, quænam oratio, ut par est, dicere sufficiat? Atque hæc quidem ex circumscriptione et positura et quasi ipso sensu deprehendere licet. Ratiocinatione autem quis confirmare poterit adeo pulchram esse aquæ naturam, ut reliquis rebus quæ pulchritudinis participes sunt, principium esse, certo cognoscatur. Non enim verosimile est ea quæ quoad exsistentiam posteriora sunt, talis alicujus rei participare, de qua prima, per quæ ipsa posteriora consistunt, non participant. Fluvii enim omnes et fontes, porro et lacus et aquarum fluxus et lympharum latices, et quæcunque cursu suo terram subeunt, omnia ex mari sunt et rursus in mare refluunt; et illud quidem tanquam ex matre, hoc autem tanquam in commune quoddam omnis humidi receptaculum. Adeo ut hoc sit signum non obscurum, mare esse unicum omnis aquæ principium; eo enim omnem reverti aquam et tanquam in pristinum locum redire videmus, et illinc primam suæ essentiæ causam suscepisse credimus. Nam ita et quæcunque ex terra sunt in terram resolvuntur, et terram illis primam matrem esse manifestum est. Mare autem, cum omnes in illud confluunt aquæ easque omnes excipit, propter ingentem magnitudinem nec majus conspicitur nec minus apparet quam ante erat: nihilo enim plus quam dedit recipit a terra; et denuo tantum reddit, quantum in se receperat; et inter ea simul non augetur, dum a terra quadam ipsi conferuntur; quoniam nec imperfectum factum est neque additamenti ab alio quodam principio indiget; quoniam revera consummatum et perfectum nec ullius magis indigum est. Præter dicta vero et imbres et ros et nix et nubes insuper quæ illa generant et quæcunque primo in sublimi consistunt loco et deinde illinc in terram descendunt, insuper sane ventorum qualitates et omnis generis flatus ex aqua principium obtinent. Plantarum quoque propagines et germinationes et incrementa florumque productiones et fructuum proventus ex aqua velut ex materia proveniunt; non enim aliter fieret ut in terram inclinent. Mater enim omnis aquæ, addatur et omnis humidi, mare est. Satis clare enim patet quod et horum nulla alia sit causa quam pars illa, quæ est mare.

Οὐ δὴ μόνα ταῦτα τὴν ὑγρὰν ὡς μητέρα κατὰ τὸν εἰρημένον κέκτηται τρόπον, ἀλλὰ καὶ παντοῖα γένη τῶν ζώων, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἁπάντων ὃ μὴ τῇ τοῦ ὑγροῦ μετοχῇ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης μετάσχοι. Τούτου δ' ἐναργὲς γνώρισμα· ἐπειδήπερ συναποβάλλει καὶ τὸ ζῶα εἶναι, καὶ

Nec profecto hæc sola humidum tanquam matrem, eo quo dictum est modo, sortita sunt, sed et cujuscunque generis animalia; quia nullum datur ex omnibus quod non ob humidi participationem ejusdem originis et nominis particeps sit. Et hujus rei evidens est indicium, quod simul

Digitized by Google

coincidat ut et animalia et omnino animata sint, si humiditate carent. Sed præter cætera maris tanquam maxime proprium fœtum dico esse piscium et natatilium omnia genera; quod qua ratione etsi digne quis admiretur, intelligat? Nam quod ad alia attinet animalia præterquam quod de humido participent, est aliqua ratio cur et de aliis elementis participent: pisces autem pure ex aquis sunt, in iis primum generantur et crescunt et ad finem usque nutriuntur, ingenti quidem multitudine: adeo ut si eorum numerus animalia terrestria non excedat, minorem tamen esse nemo utique dixerit, et minime is qui satis peritus est. Ut plurimum insuper pisces hominum generi conducunt quibus et nutrimentum sunt et valde quidem congruum tum corporibus ipsis, tum iis quibus necesse est ab hisce se saturare. Quod sermone exprimere etsi minus liceat, sola experientia docet.

Nec sane tantum propter ea quæ dicta sunt apparet utilitas aquæ et maris, expedit enim utrumque affirmare (nec aliter sentio), minime horum tantum gratia mare admiratione dignum esse, sed et propterea quod nos ipsi illo usi simus cum vitæ nostræ utilitate. Prætermitto etiam dicere quomodo aqua animalibus reficiat corpora et dum eam bibunt et dum ea abluuntur; et quomodo panis illa miscetur et quomodo pene non sit cibus nisi cum aqua cogatur; et quod sales non aliunde habemus, nisi ex hac concretos, et insuper, quomodo illa quasi animetur cibus et suavitatis quam maxime particeps fiat et hominibus prorsus gratus sit, et præter dicta, quod sordes purget aqua et maculas eluat et inquinamenta removeat et fœtores; hæc enim manifestissime nota sunt. Et sane alia sunt ad quæ nobis aqua opus est; nam qua ratione aliquis brevi tempore enarret ea quibus universa vita humana non sufficeret, si vellemus sigillatim exponere quæcunque hominibus ex mari accedunt? Sed, uti par est, accipere debemus et tanquam obscuram quamdam adumbrationem existimare sermonem illum qui de his instituitur. Et quoniam multa sunt quæ ad humanam vitam conducunt, nec omnis terræ pars omnia ferat, neque omnis multitudo omnium utilium ibidem proveniat loci, sed illa quidem Asia habeat, hæc autem Europa, alia vero Africa et alia terræ regio alia, nisi distantes continentes conjungeret mare et homines qui undiquaque sunt, per illud commercium haberent cum aliis qui ubicunque terrarum sunt, licet paucis necessariis satis abundaret aliqua natio, deficerent tamen plurima: nunc autem per mare alii aliis quæ necesse habent, suppeditant; et admiranda quædam communio hominibus et ubertas victus est; quoniam ea quæ vitam nostram sustentant undiquaque per hoc elementum apportantur; et existimare oportet mare non divisas nec a se invicem distantes facere continentes; nam non accedo illis ex veteribus qui hoc

A ὅλως ἐμψυχα τὴν ὑγρότητα ἀποβαλόντα. Ἀλλὰ μὴν τήν γε παρὰ τἆλλα θαλάσσῃ οἰκειοτάτην φορὰν, τὰ τῶν ἰχθύων λέγω καὶ νηκτῶν πάντα γένη, πῶς ἄν τις κἂν ἀξίως θαυμάσοι περινοῶν; Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα τῶν ζώων, πρὸς τῷ τοῦ ὑγροῦ μετέχειν, ἔστιν οὗ καὶ τῶν ἄλλων πρώτων σωμάτων μετέχει· ἰχθύες δὲ καθαρῶς ἐκ θαλάσσης, ἐν αὐτῇ τὴν ἀρχὴν καὶ γεννώμενοι καὶ αὐξόμενοι, καὶ διὰ τέλους τρεφόμενοι, πολλοὶ μὲν τὸ πλῆθος· ὡς εἰ καὶ τὰ χερσαῖα μὴ ὑπερβάλλει τὸ κατ' αὐτούς, ἐλαττοῦσθαι πλὴν οὐδεὶς ἐρεῖ, οὐκοῦν ὅ γ' ἐπιεικῶς ἐπιστάμενος. πλεῖστα δὲ καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμοι γένει, οἷς τε τροφὴ γίγνεται, καὶ μάλα κατάδηλος τοῖς σώμασιν ἐντεῦθεν αὐτοῖς, καὶ οἷς αὖ τὴν ἄλλην
B χρείαν ἔστιν ἐκ τούτων ἀποπληροῦν, ἣν λόγῳ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν οἷόν τ' εἴη, πεῖρα δὲ μόνον διδάσκαλος.

Οὐ δὴ μόνον τῶν εἰρημένων χάριν τὸ τοῦ ὕδατος χρῆμα ἢ τὸ τῆς θαλάσσης, ἔξεστι γὰρ ἀκούειν ἑκάτερον, οὐ διαφέρομαι, οὐχὶ τούτων ἕνεκα μόνον θαύματος ἄξιον, ἀλλὰ καὶ ὧν ἡμεῖς κεχρήμεθα αὐτῷ συμφερόντως τῷ βίῳ. Καὶ ἀφίημι λέγειν ὡς ἀνακτᾶται τὸ ὕδωρ τοῖς ζώοις τὰ σώματα, τοῦτο μὲν πίνουσι, τοῦτο δὲ καὶ λουομένοις· καὶ ὡς ἄρτος φύεται ὕδατι, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν οὐδὲν σχεδὸν εἰς βρῶσιν, ὅ τι μὴ μεθ' ὕδατος χρηματίσαι, καὶ ὅτι τοὺς ἅλας οὐκ ἄλλοθεν ἔχομεν ἢ ἐκ τούτου
C συνισταμένους, μεθ' ὧν οἷον ἐμψυχοῦται τροφὴ, καὶ ἡδονῆς ὡς πλεῖστον μετέχει, καὶ ἀνθρώποις καθάπαξ ἐστὶν αἱρετὴ, καὶ πρός γε τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ ῥύπους καθαίρει τὸ ὕδωρ καὶ κηλῖδας ἐκπλύνει, καὶ μολυσμῶν ἀπαλλάττει καὶ δυσωδίας· γνώριμα γὰρ ταῦτα περιφανῶς· τὰ δέ γε μὴν ἕτερα εἰς ὅσα ἡμῖν ἀναγκαίως ἔχον ἐστὶ τόδε, πῶς ἄν τις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διέλθοι; Οὐ γὰρ ἂν βίος ὅλος ἀνθρώπινος ἀποχρήσοι, βουλομένοις καθέκαστον διελθεῖν, ὅσα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ θαλάττης προσγίνεται. Πλὴν ἅψασθαι χρὴ μετρίως καὶ ὅσον ἀμυδράν τινα σκιαγραφίαν τὸν περὶ τούτων οἴεσθαι
D λόγον. Πολλῶν τοίνυν ὄντων ἃ γε εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον τελεῖ, οὐχ ἅπαντος δὲ μέρους γῆς τὰ πάντα φέροντος, οὐδ' ἀθρόον τῶν χρησίμων ἁπάντων ἐν ταυτῷ ἀναδιδομένων, ἀλλὰ τὰ μὲν Ἀσίας ἐχούσης, τὰ δὲ Εὐρώπης, ἕτερα δὲ Λιβύης, καὶ ἄλλα ἑτέρου κλίματος γῆς, ἂν μὴ συνάπτουσα ἦν τὰς διεστώσας ἠπείρους θάλασσα, καὶ ἄνθρωποι διὰ ταύτης ἐπεμίσγοντο οἱ ἀπανταχόθεν τοῖς ὁποιδήποτε γῆς, κἂν ὀλίγων μὲν τῶν ἐπιτηδείων εὐπόρει τὸ γένος, ἀπελείπετο δὲ τῶν πλείστων· νυνὶ δὲ διὰ θαλάττης ἀλλήλοις τὰ πρὸς ἀλλήλων διδόασι καὶ θαυμασία τις κοινωνία τοῖς ἀνθρώποις ἐντεῦθεν, καὶ ἀφθονία βίου, ἐπεὶ καὶ τὰ συνεκτικὰ τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἀπανταχοῦ διὰ τοῦδε τοῦ στοιχείου κομίζεται, καί γε μὴ διαιρεῖν, μηδὲ ἀποδιιστᾶν ἀλλήλων τὰς ἠπείρους νομίζειν προσήκει τὴν θάλασσαν· οὐ γάρ τοι συντίθεμαι οἷς τῶν πάλαι ταῦθ' οὕτως ἐδόκει, τοὐναντίον μὲν οὖν συνάπτειν καὶ

Digitized by Google

εἰς ἄκραν ἕνωσιν ἰέναι ταύτας ποιεῖν, οὐ μόνον ὅτι τὴν μέσην εἰληφυῖα χώραν δεσμὸς τῶν ἄκρων ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλαις τὰ τμήματα τῇ διαδόσει καὶ ἐπαλλάττειν ποιεῖ. Ἴδοις γὰρ ἂν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐπιφοιτῶντα Κελτὸν καὶ Γαλάτην, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων αὖθις Ἰνδοὺς τὴν θάλατταν διαπεραιουμένους· οὐ γὰρ ἄλλως οἷόν τε· καὶ Λίβυες αὖ διατρίβουσιν ἐν Εὐρώπῃ χρησάμενοι τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἀσία τοὺς ἐξ ἑκατέρας γῆς δέχεται, τῆς αὐτῆς ταύτης παραπεμψάσης· διὸ καὶ οὐκ ἔστι μὴ καὶ τῶν ἄλλων νομίζειν εἶναι φορὰν τὴν τῆς ἑτέρας τῶν ἠπείρων φοράν· οὐδὲ κατὰ τῆς Σκυθῶν γῆς Ἀραβία κομπάζει· οὐδ' ἡ τῶν Αἰθιόπων κατὰ τῆς Ἑλλάδος, οὐδ' αὖ ἑτέρα τις καθ' ἑτέρας· ἐπεὶ τά γε δοκοῦντα ἑκάστης ἴδια κοινὰ ταῖς ἁπάσαις διὰ τὴν θάλασσαν γέγονε. Καὶ τό γε τὰ αὐτὰ εὑρίσκειν ἄφθονα πανταχοῦ τῆς γεννησάσης ἰδίως τάξίωμα καταβάλλει.

A opinabantur; sed e contra judico, mare continentes conjungere et facere ut in summam unionem illæ conveniant; non tantum quod medium mare locum adeptum extremarum partium vinculum sit, sed quod insuper portiones terræ sibi invicem distributione communicare et inter se permutare faciat. Videre enim licet in Indicam adventare regionem Gallum et Galatam et in horum rursus regionem trajicientes mare Indos; nec alia ratione fieri potest. Et Afri etiam in Europa versantur usi mari. Et Asia ex longinqua terra incolas recipit, ipso mari trajecto. Et ideirco non est existimandum aliarum terræ regionum alium esse proventum quam continentium. Neque adversus Scytharum regionem Arabia gloriatur; neque ea quæ B est Æthiopum adversus Græciam, neque porro alia quæpiam adversus aliam; quoniam ea, quæ cujusque propria esse videntur, ob mare omnibus eadem ubique copiose reperire licet, minuit

communia facta sunt. Et hoc quidem quod pretium illius proventus qui in propria regione natus est.

Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, κέρδη τοῖς ἀνθρώποις ἐκ θαλάττης μυρία, χρημάτων τε ἀπειρία καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἀφθονία, δι' ὧν αὐτός τις ἑαυτοῦ ἥδεται περιφανέστερος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οὐ πολλοῦ τινος λόγου τοῖς γε φιλοσοφωτέροις, καὶ τὴν διάνοιαν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Τό γε μὴν κράτιστον κερδῶν ἁπάντων καὶ πᾶσιν ἐπίσης θαυμαζόμενον ἡ τῶν μακρὰν ὄντων κατάληψις ἐντεῦθεν προσγιγνομένη, καὶ πραγμάτων ἀκρίβεια καὶ ἐπιστήμη καὶ ἐμπειρία. Ἅπαντα συλλέγομεν κατὰ μικρὸν, πολλοῖς μὲν ἔθνεσι, πολλοῖς δὲ ἤθεσιν ὁμιλοῦντες καὶ καινότερα ἀεὶ μανθάνοντες ἐκ τοῦ καινοτέροις ἐντυγχάνειν ἀεὶ καὶ ἀνδράσι καὶ πόλεσι καὶ νομίμοις καὶ πᾶσι πράγμασιν, ἐξ ὧν ὡς ἐμπειρικώτατοι τῶν ἄλλων καὶ φρονιμώτατοι, εἴπερ καὶ ἐμπειρικώτατοι οἱ τῇ θαλάσσῃ κεχρημένοι γινώσκονται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καρτερικοὺς ἴδοις ἂν καὶ ἀνδρίας ὡς πλεῖστον ἥκοντας τοὺς αὐτοὺς τούτους· ὅτι μηδ' ἔσθ' ὁ γε παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς τοῖς κινδύνοις παραμένειν διδάξει καὶ ἀναπείσει ὡς εὐψύχως φέρειν τὰ ἐπιόντα. Ἐμοὶ μὲν γὰρ εἰς ἔκπληξιν θάλασσα καὶ πόρρωθεν ἱσταμένῳ καὶ ἀπὸ τῆς θίας ἔχει, καὶ τῶν ἤχων τὸ φρικῶδες καὶ φοβερόν· τὸ δέ γε καὶ τολμᾶν ἐπιβαίνειν καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς κλύδωνα καὶ ζάλην καὶ τρικυμίαν καὶ πάσας μεταβολὰς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος, τοῦτ' ἤδη μέτρον ἅπαν ἀνδρείας ὑπερβάλλει καὶ καρτερίας.

C

D

Præter dicta vero, innumera hominibus lucra ex mari. Res enim innumeræ aliorumque bonorum ubertas exinde est; ob quæ quis seipso præcellentior videtur. Sed hæc fortasse non magis alicujus momenti videbuntur iis qui in sapientiæ studio magis versati sunt et qui intellectu vulgo præcellunt. At hoc sane omnibus lucris præstantius et atque ac cætera omnia admiratione dignum, quod earum quæ procul sunt rerum cognitio exinde adveniat et actionum ac causarum agendarum accurata exploratio et scientia et experientia, quæ omnia colligimus brevi, cum multis gentibus et multis moribus conversantes, et meliora semper addiscentes eo, quod in novos et alios semper incidamus et homines et urbes et leges et res omnes. Unde tanquam magis experti et prudentiores aliis evadimus, siquidem experientia maxime præstare deprehenduntur illi qui mari uti solent. Nec profecto id tantum, sed et robustos et fortitudine præpollentes eosdem videre soles; quoniam nihil est quod præter mare sufficienter in periculis perseverare doceat, et persuadeat animose ferre quæcunque incidunt. Nam mihi equidem, etiamsi e longinquo constitutus sim, vel solo aspectu terrorem incutit mare, et frementes illi sonitus et tremendi. Quod vero et quis audeat ingredi et navigare per æstum et turbinem et decumanos fluctus et omnes vicissitudines aeris et aquæ, hoc sane omnem strenuitatis et tolerantiæ mensuram excedit.

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐκ μικρῶν τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στοιχείου γνωρίσαι· παρεῖται δὲ τὰ μείζω καὶ τελειότερα περὶ τοῦδε λέγειν ἡμῖν, ἀπορίαν ἑαυτοῖς συνειδόσιν ὥστε περὶ τοῦ κρατίστου τῶν ὄντων ὑψηλοτέρων ἅπτεσθαι λόγων. Καὶ γὰρ ἀρχή τις τὸ ὕδωρ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας νομίζεται καὶ συνεκτικὸν τῶν λεγομένων παρὰ τοῦτο στοιχείων· ἐπειδὴ καὶ πᾶσιν ἐκείνοις εἰς τὸ εἶναι συμβάλλει. Τῷ τε γὰρ ἀέρι μεταδίδωσι τῆς ὑγρότητος, καὶ οὐκ ἔλαττον

Atque ita tanquam e parvis eminentiam hujus elementi cognoscere licet. Adferunt autem majora et magis eximia quæ de illo dicenda sunt hæsitationem nobis ipsis, utpote consciis nos de præstantissima rerum sublimium sermonem ordiri. Nam aqua etiam tanquam principium quoddam humidæ naturæ esse censetur, et continere ac in statu suo conservare ea quæ præter ipsum sunt elementa; quoniam et omnibus illis, ut subsistant, confert;

Digitized by Google

nam aeri dat de sua humiditate; nec aliunde talis aer nisi ex communione aquæ, igni autem alimentum est humidum et hoc manente manet et ipse; et hoc dum consumitur, ipse simul consumitur, et ubi plane defecerit, ipse deficit. Dantur etiam qui stellis ex aqua alimentum suppeditant; cujus causa et ignis et stellarum subsistentia quodammodo ex aqua est; unde enim aliquid nutritur, inde et in subsistendo permanentiam habere creditur. Terra autem et reliqua quæ ex ea facta sunt, manifesto ex aqua; non enim aliter quam hujus communione frigida est. Etenim si rursus abstuleris a terra omnem humiditatem, videbis ipsam infirmam et non subsistentem, aliaque sustinere non posse, sed quibusvis ponderibus usque et usque cedere. In promptu autem est et illud arenam contuenti cognoscere; quæ utique terra est, si ablata sit quæ eam cogit et continet humiditas. Et quidem illos, qui aquam unicum et solitarium omnium rerum principium esse dixerunt, non puto ob aliud quid quam hæc inductos fuisse ut hoc dicerent, non sine ratione hac opinione de aqua suscepta. Propterea nihil est, cur quis majoris momenti res velit minoris paria æstimare et prima in iis quæ posteriora sunt; reliquis enim elementis, quæ et ipsa prima rerum aiunt esse, tantum præcellit aqua, ut de illis quæ sua sunt, aliis communicet, ipsa vero nullatenus illis indigeat. Nam terræ equidem (ut iisdem rationibus denuo utar) de frigiditate communicat, sed nihil ab illa recipit: aeri autem de humiditate, ipsa autem eorum quæ aeris sunt non est indiga: igni vero aliquatenus in nutrimentum est. Cum autem oportet ut quasi ad pugnam veniant aqua et ignis, omnino necesse est, ut aut aqua robore inferior sit et cedat, aut aqua illius potentia tentata plane exstinguatur et nulla ratione inter res exsistentes supersit. Mare itaque tale est, ubique in omnibus imperium obtinens multa cum utilitate. Nobis autem non est facultas de illo pro dignitate dicendi neque etiam illud, ut par est, admirandi. Oportet itaque magnitudinem hujus negotii percipientem, silentium magis quam verba amplecti, ne admirationis magnitudinem orationis debilitas evertat.

A τοιοῦτος ἀὴρ ἢ τῇ μετουσίᾳ τοῦ ὕδατος. Πυρὶ δὲ τροφὴ γίγνεται τὸ ὑγρὸν, καὶ μένοντος τούτου, μένει κἀκεῖνο, καὶ δαπανωμένου συνδαπανᾶται, καὶ τελέως ἐκλελοιπότος ἀπομαραίνεται. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τοῖς ἄστρασι τροφὴν ἐκ τοῦ ὕδατος παρεσκεύασαν, οὗ γε χάριν καὶ πυρὸς καὶ ἀστέρων ἡ σύστασις ἐκ τοῦ ὕδατος τρόπον τινά. Ὁπόθεν καὶ γὰρ ἕκαστον τρέφεται, ἐκεῖθεν καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι διαμονὴν ἔχειν πιστεύεται. Γῆς δὲ καὶ αὐτῆς ἕτερον τῶν ποιοτήτων περιφανῶς ἐκ τοῦ ὕδατος· οὐ γὰρ ἑτέρως γε ἢ τῇ μετουσίᾳ τοῦδε αὐτὴ ψυχρὰ, κἂν αὖθις ἀφέλῃς τῆς γῆς τὴν πᾶσαν ὑγρότητα, ἀσθενῆ τε ἴσως καὶ ἀνυπόστατον, τά τε ἄλλα μὴ στέγουσα καὶ παντοίοις βάρεσιν ὑποχωροῦσαν ἀεί. Πάρεστι τοῦτο καὶ τὴν ψάμμον ὁρῶντα κατανοεῖν, ἥτις γῆ μέν ἐστι, πλὴν ἀφῃρημένη τῆς εἰς ταυτὸν συναγούσης καὶ συνεχούσης ὑγρότητος. Καί γε τοὺς μίαν ἀρχὴν καὶ μόνην τῶν ὄντων εἰρηκότας εἶναι τὸ ὕδωρ οὐκ οἶμαι δι' ἄλλο ἢ ταῦτα προαχθέντας εἰπεῖν οὐκ ἔξω λόγου ταυτηνὶ τὴν δόξαν περὶ τοῦ ὕδατος εἰληφότας. Διὸ οὐδ' ἔστιν ὅτῳ τις τὸ στοιχεῖον τοῦτο παραβαλεῖ, εἰ μὴ βούλεται τοῖς ἐλάττοσιν ἀντεξετάζειν τὰ μείζω, καὶ τὰ πρῶτα τοῖς μετὰ ταῦτα. Στοιχείων μὲν γὰρ τῶν ἄλλων, ἃ γε καὶ αὐτὰ πρῶτα τῶν ὄντων φασὶν εἶναι, τοσοῦτον ὑπεραίρει τὸ ὕδωρ, ὡς τῶν ἑαυτοῦ μεταδιδόναι κἀκείνοις, αὐτὸ δὲ τῶν ἐκείνων δεῖσθαι μηδέποτε. Γῇ μὲν γὰρ, ἵνα καὶ αὖθις χρήσωμαι τοῖς αὐτοῖς, μεταδίδωσι τῆς ψυχρότητος, οὐδὲν δ' ἐκεῖθεν λαμ- C βάνει· ἀέρι δὲ τῆς ὑγρότητος καὶ τῶν παρὰ τοῦ ἀέρος ἐστὶν ἀνενδεής. Τῷ πυρὶ δὲ εἰς τροφὴν γίγνεταί πως· πλὴν δεῆσαν συνελθεῖν ὡς εἰς μάχην ὕδωρ καὶ πῦρ, ἀνάγκη πᾶσα ἢ τῷ ὕδατι, παραχωρῆσαι τοῦ κράτους καὶ ὑπεκστῆναι ἢ πειραθὲν τῆς ἐκείνου δυνάμεως, τελέως τε ἀποσβῆναι καὶ εἶναι μηδαμῶς ἐν τοῖς οὖσι. Καὶ θάλασσα μὲν οὖν τοιαύτη, ἁπανταχοῦ ἐν πᾶσι κρατοῦσα μετὰ πολλοῦ τοῦ χρησίμου, ἡμῖν δὲ περὶ αὐτῆς οὐχ ὅπως ἐρεῖν πρὸς ἀξίαν, ἀλλ' οὐδὲ προσηκόντως θαυμάσαι ἰσχύς. Δέον τοιγαροῦν τοῦ μεγέθους τοῦ πράγματος αἰσθομένους ἀντὶ τῶν λόγων ἀσπάσασθαι τὴν σιγὴν, ἵνα μὴ τὸ πολὺ τοῦ θαύματος τὸ ἀσθενὲς τῶν λόγων ὑφέληται.

Digitized by Google

# ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ

ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

# ΚΥΡΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ

*ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ.*

—

# PROVERBIA

COLLECTA PER SANCTISSIMUM PATRIARCHAM

# D. GREGORIUM CYPRIUM

*JUXTA ALPHABETUM* (*a*).

—

**Αὕτη ἡ μήρινθος οὐδὲν ἕσπασεν.** Ἀπὸ τῶν ἁλιευτῶν τῶν μηδὲν ἐλκυσάντων εἴρηται. A

**Ἀφροδίσιος ὅρκος.** Οὐκ ἐμποίνιμος.

**Ἀγορὰ Κερκώπων.** Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων. Κέρκωπες γάρ τινες ἀπατεῶνες ἐγίνοντο ἐν Ἐφέσῳ.

**Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.**

**Ἀγαθὰ Κιλίκων.** Ἐπὶ τῶν οὐ καλῶς πλουτούντων. Προδότης γὰρ Κίλιξ τις Μίλητον προδοὺς εὑπόρησεν.

**Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.**

**Ἀδώνιδος κῆποι.** Ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ἀώρων.

**Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χώρᾳ ἕπεσθαι.** Ὅτι προσήκει τι γὰρ ἐξομοιοῦν ἑαυτὸν τοῖς B ἤθεσι τῶν πόλεων καὶ τόπων ἐν οἷς ἂν γένοιτο. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν πολυπόδων.

**Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε.** Ἐπὶ τῶν ἀπαγορευόντων δώσειν ἔτι τὴν αἴτησιν εἰώθασι λαμβάνειν.

**Ἀδεὶς ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.** Ἐπὶ τῶν ἀφροντίστως καὶ φιλῃδόνως βιούντων.

**Ἄλα καὶ κύαμον.** Ἐπὶ τῶν μὴ εἰδότων καὶ

*Ipse funis prorsus attraxit nihil.* De piscatoribus successu destitutis usurpatum.

*Venereum juramentum.* Impune.

*Forum Cercopum.* De improbis et morum pravorum. Cercopes enim Ephesi fuere quidam impostores.

*Aquilæ senectus, corydi juventus* (1).

*Cilicon bona.* In eos qui unde minime oportebat, ditescunt. Proditor enim quidam, Cilicon nomine, Mileto abs se hostibus tradito, ad magnam opulentiam pervenit.

*Agrestem ne contemnas oratorem.*

*Adonidis horti.* De hortis parum durantibus et præmaturis (2).

*Interdum varius, regio ut quæque exigit, esto.* Quod locis, in quibus quis versatur, se adaptare debeat. Sumptum a polypodibus (3).

*Aliam quercum excute.* In illos qui indesinenter aliquid petunt, aut qui ab iisdem semper mutuantur (4).

*Canis tanquam Delum navigans.* De illis qui voluptatibus addicti et absque sollicitudine sunt.

*Salem et fabam.* De iis, qui se quidem scire rem

(1) Nempe quod aquila etiam vetula præstantior sit hac avicula, licet juvene. Dicitur autem aquila vitam amittere, quando rostri pars superior quæ adunca est, ad partem inferiorem cum tempore incurvatur.

(2) Propterea enim quod Adonis, ut est in fabulis, Veneris amore captus, ante pubertatem C perit, ideo viri mulieresque, orgia Veneris celebrantes, hortos in vasis seu receptaculis quibusdam plantabant. Qui cum radices non haberent, celeriterque emarcescerent, Adonidis horti illi appellabantur.

(3) Qui cuicunque petræ adhæserint, timore incitati, in ejus speciem se transformant.

(4) Veteres enim glandibus victitabant; illis ergo, qui quercus circumspiciebant, plenæne an inanes essent, *Aliam quercum excute*, dicebant.

(*a*) Primæ tantum litteræ ratione habita. — Ad pleniorem intelligentiam explicationes subjecimus ex Apostolio petitas. Edit.

Digitized by Google

aliquam simulant, quam tamen ignorant. Vates enim salem et fabam opponunt (1).

*Tollere atillam.* De iis qui rustice admodum tripudiant.

*Capra gladium præbens* (2).

*Sine lacrymis bellum et dormientis tropæum.* De iis qui facillime et præter spem negotia sua recte conficiunt (3).

*Monedulæ semper monedula assidet* (4), et, *Parem semper cum pari Deus conjungit.*

*Amaltheæ cornu.* Quod Jupiter nutrici suæ Amaltheæ, quæ ex capra ipsum nutrierat, ejusdem capræ cornu dederit, ex quo proveniebat ipsi quidquid petiisset.

*Aquilam volare doces.*

*Semper Jovis feliciter tali cadunt.* De iis qui digne honorantur.

*Certamen excusationem non admittit neque amicitia.*

*Aquila in nubibus.* De rebus captu difficilibus.

*Molita vita.* De iis quæ sine labore præsto sunt.

*Anagyrum moves.* De iis qui sibi ipsismet mala accersunt. Heros enim fuit quidam Anagyrus nomine, qui vicinos vexabat.

*Tales me semper persequantur hostes.* De iis qui contemnuntur et parvi fiunt.

*Aquila thripas videt.* De iis qui quospiam contemnunt.

*Non est salsugo in illo.* De homine insuavi.

*Vulpes non corrumpitur donis.* De iis qui muneribus facile non corrumpuntur.

*Semper Africa aliquid fert mali.* In eos qui semper aliquid novi mali comminiscuntur.

*Sursum versus fluminum feruntur fontes.* De iis quæ contrario dicuntur.

*Mœchus semper mœchum sapientem dicit.*

*Argenti fontes loquuntur.* De iis qui propter nimias opes in ostentatione et deliciis vivunt.

*Majorem vitato virum.* Est Ionicum.

*Arabius tibicen.* Drachma canit, sed quatuor compescitur.

προσποιουμένων. Οἱ γὰρ μάντεις ἅλα καὶ κύαμον τιθέασι.

*Αἴρειν μασχάλην.* Ἀντὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι. Εἴρηται ἀπὸ τῶν ἀγροικικῶς ὀρχουμένων.

*Αἶξ δοῦσα τὴν μάχαιραν.*

*Ἄδακρυς πόλεμος καὶ καθεύδοντος τρόπαιον.* Ἐπὶ τῶν ῥᾳ̃στα καὶ παρ' ἐλπίδα κατορθούντων.

*Ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιόν.* Καὶ, *Ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς πρὸς ὁμοῖον.*

*Ἀμαλθείας κέρας.* Ὅτι τῇ τροφῷ αὐτοῦ Ἀμαλθείᾳ ὁ Ζεὺς ἐξ αἰγὸς τρεφούσης αὐτὸν παρέσχε κέρας αἰγός· δι' οὗ ἐπέβλυζεν αὐτῇ πᾶν ὃ ἂν ᾐτήσατο.

*Ἀετὸν ἱπτᾶσθαι διδάσκεις.*

*Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.* Ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμωμένων.

*Ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἐπιδέχεται οὐδὲ φιλία.*

*Ἀετὸς ἐν νεφέλαις.* Ἐπὶ τῶν δυσαλώτων.

*Ἀληλεσμένος βίος.* Ἐπὶ τοῦ ἑτοίμου καὶ ἀπόνου.

*Ἀνάγυρον κινεῖς.* Ἐπὶ τῶν προξενούντων ἑαυτοῖς κακά. Ἀνάγυρος γάρ τις ἥρως ἐκάκου τοὺς γείτονας.

*Ἀεί με τοιοῦτοι πολέμοι διώκοιεν.* Ἐπὶ τῶν καταπεφρονημένων καὶ οὐδενὸς ἀξίων.

*Ἀετὸς θρίπας ὁρᾷ.* Ἐπὶ τῶν καταφρονούντων τινῶν.

*Ἅλμη οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.* Ἐπὶ τοῦ ἀηδοῦς.

*Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται.* Ἐπὶ τῶν οὐ ῥᾳδίως ἁλισκομένων.

*Ἀεί φέρει τι Λιβύη κακόν.* Ἐπὶ τῶν ἀεὶ ἐξευρισκόντων τι νέον κακόν.

*Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί.* Ἐπὶ τῶν ἐναντίων λεγομένων.

*Ἀεὶ ὁ πόρνος λέγει τὸν σώφρονα πόρνον.*

*Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν.* Ἐπὶ τῶν διὰ πλοῦτον ἐμφανιζομένων ἢ εὐημερούντων.

*Ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς ἄλευ'*, ἤτοι φυλάττου, Ἰωνικῶς.

*Ἀράβιος αὐλητής.* Ὃς ηὖλει μὲν δραχμῆς, ἐπαύετο δὲ τεττάρων.

(1) Unde factum, ut qui rerum secretarum quempiam participem reddebant, circa salem et fabam esse dicerentur.

(2) Fama est, Corinthiis Junoni Ascreæ, cui Medea statuam posuisse fertur, sacrificantibus, eos qui in vicinia habitabant, mercede conductos cultrum occultasse, modisque omnibus ut lateret annixos: quem tamen capra pedibus fodicando eruit.

(3) Oraculum enim Lacedæmoniis datum fuit, fore ut pugna sine lacrymis essent superiores: unde nec quisquam illorum tum temporis occubuit.

(4) De iis, qui cum sui similibus versantur. Veneti qui ad mare Adriaticum accolunt, cum jam tempus aratri et sementis faciendæ adesset, monedulis dona mittebant, placentas et liba: quibus quidem donis hoc agebatur, ut velut placamenta quædam essent et frugiparum pavis con-

venta, ne illæ Cereris fructum terræ commissum effoderent sublegerentque: quo facto illi quidem discedunt; cæterum monedularum nubes, duas aut tres juxta morem legatorum quivex urbibus mitti solent, hospitalium munerum copiam inspecturas, ex suis amandant. Quibus inspectis, redeunt, atque illas qua voce inter se uti atque invicem intelligere innatum est, accersunt. Venientes autem nubium instar, si quæ diximus gustaverint, intelligunt Veneti sibi cum volueribus illis confœderationem esse: sin illa contempserint, et tanquam vilia cum dedecore despexerint, minimeque gustaverint; credunt indigenæ, talem illarum despectum famem sibi pro mulcta allaturum. Quippe jejunæ monedulæ, quæque, ut ita loquar, muneribus illis sese corrumpi non permiserunt, ad arva convolantes, majoremque satorum partem acerbissime iracundeque effodientes [illegible] ut [illegible], depraedantur.

Digitized by Google

Ἄϊδος κυνῆ.

Ἄκρῳ ἅψασθαι δακτύλῳ.

Αἵματι κλαίειν. Καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τῶν σφόδρα δακρυόντων.

Αἱ Χάριτες γυμναί. Ὅτι δεῖ δωρεὰν εὐεργετεῖν.

Ἀκόνην σιτίζεις. Ἐπὶ τῶν τρεφομένων, καὶ οὐκ ἐπιδιδόντων.

Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὤραντο. Ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα τὰ ἀλλότρια κληρονομούντων.

Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. Ἐπὶ τῶν μὴ συμφωνούντων ἀλλήλοις.

Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾶν βουλομένων τοὺς ὁμοίους.

Ἄλλοισι μὲν γλῶσσα, ἄλλοισι δὲ γόμφιοι. Ἐπὶ τῶν λάλων καὶ φάγων.

Ἀνδρὸς γέροντος σταφὶς τὸ κρανίον. Ἐπὶ τῶν εἰς οὐδὲν χρησιμευόντων.

Ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλὰ δὲ Λεύκωνος ὄνος. Ἐπὶ τῶν ἐχόντων τοῖς λόγοις ἀσύμφωνα τὰ ἔργα.

Ἄλλην μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει. Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

Ἅμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας.

Ἀμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων.

Ἂν μὴ παρῇ κρέας, ταρίχῳ στερκτέον. Ὅτι δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι.

Ἄμμες ποτ' ἦμες. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.

Ἀνὴρ ὁ φεύγων οὐ μένει κτύπον λύρας. Ἐπὶ τῶν ταχέως ὀφειλούντων ἕκαστα πράττειν.

Ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ἐπρίατο. Ἐπὶ τῶν κακὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένων.

Ἄπληστος πίθος.

Ἀνέμους γεωργεῖν. Ἐπὶ τῶν πονούντων, καὶ μηδενὸς μεταλαγχανόντων.

Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

Ἀντὶ πέρκης σκορπίον. Ἐπὶ τῶν τὰ χείρω αἱρουμένων.

Ἀλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει. Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Ἄλλοι σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται.

Ἄρκτου παρούσης, ἴχνη ζητεῖς. Ἐπὶ τῶν προδήλων.

Ἀετὸν κάνθαρος μαιεύεται. Ἐπὶ τῶν ὑπό τινων εὐτελῶν πασχόντων· ὁ γὰρ κάνθαρος τὰ τοῦ ἀετοῦ ὠὰ ἀφανίζει κυλίων.

Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία.

A *Orci galea* (1).

*Summo digito attingere.*

*Sanguine flere.* Hyperbolice de iis qui multum lacrymantur.

*Nudæ Gratiæ.* Quod oporteat gratis benefacere.

*Novaculum saginas.* De iis qui multo alimento utuntur, nec inde proficiunt.

*Alii laborabant, alii autem fruebantur.* In illos qui præter spem aliorum bona consequuntur.

*Aliud noctua, aliud cornix sonat.* De iis qui inter se discordant.

*Cum vulpe vulpinari.* In eos qui sui similes fallere atque decipere elaborant.

*Aliis lingua, aliis vero molares.* In garrulos et voraces.

B *Viri senis infirmum est cranium.* In illos qui nul i plane rei utiles sunt.

*Fert aliud Leucon, aliud Leuconis asellus.* De iis quorum sermo a factis dissentit (2).

*Aliam exhausimus, alia rursum affluit.* De iis qui frustra laborant.

*Falces petebam, at hi ligones aenegant* (3).

*Simul atque miseret, gratia omnis occidit.* De ingratis.

*Si caro non adsit, salsamentum adhibendum.* Quod oportet nos iis quæ adsunt contentos esse.

*Nos olim fuimus.* Semper superior annus melior sequenti (4).

*Vir qui fugit, lyræ sonitum haud moratur.* In illos quibus celeriter quid faciendum incumbit.

C *Viro Lydo non erant negotia, sed ipse veniens sibi coemit.* De iis, qui sibimet ipsis mala accersunt (5).

*Dolium inexplebile* (6).

*Ventos colere.* De iis qui e suis laboribus nihil emolumenti capiunt.

*Necessitati nec dii repugnant.*

*Pro perca scorpium.* De iis qui deteriora eligunt.

*Piscator ictus sapiet.* Imprudens experimento sapit, veluti etiam piscator semel percussus, post vultus caute deinceps pisces tractat.

*Alii serunt, alii metent.*

*Ursa præsente vestigia quæris.* De rebus manifestis.

D *Aquilæ scarabæus obstetricatur.* In eos qui damnum et injuriam ab aliis accipiunt. Scarabæus enim aquilæ ova evertendo perdit.

*Maxillæ ad instar scipionis sunt seni* (7).

(1) De iis, qui se arte quadam tegunt et occultant. Tali enim Plutonis galea Perseus usus, Gorgoni caput amputavit.

(2) Leucon enim rusticus melle utres plenos in sportulis impositos Athenas ferebat; sed quo minora tributa aut vectigalia ab ipso exigerentur, hordei parum supermposuit. Verum cum forte asinus collapsus fuisset, publicani, auxilio esse volentes, mel illud esse deprehenderunt.

(3) In eos qui alia postulant ab illis qui alia se habere negant.

(4) Laconicum proverbium, pro eo ac si diceretur, ἡμεῖς. Tres enim diversi chori vel ordines eum apud eos in publicis solemnitatibus haberentur, primus, qui ex senibus maxime constabat, incipiens, illa dicebat. Deinde juniorum et virile robur jam consecutorum hæc erat cantilena : *At nos tales modo : quod si lubet, experire.* Adolescentiorum vero, neque adhuc adultorum, ista : *At nos præstantiores futuri aliquando sumus.*

(5) Crœsus enim sua sibi culpa Cyrum hostem attraxit.

(6) In ventri deditos, seu de impossibilibus : pertusum enim apud inferos dolium erat.

(7) De iis qui in senectute multum edaces sunt.

Digitized by Google

*Viro bene habenti amici adsunt.*

*Viro malis afflicto amici sunt procul.*

*Vulpes bovem incitat.* De statura et mole quidem exiguis, sed dolosis, qui magnos, sed amentes, expugnant.

*Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca.* De iis qui interdum faustos, interdum infaustos dies ducunt.

*Simul da, simul aceipe.* Quando cum eo cui fides habenda non est negotii aliquid transigimus.

*Carbones thesaurus.* De iis qui spei suæ successu falluntur.

*A tardigradis asinis equus prosiliit* (1).

*Omnia sapientibus facillima.* De iis qui prudentia res etiam difficiles superant.

*Argenteis hastis pugna, et omnium victor eris* (2).

*Omnis echinus asper est.*

*Utrem excorias.* In eos qui insipienter quid agunt.

*Tibicinis vitam vivis.* In eos qui de alieno vivunt.

*Lues, porcelle, acinos vinaceos.* Nempe quæ edisti reddes.

*Supremam pravi jactus pervenit ad Atyn.* De iis qui factis suis digna perpetiuntur.

*Athos obumbrat Lemniæ latus bovis* (3).

*A remo ad suggestum.* In eos qui res magnas subito aggrediuntur.

*Teipsum non alens, canes alis.* In eos qui, cum ipsi versentur in paupertate, aliis se alimenta præbituros gloriantur.

*Salis medimnum devorans.* In ingratos.

*Currus bovem trahit.* In præpostere quid agentes.

*Plaustralia verba.* Hoc est, ingentes jactantiæ.

*Homo euripus: anima euripus: mens euripus; ratio euripus.* In homines lubricæ fidei.

*Periit sus, et talentum, et maxilla* (4).

*Convivæ amicis non vocati amici eunt.* Simile huic: *Sponte bonis mos est convivia adire bonorum* (5).

*Apertæ Musarum fores* (6).

*Magistratus virum demonstrat* (7).

*Sal abiit illuc unde dimanaverat.* De rebus male acquisitis et amissis. Mercatore enim salem in navi vehente fluctus supervenientes salem in mari merserunt.

A

B

C

D

Ἀνδρὸς καλῶς πράσσοντος ἔγγιστα φίλοι.

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει. Ἐπὶ τῶν δολερῶν καὶ μικρῶν, ὁρῶ δὲ μεγάλους καταγωνιζομένων ἄφρονας.

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. Ἐπὶ τῶν ποτὲ μὲν εὐημερούντων, ἄλλοτε δὲ δυσημερούντων.

Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε. Ὅταν πρὸς ἄπιστον συναλλάσσωμεν.

Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς γέγονεν. Ἐπὶ τῶν ἐφ' οἷς ἤλπισαν διαψευσθέντων.

Ἀπὸ τῶν βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος ὤρνυσεν.

Ἅπαντα τοῖς σοφοῖς εὔκολα. Ἐπὶ τῶν διὰ φρόνησιν πάντων περιγενομένων.

Ἀργυραῖς λόγχαις μάχου, καὶ πάντων κρατήσεις.

Ἅπας ἐχῖνος τραχύς.

Ἀσκὸν δέρεις. Ἐπὶ τῶν ἀνοήτως τι ποιούντων.

Αὐλητοῦ βίον ζῇς. Ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοτρίων βιούντων.

Ἀποτίσεις, χοῖρε, γίγαρτα. Ἤτοι, ἃ ἔφαγες ἀποδώσεις.

Ἀπήντησε κακοῦ βουλὴ πρὸς ὑπερτάτην Ἄτην. Ἐπὶ τῶν πασχόντων ἄξια ὧν ἔδρασαν.

Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός.

Ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα. Ἐπὶ τῶν ἀθρόως μεγίστοις ἐγχειρούντων.

Αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις. Ἐπὶ τῶν ἀπορούντων μὲν ἑαυτοὺς τρέφειν, ἄλλους δὲ ἐπαγγελλομένων.

Ἀλῶν μέδιμνον ἀποφαγών. Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων.

Ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει. Ἐπὶ τῶν ἀντιστρόφως τι ποιούντων.

Ἀμαξιαῖα ῥήματα. Ἐπὶ τῶν μεγάλων λόγων.

Ἄνθρωπος εὔριπος, καὶ ψυχὴ, καὶ διάνοια, καὶ τρόπος. Ἐπὶ τῶν ῥᾳστα μεταβαλλομένων.

Ἀπόλωλεν ἡ ὗς, καὶ τὸ τάλαντον, καὶ ἡ γνάθος.

Ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλους φίλοι. Ὅμοιον καὶ τὸ, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτα ἵασιν.

Ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θύραι.

Ἀρχὴ ἀνδρα δείκνυσιν.

Ἀλῶν δὲ φόρτος, ἔνθεν ἦλθεν, ἔνθ' ἔδη. Ἐπὶ τῶν κακῶς κτηθέντων καὶ ἀποκτηθέντων. Ἔμπορος γὰρ ἅλας ἐπιφερόμενος ἐν νηΐ, κλύδωνος ἐπιγενομένου, τοὺς ἅλας ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπέβαλεν.

(1) De iis qui ab exiguis ad majora progrediuntur.

(2) Quasi dicat, Auro omnia subiges. Philippo autem id oraculi datum ab Apolline, hoc indicante, ipsum per proditionem omnium fore victorem.

(3) Quod in Lemno bos esset ex albo confectus lapide, quem Athos mons obumbrat. Dicitur autem in illos qui molesta aut damno aliquos afficiunt.

(4) In eum qui quæ speraverat non est assecutus. Dictum porro est de nuptiis non factis.

(5) De iis qui non vocati alicubi se immiscent.

(6) De iis qui prompte et alacriter suaque sponte, præstantissima in quaque disciplina assequuntur.

(7) De iis qui antequam ad magistratum admoti sunt, moderati esse videntur, in illo autem jam constituti, improbi apparent. Theophrastus in opere *De paræmiis*. Alii autem dicunt Solonis esse apophthegma.

Digitized by Google

Ἀργαλέον φρονέοντα παράφρασι πάλιν ἀγορεύειν. A

Ἀνὴ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, τῇ ἀλωπεκῇ πρόσιψον. Ἐπὶ τῶν φανερῶς μὲν βλάπτειν μὴ δυναμένων, πανουργίᾳ δὲ χρωμένων.

Ἀρότρῳ ἀκοντίζεις. Ἐπὶ τῶν ἀσκέπτως τι πραττόντων.

Αὐτὰρ ἡ πάγη ἔοικε λήψεσθαι πάγην.

Αὐτοῦ Ῥόδος, αὐτοῦ πήδημα.

*Durum, apud amentes prudenti multa profari.* In indoctos dici posset.

*Si leonina pellis non sufficit, vulpinam adsume.* In eos qui, cum palam ulcisci non possunt, dolo utuntur.

*Aratro jacularis.* In eos qui inconsiderate aliquid agunt.

*Cæterum laqueus laqueum capturus videbatur.*

*Hic Rhodus, hic saltus* (2).

Βοιώτιος νοῦς (1). Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων. Εἰς τοῦτο γὰρ ἀεὶ ὠνειδίζοντο οἱ Βοιωτοί.

Βοιώτιος νόμος. Ἐπὶ τῶν κατ' ἀρχὰς ἡρεμούντων, ὕστερον δὲ ταρασσόντων.

Βάσανος λίθος. Ἐπὶ τῶν ἐξεταζομένων ἐν λόγοις· παρόσον, Ἡ Λυδία λίθος τὸν χρυσόν. B

Βοιώτια αἰνίγματα. Ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων. Βοιωτὴ γὰρ ἡ Σφίγξ.

Βοῦς ἐπὶ γλώσσης. Ἐπὶ τῶν δωροδοκουμένων, διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα βοῦν ἔχειν.

*Bœoticus intellectus.* De stupidis. Hoc enim Bœotis semper vitio versum.

*Bœoticus mos.* De iis quæ initio quidem quieta sunt, sed postea turbulenta evadunt.

*Lydius lapis.* De iis qui in litterarum disciplinis sunt probati. Simile huic : *Lydius lapis aurum discriminat.*

*Bœotica ænigmata.* De obscuris et intellectu difficilibus. Sphinx enim Bœotica fuit.

*Bos in lingua.* De iis qui donis se corrumpi sinunt, quia apud Athenienses nummus bove erat insignitus.

Γόνυ κνήμης ἔγγιον. Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἑτέρων ἀγαπώντων.

Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον ὃς νέος πέσῃ.

Γλυκεῖα ὀπώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. Ἐπὶ τῶν ἄνευ μόχθου τὰ ἀλλότρια καρπουμένων.

Γραῦς βακχεύει. Ἐπὶ τῶν παρ' ὥραν τι διαπραττομένων. C

Γραῶν ὕθλοι.

Γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιστον ὀνειδος ἁπάντων. Ἡ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρα, κενεὰ δὲ βαρεῖα.

Γῆς βάρος. Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων.

Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. Ἐπὶ τῶν δι' ἀμπειρίαν πολλὰ πράγματα κινούντων.

Γύγου δακτύλιος. Ἐπὶ τῶν πολυμηχάνων.

Γυμνότερος παττάλου.

Γυνὴ στρατηγεῖ καὶ γυνὴ στρατοπεδεύεται. Ἐπὶ τῶν παραδόξων.

Γυναικὶ μὴ πίστευε μηδ' ὅταν θάνῃ. D

Γέλως Ἰωνικός. Ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων. Εἰς τοῦτο γὰρ Ἴωνες διεβάλλοντο.

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται.

Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας. Ἐπὶ τῶν ἐπιδεδεικνυμένων πρὸς τοὺς εἰδότας ἅπερ ἄμεινον αὐτοῦ ἴσασι. Ὅτι πολλαὶ εἰς Ἀθήνας γλαῦκες.

Γέρων βοῦς ἀπέρθητος ἐν δόμοισιν.

*Genu crure propius.* De iis qui seipsos potius quam alios diligunt.

*Discenti assidue multa senecta venit.*

*Jucunda poma, si procul custodia.* De iis qui sine labore alienis fruuntur.

*Anus bacchatur.* In eos qui intempestive aliquid faciunt.

*Aniles fabulæ.*

*Ventrem mi objectas, quo probrum haud pulchrius ullum. Plenus is est levior, gravis idem, ubi pendet inanis* (3).

*Terræ onus.* De inutilibus.

*Dulce bellum inexperto* (4).

*Pulverem anus pedibus plaudens multum excitat omnis.* In illos qui propter peritiam multas res movent.

*Gygis annulus.* De impostoribus.

*Nudior clavo.*

*Dux ipsa belli femina et miles cluit.* De inopinatis.

*Ne feminæ quid credas, vel mortuæ.*

*Risus Ionicus.* De dissolutis : eo enim nomine Iones reprehenduntur.

*Annosa vulpes non capitur.*

*Noctuam Athenas.* In eos qui aliquos docent, quæ doctoribus ipsi suis melius norunt; quod Athenis multæ sint noctuæ (5).

*Senex bos non lugetur in domibus* (6).

(1) Ὗς, *sus*, apud Apostolium, cent. v, n. 80. Edit.

(2) In eos qui de re quapiam sese jactant : a Rhodio quodam qui ob saltum gloriosius sese efferebat.

(3) Dictum in ventri deditos.

(4) De iis qui ex imperitia se in pericula præcipitant.

(5) Noctua porro viro ad rem quampiam quæ studio indigeat festinanti, si adsit atque assistat, non probum esse indicium aiunt. Universa in Creta non gigni noctuam ferunt, sed et illatam emori. Cum femina marem pugna superavit, præ lætitia collum ejus inflatur, barbam demittit, magnis animis repletur, et altius ingreditur.

(6) De iis qui suo tempore obierunt.

Digitized by Google

*Litem subibit, vel si asinus mordeat canem.* De iis qui ob parvas res calumniis divexantur.

*Litem parit lis, noxa item noxam parit.* In litigandi cupidos quique lites litibus nectunt, et quibus res plerumque male succedunt.

*Turpe est eumdem bis ad lapidem impingere.*

*Dodonæum æs.* De loquaci (1).

*Per annulum trahi te oportet.* De iis qui ob mœstitiam seu morbum macilenti facti sunt (2).

*Cum divis flectunt venerandos munera reges.*

*Nectunt stupendas machinas Ægyptii* (3).

*Contigit et ignavis prædu ex venatu* (4).

*Altera navigatio* (5).

*Delphinum patina non capit.*

*Epimenidis somnus.* In eos qui multum dormiunt: quinquaginta enim annos dormivit.

*In antro Trophonii vaticinatus est.* In severos et risus plane expertes.

*In area te abscondis.* De iis qui latere non possunt.

*Sit quæstor, atqui cætera, si lubet, canis.* In eos qui præter meritum feliciter agunt: maxime vero in eunuchos.

*Ex omni ligno cyphon fieri quiverit.* Dicitur autem de rebus in specie quidem vilibus, sed ad usum necessariis.

*In vetera præsepia.* De iis qui ad ea redeunt quæ reliquerant.

*In duobus tria conspicis.* De iis qui alia pro aliis vident.

*Effugere seu elabi.* De iis animalibus quæ venatores effugiunt.

*Elephantem ex musca facis.* De iis qui res minimas oratione extollunt.

*Ad imbecilles imbecillis advenis.* In eos qui eisdem malis sunt affecti.

*Dormienti sagena capit.* De iis qui feliciter res suas perficiunt.

*Inest et formicæ sua bilis.* Nec parvos esse contemnendos.

*Mercurius non initiatus* (6).

*Ex confracto calice bibere.* De amicis infidis.

*Melle teipsum tegis.* In eos qui mollitiem voluptatemque sectantur.

*Leoninum pellem induitur* (7).

*Endymionis somnum dormit.* De iis qui nimis somno indulgent (8).

A *Δίκην ὑφέξει, κἂν ὄνος δάκνῃ κύνα.* Ἐπὶ τῶν ἐπὶ μικρῷ συκοφαντουμένων.

*Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.* Ἐπὶ τῶν φιλοδίκων καὶ συναιρούντων δίκαις δίκας, καὶ ἐπὶ τῶν πυκναῖς προσπιπτόντων συμφοραῖς.

*Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.*

*Δωδωναῖον χαλκεῖον.* Ἐπὶ λάλου.

*Δακτύλῳ δεῖ σε ἑλκυσθῆναι.* Ἐπὶ τῶν διὰ νόσον ἢ λύπην ἰσχνῶν γενομένων.

*Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.*

*Δεινοὶ πλέκειν μηχανὰς Αἰγύπτιοι.*

*Δέδοται καὶ κακοῖς ἄγρα.*

*Δεύτερος πλοῦς.*

*Δελφῖνα λεκάνη οὐ χωρεῖ.*

B

*Ἐπιμενίδου ὕπνος.* Ἐπὶ τῶν πολλὰ κοιμωμένων. Πεντήκοντα γὰρ ἔτη ἐκάθευδεν.

*Ἐς Τροφωνίου μεμάντευται.* Ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἀχρῶν.

*Ἐν ἄλῳ δρασκάζεις, ἢ κρύπτῃ* Ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων λαθεῖν.

*Ἔστω ταμίας, τἆλλα δ' εἰ βούλει κύων.* Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐημερούντων, καὶ μάλιστα εὐνούχων.

*Ἐκ παντὸς ξύλου κύφων ἂν γένοιτο.* Λέγεται ἐπὶ τῶν τὸ εἶδος εὐτελῶν, εἰς χρείας δὲ ἀναγκαίων.

*Εἰς ἀρχαίας φάτνας.* Ἐπὶ τῶν ἐλθόντων εἰς C ἅπερ πρότερον ὄντες ἐξέπεσον.

*Ἐν δυοῖν τρία βλέπεις.* Ἐπὶ τῶν ἄλλα ἀντ' ἄλλων ὁρώντων.

*Ἐκπερδικίσαι καὶ ἐκλίναι.* Ἐπὶ τῶν διαθιδρασκόντων τοὺς θηρευτάς.

*Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς.* Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ ἐπαιρόντων τῷ λόγῳ.

*Εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶς ἐλήλυθας.* Ἐπὶ τῶν ὅμοια πασχόντων.

*Εὔδοντι κύρτος αἱρεῖ.* Ἐπὶ τῶν εὐτυχούντα ε.

*Ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολή.* Ὅτι μηδὲ τοῦ μικροῦ δεῖ καταφρονεῖν.

*Ἑρμῆς ἀμύητος.*

*Ἐκ τετρημένης κύλικος πιεῖν.* Ἐπὶ τῶν ἐψευD σμένων φίλων.

*Ἐν μέλιτι σαυτὸν κατακρύπτεις.* Ἐπὶ τῶν συζώντων ἡδυπαθείαις.

*Ἐνδύεται τὴν λεοντῆν.*

*Ἐνδυμίωνος ὕπνον ὑπνώττει.* Ἐπὶ τῶν πολλὰ κοιμωμένων.

(1) Demon quidem refert, Dodonæ plurimos, atque inter se contiguos fuisse constitutos lebetes: adeo ut si quis unum pulsaverit, omnes ordine confestim sonum ederent. Cæterum Aristoteles id tanquam figmentum explodens atque confutans, duas ait columnas esse, et in una quidem esse lebetem, in altera autem puerum cum flagello, cujus lora etiam ferrea sint, eaque si vento agitata in lebetem impingant, ejusmodi sonitum reddere.

(2) Aristophanes in *Pluto*.

(3) In maxime maleficos: tales enim Ægyptii.

(4) De iis qui præter meritum feliciter agunt.

(5) Cum quis secundis ventis destitutus, remis navem impellit.

(6) De valde expertis in re quapiam. Irrisoria parœmia, similis huic, *Jace in illum telum, qui habet scientiam.*

(7) De iis qui magna aggrediuntur.

(8) Eo quod Endymion, a Somno adamatus, etiam nunc ab illo detineri dormiens dicatur.

Digitized by Google

*Εἵληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν.* Ἐπὶ τῶν ὀξέως ἁλισκομένων.

*Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν.* Ἐπὶ τῶν ἀπορούντων.

*Ἐν μὲν τῷ φάει σκοτεινός, ἐν δὲ τῷ σκότει φωτεινός.*

*Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι.*

*Ἐκδεδαρμένον δέρεις.* Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων· βέλτιον δὲ ἐπὶ τῶν κακούντων τοὺς ἐν συμφοραῖς.

*Ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ. Πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς παγίας πάντ' ἤσθιεν.*

*Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.* Ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων.

*Ἔνθ' οὔτε πλεῖν ἄνεμος, οὔτε μίμνειν ἐᾷ.* Ἐπὶ τῶν δυσχρήστοις περιπεσόντων.

*Ἐλέφας μυὸς οὐκ ἀλεγίζει.*

*Ἐκτὸς πηλοῦ πόδα ἔχεις.* Ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνων ὄντων.

*Ἐκ τριχὸς κρέμαται.* Ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων. Ὅμοιον τῷ, *Ἐπὶ ξυροῦ.*

*Εὐγενὴς ἐκ βαλαντίου.* Ἐπὶ τῶν διὰ πλούτου τιμωμένων.

*Ἔγχος ἐπὶ τῷ ἔγχει.* Γραῦν φασι τοῦτο εἰπεῖν, καπήλῳ ἐνεχυράζουσαν ἔγχος.

*Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρου.* Ἐπὶ τῶν βάρους ἀπηλλαγμένων.

*Εἰς κόλπον πτύεις.* Ἀντὶ τοῦ, Οὐ μεγαλορρήμονεῖς.

*Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν.* Ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ τρόπον τοῖς μαθήμασι προβαινόντων.

*Ἐν σκότει ὀρχεῖσθαι.* Ἐπὶ τῶν ἀμαρτύρως μοχθούντων.

A *Cepit murem laqueus.* In eos qui cito comprehensi sunt.

*In trivio syllogismorum versor.* De iis qui in dubio sunt (1).

*In luce tenebrosus, in nocte vero splendens* (2).

*In puteo cum canibus pugnare* (3).

*Excoriatum excorias.* In eos qui operam ludunt. Melius vero de iis qui in calamitatem lapsos male habent.

*Postea, quando dives erit, lente jam non gaudet. Antea omnia indiscriminatim edebat.*

*In æstate lænam deteris.* In eos qui non tempore necessariis utuntur.

*Ventus manere aut solvere hinc non sinit.* De iis B qui in res impeditas inciderunt (4).

*Elephas de mure non curat* (5).

*Extra lutum pedes habes.* De iis qui extra periculum sunt constituti.

*Ex pilo pendet.* De iis qui periclitantur. Simile : *In acie vel cuspide novaculæ constitit.*

*Nobilis ex marsupio.* In eos qui propter divitias magni fiunt.

*Ensis ensi.* Vetulam quamdam mulierem aiunt hoc dixisse quæ cauponi ensem oppignoraverat.

*Liberæ sunt capræ ab aratro.* De iis qui ab onere quopiam sunt liberati.

*In sinum despuis.* Quasi dicat, Magna non loqueris.

*A dolio figulinam auspicaris.* De iis qui in C studiis modum non observant.

*In tenebris tripudiare.* De iis qui sine teste laborant.

*Ζωὸς γενήσῃ κρομμύου μοῖραν λαβών.* Ἐπὶ τῶν ἐκ μικρᾶς αἰτίας μεγάλην δόξαν καρπουμένων.

*Eris salvus, cæpe duntaxat sumpta.* In eos qui ex parva causa magnum gloriæ fructum percipiunt.

*Ζῶμεν οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.*

*Ζητῶν γὰρ ὄψον θοιμάτιον ἀπώλεσα.* Ἐπὶ τῶν ἀτυχεστάτων.

*Vivimus non ut volumus, sed ut possumus.*

*Obsonium quærens, tunicam amisi.* De infortunatissimis.

*Ἦλος τὸν ἦλον, καὶ πάτταλος τὸν πάτταλον ἐξέκρουεν.* Ἐπὶ ἰωμένων δι' ἁμαρτημάτων ἁμαρτήματα.

*Clavus clavum, et palus palum excussit.* De iis D qui peccatum peccato sanant.

*Ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ.* Πρὸς τοὺς μήτε ἑαυτοῖς χρωμένους, μήτε ἄλλους ἐῶντας. Παρόσον ἡ κύων κριθὴν οὐκ ἐᾷ μένουσαν ἐν φάτνῃ· καὶ τὸν ἵππον οὐκ ἐᾷ.

*Canis in præsepi.* In eos qui bonis suis nec ipsi utuntur, nec aliis uti permittunt. Eo quod canis in præsepi nec ipse avenam comedere præsumit, neque equo devorandam concedit.

*Ἦσάν ποτ' ἦσαν ἅλκιμοι Μιλήσιοι.*

*Ἠλιθιώτερος Ἀδώνιδος τοῦ Πραξιτέλους.* Ἄδωνις γάρ τις Πραξιτέλους υἱὸς ἀποθανὼν, καὶ ἐρωτηθεὶς πρὸς τῶν ἐν ᾅδου, τί κάλλιστον ἄνω κατ-

*Fuere quondam strenui Milesii* (6).

*Stupidior Adonide Praxiteles filio.* Adonis enim quidam Praxiteli filium jam mortuus, interrogatus ab Orci habitatoribus, quid pulcherrimum in

(1) Quod qui in trivio est constitutus, qua sit ingrediendum, ignorat.

(2) In eos qui inutiles sunt et ad res ad quas minime oportebat ; metaphora ducta a noctua.

(3) De iis qui cum improbo quopiam pugnant, nec possunt evadere.

(4) Philoctet. ap. Æschylum.

(5) De iis qui parva exiliaque despectui habent.

(6) De iis qui aliquando facultatibus præstiterunt.



Digitized by Google

terra reliquisset, respondit, Solem, lunam, ficus, poma Hinc stupidus habitus, quod ista cum sole coæquasset.

ἔλιπεν, ἀπεκρίνατο Ἥλιον, σελήνην, σῦκα, μῆλα. Ἔδοξε γοῦν ἠλίθιος· ταῦτα ἐξισῶν ἡλίῳ.

*Herculis sacrificium.* De iis qui frustra sacrificia offerunt.

*Ἡρακλέους θυσία.* Ἐπὶ τῶν εἰκῇ ταῖς θυσίαις χρωμένων.

*Aphya ignem.* De rebus quæ cito perficiunt et consumuntur eo quod aphya cito coquitur.

*Ἡ ἀφύη τὸ πῦρ.* Ἐπὶ τῶν ταχέως λαμβανόντων· παρόσον ἡ ἀφύη ταχέως ἑψεῖται.

*Ira prostremo senescit.* Ob senes dicitur: quo enim magis ætate proveniuntur, eo iracundiores evadunt.

*Θυμὸς ἔσχατον γηράσκει.* Λέγεται διὰ τοὺς πρεσβυτέρους. Ὅσον γὰρ γηράσκουσι, τὸν θυμὸν ἐρρωμενέστερον ἔχουσι.

*Maris aquam ex caverna.* De iis qui rebus magnis exiguas et viles ambitiose comparant.

*Θαλάττης ἐκ χαράδρας ὕδωρ.* Ἐπὶ τῶν τοῖς μεγάλοις τὰ μικρὰ προσφιλοτιμουμένων.

*Thasus bonorum.* De iis qui se quempiam divitem reddituros promittunt splendidumque.

*Θάσος ἀγαθῶν.* Ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων.

*Sacra anchora.* Magnum auxilium (1).

*Ἱερὰ ἄγκυρα.* Ἡ μεγάλη βοήθεια.

*Æqualitas amicitia* (2).

*Ἰσότης φιλότης.*

*Æqualitas bellum non parit.*

*Ἴσος πόλεμον οὐ ποιεῖ.*

*Ilias malorum* (3).

*Ἰλιὰς κακῶν.*

*Hippolytum imitabor.* De iis qui caste vivunt.

*Ἱππόλυτον μιμήσομαι.* Ἐπὶ τῶν σωφρόνως βιούντων.

*Equites in campum provocas.* Hoc est felices ad ea opera in quibus sunt felices.

*Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ.* Ὅπερ ἐστὶ, τοὺς εὐδοκιμοῦντας, εἰς ἅπερ εὐδοκιμοῦσιν ἔργα.

*Mali corvi malum ovum* (4).

*Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.*

*Exorna spartam quam sortitus es.* Quod oportet sorte quæ obtigit contentum esse et in illa acquiescere.

*Κόσμει σπάρταν ἣν ἔλαχες.* Ὅτι δεῖ στέργειν τῇ δεδομένῃ τύχῃ καὶ ἀνέχεσθαι.

*Cadmea victoria.* Quæ in victoris damnum cedit.

*Καδμεία νίκη.* Ἡ ἐπὶ κακῷ τῶν νενικηκότων.

*Cygnea cantio.* De iis, qui morti jam sunt vicini. Cygni enim, quando jam se morituros sentiunt, canere solent.

*Κύκνειον ᾆσμα.* Ἐπὶ τῶν ἐγγὺς θανάτου ὄντων· οἱ γὰρ κύκνοι θνήσκοντες ᾄδουσιν.

*Cornix scorpionem.* De iis qui rebus noxiis operam dant.

*Κορώνη τὸν σκορπίον.* Ἐπὶ τῶν βλαβεροῖς ἐπιχειρούντων.

*Cilicii hiroi.* Hoc est, villosi: unde etiam cilicium nomen accepit, quod ex villosis ejusmodi pilis contexatur.

*Κιλίκιοι τράγοι.* Οἱ δασεῖς. Ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τριχῶν ἱμάτια κιλίκια λέγονται.

*Cretizare.* Hoc est, decipere: deceptores enim Cretenses.

*Κρητίζειν.* Ἀντὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾷν.

*Nutricum instar male cibas* (5).

*Καθώσπερ αἱ τίτθαι σιτίζεις κακῶς.*

(1) Sacra anchora in navi vocatur, quæ quando maximum periculum imminet, extrema jacitur.

(2) Æqualitate amicitiam conciliari, et hoc dictum antiquum esse ac verum, Plato ait libro sexto *De legibus.*

(3) In eos qui maximis in malis jactati sunt, usurpatur.

(4) Corax prudens admodum erat homo, et qui se rebus optime norat accommodare; utpote qui probe perspectum habebat, se non posse simul et tyranno inservire et placere populo. Peregre itaque profectus, composuit de proœmiis, narrationibus, contentionibus, et epilogis, quo populum sibi conciliavit, ac deinde prodiit, inclamans atque adhortans, si quis artem discere vellet, indicta mercede mille drachmarum: cui Sitias discipulus accessit. Qui cum artem addidicisset, mercedem negabat. Ejus ergo rei gratia judices in concilium sunt convocati: quibus jam convenientibus, Corax dilemmate usus, sic ait: Si vicerit Sitias, mercedem reddere tenetur; debet enim: si non vicerit vel sic quoque reddere debet, quod victus sit. Ad quæ sic respondit Sitias: Si vicero, reddere non debeo; vici enim. Si non vicero, non teneor reddere; neque enim debeo. Cumque judices dubii distraherentur, tandem exclamarunt: Mali corvi malum ovum. Sive quod Corax (corvus) animal sit, ovumque ejus ad vescendum inutile: sive quod corvus ubi jam ad senectutem pervenit, cum pullos suos alere non possit, seipsum illis in pabulum det, adeoque illi parentem devorent. Unde et paræmia.

(5) De Cleone dictum est: qui cum in paucissimis populo gratificaretur, multa ipsemet in lucrum suum convertebat. Usurpatur autem quando quis alicujus rei gratia acceptam cujuspiam pecuniam consumit. Nam nutrices nutrimenta mandentes, ore suo extrahunt, et puerorum imponunt: unde contingit, ut illæ pauca pueris dent, plura autem ipsæ edant.

Digitized by Google

*Κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον.*

*Κἂν ἐπὶ τοῦ νεκροῦ κερδαίνεν.*

*Κατόπιν ἑορτῆς ἥκεις.* Ἐπὶ τῶν καλοῦ πράγματος ἀπολιμπανομένων.

*Κολοφῶνα ἐπέθηκας.* Ἤτοι τὸ τέλειον καὶ πλῆρες.

*Κατὰ ῥοῦν φέρεται.*

*Κυρκῖνος λαγὼν αἴρει.* Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

*Κενοὶ κενὰ βουλεύονται.*

*Κεστρεὺς νηστεύει.* Ἐπὶ τῶν λαιμάργων· ἄπληστον δὲ τὸ ζῶον.

*Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.* Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων. Οἱ γὰρ κριοὶ καὶ τὰς φάτνας πλήττουσι καὶ τοὺς θρέψαντας.

*Κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δ' ἶπες.* Ἀμφω γὰρ λυμαντικοί. Καὶ οἱ μὲν τὰ ξύλα, οἱ δὲ κέρατα ἐσθίουσιν.

*Λήμνια κακά.* Ἀπὸ τῶν ἐν Λήμνῳ γυναικῶν, αἳ τοὺς ἄνδρας αὐτῶν ἀπέκτειναν.

*Λαγωὸς περὶ κρεῶν.* Ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων καὶ ἀγωνιζομένων· ἐπειδὴ κἀκεῖνος περὶ τῶν ἑαυτοῦ κρεῶν τρέχει.

*Λύκος μάτην χανών· ἢ Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει.* Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

*Λύκου πτερὸν ζητεῖς.* Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

*Λίνον λίνῳ κλώθεις.* Ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πραττόντων ἢ λεγόντων, ἢ τῶν κατάλληλα.

*Λύκος ἀετὸν φεύγει.* Ἐπὶ ἀφύκτων.

*Λύδιον ἅρμα.* Ἐπὶ τῶν τραχυτάτων. Καὶ, *Παρ Λύδιον θέεις.*

*Λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.*

*Μία λόχμη δύο ἐριθακοὺς οὐ τρέφει.*

*Μηδικὴ τράπεζα.*

*Μέλιτος μύστλον.* Ἐπὶ τοῦ ἄγαν ἡδέος.

*Μηδὲ μέλι, μηδὲ μελίσσας.* Ἐπὶ τῶν παραιτουμένων ἀγαθόν τι παθεῖν διὰ τὸν κίνδυνον τὸν ἐν αὐτῷ.

*Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄψωμαι μάχῃ.*

*Μυσῶν λεία.* Οἱ γὰρ περίοικοι τοὺς Μυσοὺς ἐλήΐζον.

*Μὴ κίνει Καμάριναν.* Λίμνη ἦν ἀπηγόρευεν ὁ χρησμὸς μετοχετεῦσαι· οἱ δὲ χρησάμενοι παρακούσαντες ἐβλάβησαν.

*Μωμήσεται μᾶλλον ἢ μιμήσεται.* Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων.

*Μὴ παιδὶ μάχαιραν.*

*Μὴ τοῖς ἀπείροις ἐγχειρίζειν πράγματα.*

*Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μέλισσα μέλι.*

*Νεκρῷ μῦθον εἰς οὖς ἔλεγεν.* Ἐπὶ τοῦ μὴ ἐπαΐοντος· καὶ ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

A *Canis ad suum vomitum.*

*De mortuo etiam lucrifacere.*

*Post festum venis.* De iis qui præstanti quapiam re sua cunctatione frustrantur.

*Colophonem imposuisti.* Rem perfecisti et absolvisti.

*Secundo æstu fertur* (1).

*Cancer leporem tollit.* De impossibilibus.

*Inanes inania consultant.*

*Mugil jejunat.* In valde voraces. Inexplebile enim hoc animal.

*Aries mercedem nutritionis persolvit.* De ingratis. Arietes enim præsepia, quique illos nutriunt, ferire solent.

B *Mala res thripes, mala res ipes.* Ambo enim vermes noxii: nam illi ligna, hi cornu exedunt.

*Lemnia mala.* Ex Lemnicis mulieribus quæ maritos suos occiderunt.

*Lepus pro carnibus.* De iis qui periclitantes fortiter interim certant; lepus etenim pro suis carnibus currit.

*Lupus frustra inhians*, vel *Lupus circum puteum saltat.* De iis qui frustra in re quapiam laborant.

*Lupi alas quæris.* De impossibilibus.

*Linum lino connectis.* De iis qui eadem per eadem agunt seu dicunt.

*Lupus aquilam fugit.* De iis quæ effugi non possunt.

C *Lydius currus.* De maxime rudibus. Et, *Præter Lydum curris.*

*Albo lapidi amussis alba* (2).

*Unum fruticetum duos erithacos non alit* (3).

*Medica mensa* (4).

*Mellis medulla.* De rebus valde dulcibus.

*Nec mel, nec apes.* De iis qui nolunt bonum quid experiri ob periculum inhærens.

*Non cum leone capra decertem* (5).

*Mysorum præda.* Populi enim vicini Mysos deprædabantur.

*Ne moveas Camarinam.* Palus erat, quem alio deflectere oraculum vetuerat; qui autem consuluerant responso non obtemperantes, damnum sibi contraxerunt.

D *Facilius carpet quam imitabitur.* De indoctis.

*Ne puero gladium.*

*Imperitis non sunt credenda negotia.*

*Una hirundo non facit ver, nec apis una mel.*

*Mortuo fabulam in aurem narrabat.* De nihil audiente, et de stupidis.

(1) De iis qui prospere navigant, aut feliciter agunt.

(2) In eos qui obscura per æque obscura declarant. Aut de iis qui nihil intelligunt.

(3) In eos qui ex re parva lucrum affectant. Erithacus autem avicula est solitaria.

(4) De luxuriosis: delicata enim mensa Medi utebantur.

(5) De iis qui sunt viribus impares.

Digitized by Google

*Nebulas cædis.* De impossibilibus.

*Navis supplicat petris.* De valde stupidis (1).

*Novacula in cotem* (2).

*Lignum curvum nunquam rectum.* De incorrigibilibus.

*Non citra aram consilio locus.* Quod ante res consultandum sit, non in ipsis rebus. Sicut qui hostias aris admovent, non facto jam sacro consultant.

*Non iterum vulpes.* Deest, *capietur.* Illa enim ubi semel laqueos effugit, non iterum capitur.

*Asinus gestat mysteria.* De iis quibus indigne res aliqua creditur.

*Asini maxilæ.* In voraces.

*Ubi cervi cornua abjiciunt loca inaccessa.* De iis qui occupationes arduas reddunt.

*Domi Milesia, non autem hic.* De iis qui ubi non oportet mores et instituta parum laudabilia ostentant. Milesius enim quidam apud Lacedæmonios orationem habens et domesticas delicias commemorans, hoc audivit.

*Vinum, o filii, verax.*

*Asinus in paleas.*

*Neque compluitur, neque sole aduritur.* In stupidos.

*Non lauderis, ne in parentalibus quidem.* De hominibus improbis et nullius pretii. Solebant enim in parentalibus defunctos laudare, licet improbissimi fuissent.

*Testis domo petitus.* De iis qui contra seipsos testes producunt.

*Asinus inter apes.* De iis qui in mala inciderunt.

*Asinus lyram audiens.* De insipientibus.

*Asino quis fabulam narrabat, ille autem aures movebat.*

*Ex multis paleis parum fructus reportavi* (3).

*Coram surdo disseris.*

*Ad sepulcrum novercæ plorat.* De illis qui aliquid ficte agunt.

*Multis ictibus domatur quercus.* De rebus quæ difficulter capiuntur.

*Antequam pisces ceperis, muriam misces.* De iis qui tempora antevertunt.

*Canis masculi multa cubilia.* De iis qui in res venereas præcipites aguntur.

*Sæpe etiam est stultus valde opportuna locutus.*

(1) Ut et illud : Ἀνδριάντι πρεσβεύσωμεν, *Statuæ supplicemus.*

(2) De iis quæ aliquibus conveniunt. Seu in eos, qui quæ volunt, assequuntur. Similis illi : *Asinus in palcas.*

(3) De iis qui plurimum laborant et parum proficiunt.

A *Νεφέλας ξαίνεις.* Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

*Ναῦς ἱκετεύει πέτραν.* Ἐπὶ τῶν σκόρδα ἀναισθήτων

*Ξυρὸς εἰς ἀκόνην.*

*Ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.* Ἐπὶ τῶν ἀδιορθώτων.

*Οὐ παρὰ βωμὸν δεῖ τὰς ἐπινοίας.* Ὅτι πρὸ τῶν πραγμάτων δεῖ βουλεύεσθαι, καὶ μὴ ἐν αὐτοῖς. Ὥσπερ καὶ οἱ τὰ ἱερὰ προσάγοντες, οὐ μετὰ τὸ θῦσαι βουλεύονται περὶ αὐτῶν.

*Οὐκ ἂν αὖθις ἁλώπηξ.* Λείπει τὸ, *ἁλώσεται.* Αὕτη γὰρ ἅπαξ διαφυγοῦσα τὰς πάγας, οὐ δεύτερον

B ἁλίσκεται.

*Ὄνος ἄγει μυστήρια.* Ἐπὶ τῶν ἀναξίως τι ἐμπεπιστευμένων.

*Ὄνου γνάθοι.* Εἰς πολυφάγον.

*Ὅπου ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι, τόποι δύσβατοι.* Ἐπὶ τῶν ἐργώδεις εὑρεῖν τὰς διατριβὰς ποιουμένων. Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

*Οἶκοι τὰ Μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε.* Ἐπὶ τῶν ὅπου μὴ προσήκει ἐπιδεικνυμένων τὰ ἤθη, ἢ ἐπιτηδεύματα διαβεβλημένα. Μιλήσιος γὰρ παρὰ Δακεδαιμονίοις δημηγορῶν, καὶ τὴν οἴκοι τρυφὴν ἐπαινῶν, ἤκουσε ταῦτα.

*Οἶνος, ὦ παῖδες, ἀλήθεια.*

*Ὄνος εἰς ἄχυρα.*

C *Οὔθ' ὕεται, οὔθ' ἡλιοῦται.* Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

*Οὐκ ἐπαινεθείης οὐδὲ παρὰ δεῖπνα.* Ἐπὶ τῶν φαυλοτάτων καὶ οὐδενὸς ἀξίων. Εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν ἀποθανόντων δείπνοις αὐτοὺς ἐπαινεῖν, κἂν ἔτυχον ὄντες φαυλότατοι.

*Οἰκοθεν ὁ μάρτυρ.* Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν φερόντων μάρτυρας.

*Ὄνος ἐν μελίσσαις.* Ἐπὶ τῶν ἐν κακοῖς περιπεσόντων.

*Ὄνος λύρας ἀκούων.* Ἐπὶ τῶν ἀξυνέτων.

*Ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐπέσειεν.*

D *Πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν ἀνήγαγον.*

*Παρὰ κωφῷ διαλέγῃ.*

*Πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίει.* Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων.

*Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς δαμάζεται.* Ἐπὶ τῶν δυσαλώτων.

*Πρὶν τοὺς ἰχθῦς λαβεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς.* Ἐπὶ τῶν τοὺς καιροὺς προλαμβανόντων.

*Πολλαὶ κυνὸς ἄρρενος εὐναί.* Ἐπὶ τῶν κατωφερῶν εἰς τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἔργα.

*Πολλάκις μωρὸς ἀνὴρ κατὰ καιρὸν εἶπε.*

Digitized by Google

*Πολλὰ μεταξὺ κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.* A *Multa cadunt inter calicem supremaque labra* (1).

*Πλίνθον πλύνεις.* Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. *Laterem lavas.* De impossibilibus.

*Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται.* Ἐπὶ τῶν ἀπλήστων. *Mendici pera non impletur.* Contra insatiabiles.

*Ποικιλόστης ὕδρας.* Ἐπὶ τῶν δολερῶν. *Hydræ astutia.* De dolosis.

*Πολλοί σε μισήσουσιν ἂν σαυτὸν φιλῇς.* *Multi te odio habebunt, si teipsum ames* (2).

*Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν.* *Ignis ad titionem veniens* (3).

*Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος τὸ μέγα.* *Scit multa vulpes, magnum echinus.*

*Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.* *Multos thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos* (4).

*Πρὸς κέντρα λακτίζειν.* *Contra stimulum calcitrare* (5).

*Προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία.* *Malitiæ soli prætextus necessarius.*

*Πρὸ τῆς νίκης ᾄδεις ἐγκώμιον.* *Ante victoriam cantas triumphum.*

*Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.* *Multa mentiuntur poetæ.*

*Ποταμὸς πρὸς θάλατταν ἐρίζει.* Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. B *Fluvius mare irritat.* De impossibilibus.

*Πολλῶν ἐγὼ θηρίων ἀκήκοα ψόφους.* *Multarum ego belluarum strepitus audivi* (6).

*Πεινῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἔρχεται.* *Vulpem esurientem somnus invadit.*

*Πενίη σοφίην ἔλαχεν.* *Paupertas sapientiam nacta est.*

*Πάντα πέτρον κινήσω, πάντα κάλων.* *Omnem lapidem movebo, omnem rudentem* (7).

*Πρὸς λέοντα δορκάδες συνάπτουσι μάχας.* *Adversus leonem damæ pugnam ineunt.*

*Ῥόδιοι τὴν θυσίαν.* Ἐπὶ τῶν ἐν ἱεροῖς βλασφημούντων. *Rhodii sacrificium.* De iis qui in sacrificiis blasphemant.

*Ῥαχίας λαλίστερος.* Ἐπὶ τῶν ἀδολέσχων. Ψόφον γὰρ ἀποτελεῖ βαλλομένη τοῖς κύμασιν. *Caute loquacior.* De loquacibus: fluctibus enim verberata strepitum edit.

*Ῥαδαμάνθιος κρίσις.* Ἡ δικαιοτάτη. *Radamanthi judicium.* Judicium æquum.

*Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν.* *Quam præteristi ne amplius quæras rosam.*

*Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.* C *Factum autem stultus cognovit* (8).

*Ῥηγίνων δειλότερος.* *Rheginensibus timidior* (9).

*Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.* *Cum Minerva etiam manus move* (10).

*Συνῆλθεν Ἀτταγᾶς Νουμηνίῳ.* *Convenerunt Attagas et Numenius* (11).

*Σύμβουλός ἐστιν ὁ χρόνος τῶν πραγμάτων.* *Tempus rerum tessera.*

*Συγγνώμη πρωτοπείρῳ.* Ἐπὶ τῶν ἐν πρώτοις ἁμαρτανόντων. *Primum experienti venia danda.* De iis qui in re cujuspiam primo aggressu errant.

*Σαρδώνειος γέλως.* Ὁ προσποιητὸς, καὶ μὴ ἐκ καιρούσης καρδίας. *Sardonius risus.* Risus personatus et non ex animo benevolo.

*Σικελικὴ τράπεζα, καὶ Συβαριτική.* *Sicula mensa et Sybaritica.*

*Σοφία μωροῦ.* Ἐπὶ τῶν ἀσύνετα λαλούντων. *Sapientia stulti.* De his qui stulte loquuntur.

*Σὲ δ' οἰωνίσαιτ' ἄν τις ἰδών.* Καὶ Τὸ, τὸν δὲ ἡ νεότης ἐμίσουν τε καὶ οἰωνίζοντο. *Te conspecto omen quis capiat.* Vel..... Hunc adolescentes ut omen oderunt (12).

(1) De iis quæ longo post tempore eventura sunt. Cum enim vineam quidam plantaret, quidam famulorum hunc versum recitavit. Diogenianus autem ait quod cum Ancæus vineam plantans famulis suis gravis immineret, quemdam eorum dixisse illum de vite non gustaturum; cumque fructus jam ex ea provenissent, famulo illum suo ut sibi vinum misceret jussisse, cumque calicem ori admoveret, hujus versus illum admonuit. Quibus dictis alius famulus intravit renuntians regionem illam ab apro devastari. Relicto igitur calice Ancæus in aprum incurrens ab eodem interficitur.

(2) Ferunt Nymphas hoc Narcisso dixisse in fontem aspicienti, et suammet formam amanti.

(3) De rebus quæ cito fiunt.

(4) De iis qui sibi persuadent se splendidos esse, non sunt autem.

(5) In eos qui semetipsos lædunt.

(6) De iis qui in rebus gerendis sunt exercitatissimi: aut de iis qui minime timent.

(7) Polycrati Thebano hoc oraculum redditum fuit cum locum in quo Mardonius tabernaculum suum habuerat, Persis fuga dilapsis, emisset: ubi aurum invenit. Alii adagii originem a venatoribus ducunt.

(8) De insipientibus. Homeri.

(9) De supra modum timidis. Et *Timidior prospiciente.* Xenarchus enim Sophronis filius in Rheginensium timiditatem comico sale lusit, a Dionysio tyranno persuasus.

(10) Quidam oraculum accepit, ut admota manu Deum invocaret.

(11) De duobus furibus.

(12) De deformibus. Quod veteres ex eo quem primum in via obvium habebant, sive formosus esset, sive nigra veste sive candida indutus, omen caperent.

Digitized by Google

*Tale quid Themistocles nunquam excogitavit.* Quod sapientiæ laudem ferret (1).

*Typhone multiplicius* (2).

*Talenti talenta.* De valde divitibus.

*Colophonem imposuisti.* De magnis rebus, et efficaci suffragio (3)

*Quod est in corde sobrii, est in lingua ebrii* (4).

*Fumum fugiens, in ignem incidit* (5).

*Canis delictum suis tuit* (6).

*Cerebrum excussum esse mihi videris.*

*Scabentem mutuo scabere.* De iis, qui se mutuo aut lædunt aut juvant. Translatione ducta ab asinis qui se invicem scabunt.

*Cræsi filio taciturnior* (7).

*Quare te non suspendisti, ut Thebis heros fias?* Thebis enim qui sibiipsis mortem intulerant, honore afficiebantur.

*Hipparchi murus.* Hipparchus enim Pisistrati filius, circum Pythia murum construxit, in quem Athenienses multum sumptus facere coegit.

*Cerebrum excussum esse mihi videris.*

*Consilium quidem Dei fuit, factum autem meum.* Hoc enim lepidiori sermone reipub. præfecti utebantur, ac si dicerent, Deus quidem rem suggessit, ego autem confeci.

*Apio indiget.* De periculose ægrotantibus. Solitum enim apio monumenta vestire.

*Simius tragicus.* In eos qui, nullius alioqui dignitatis, gravitatem sibi adfingunt.

*Injuria ex injuria, ex probro probrum.*

*Super asini umbra.* De iis qui super re nullius momenti deficiunt (8).

*Τοιοῦτον Θεμιστοκλῆς οὔποτ' ἐνόησε. Σοφίας* γὰρ δόξαν οὗτος ἀπηνέγκατο.

*Τυφῶνος πολυπλοκώτερον.*

*Ταλάντου τάλαντα.* Ἐπὶ τῶν σφόδρα πλουσίων.

*Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκας.* Ἐπὶ μεγάλων πραγμάτων, καὶ ἐπὶ βεβαίου ψήφου.

*Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐν τῇ γλώσσῃ τοῦ μεθύοντος.*

*Τὸν καπνὸν φεύγων εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσεν.*

*Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν.* Ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτόντων, ἄλλων δὲ δόντων δίκην.

*Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.* Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὄνων. Ἀλλήλους γὰρ ἀντικνήθουσιν. Ἐπὶ ὠφελούντων ἢ ἀντιβλαπτόντων ἀλλήλους.

*Τοῦ Κροίσου παιδὸς σιγηλότερος.*

*Τί οὐκ ἀπήγξω ἵνα Θήβῃσιν ἥρως γένῃ;* Οἱ γὰρ ἑαυτοὺς διαχειρίζοντες ἐν Θήβαις ἐτιμῶντο.

*Τὸ Ἱππάρχου τεῖχος.* Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου παρὰ τὴν Πυθίαν τεῖχος ᾠκοδόμησε, πολλὰ τοὺς Ἀθηναίους εἰς ἀναλώματα ἀναγκάσας.

*Τὸν ἐγκέφαλον κατασεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.*

*Τὸ μὲν ῥῆμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.* Οὕτω γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἀστεῖζόμενοι ἔλεγον· Ὁ μὲν Θεὸς ὑπέβαλεν· ὁ ἐργασάμενος δὲ ἐγώ.

*Τοῦ σελίνου δεῖται.* Ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶς νοσούντων· εἰώθασι γὰρ στεφανοῦν σελίνοις τὰ μνήματα.

*Τραγικὸς πίθηκος.* Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν σεμνυνομένων.

*Ὕβρις ὕβριν ἔτικτε, καὶ ψόγος ψόγον.*

*Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.* Ἐπὶ τῶν ὑπὲρ μηδὲν πονούντων.

(1) Themistoclea vafrities etiam proverbio celebrata. Sic Eunapius Sardianus: Ὀδύσσειόν τινα καὶ Θεμιστόκλειον παρελήλυθὼς πανουργίαν. Eluxit autem potissimum quando spuriorum et legitimorum discrimen sustulit: de quo Plutarchus et parœmia εἰς Κυνόσαργες. Item, quando Xerxem astutia sua in fugam convertit. Aristoph. in Equitib. proverbio usus, quod Piræeum muro circumdari voluit. Sapiens vero habitus propter interpretationem oraculi Delphici de muro ligneo. Pantinus.

(2) Parœmia est ex Phædro Platonis, qui est de pulchro: quem locum etiam Plutarchus descripsit libro Adversus Colotem. Verba Platonis sunt: Σκοπῶ οὐ ταὐτα, ἀλλὰ ἐμαυτὸν, εἴτε τι θηρίον ὢν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἐπιτετυφωμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῷον θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. *Non ista, sed meipsum considero, num bellua quædam sim Typhone multiplicior jactantiorque, sive mansuetius aliquod et simplicius animal divinæ cujusdam ab omni fastu alienæ sortis naturæ particeps.* Quæ Socratis verba non ad subvertendam vitam, sed ad fastum stuporemque molestasque et nimias illas hominum de seipsis opiniones atque jactantiam inde expellendas Plutarchus facere ait: quæ ipsa quoque hanc parœmiam satis explicant. De *Typhone*, seu, (ut Latini poetæ, eorumque princeps semper appellant, Τυφῶν quoque Τυφὼς Pindaro Pythionic. Od. 1.) *Typhœo* ἑκατογκεφάλῳ, quomodo Tellus, ob cædem gigantum irata, Jovem apud Junonem edidumiata sit: illaque rem Saturno aperuerit, et ille duo ova ei dederit terra occultanda, unde nasceretur qui Jovem regno detruderet, aliaque id genus ληρώδη, longa est fabula: quam vide apud Eustathium in Iliad. β, ejusque allegoricum sensum. Malim autem legi Τυφῶος πολυπλοκώτερον θηρίον, *Typhone multiplicior bellua*, ex Platone et Plutarcho: quo usus et Sextus Empiricus lib. 1 contra Logicos, cap. de homine, aut Τυφῶγος πολυπλοκώτερος, et Τυφ. ποικιλώτερος, *Typhone multiplicior et magis varius.* Id.

(3) Duodecim civitates Ioniæ conveniebant de re communi consilium capturæ, et si quando suffragia æqualia esse contingebat, Colophonii reliquum quod cætera vinceret apponebant. Smyrnenses enim advenas secum commorantes in sua potestate habebant: pro quibus etiam suffragium ferebant. Unde parœmia de potentissimo ac firmo suffragio usurpatur.

(4) Huc pertinet parœmia Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια: et Scharius ille ab Athenæo et Euripide citatus:

Κάτοπτρον γὰρ εἶδος χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.
*Forma ære lucet, vina produnt pectora.*
Pantin.

(5) De iis qui cum leviora mala fugiant, in majora se inducunt.

(6) Cum ob malum ab aliis commissum alii pœnas dederunt.

(7) Mutum enim filium Cræsus habuit.

(8) Ferunt Demosthenem pro reo quodam peri-

Digitized by Google

Ὑπὸ παντὸς λίθου σκορπίος εὕδει. Ἐπὶ κακοήθων. A

*Sub omni lapide scorpius dormit.* De improbis.

Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν. Ὅμοιον τῷ, Ὑπερβάθμιον πόδα τείνεις.

*Ultra fossas saltare.* Simile huic : *Ultra gradum pedem extendis* (1).

Ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀναρριπτεῖς. Οἷον ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγωνίζῃ καὶ κινδυνεύεις;

*Super summa rerum aleas jacis.* Quasi dicas, de universis certamen instituis ac periclitaris.

Ὑπηνέμια τίκτει. Ψευδῆ καὶ ἀβέβαια.

*Subjectanea parit.* Hoc est falsa et imbecillia.

Ὕδραν τέμνεις. Ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων.

*Hydram secas.* De rebus difficillimis.

Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

*Sus in cœni volutabro lota.*

Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον. Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον ἐμβαλλόντων.

*Sus sub fustem.* De iis qui scipsos in perniciem præcipitant.

Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος. Νωθροὶ γὰρ δοκοῦσιν οἱ Φρύγες οἰκέται. B

*Phryx cæsus melior atque ad serviendum promptior.* Quia pigri esse videntur Phryges servi.

Φρυνώνδας ἄλλος. Ἐπὶ τῶν πονηρῶν. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ μάγων.

*Alter Phrynondas* (2). De improbis dicitur et de magis.

Χαλεπὸν χορίου κύνα γεύειν.

*Periculosum est, canem fœtus involucrum gustare* (3).

Χρήματ' ἀνήρ· πενιχρὸς δ' οὐδέποτ' ἐσθλός.

*Pecuniæ virum faciunt : vauper autem nunquam bonus* (4).

Χωρὶς τῶν Φρυγῶν καὶ Μυσῶν ὁρίσματα.

*Phrygum procul sunt et Mysorum termini* (5).

Χοῖ δῆλα. Φασὶ Φερεκύδην τὸν σοφὸν φθειριασὶν τελευτῆσαι· εἰπεῖν δὲ πρὸς Πυθαγόραν περὶ τούτου πυνθανόμενον προβαλόντα τὸν δάκτυλον, Χοῖ δῆλα.

*Ex cute manifestum.* Aiunt Pherecyden, sapientem, morbo pediculari periisse, Pythagoræ autem quomodo se haberet interroganti, digito extenso dixisse, *Ex cute patet.*

Χύτραις λημᾷν καὶ κολοκύνταις. Ἐπὶ τῶν ἀμβλυωπούντων.

*Ollis lippire et cucurbitis.* De cæcutientibus.

Χρυσῷ καταπάττων ἡμᾶς οὐ γιγώσκεις. Ἐπὶ τῶν εἰκῇ λοιδορουμένων. Ἐπιφέρει γὰρ, Νῦν δὲ κόσμος τοῦτ' ἐστί μοι. C

*Inaurare te nos non animadvertis.* In eos qui temere corripiuntur. Infert enim, Mihi hoc ornamento est.

Ὡς ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι βούλομαι. Λέγεται ἐπὶ τῶν τοὺς φίλους τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις εὐεργετούντων.

*Ut heros in scuto haberi volo.* De iis qui in amicos officia conferunt ex proprio.

Ὠσὶν ἑστῶσιν.

*Arrectis auribus.*

Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν. Παρατόξευσις ἡ ἔξω τοῦ σκοποῦ.

*Mons parturivit, deinde murem enixus est.* Jaculatio extra scopum.

clitante defensionem habiturum, judicibus non satis attentis dixisse, Audite, viri, narrationem lepidam. Juvenis quidam Athenis Delphos usque asinum conduxerat; meridie autem jam instante, onus dissolvens, sub umbram asini subiit; repulsus autem ab agasone, illum non etiam umbram conduxisse dicente, ipse cum altero in judicium venit. Quo dicto Demosthenes ex suggestu descendit. Rogantibus autem judicibus ut finem judicii istius discere possent, conscenso iterum suggestu, De asini, inquit, umbra, viri optimi, audire cupitis, homine autem de vita periclitante, ne vocem quidem nostram audire sustinetis. Quo dicto, tactis judicibus, reum servavit. D

(1) Dictum a Crotoniata quinquertione, qui cum fossæ antea essent pedum quinquaginta, primus illas saltu superavit.

(2) Aristophanes in Amphiarao : *Impure tu Phrynonda tu, et merum scelus.*

(3) In eos, qui a parvis malis ad majora procedunt. Χορίον fœtus involucrum appellatur; quo canes gustato, etiam infantibus præ aviditate insidiantur.

(4) De iis qui propter opulentiam suaviter vivunt. Est autem apophthegmatica parœmia.

(5) De rebus inter se contrariis. Huic simile : *Sejuncta sunt Mirrhæ et Siloes flumina.*

Digitized by Google

ANNO DOMINI MCCLXXXIX

# ATHANASIUS

# CPOLITANUS PATRIARCHA

—

## NOTITIA

(Ex Anselmi Bandurii *Imperio Orientali*, tom. II, in not.)

—

Abdicato patriarchatu Gregorio Cyprio circa mensem Junium anni Christi 1289, in ejus locum suffi-citur Athanasius monachus e monte Gano; cujus promotionem celebravit Andronicus ad magnum pa-latium in Triclinio Justinianeo congrua tali functioni magnificentia, sed cum sinistro augurio terræ-motus, ut scribit Pachymeres, lib. II, cap. 15, et die quarta decima mensis Octobris ejusdem anni ordinatur Athanasius, ut tradit idem scriptor citato loco. Hic autem cum sese rebus temporalibus vehementius immisceret, a populo ejicitur, ut scribit Nicephorus Callisti; quod quidem confirmatur ex Pachymere, qui pluribus res ab eo in patriarchatu gestas, ac ejus mores describit. Coactus autem fuit patriarchatum abdicare postquam quadriennium sedisset, nimirum die decima sexta mensis Octobris, ut tradit idem scriptor, cap. 24 : Τοῦτο δέ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, ὅτι τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς τὴν Ἐκκλη σίαν κατέχων, αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς, ἣν δὴ καὶ τῆς ἀναβάσεως ἔγνωκεν, ἥτις καὶ Ἐλα-φηβολιῶνος ἐκκαιδεκάτη ἦν. *Unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adjunxerit, sic exacte quadriennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eamdem ferme initi relictique regiminis Ecclesiæ numeraverit diem sextum decimum Octobris.* Sic Pachymeres; ex quo quidem patet Athanasium patriar-chatum abdicasse die decima sexta mensis Octobris anni Christi 1293, cum sedisset annis quatuor, et duobus præterea diebus, cum ejusdem consecratio contigerit die quarta decima mensis Octobris anni 1289. Fallitur igitur Georgius Phrantza, qui Athanasio annos octo integros assignat. Quam vero fuerit Athanasius hominum regendorum ignarus, quamve sævus et inhumanus, facile quispiam cognoscere poterit non solum ex Pachymere, qui plura de eo (nam Gregoras schismaticorum hominum laudator in Athanasium valde propensus fuit), sed etiam ex ipsius Athanasii epistolis, quas ad imperatorem Andronicum et ad alios complures conscripserat. Quarum quidem epistolarum habetur codex char-taceus in bibliotheca regia, quem huic donavit Ill. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis, ut scribit doctissimus Boivinius in notis ad Gregoram, ubi de hoc codice ac epi-stolis et aliis opusculis Athanasii patriarchæ loquitur. Libet autem nobis (quoniam sex abhinc annis omnes Athanasii epistolas ac opuscula ex laudato codice Regio exscripsimus et in Latinum vertimus) hic integrum indicem prædictorum operum exhibere, quem cum ex schedis Boivinii, tum etiam proprio labore adornavimus. Sic igitur se habet :

1. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν ἀρχι-ερέων τῶν εὐσκομένων ὧδε. *Epistola ad imperato-rem, de episcopis, qui hic reperiuntur.*

2. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα γράμμα, ἀνιστορῶν αὐτὸν προόδους ποιεῖσθαι συχνότερον καὶ μᾶλλον περὶ τὰ τείχη καὶ πύλας τῆς πόλεως, καὶ μὴ εἰσ-έρχεσθαι εἴσω τῆς πόλεως μεθ' ὅπλων τινά. *Epi-stola ad imperatorem, narrans frequentes incur-sus maxime circa urbis muros et portas fieri; neque permittendum esse quempiam cum armis in urbem introire.*

3. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ἵνα A ἀναχαιτίζωνται οἱ κακοπραγοῦντες, καὶ μὴ ἀναρτᾶν εἰς τὸ μέλλον, καὶ μᾶλλον ἐν κύκλῳ τῆς Ἁγίας Σο-φίας. *Epistola ad imperatorem ; quod abjiciendi sint qui nefaria agunt, nec differendum in futurum, maxi-meque in circuitu Sanctæ Sophiæ.*

4. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος. *Epistola ad imperatorem, de recta fidei doctrina.*

5. Γράμμα πρὸς τὸν ἀποστείλαντα βιβλίον χάριν κανισκίου, καὶ στρέψαντα ταῦτα ἐξοπίσω. *Epistola ad eum, qui librum dono miserat ; cui postea remis-sus fuit.*

Digitized by Google

6. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διὰ τοῦ νομίμου τάχα συνοικεσίου. *Epistola ad imperatorem, de legitimo connubio.*

7. Γράμμα περὶ τοῦ συναχθῆναι τοὺς ἀρχιερεῖς ἐν τῇ Χώρᾳ ὅπως κοινῶς ἀπελθεῖν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα χάριν ὠφελείας κοινῆς. *Epistola, de congregandis in Choræ monasterium pontificibus, ut ad imperatorem communis utilitatis causa simul conveniant.*

8. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα γράμμα περὶ ἐλεημοσύνης, ζητῶν βουλὴν περὶ τῶν αἰχμαλώτων. *Epistola ad imperatorem de eleemosyna: consilium rogat circa captivos.*

9. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τινῶν ὑποθέσεων μὴ διὰ μηνυτῶν στέλλεσθαι, ἀλλὰ στόμα πρὸς στόμα. *Epistola ad imperatorem, de non mittendis per nuntios certis negotiis, sed os ad os significandis.*

10. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν ἀρχιερέων, ἵνα τῇ λαχούσῃ ἀποκαταστῇ ἕκαστος. *Epistola ad imperatorem, ut singuli episcopi suis sedibus restituantur.*

11. Γράμμα πρὸς τὸν μέγαν διοικητὴν, ἵνα τὰ ἀδικήσαντα ἀποδῷ. *Epistola ad magnum diœcetam, ut per injuriam ablata restituat.*

12. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διὰ τὰ χρυσόβουλλα. *Epistola ad imperatorem propter chrysobulla* · ubi de rebus temporalibus monasteriorum administrandis.

13. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα ἕκαστος τῶν ἀρχιερέων ἀπέλθῃ πρὸς τῇ λαχούσῃ αὐτῷ. *Epistola ad imperatorem, ut singuli episcopi in suam Ecclesiam concedant.*

14. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα τηρηθῶσιν ἀσάλευτα δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη καὶ ἔλεος. *Epistola ad imperatorem, ut justitia, temperantia et misericordia immutabiles serventur.*

15. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν ἀρχιερέων, ἵνα ἀπέλθῃ ἕκαστος εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ, ὅπως διδάσκῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ. *Epistola ad imperatorem, ut singuli episcoporum ad suum Ecclesiam redeant, ut doceant populum suum.*

16. Γράμμα περὶ τοῦ μή τις ποιμὴν ἀποστερεῖν ποίμνιον. *Epistola, ne quis pastor ovile deserat.*

17. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἑκὼν ἢ ἄκων τῇ λαχούσῃ ἀπελθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς. *Epistola ad imperatorem, ut episcopi, vel sponte vel inviti, redeant ad Ecclesiam suam.*

18. Ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα κῦρον Μιχαὴλ, ἵνα πρὸς τῶν μυρίων φροντίδων μελέτημα ἔχειν καὶ τί ὑπεσχέθημεν. *Epistola ad imperatorem dominum Michaelem, ut inter sexcentas curas de iis quæ in sancto baptismate promisimus, solliciti simus.*

19. Γράμμα πρὸς τὴν δεσποίνην κῦραν Μαρίαν. *Epistola ad dominam Mariam imperatricem.*

20. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα παιδεύῃ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ, καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον. *Epistola ad imperatorem, ut instituat liberos et subditos omnes secundum Dei beneplacita.*

21. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν, καὶ ἵνα ἐπιγνῷ ἕκαστος τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ κοινὰ, καὶ περὶ τοῦ τετριγότος κτύπου ἐκείνου. *Epistola ad imperatorem de conversione ad Deum, et ut cognoscat unusquisque privata ac publica, et de strepitu facto.*

22. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα πολιτεύηται δικαιοσύνη, καὶ ἔλεος, καὶ ἀλήθεια. *Epistola ad imperatorem, ut administretur justitia, miseratio et veritas.*

23. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα μὴ ἀναβάλλῃ ποιεῖν τὰ καλά. *Epistola ad imperatorem, ne bona facere differat.*

24. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων, ἵνα ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως. *Epistola ad imperatorem, de Deicidis Judæis, ut ex urbe discedant.*

25. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ ἧς ὀφείλουσιν ἐπιμελείας ἐνδείκνυσθαι οἱ βασιλεῖς πρὸς τὸ ὑπήκοον ἐν ἀρχαῖς τῶν ἱερῶν καὶ ἁγίων νηστειῶν, Ἰνδ. δ'. *Ad imperatorem, quantam subditorum curam imperatores gerere debeant in principio sanctorum jejuniorum. Indict.* IV.

26. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ αὐτοῦ καὶ αὖθις, Ἰνδ. ε'. *Ad imperatorem, de eadem re iterum, Indictione* V.

27. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῆς τῶν Χριστουγέννων ἑορτῆς, ζητῶν χορηγηθῆναι σεπτὸν πρόσταγμα προστάσσον, ἐξ ὥρας ἑσπερινοῦ Σαββάτου, καὶ βασιλικῆς ἑορτῆς βαλανείῳ, ἢ καπηλείῳ μὴ εἰσαχθῆναι πρὸς πότον τινά. *Ad imperatorem de festo Nativitatis Christi, rogans venerandum emitti decretum, ne quis a vespera Sabbati et regiæ festivitatis in balneum aut tabernam ad libandum intromittatur.*

28. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προσκαλούμενος αὐτὸν ἐν τῇ πανσέπτῳ κοιμήσει τῆς πανυπεράγνου Δεσποίνης καὶ Θεομήτορος. *Ad imperatorem, invitans ipsum ad Dormitionem intemeratæ et Deiparæ Dominæ.*

29. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διανιστῶν αὐτὸν πρὸς ἔλεον. *Ad imperatorem, excitans eum ad misericordiam.*

30. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα · ὅτι μὴ πρὸς εὐχὰς οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς κατηχουμενείοις συνελθόντες, πρὸς δὲ τρυφὰς ἔβλεψαν. *Quod ii qui cum imperatore in catechumeneis conveniunt, non ad preces, sed ad voluptatem respiciant.*

31. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μὴ προστάσσει ἀπελθεῖν ἕνα ἕκαστον τῶν ποιμένων εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ ποίμνην. *Ad imperatorem, cur non jubeat pastores singulos ad gregem suum pergere.*

32. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα μὴ δι' ὑπέρθεσιν μένωσιν ἀθεράπευτα ὅσα ἄττα μικρὰ ἀναφέρομεν, καὶ μὴ τῇ θυρίδι ῥιπτέσθω μόνον τὰ γράμματα. *Epistola ad imperatorem, ne per dila-*

Digitized by Google

*tionem illa minima delicta, quæ referuntur, sine remedio maneant, neu litteræ solum per fenestram projiciantur.*

33. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν ἐγγιζουσῶν ἡνωμένων οἰκιῶν μετὰ τῶν θείων καὶ σεβασμίων ἐκκλησιῶν, ὅπως ἕνι τοῦτο λίαν ἐφάμαρτον. *Ad imperatorem, de domibus quæ divinis ac venerandis Ecclesiis proximæ et conjunctæ sunt. Quod in hoc sit grave delictum.*

34. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, συμπάθειαν ἐξαιτῶν τοῖς ἀπολύσασι ἐξ εἱρκτῆς τὸν Παξῆν. *Ad imperatorem ut commisereatur iis qui Paxen ex carcere eduxerunt.*

35. Περὶ τοῦ ὅπως δεῖ συνδραμεῖν ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἅπαντας ἐνταφιασμῷ. *Quod oporteat omnes ad Salvatoris sepulturam concurrere.*

36. Πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα, παρακαλῶν συνδραμεῖν ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἐνταφιασμῷ. *Ad universum populum, cohortans eum ut ad Domini sepulturam concurrat.*

37. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ αὐτοῦ. *Ad imperatorem de eadem re.*

38. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προκαλούμενον αὐτὸν ἐν τῷ ἐνταφιασμῷ τοῦ Σωτῆρος. *Epistola ad imperatorem, invitans eum ad celebritatem sepulturæ Salvatoris.*

39. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, προτκαλούμενον ἐν τῇ πανσέπτῳ κοιμήσει τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Ad imperatorem, invitans eum ad festum Dormitionis sanctissimæ Deiparæ.*

40. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ ἐλευθερίας τοῦ καταπολαῦσαι τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ. *Epistola ad imperatorem, de asserenda in libertatem Ecclesia Christi.*

41. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ οὗ ἀναφέρομεν, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ μόνης χάριν ἀγάπης. *Epistola ad imperatorem. Quod non ex humano affectu, sed tantum charitatis causa hæc referamus.*

42. Γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα περὶ τῶν διψώντων ἐν βρώσει ἄρτου καταφαγεῖν τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ συναλγεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπερχομένοις ἀνιαροῖς, ὑπὲρ φίλων καὶ συγγενῶν. *Epistola ad imperatorem, de iis qui sitiunt populum Dei devorare sicut escam panis, et quod ipse condoleat plusquam amici et cognati, de ærumnis quæ accidunt.*

43. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ δωρεᾶς ἧς αὐτὸς ἀπολαύσας μὴ ἀνεχέσθω τῷ τὰ τοιαῦτα χαρισαμένῳ Θεῷ, μὴ ἀξίους ἀποτιννύειν καρπούς. *Epistola ad imperatorem. Ne omittat pro dono sibi collato, conferenti Deo dignos referre fructus.*

44. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ἀναγκάζειν τοὺς ἀρχιερεῖς προσκαρτερεῖν τὴν πεμπνὴν αὐτῶν, καὶ ποιμαίνειν καλῶς τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ. *Epistola ad imperatorem, de cogendis episcopis ut cum grege suo assidue commorentur, et recte populum Dei pascant.*

45. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἀρχιερέων, ἐνδιαιτᾶσθαι ἕκαστον τῇ λαχούσῃ, καὶ μὴ ποιεῖν πλέον ἑξαμηναῖον ἐκτὸς, ὡς τοῖς νόμοις δοκεῖ καὶ κανόσι, καὶ μὴ κατοικεῖν τῆς βασιλίδος ἐντός. *Ad imperatorem, quod debeant singuli episcopi in Ecclesiis suis manere, neque ab iis plus sex mensibus abesse, ut legibus et canonibus statutum est: et ne habitent in regia urbe.*

46. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, παρακαλῶν εὐεργεσίας τυχεῖν τὸν Οἰναιώτην. *Ad imperatorem, quem hortatur ut Œnæotæ beneficium impertiat.*

47. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως τυχεῖν φιλοτίμημα τὸν τερετίσαντα ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τὸ συνοδικόν. *Epistola ad imperatorem. Quæ merces ei danda, qui in sancta Dei Ecclesia synodicum retulerat.*

48. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν αἰσχροκερδῶν καὶ τῶν προνομίων τῆς Ἐκκλησίας. *Epistola ad imperatorem, contra turpis lucri cupidos, et de privilegiis Ecclesiæ.*

49. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν θείων ναῶν τιμᾶν, καὶ λαμπρύνειν καὶ ὡραΐζειν, καὶ μὴ ἐμμένειν τινὰ κατηχουμενείοις, καὶ μὴ οἴκους τινῶν ἐγκολλᾶσθαι τοῖς θείοις ναοῖς. *Epistola ad imperatorem, de honorandis et exornandis divinis templis; quod neminem deceat in catechumeneis habitare; neque domos quorumpiam divina templa contingere par sit.*

50. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως μὴ παντὶ βουλομένῳ λέγειν πιστεύῃ, μηδὲ κωλύειν τοὺς καλλιεργοῦντας τὴν γῆν. *Ad imperatorem, ut ne cuivis loquenti aurem præbeat, nec colonos ab agris colendis coerceat.*

51. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἰταμῶν καὶ αἱμοχαρῶν καὶ πλουτούντων πολὺ τὸ κακόβουλον. *Epistola ad imperatorem, de impudentibus, sanguinariis, et in malitia locupletibus.*

52. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, πρὸς τοὺς χειρισθέντας φορεῖν μάχαιραν πρὸς Θεοῦ, καὶ μὴ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ χειρίσαντος ἀνασείοντας αὐτὴν, ὅσα εἰς χόλον Θεοῦ παροῤῥᾷ, καὶ ζημίαν ψυχῶν. Καὶ περὶ τοῦ Τύρου καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας, ὅπως ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως. *Epistola ad imperatorem. Quod ii quibus gladius a Deo traditus est, non ad tradentis placitum illo utantur; quod ad Deum ira inflammandum, et ad animarum perniciem vergit. Et ut Tyrius et Alexandrinus episcopi ex urbe discedant.*

53. *Νεαρά.* Ζήτησις (1) τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἱερᾶς συνόδου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα κῦρον Ἀνδρόνικον τὸν Παλαιολόγον περί τινων κεφαλαίων νομίμων, τύπον ἔχουσα Νεαρᾶς, ἥτις καὶ ἐστέρχθη τότε παρὰ τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως. *Novella, seu relatio patriarchæ domini Athanasii, et congregatæ apud eum synodi, ad religiosissimum imperatorem dominum Andronicum Palæologum; de quibusdam juris*

(1) Exstat et in codice Regio 2525.

Digitized by Google

*capitibus, in modum Novellæ, quam imperator approbavit.*

54. Γράμμα συγκαλῶν βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντας, ἱερεῖς καὶ μονάζοντας, ἵνα γυμνῷ τῷ ποδὶ ἐξέλθωσι μετὰ τῶν θείων εἰκόνων λιτάζοντες. *Epistola qua cohortatur imperatores, principes, sacerdotes et monachos, ut nudis pedibus cum divinis imaginibus processionem obeant.*

55. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, παρακινῶν ἐλθεῖν ἐν τῷ ἐνταφιασμῷ τοῦ Σωτῆρος. *Ad imperatorem, cohortans eum ut ad Salvatoris sepulturam accedat.*

56. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ γεγονότος εἰς τὸν λαὸν λιμοῦ. *Ad imperatorem de fame qua populus laboravit.*

57. Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ αὖθις, καὶ μὴ πωλεῖν τινα σῖτον ἄνευ εἰδήσεως καὶ τοῦ πατριάρχου. *Ad eumdem, de eadem re, ac ne inscio patriarcha frumentum væneat.*

58. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ μὴ τιμιουλκεῖν. *Epistola ad imperatorem de eadem re, et ne pretium augere liceat.*

59. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ παρ' ἐλπίδα συμπεσόντος τῆς δεσποίνης ὁ θάνατος. Falsa inscriptio. Inscribi debet : Γράμμα πρὸς τὴν βασίλισσαν περὶ τοῦ δεῖν αὐτὴν ὁμονοεῖν τῷ συζύγῳ. *Epistola ad imperatricem, quod oporteat eam cum conjuge moribus convenire.* Pertinet ad dissidia quæ fuerunt inter Andronicum imperatorem et uxorem ejus Irenen, de quibus Gregoras, etc.

60. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ὅσα θεοφιλῆ οἱ ποθοῦντες ὑποτίθενται καὶ βιάζουσι, κέρδος οἰκεῖον ὀφείλειν εἶναι λογιζομένους. *Epistola ad imperatorem. Quod ii qui amore ducuntur Deo placita suggerant, et magna vi perficere nitantur, id sibi lucro esse rati.*

61. Γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα περὶ τοῦ ὀρθοδόξοις καλῶς κριθὲν ἀνεγείρειν θείους ναοὺς, εἶτα τῷ κατὰ τόπους φροντίζειν λαχόντι καταπιστεύειν, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες διαγορεύουσιν. *Epistola ad imperatorem. Quod orthodoxis recte statutum et propositum sit, ut divina templa excitent : iis qui in diversis locis ad hoc deputati sunt concredenda : ut divini canones enuntiant.*

62. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ πρόνοιαν προνοῆσαι τὸν πατριάρχην ἀθάρας ἕψειν (*sic*) περὶ τῶν πτωχῶν, καὶ ζητῆσαι ξύλα τὰ τὸ πῦρ τρέφοντα. *Epistola ad imperatorem, ut curet combustibilia ligna suppeditari, quo possit patriarcha pulmentum pauperibus coquere.*

63. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως ἕκαστος τῶν ἀρχιερέων τῇ λαχούσῃ προσκαρτερῇ, καὶ περὶ τῶν κλήρου ἀφηνιαζόντων ἕνεκεν ὀφφικίων καὶ ῥόγας. *Epistola ad imperatorem ut quisque episcopus in sua Ecclesia resideat. Et de clericis qui officiorum et rogæ causa contumaces sunt.*

64. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ἃ ἀναφέρειν οὐχ ἕνεκεν φίλων, ἢ συγγενῶν, ἢ δώρων, ἢ δόξης. *Epistola ad imperatorem, se ea quæ refert, non amicorum, cognatorum, munerum, aut gloriæ causa referre.*

65. Γράμμα τοῦ πατριάρχου στηλιτευτικὸν περὶ Ἰωάννου τινὸς Δριμὺς τὸ ἐπίθετον, προσεταιρισαμένου συμμορίαν ἐπάρατον κατά τε τῆς ποίμνης Χριστοῦ, κατά τε τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ θεοστεφοῦς αὐτοκράτορος. *Epistola patriarchæ, qua infamia notatur Joannes quidam Drimys, qui exsecrandum sibi societatem conciliaret contra gregem Christi, contra Ecclesiam, et a Deo coronatum imperatorem.*

66. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, διεγεῖρον αὐτὸν εἰς σύστασιν τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἐννόμου ζωῆς πᾶν τὸ ὑπήκοον. *Epistola ad imperatorem, excitans eum ut Ecclesiam componat, et subditos ad vitam secundum leges deducat.*

67. Γράμμα πρὸς ποιμένας, μὴ προσκυροῦσθαι πρός τινας μονὰς τὰς ὑπὸ χεῖρα αὐτῶν, ἢ πιπράσκειν, ἢ καὶ καταχαρίζεσθαι, εἰ μὴ ὡς νενομοθέτηται ἐγκανόνως. *Epistola ad pastores, ne monasteria subdita quasi propriam possessionem sibi attribuant, aut vendant, aut aliis tradant, nisi prout canonice statutum est.*

68. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ περιποθήτου δεσπότου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου. *Epistola ad imperatorem, de despota Joanne suo filio.*

69. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅπως ἡ δέσποινα βαρέως ἔσχε κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου. *Ad imperatorem, quomodo imperatrix graviter succenseat filio suo felicissimo despotæ.*

70. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ δεσπότου καὶ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, ἀναλόγως πρὸς τὰς ἐξόδους καὶ τοῦ ἀξιώματος ἔχειν τὰς οἰκονομίας. *Epistola ad imperatorem, de domino et filio suo Joanne, ut pro sumptibus et pro dignitate necessaria ipsi subministrentur.*

71. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ προτρεψαμένου λαχόντος διενεργεῖν τὰ δημώδη, ἀναγαγεῖν τινα, λαξευτηρίῳ πατάξαι πρὸς καταστροφὴν ἐκτυπώματος τοῦ Σωτῆρος· καὶ περὶ τοῦ αὐθαδισθέντος ἁρπάσαι τὸν σῖτον. Titulus mendosus. *Epistola ad imperatorem, de publicarum rerum administratore, qui quemdam induxit ut securi imaginem Salvatoris percuteret ac dejiceret : ac de eo qui frumentum abripere ausus est.*

72. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν μὴ θελησάντων, ἵνα ἐκτελεσθῇ ἡ ἑορτὴ τῶν θείων ἀποστόλων. Αὐτὸς δὲ μὴ ἀνασχόμενος ἔᾶσαι, ἀπέστειλε καὶ προσαγωγὴν τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ τὸν πολυτίμητον καὶ ποικίλον ποδήρη. *Epistola ad imperatorem de iis qui nolebant festum divinorum apostolorum celebrari : et quod ipse imperator non passus sit, ut id prætermitteretur, et sacræ liturgiæ in donum miserit pretiosam ac pulchram tunicam talarem.*

73. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ κυροῦ Νίφωνος ὄντος Κυζίκου, διὰ τὰς κατηγορίας τὰς ἀκουσθείσας περὶ αὐτοῦ. *Epistola ad imperato-*

Digitized by Google

*rem de domino Niphone, Cyziceno episcopo, et de accusationibus ipsi oblatis.*

74. Γράμμα εὐχαριστήριον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ φροντίδι τοῦ κόσμου, μὴ τῶν πρωτείων ἑτέρῳ παραχωρεῖν, περὶ τοῦ ἀκουσθέντος αὐτῇ ἀπολωλότος προδότου. Titulus inconcinnus. *Epistola in gratiarum actionem ad imperatorem. Quod cum in tanta mundi cura constitutus sit, non alteri primas detulerit, in reducenda ove quam periisse audierat.*

75. Γράμμα περὶ μοναχῶν τῶν καταπάτημα τῶν θείων κανόνων ἑκοντὶ αἱρετισάντων, καὶ ἀποφυγόντων τῆς οἰκείας μονῆς. *Epistola de monachis, qui arbitrio suo sacros canones conculcarunt, et a monasterio suo aufugerunt.*

76. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, τὸ ἀνηρτῆσθαι μετὰ Θεὸν ὅσα δὴ δεξιὰ καὶ εὐώνυμα τὰ κατὰ πνεῦμα πατρί. *Epistola ad imperatorem, ut post Deum sive in dextris sive in sinistris a spiritualis patris nutu pendeat.*

77. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τοῦ ἀναθεωρεῖσθαι τὰ τῶν γεννημάτων καὶ ἄρτων εἶναι εἰς δικαίαν ἐξώνησιν. *Epistola ad imperatorem, ut provideat fructuum et panis venditionem justam esse.*

78. Γράμμα διεγεῖρον βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον πρὸς ἐπιστροφὴν πρὸς Θεὸν καὶ μετάνοιαν. *Epistola qua imperatores, principes et omnes subditi ad conversionem et ad pœnitentiam excitantur.*

79. Παραίτησις τῆς πρώτης πατριαρχίας αὐτοῦ. *Abdicatio prioris patriarchatus.*

80. Παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχίας. *Posterioris patriarchatus abdicatio.*

81. Τοῖς ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσι Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοῖς ἐντιμοτάτοις τοῦ κλήρου ἱερεῦσι καὶ μονάζουσι, τοῖς τε στρατευομένοις, καὶ τοῖς τῆς πολιτείας πλουσίοις τε καὶ πενομένοις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ πᾶσι διηνεκῶς χορηγεῖσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ ἐπεύχομαι ἔλεος. *Sanctissimis Dei presulibus, gloriosissimo senatui, et honoratissimis e clero sacerdotibus et monachis; iis etiam qui militiam exercent, ac civibus divitibus pauperibusque viris et mulieribus omnibus Dei misericordiam conferri supplico.*

82. Γράμμα σταλὲν τῷ ἐπὶ τῶν δεήσεων περὶ τὰς ψήφους, ἃς πεποιήκασι διὰ τὸν Κυζίκου, ὅπως ποιοῦσιν αὐτὸν πατριάρχην. *Epistola ad magistrum libellorum supplicum, de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici.*

83. Γράμμα ἀνεπίγραφον, seu fragmentum, in quo accusatus (1) pontifex provocat ad synodum, ut si crimina objecta vera esse pateat, deponatur et ignominiose ejiciatur; sin minus, delatores puniantur.

84. Γράμμα περὶ τοῦ πῶς καὶ διατί τὰ τῶν παραιτήσεων, τῆς πρώτης, φημὶ, καὶ τῆς δευτέρας, ἐγένοντο. *Epistola. Quomodo et quare prima et secunda patriarchatus abdicatio facta sit.*

---

Ex illis autem duodecim epistolis ad imperatorem, quas paulo superius recensuimus, de residendi necessitate omnibus episcopis imponenda, tres editæ fuere a Turriano, Latine tantum, Florentiæ post librum de residentia pastorum; nam quinque aliæ Athanasii epistolæ ejusdem argumenti, quas ibidem edidit Turrianus Latine tantum, non reperiuntur inter epistolas Athanasii in laudato codice Regio. Turriani autem Latinum trium illarum epistolarum, verius dixeris paraphrasim quam versionem. Abdicationem prioris patriarchatus Athanasii, necnon παραίτησιν τῆς δευτέρας πατριαρχίας αὐτοῦ habes editas a Boivinio in Notis ad Gregoram Græce tantum, ubi etiam reperitur editum fragmentum illius Epistolæ Athanasii, περὶ τοῦ πῶς καὶ διατί τὰ τῶν παραιτήσεων, τῆς πρώτης, φημὶ, καὶ δευτέρας, ἐγένοντο. Nos autem tres epistolas ejusdem Athanasii *de Judæis urbe pellendis* supra lib. II, Græce tantum edidimus. Libet autem nobis hic exscribere abdicationem prioris patriarchatus Athanasii, cum nostra Latina versione; nam ex ea apparet, Athanasium abdicasse patriarchatum indictione septima, hoc est, anno Christi 1293, ut supra ex Pachymere diximus; qui præterea scriptor subjungit id factum die decima sexta mensis Octobris. Refert et Pachymeres παραίτησιν prioris patriarchatus Athanasii, sed in multis diversa est ab hac, quæ sic habetur in codice Regio olim Telleriano:

*Abdicatio prioris patriarchatus.*

Cum Ecclesiæ Christi curam, eo quo novit ipse judicio, suscepimus; cum iis Ecclesiam ejus scindere volebant contumeliosis hominibus ulciscendis, tum depellendis iis qui in impuritate, adulterio et fornicatione deprehensi fuerant, non frustra operam posuimus. Ignoravimus autem improbos quosdam mala pro nobis rependere iis qui principatum obtinent, quia se ad vitam secundum legem agendam compellent: illi enim immanes homines arrepta occasione ipsos in jus vocant, de administratione sua. Cum tamen ii qui hodie publicas res administrant, non tales in administratione sua ac-

(1) Ipse scilicet Athanasius.

*Παραίτησις τῆς πρώτης πατριαρχίας αὐτοῦ.*

Τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας οἷς αὐτὸς οἶδε κρίμασι τὴν φροντίδα δεξάμενοι, οὐκ ἐξησφαλίσθημεν, τοῦ μήτε τοὺς σχιζομένους τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ καὶ ὑβριστὰς αὐτοῦ τιμωρεῖν, μήτε τοὺς ἀκαθαρσίαις, μοιχείαις τε καὶ πορνείαις ἐαλωκότας ἀναχαιτίζειν. Ἠγνοήσαμεν δὲ ὅτι καὶ τὰ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀντιστρόφως οἱ φαῦλοι ἀνταποδιδόναι τοῖς ἄρχουσιν, ὡς ἐννόμως ζῆν ἀναγκάζοντας (2). Καιροῦ δραξάμενοι, ἀπηνεῖς εἰσπράττονται δίκας αὐτοὺς ἐν οἷς ποτε διῳκήκασι· καὶ ταῦτα μηδὲ τοῖς ἐνεργοῦσι (3) σήμερον τὰ δημόσια, τοιαύτας ἐν οἷς ἐνήργησαν ὑπεχόντων εὐθύνας, ὅσα ἡ κακοτρόπῳ γνώμῃ, ἢ

(2) Pro ἀναγκάζουσι vel ἀναγκάζονται.

(3) Pro τῶν ἐνεργούντων.

Digitized by Google

ἀγνοίᾳ κατὰ τοῦ δικαίου πεπαρῳνήκασιν. Ἀλλ', ὦ τῶν ἐμῶν κακῶν, ὡς μηδὲ κἂν ἴσα τούτοις ἐξισωθῆναι καὶ τὰ ἡμέτερα! Καὶ εἰ καὶ πόθεν ταῦτα ἐπῆλθεν ἡμῖν ἄδηλα τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ Θεῷ. Ὁ γὰρ εἰπὼν παῤῥησιασάμενος πρὸς Θεὸν, « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, » εἶπε καὶ τὸ, « Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. » Οὐδὲ γὰρ ἡμετέρων μόνον ταῦτα σφαλμάτων ἀντέκτισις. Καὶ χάρις Θεῷ· καὶ ἡμεῖς μὲν ἀδικούμενοι οὕτως, οὐκ ἀδικούμεθα· ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς δύναται παραβλάψαι· ἡ Ἐκκλησία δὲ πάλιν ὑβρίσθη καὶ ἐζημιώθη. Τίς δὲ ἡ ζημία; Τῶν μοναχῶν καὶ μοναζουσῶν, καὶ τοῦ λοιποῦ Χριστωνύμου λαοῦ, τῶν μὲν λόγῳ, τῶν δὲ καὶ βίᾳ βλεψάντων πρὸς τὸ σεμνότερον, ὡς καταιγὶς ἀγρία ἀθρόον ἐπεισπεσοῦσα, ἡ καθ' ἡμῶν ὕβρις πρὸς τὰ σεμνότερα ἔτρεψεν. Ἡ δὲ ὕβρις καὶ τὸ αὐτῆς λυπηρὸν, τὸ μὴ κατὰ τῆς αὐτῶν (1) ὑπολήψεως μόνον, καὶ τὸ λίθους κρατῆσαι βαλεῖν ἡμᾶς, καὶ ἀναθεματίσαι, καὶ ὅσα σωματικῆς ἐστιν ὕβρεως ἐπειπεῖν, ἀλλ', οἶμοι! κατ' αὐτοῦ τοῦ σεβάσματος. Διὸ καὶ φημί· Εἰ ἐφρόνησα πώποτε, ἢ φρονῶ, ἢ φρονήσω τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀλλότριον φρόνημα, ἀνάθεμά μοι ἀπὸ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ παντανάθεμα, καὶ κατανάθεμα. Εἰ δὲ ὡς οἱ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ ἐδογμάτισαν καὶ παραδεδώκασιν ἅγιοι μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ τούτων διάδοχοι θεοφόροι Πατέρες, καὶ ὡς ἡ ἁγία Ἐκκλησία Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐδέξατο, πιστεύω καὶ προσκυνῶ καὶ δέχομαι καὶ ἀσπάζομαι καὶ κηρύττω. Εἴ τι δὲ ταύτης ἐχθρὸν καὶ ἀλλότριον, παραπέμπω τῷ ἀναθέματι· οἱ κατ' ἐμοῦ ἀκονήσαντες γλώσσας, καὶ τοιαύτας ἀθέους φωνὰς ἐξερευξάμενοι διαβολῆς καὶ συκοφαντίας, ἐκκήρυκτοι οἱ τοιοῦτοι Ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἀλύτῳ ἀφορισμῷ ἐκ τῆς ζωαρχικῆς Τριάδος, καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς ὑποβάλλομεν καὶ ἀρᾷ ἀναθέματος. Ἐπεὶ δὲ νόμος τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ ἐκόντας ἄρχειν ἑκόντων, ἡμεῖς δὲ δυναστικῶς ἐδόξαμεν ἄρχειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπώσαντο, ἀπωσάμενοι τοῦ ποιμαίνεσθαι ὑφ' ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ποιμαίνειν αὐτοὺς παραιτούμεθα, κατὰ τὸν εἰπόντα· « Κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ καὶ λαῷ ἀπειθεῖ ἀποτάσσομαι, » δεόμενος ἐκ ψυχῆς ἡμῖν τε καὶ αὐτοῖς ἵλεων ἔσεσθαι τὸν Θεόν. Τὰ δὲ ἡμέτερα ἄγοιτο ὅπου καὶ βούλοιτο ὁ ἐν Τριάδι ὑμνούμενος Κύριος πρεσβείαις τῆς Θεομήτορος, τῶν νοερῶν Θεοῦ λειτουργῶν καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων ἡμῶν. Καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, εἰ μὲν κανονικῶς εἶπαν καὶ ἔπραξαν, καὶ δικαίως μου ἀπεκόπησαν, ἵλεως οὕτως ὁ Θεὸς εἴη καὶ αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ, τοῖς ῥηθεῖσιν ἐπιτιμίοις ὑπεύθυνοι ἔστωσαν, καὶ αὐτοὶ, καὶ οὓς ψευδῶς ὑποσύρουσι, καὶ ὑφ' ὧν παρεσύρησαν. Εἶχε δὲ καὶ Ἀθανάσιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης Ἰνδικτ. ζ', *εἶχε καὶ μολιβδίνην βούλλαν πατριαρχικὴν, καὶ κάτωθεν ταῦτα*· Τούτοις στοιχῶ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· τούτοις ἐμμένω. Εἴ τι δὲ ἄλλο εἶπω

A cusandi causas dederint; quales illi sive ex improbo animo sive ex ignorantia, contra jus fasque, et cum furore objiciunt. Sed, o meum infortunium, quod nostra illic nec paria nec comparanda sint! Ac etiamsi multis ignotum sit unde hæc nobis acciderint; at non Deo. Nam qui Deo cum fiducia dicere ausus est, « Zelus domus tuæ comedit me, » is ipse dixit, « Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. » Non enim delictorum meorum tantum hæc ultio fuerit, qua de re gratias ago Deo; namque nos ita læsi nihil lædimur; quia ei qui se ipsum non lædit, nemo nocere valet; verum Ecclesia contumelia et damno iterum affecta est. Quodnam illud damnum? in monachos et moniales, ac reliquum Christianum populum, quorum B alii sermone, alii vel inviti ad honestiora spectant, ceu sæva procella confertim ingruens, contumeliam nostram in venerabiliora convertit. Contumelia porro illa et tristitia hinc consecuta, non contra famam solum nostram vergit, neque tantum eo devenit, ut arreptis lapidibus nos impeterent et anathematizarent, ac quamlibet in corpore injuriam pati cogerent; sed etiam, væ mihi! contra nostram de religione sententiam vertitur. Quamobrem dico: si unquam tenui, vel jam teneo, vel in posterum teneho, aliquam a sancta Christi et Dei Ecclesia alienam sententiam, anathema sit mihi a Christo Deo; imo omne anathema, et dirum anathema: si vero quemadmodum sancti discipuli et apostoli Domini mei Jesu, et eorum successores Deiferi C Patres, et sancta Ecclesia Christi Dei nostri, docuerunt et tradiderunt, ita credo, hæc adoro, hæc recipio et amplector et prædico: et si quid illi inimicum alienumve est, anathemati trado; ii qui linguas suas contra me exacuerunt, et impias voces calumnia et sycophantia plenas evomuerunt, proscripti sunto ex Ecclesia Christi, atque eos insolubili excommunicationi a vitæ principe Trinitate, ac maledicto anathematis nos subjicimus. Quoniam vero ea lex Ecclesiæ Christi, ut lubentes lubentibus imperent, nos vero cum auctoritate visi sumus imperare, atque ideo nos illi abjecerunt; abjecti nos ab illis ac pastoris officio depulsi, illos visissim pascere recusamus, secundum eum qui D dixit: « Sorti non obsequenti et populo rebelli renuntio. » Nobis tamen et ipsis propitium esse Deum precor. Nostra vero quo voluerit deducat qui in Trinitate celebratur Dominus, precibus Dei Matris, spiritualium Dei ministrorum, et omnium qui a sæculo fuerunt sanctorum nostrorum. Pontifices vero siquidem canonice dixerint et fecerint, et jure sese a me segregarint, propitius illis sit Deus; sin minus, prædictæ ultioni subjaceant tam illi, quam ii quos fallacibus verbis abducunt, et a quibus vicissim abducti sunt. *Sequebatur deinde*, Athanasius misericordia Dei archiepiscopus Constantinopoleos novæ Romæ et œcumenicus patriarcha.

(1) Ἡμῶν legendum ut apud Pachymerem.

Digitized by Google

Indictione VII : *Habebat autem et plumbeam bullam patriarchalem et inferius hæc scripta erant* : In his incedo coram Deo, in his permaneo. Si quid vero aliud fecerim aut dixerim præter ea quæ hic scripta sunt, irritum habeo ac violentia tyrannideque plenum ; nec tamen mihi segnitiei crimen, gratia Christi, hærere conscius sum. Indictione VII.

A ἢ πράξω ἐκτὸς τῶν ὧδε γεγραμμένων, ἄστοργον ἔχειν καὶ βίας καὶ τυραννίδος ἔργον, μὴ συνειδὼς ἐμαυτῷ χάριτι Χριστοῦ ἀργίας τι ἔγκλημα. Ἰνδικτ. ζ'.

—

Placet hic etiam subjungere rescriptum ejusdem Athanasii patriarchæ cum nostra Latina versione, quo infamia notatur Joannes quidam Drimys, qui societatem cum exsecranda factione iniverat contra gregem Christi, contra Ecclesiam et a Deo coronatum imperatorem. Hujus autem Joannis meminere Gregoras et Pachymeres, sed paucis omnino verbis ; unde loca illa Gregoræ, et Pachymeris, ubi de hoc Joanne igitur, non parum lucis accipere possunt ex hoc rescripto Athanasii, quod sic habet :

*Rescriptum patriarchæ, quo infamia notatur Joannes quidam Drimys qui societatem cum exsecranda factione iniverat contra gregem Christi, contra Ecclesiam et a Deo coronatum imperatorem.*

B

*Γράμμα τοῦ πατριάρχου στηλιτευτικὸν περὶ Ἰωάννου τινὸς, Δριμὺς τὸ ἐπίθετον προσεταιρισάμενος συμμορίαν ἐπάρατον κατά τε ποίμνης Χριστοῦ κατά τε τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ θεοστεφοῦς αὐτοκράτορος.*

Beatæ naturæ gratias agimus cum pro reliquis divinis muneribus, tum qui Ecclesiam sacerdotio et imperio pulchre coronavit, ut ambobus hisce moderatoribus rite ac studiose gubernata, pullulantes uvas ad maturitatem deducat, plenasque ac divinis dignas torcularibus constituat, et quidquid in labruscam degenerat ab se eliminet : ut ex hoc negotio cognoscere licebit. Nam Christi Ecclesia cum reliquis divinis muneribus, quæ large hominibus præbita sunt, pontificum dextera magnam mirabilemque sacerdotum dignitatem [ constituit ], quorum officium est primo ut rectam de Deo doctrinam teneant, et ad sanguinem usque defendant ea quæ Deus defendi jubet, fideles religiosis imperatoribus maneant, et pie et caute justitiæ, temperantiæ et veritati dent operam, ut opere et verbo omnibus, ad institutionem utiles sint, et salis lucisque instar reliquo populo fiant : ac præcipue, ut dixi, auctores populis sint ut benevolentiam erga imperium conservent, quia Deus pacis dixit respicere se mansuetos, morigeros et fideles, supplicationes, gratiarum actiones orationesque frequentes pro imperio, pro magistratibus, pro seipsis et pro toto mundo, ut par est, edant ; ut tranquillam agentes vitam, instar speculi fidelibus exhibeant, quo vitæ instituto opus est iis, qui se vero, viventi et uni Deo servire gloriantur ; atque æquitate condecenti Christianum cœtum ad bonum omne operum exemplo compellant. Verum, in his, ceu in vinea, subortum rubum esse audivimus : unumque ex magni Salvatoris Christi discipulis profana quadam subversione et torva sententia, proditorem factum esse comperimus ; Joannes scilicet quidam hoc tempore, Drimys cognomine, se unum ex sacerdotali ordine esse professus, magnam malitiæ vim effudit, ac reipublicæ fidelium perniciosam : et hæc sacro presbyteri nomine occultatus callidius aggressus est : ac si quis ovis pelle lupum obtegeret. Nescio quibus ex barathris et triviis emersus ad maturandam sibi perniciem prodierit ; is cum multis sibi obsequentibus filiis perditionis, quos hæc occasio patefecit, regiam quasi rubigo adiit, ad imperatoris conspectum venit, a quo benigne,

C

D

Χάρις κἂν τοῦτο σὺν τῇ λοιπῇ ἀγαθοπρεπεῖ θεουργίᾳ τῇ φύσει τῇ μακαρίᾳ ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν ἱερωσύνῃ καὶ βασιλείᾳ ἁρμοζόντως κατέστεψεν ὡς ἂν ὑπ' ἀμφοῖν ἐκ ζήλου κρατουμένη κυπρίζοντας βότρυς περκάζῃ ἀξίους καὶ πλήρεις τῶν θείων ληνῶν, ἀφ' ἑαυτῆς ὁμφακίζον ἅπαν ἀπορραπίζουσα, ὡς τοῦτο κἀντεῦθεν εἰσόμεθα. Τῆς γὰρ Χριστοῦ Ἐκκλησίας σὺν ταῖς λοιπαῖς θείαις δωρεαῖς ἐπιδαψιλευομένης ἀνθρώποις, ἐκ δεξιᾶς ἀρχιερατικῆς, καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ πανάγαστον τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, οἵστισιν ὀφειλὴ τὸ πρώτως ὀρθοδοξεῖν εἰς Θεὸν, καὶ αἵματος μέχρις ἐκδικεῖν, ὅσα φίλον αὐτῷ, καὶ δὴ καὶ τηρεῖσθαι πιστοὺς τοῖς θεόφροσιν αὐτοκράτορσι, καὶ εὐλαβῶς καὶ πεφυλαγμένως δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ βιοτεύειν ἐπεγεσθαι, ὡς ἔργῳ καὶ λόγῳ παντὶ εἰς παίδευμα κεῖσθαι χρηστόν. Καὶ ἄλας καὶ φῶς τυγχάνειν τῷ λοιπῷ λαῷ, καὶ μάλα πρὸ τῶν λοιπῶν τὸ εὔνουν ὑποτιθέναι τῇ βασιλείᾳ, ὡς ἔφην, τηρεῖν τοῖς λαοῖς, ὡς ἐπιβλέπειν λελαληκότος τοῦ τῆς εἰρήνης Θεοῦ, πραέσι καὶ πειθηνίαν ἂν (*sic*) καὶ πιστοῖς · δεήσεις αὖ καὶ ἐντεύξεις εὐχαριστίας καὶ προσευχὰς πυκνὰς αὐτοὺς ποιουμένους ὀφειλομένως, ὑπέρ γε τῆς βασιλείας καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ ἑαυτῶν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἂν ἐν ἠρέμῳ ἐκεῖθεν ζωῇ δίκην ἐσόπτρου πιστοὺς ὑπεμφαίνοιεν ὁποίας δέοι ἀναστροφῆς τοῖς αὐχοῦσι λατρεύειν τῷ ἀληθεῖ καὶ ζῶντι καὶ μόνῳ Θεῷ, καὶ ἐπιεικείᾳ σεμνοπρεπεῖ τὸ Χριστώνυμον σύνταγμα εἰς πᾶν ἀγαθὸν ἐξ ὧν ἐνεργοῦσιν αὐτοὶ συνελαύνοιεν. Ἀλλά γε κἂν τούτοις ὡς ἐν ἀμπέλῳ φύεσθαι βάτον ἠκούσαμεν, καὶ ἕνα προδότην τῶν τοῦ μεγάλου Σωτῆρος Χριστοῦ μαθητῶν βεβήλῳ (*sic*) γεγενημένον ἴσμεν παρατροπῇ, γνώμῃ τινὶ σκαιοτρόπῳ. Καί τις Ἰωάννης τανῦν Δριμὺς τὸ ἐπίθετον, τοῦ βήματος ἕνα προσμαρτυρῶν ἑαυτὸν κακίας ἐκδύσαι ἐξήχθη, πολὺ τὸ δριμὺ καὶ ἐπίζον (*sic*) τῇ πολιτείᾳ πιστῶν καὶ ὀλέθριον · καὶ ταῦτα κλήσει τῇ ἱερᾷ ὑποκρυπτόμενος πανουργότερον · ὡς ἄν τις κωδίῳ καὶ λύκον περικαλύψειεν, οὐκ οἶδα ἐκ ποίων βαράθρων τε καὶ τριόδων ἀνασωθεὶς πρὸ καιροῦ ἐπ' ἀπωλείᾳ τῇ ἑαυτοῦ. Καὶ ὅσους υἱοὺς ἀπωλείας καὶ τούτῳ καταπειθεῖς ἐπίδειξεν ὁ καιρὸς τὴν βασιλίδα καταλαμβάνει, οἷά τις ἐρυσίβη, καὶ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ ἐμφανισθεὶς

Digitized by Google

καὶ εἰσδεχθεὶς δεξιῶς, ὡς δῆθεν εἶναι τῶν εὐλαβῶν, καὶ φιλοτιμηθεὶς ὑπὲρ τὴν ἀξίαν. Διὸ ἐπεφήμιζεν ἑαυτῷ ἱερωσύνης οἶμαι ἀξίωμα, ἕλκειν σκεπτόμενος διὰ τούτου πολλὴν πρὸς αὐτὸν τὴν ἀναδοχήν, εἰωθότος τιμᾶν τὰ θεῖα, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ, μεγάλαις ἀναδοχαῖς καὶ βασιλικαῖς τοῦ ἁγίου μου αὐτοκράτορος ἀπό γε φιλοθείας καὶ εὐσεβείας καὶ εὐλαβοῦς καὶ ἡμέρας ψυχῆς, ὡς οὔ ποτε τῶν ἀνέκαθεν βασιλέων ἄλλῳ τινὶ ἐν τοῖς θείοις· κἂν τούτῳ τὸ εὐλαβὲς μεμαρτύρηται· ὡς τοῦτο τούτου τῷ κράτει πεφιλοφρόνηται ὑπερβολῇ καλοκαγαθίας καὶ ἡμερότητος, ὡς ἵνα κἂν τούτῳ συνάδων εἴη τῷ μεγάλῳ Δαυὶδ· « Λίαν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, οἱ φίλοι σου ἐτιμήθησαν. » Ἀλλ' ὦ ψυχῆς ἀναισχύντου καὶ πάντη σκιᾶς! ἀντὶ γὰρ ὀφειλούσης εὐγνωμοσύνης τῇ εὐποιΐᾳ, ἐξ ἧς καὶ θῆρας ἴσμεν μεταβεβλῆσθαι, τὸν θεῖον φόβον καὶ ὅρκους ἀπορράπισας ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ λίαν δριμὺς καὶ δυσθάνατος, καὶ ὁμοίους αὐτῷ προσεταιρισάμενος κατά τε τῆς ποίμνης Χριστοῦ, κατά τε τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ θεοστεφοῦς αὐτοκράτορος ῥᾳψῴδημα δόλου καὶ τυραννίδος συνθέμενος. Φεῦ τῆς ἐρεσχελίας! ὁ ἄθλιος ἀπόγονος εἶναι τῶν πώποτε βεβασιλευκότων τινός· δν οὐδὲ γεννηθῆναι, οὐδὲ παρά τινος θεαθῆναι ἢ ἀκουσθῆναι ταῖς ἀληθείαις καὶ μέχρι σήμερον ἄνθρωπος ἠνωτίσθη ποσῶς. Τραγέλαφος οἶμαί τις ἀνυπόστατος, ἢ καθά που τὰ λόγια, « Ὅτε ἡ θάλασσα ἐμαιοῦτο, σὺ ἐτήρησας τραγελάφων τοκετοὺς ἀκηκοώς. » Ἔνθεν πρεσβύτερα μὴ ὀκνεῖν διακηρυκεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ μείζονα, γέλωτος κωμῳδίαν ἀξίαν ἢ μᾶλλον δακρύων πολλῶν ἑαυτῷ καταχαριζόμενος, καὶ τοῖς προχείρως ἐκμοχθηρίας τοιαῦτα πιστεύουσι καὶ κρατύνουσιν. Ὅθεν καὶ μᾶλλον μυρμηκολέων εὑρέθη κακὸς κακῶς ὀλεσκόμενος ἀποτυχὼν τῆς βορᾶς, ὃς μετ' ἐκείνου τοῦ θεῖναι τοῖς ἄστροις τὸν θρόνον βατταρίσαι τετολμηκότος τὰ τοιαῦτα προσονειρῶξαι οὐκ ἔφριξε, μεθ' οὗ καὶ συνηριθμῆσθαι καὶ συντετάχθαι διὰ τὴν μίμησιν, ὡς ἐξ ὧν εἰργάσατο ἀποδείκνυται. Κἀκεῖθεν ὁμόφροσι τούτῳ τισὶ τὰ τῆς πλάνης αὐτοῦ καὶ ἀποστασίας καταπιστεύσαντα, καὶ ἀκοαῖς πονηραῖς λόγους διακομίσοντα πονηροὺς, τὰ αὐτοῦ βδελυρὰ σκαιωρήματα ἐν τῇ πόλει καὶ ταῦτα τοῦ κράτους ἐνσπείρας· ὁ δείλαιος συμμορίαν ποιεῖται ἐπάρατον· οἳ καὶ μήπω διακορεῖς τῇ τοσαύτῃ μανίᾳ γενόμενοι, ἔτι ὠδίνοντες τὰ κακὰ, τοῦ μόνοι ἐνταῦθα λυττᾷν μεθ' ὧν ᾠκειώσαντο μικρὸν λογιζόμενοι, μειζόνως ἐν κακουργίᾳ δραμεῖν συνέλοσθον πόνον τοῦ ἀνομίαν ἀποτεκεῖν, ὡς ἂν μειζόνως ἐκπολεμῶσαι αὐτοὺς καὶ Θεὸν ἐπισπεύδοντες τοὺς κύκλῳ ἡμῶν ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, εἰς ἄσπονδον μάχην τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ὅλου συντάγματος Χριστωνύμου, συγκαλέσαι ἐπ' ἀπωλείᾳ κοινῇ εἰς ἀντίληψιν τὴν ἑαυτῶν ἐψηφίσαντο. Καὶ τοῦτο ἐξήνυσαν ἄν, εἰ μὴ συνέχει τούτων τὰς μηχανὰς ὁ θανάτου ἐκτρέπων σκιὰν εἰς ζωὴν τοῖς ἐλπίδας βεβαίας ἀναθεμένοις αὐτῷ· ὃς καὶ τὸν πόνον αὐτὸν ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἐνδίκως ἐπέβαλε,

quasi scilicet ex piorum numero esset, cum honore præter meritum exceptus est. Nomen autem sacerdotii, ut æstimo, simulavit; magnam sibi inde dignitatem conciliare studens apud eum qui divina et Dei homines honorare consuevit; magnis, inquam, et regiis observantiæ significationibus admissus a sancto imperatore meo, pro insita animo ejus religione, pietate ac ea qua præditus est mansuetudine; ita ut nulli antehac quantumvis pio, tantum benevolentiæ a superioribus imperatoribus exhibitum fuerit; qua etiam in re ejus pietatem testificari liceat: ibi etiam probitatis et mansuetudinis magnitudinem demonstravit; ita ut ea in re magno Davidi similis, dicere possit ut ille: « Mihi nimis honorati sunt amici tui Deus. » Sed, o animam impudentem et tenebrosam! Nam pro debita tantis beneficiis grati animi significatione, eum in feræ naturam versum conspicimus, et Dei timore ac juramentis posthabitis et abjectis, Drimys ille ac exitiosus homo, cum alios sui similes sibi conciliasset, contra gregem Christi, contra Ecclesiam et contra divinitus coronatum imperatorem machinamentum doli et tyrannidis plenum struxit. Proh nugamentum! Miser ille se ex aliquo priscorum imperatorum ortum gloriatur, quem ne natum quidem, neque ab aliquo visum, auditumve hactenus ullus scivit. Hircocervum esse puto, nulla substantia præditum et fictum; sive cum hæc Scripturam alicubi dicentem audiisset: *Quando mare obstetricabatur, tu observasti partus hircocervorum* (1); inde sibi antiquitatis et generis sui magnitudinem prædicandi occasionem impigne accipiens, comœdiam risu, imo potius lacrymis multis dignam edidit, tum sui causa, tum eorum qui temere ex improbitate talia crederent et confirmarent: quare facilius ille *myrmecoleon* deprehendetur, ac malus male peribit, cum nihil quod devoret, habeat, qui cum illo qui thronum suum in astris ponere volebat, talia effutire et somniare ausus non exhorruit: cum quo adnumerandum et constituendum eum esse ob imitationem, ex operibus ejus commonstratur. Inde vero cum quibusdam sibi consentientibus erroris et defectionis suæ secreta concredidisset, et improbis auribus improba verba dedisset, itemque exsecranda et perversa machinamenta sua in civitate imperatoria disseminasset, abominandam sibi manum collegit hominum, qui cum nondum tanta stultitia saturi sint, mala parturientes, rati parum esse si in illa prima quam amplexi sunt stultitia furant, majoris in nequitia cursus laborem susceperunt, ut pariant iniquitatem; ita ut majoris belli Deo inferendi studio incensi, finitimos nostros atheos et impios, ad inexpiabile bellum adversus Dominum et adversus Christum ejus, et adversus totum Christianorum cœtum ad communem perniciem et sui auxilium evocare constituerint. Et hoc sane perfecis-

(1) *Job* xxxix, 1. *Sed multum diverse.*

Digitized by Google

sent, nisi qui mortis umbram in vitam convertit in gratiam eorum qui spem in ipso firmam posuerunt, illud compressisset : qui etiam ipsorum laborem in capita eorum immisit, ita ut ipsi lapidem in suam perniciem volverint : quibus illa eveniant precor (o Christe rex et Deus, qui gregis tui misericorditer recordatus es, quem possedisti sanguine tuo) quæ acciderunt illis Oreb et Zebee et Salmana, ac eorum principibus qui superbe fremuerant ; eo prorsus modo (2) quo isti adversus sanctuaria Dei se gerunt. Ille autem nullo jure, nulla occasione sive generis sive morum, regnum affectans, acerbissimus hominum, ac vere Dei osor, sui oblitus, ac ea quæ ne per somnium quidem assequi poterat, attingere, ac instar procellæ et diri turbinis omnia miscere ac in profundum infidelitatis demergere aggressus ; quotquot e populo perditos homines ac imperio, imo potius Deo infestos reperit, maximeque ex lignariis sibi conciliavit ; nulla rationabili occasione ductus, nisi quod perinde atque ille in Scriptura memoratus insipiens, una cum gregalibus suis, mente delusus ac deceptus exsecrandus homo hoc senserit ac dixerit, « Non est Deus. » Unde abominabilis factus ac delusus, velut miserabilis et vilis passer periit, qui sese vel Deo terribiliorem exhibiturum somniando speraverat, ac si mus pino se conferret. Quare una cum iis quos sibi amicitia improbe devinxerat, hoc prophetico sermone deridetur : « Regnarunt, enim, inquit, sibi, non per me ; imperarunt et non noverunt me. » Neque secum reputarunt illi stupore perculsi homines, necnon imperitissimus ille dux eorum, qui cum se hesterna die ex sacerdotali ordine esse prædicasset, hodie gladio instructum se ostentare expetit, curruque vectus et sceptra tenens apparet. O justitia! qui audaciæ impietate apud sui similes conspicua redimitus est, solis stupidæ vanæque calumniæ fallaciis confisus, nec cogitabat non sine Deo regi nostra, ac durum esse contra stimulum calcitrare, neque illam nobis traditam doctrinam considerabat : « Per me reges regnant. » Quæ sane non intellexerunt miseri homines, neque cogitarunt capillos capitis sui numeratos esse ; quod item eorum signifer non animadvertit. Adversus homines hujusmodi hæc fortasse precabatur divinus David his verbis : « Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos ; » et si non pœnitentiam agere maturent, a fidelium certe cœtu decidant ; « et comprehendantur in superbia sua, et de exsecratione et mendacio usque ad consummationem annuntiabuntur ; » scientes (siquidem velint ipsi qui corde perierunt) quomodo Deus dominetur, conservet, curet, foveat et protegat, pium, religiosum, cruciferum, mansuetum, Christi amantem imperatorem nostrum, mentique ipsius hæc divinitus inspiret : « Si volueris in viis meis ambulare, inimicos tuos ponam

καὶ λίθον κυλίειν ἐφ' ἑαυτῶν αὐτοῖς ἐξεγένετο. Οἷς καὶ ἐπέλθοι μεθ' ὧν συμμάχων καὶ εἵλοντο, Χριστὲ βασιλεῦ καὶ Θεὲ, τῆς πολίμνης εὐσπλάγχνως μνησθείς, ἧς ἐκτήσω τῷ πάθει σου, οἷα καὶ ὅσα τῷ Ὀρὴβ ἐκείνῳ καὶ τῷ Ζεβεὲ καὶ τῷ Σαλμανᾶν, καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἐκείνων φρυαξαμένοις ὑπερηφάνως, οἷα καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ τὰ ἁγιαστήρια, ἐκ μηδενὸς τοῦ δικαίου ἢ ἀφορμῆς ἢ γένους, ἢ τρόπου βασιλειῶντος (*sic*) δριμυτάτου δριμέος, καὶ ὄντως θεοστυγοῦς ἐπιλησθέντος καὶ ἑαυτοῦ καὶ ἃ μηδ' ὄναρ ἰδεῖν ἐφικτὸν, διακένως ἐπὶ τὸ δράξασθαι κατασπουδάσαντος, καὶ δίκην ὑελλης ὡς ἐκ τυφῶνος δεινοῦ διαταράξαι καὶ καταδύσαι πρὸς ἀπιστίας βυθὸν, ὅσον ὑπόσαθρον εὗρε καὶ δύσνουν τῇ βασιλείᾳ ἐκ τοῦ λαοῦ· Θεῷ δὲ καὶ πρότερον καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ξυλωτῶν ἐξ ἀφορμῆς εὐλόγου οὐδεμιᾶς εἰς τοῦτο ἐλθὼν, ἢ ἐκ τοῦ φρονηματισθῆναι καὶ μόνου, καθά που ὁ τῇ Γραφῇ προσῳδόμενος ἄφρων μετὰ τῶν ἀκολούθων αὐτῷ φρεναπατηθεὶς ὁ ἐξάγιστος, ὡς ὅτι οὐκ ἔστι Θεός· ἐξ οὗπερ καὶ διεφθάρη βδελυχθεὶς καὶ διαπαιχθεὶς ὡς στρουθίον οἰκτρὸν, ὁ φαντασθεὶς ἐμφανίζειν ἑαυτὸν, ὡς ᾤετο, ὑπὲρ Θεοῦ φοβερώτατον, οἷα πίτυος ἀπτόμενος μῦς σύναμα καὶ οἷς περιεάλω κακῶς προσεταιρισάμενος, ἐκεῖθεν μυκτηρισθέντας καὶ ἀναφωνήσει προφητικῇ. Ἐβασίλευον γὰρ, φησὶν, ἑαυτοῖς καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν με, μηδὲ τούτων λαβόντες εἰς νοῦν οἱ ἐμβρόντητοι, καὶ ὁ τούτων ἀπαιδευτότατος προεστὼς· ὁ χθὲς τοῦ βήματος ἕνα φημίζων ἑαυτὸν, καὶ σήμερον ξιφηφόρος διψάσας φανῆναι καὶ φαντασθεὶς ἁρματηλατεῖν, σκηπτοῦχος, ὦ δίκη, ὁ τολματίας (*sic*) ἀναδηθεὶς (*sic*) αὐθωρὸν τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ τὴν δυσσέβειαν, μόνῃ θαῤῥήσας ἀπάτῃ κωφῆς καὶ ματαίας διαβολῆς, ὡς ὅτι τῶν ἡμετέρων οὐδὲν ἀθεεὶ, καὶ ὅτι σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν αὐτοὺς καὶ (*sic*) ἐκ τοῦ, « Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, » διδασκόμεθα, ἃ καὶ μὴ συνιέντες οἱ ἀλιτήριοι, οὐδ' ὅτι ἡμῶν καὶ αἱ τρίχες ἠριθμημέναι ἐκεῖθεν τῆς κεφαλῆς ἢ καὶ αὐτῶν πρωτουργός. Περὶ τούτων γὰρ τάχα κατηύξατο καὶ ὁ θεῖος Δαυὶδ, « Ἀποπεσάτωσαν, » λέγων, « ἀπὸ τῶν διαβολιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθός τε τῶν ἀσεβειῶν καὶ ἀπιστιῶν αὐτῶν αὐτοὺς ἔξωσον· » καὶ εἰ μὴ μετάνοιαν ἐπιδείξωνται ταχινὴν, δηλαδὴ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, « καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν, καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους μέχρι καὶ συντελείας διαγγελήσονται, » γνόντες, εἰ βούλοιντο, οἱ ἀπολωλεκότες καρδίαν, πῶς ὁ Θεὸς δεσπόζει καὶ συντηρεῖ καὶ φροντίζει καὶ περιέπει ὑπερασπίζων τὸν εὐσεβῆ καὶ θεόφρονα καὶ σταυροφόρον ἡμῶν καὶ πραῆ καὶ φιλόχριστον ἄνακτα, εὐηχῶν εἰς νοῦν αὐτῷ θεϊκῶς, τὸ, « Εἰ βούλοιο ταῖς ὁδοῖς μου πορεύεσθαι, τοὺς ἐχθραίνοντάς σοι θήσομαι ἐν τῷ μηδενὶ, καὶ χεῖρα ἐπιβαλῶ τιμωρὸν μαχομένοις σοι. » Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις, οἱ τῷ δριμεῖ συνεκβακχευθέντες ἤτοι τῇ ἀλογίᾳ, οἱ καὶ ἀλόγων

(2) Seriem mire perplexam sic divinando vertimus.

Digitized by Google

αὐτῶν ἀλογώτεροι, ἀλλ' ἤδη καὶ ὕπνωσαν ὕπνον αὐτὸν καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν, ἀπὸ ἐπιτιμήσεως πάντως τῆς θείας ὀργῆς παραδειγματισθείσης τῆς ἀνομίας αὐτῶν, ὡς μάτην χανόντων (*sic*), καὶ πρός γε τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ἀπωλείᾳ ᾗ αὐτοὺς ἐμβεβλήκασι, καὶ διηνεκῆ ὀφλήσουσι γέλωτα. Οἷς οὐδὲ δυνατὸν παρ' ἀνθρώπου ἀξίαν συμψηφισθῆναι τὴν τιμωρίαν, ἢ παρὰ μόνου Θεοῦ πρὸς τὸ τοῦ ἔργου τούτων ὠμὸν καὶ ἀσύγγνωστον, καὶ ἀθεώτατον καὶ ὀλέθριον. Εἴ τις ἡμῶν νουνεχῶς τὸ τοῦ ἀθέου τολμήσαντος διασκέψεται ἀποτέλεσμα, ὧν καὶ ἡμεῖς ἐνδίκως ὁμοῦ καὶ ἐνθέσμως μετὰ τῆς περὶ ἡμᾶς τῶν ὧδε λαχόντων ἱερωτάτων ἀρχιερέων θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, τοῦ Σάρδεων καὶ ὑπερτίμου, τοῦ Χαλκηδόνος καὶ ὑπερτίμου, τοῦ Περγάμου καὶ ὑπερτίμου, τοῦ Μιτζύνης καὶ ὑπερτίμου, τοῦ (*sic*) Ἀγκυράου καὶ ὑπερτίμου, τοῦ ἀρχιεπισκόπου Χριστουπόλεως καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Δίρκου, συμπαρόντων καὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τοῦ Ῥαιδεστοῦ, πρὸς δὲ καὶ τοῦ Χαριουπόλεως, τὸ τόλμημα μυσαχθέντες τὸ ἀθεώτατον καὶ ἀναίσχυντον, πάσης ἀπογυμνοῦμεν ἱερωσύνης αὐτὸν τὸν θῆρα τὸν δυτικὸν καὶ δριμὺν, σπορέα φρικτῶν ζιζανίων ὑπάρξαντα τοιούτων, εἰ καί ποτε ταύτης ἠξίωτο, ἀλλὰ μὴ μάτην ταύτης κατετυράννει ἐν λόγῳ μόνῳ ψιλῷ πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων, τιμὴν κἀντεῦθεν ὁ ἄτιμος ἑαυτῷ πορίζόμενος, ὡς ὁ τρόπος ἀπήλεγξεν ἑαυτῷ ἀδεῶς τὰ ὑπὲρ ἑαυτὸν φημιζόμενος, σὺν τούτῳ καὶ τὸν ἀκόλουθον ὃν ἡ Μύρα Λυκίας προήνεγκεν, οἷα λύκον ἀσυμπαθῆ τοῖς προβάτοις Χριστοῦ προσενεχθῆναι ὁρμήσαντα. Πρὸς δὲ καὶ ἀλύτῳ καὶ τούτῳ μετὰ τοῦ πρωταιτίου δρομέος σὺν πᾶσι τοῖς ἀκριβῶς εἰδόσι τὸ φόνιον βούλευμα, καὶ μὴ σπεύσασιν εἰς φανέρωσιν ἐνδεσμοῦμεν ἀφορισμῷ. Ἀλλὰ καὶ οἷς ἀπό γε τοῦ νῦν φωραθῇ, λύσσης τοιαύτης καὶ ἀθεΐας καὶ ἀπιστίας ἐγχείρημα, τούτῳ τῷ φρικαλέῳ τοῖς μὴ ἐξεστηκόσιν ἐμπεδοῦμεν ἀφορισμῷ, ὅτι μηδ' ἄλλο δριμύτερον ἢ πικρότερον τῷ δριμεῖ Ἰωάννῃ, καὶ τραγελάφῳ καὶ τῷ αὐτοῦ ἀκολούθῳ Σαρδαναπάλῳ, καὶ τοῖς ὁμόφροσι τούτων ἐν λόγῳ ξενίου δι' ἃ κατεπράξαντο. Ἔδοξε τῇ συνόδῳ παρασχεθῆναι τούτοις τῇ ἱερᾷ, ἀξίως τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ὡς πτέρναν ἐπᾶραι τετολμηκότων κατά τε τῆς Ἐκκλησίας κατά τε τῆς βασιλείας, καὶ κατὰ τοῦ ὁμοφύλου παντός. Μηδέ γε ἐπόπτην οἱ δείλαιοι σωτηρίας αὐτῶν καὶ ζωῆς ἔχειν τὸν παντεπόπτην Θεὸν δοκιμάσαντες, ἀλλ' ἔντως συκίνην ἐπικουρίαν ἐπὶ κεναῖς καὶ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρηθέντες καὶ κεπφωθέντες ἐλεεινῶς, καὶ τῷ ἀρχαίῳ συναποστάτῃ Σατᾶν ἑαυτοὺς ἀναθέμενοι, κἀκείνου τῶν συμβουλῶν πληρωθέντες, ὡς καὶ εἰς ἔργα φενακισθῆναι προβῆναι τὰς φλυαρίας αὐτῶν οἱ ἐπάρατοι πᾶσαν γῆν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὢ τῆς ἀπάτης! ὡς νοσσιὰν καταλελειμμένην διακένως ἐλπίσαντες καταλήψασθαι (*sic*), καθά που καὶ τούτων ὁ εἰσηγήτωρ Σατᾶν ποτε φαντασθεὶς τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἔλαθεν ἑαυτὸν καὶ σκότος ἀντὶ φωτὸς κεχρημάτικε, καὶ στάσεως τῆς ἐπουρανίου ὁ βδελυρὸς ἀξίως τὰ ὑποχθόνια ἀντηλλάξατο. Ἅπερ καὶ τοῖς ῥηθεῖσι τανῦν αὐτοῦ ὁπαδοῖς σπουδαίως ἐξείργασται, ἐλπίδων

A in nihilum, et ultricem manum te impugnantibus immittam. » Etenim non modo dormitaverunt qui ascenderunt equos, qui una cum versuto illo bacchico furore sive insania agebantur; qui vere brutis ipsis irrationabiliores sunt : « sed et jam dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt, » idque plane ab increpatione iræ divinæ : cum eorum iniquitas palam traducta sit, utpote qui frustra os aperuerint ad peccatum et ad perniciem in quam proruerunt; ita perpetuo risu digni habeantur: quibus non sane potest ab homine promeritum decerni supplicium, sed solum a Deo, ob opus scilicet illud crudele, venia indignum, impiissimum et perniciosum quod susceperunt. Si quis nostrum impii hominis audax facinus prudenter consideret [is

B certe putabit opus esse], ut nos cum sanctissimis archiepiscopis qui hic in sacra et divina synodo coacti sunt; Sardensi scilicet hypertimo, Chalcedonensi hypertimo, Mitzynensi hypertimo, Ancyrano hypertimo, et archiepiscopis Christopoleos et Dirci, præsentibus item religiosissimis episcopis Rædestæ et Chariopoleos, in scelus impiissimum et impudentissimum odio incensi, hanc feram occidentalem et vafram sacerdotio prorsus spoliemus, quæ tanta tam horrenda zizania disseminavit, etiamsi illo gradu dignatus aliquando fuerit. Verum in illo tyrannidem exercuit nudo tantum verbo usus ad simplices circumveniendos, et ad honorem sibi conciliandum, etsi vere infamis homo, ut

C ipsi mores ejus per se arguunt ac prædicant; cum illo item sequace ejus quem Myra Lyciæ protulit, qui quasi lupus immisericors in gregem Christi irrupit. Cum hoc autem et primo illo sceleris auctore ac prodromo, eos omnes qui in nefarii et sanguinarii consilii notitiam venerunt nec statim indicarunt, excommunicatione alligamus. Sed etiam eos qui ex hoc tempore rabiei impietatis et infidelitatis hujusmodi rei deprehensi fuerint, nisi resiliant, hac tremenda excommunicatione alligamus, quia nihil acrius et acerbius, acerbo illo Joanne hircocervo fuerit, et sequaci illius Sardanapalo; necnon eos qui cum ipsis, muneribus corrupti, ratione hospitii consenserunt propter facinora eorum damnamus. Visum est sacræ synodo ipsis

D condignam facinorum pœnam infligere, utpote qui calcaneum contra Ecclesiam, contra imperatorem, et contra contribules omnes extollere ausi sint. Qui miseri certe homines non cogitantes se Deum omnium inspectorem salutis et vitæ suæ exploratorem habere : sed vere ficulneum auxilium sibi in vana et futili spe reponentes ac miserabili levitate ducti, sese antiquo illi apostatæ Satanæ addixerunt; ejusque consiliis repleti eo decepti sunt ut frustra sperarent exsecrandi homines vana commenta sua totum Romanum imperium pervasura; ac se illud, o erroneam mentem! ceu nidum derelictum comprehensuros esse; quemadmodum eorum magister Satan, cum olim se totum orbem subacturum esse comminisceretur, nescius tene-



Digitized by Google

bras pro luce nactus est, et cœlestem stationem abominandus ille, cum inferis, ut meritus est, commutavit. Quæ jam memoratis illis ejus sequacibus obvenerunt: nam spe divina dejecti, spem suam in canibus impiis impii homines posuerunt: nam impia nundinatione magnæ Christi hæreditatis, orthodoxæ doctrinæ despectu, turpi contributium suorum proditione, impiis Amalecitis, Italis et iis qui circa Istrum incolunt legatos miserunt: ac nescio an dum eos evocarent, aliquid ex Christi rebus amplexi sint. Quare una cum sacra synodo id unum postulamus ab optimo, sereno, et ad beneficia, non supplicia inferenda nato, potentissimo et sancto meo imperatore ut ad malitiam comprimendam fidenter legibus utatur; utque mali artifices, et ii qui aliqua ratione in turpibus actis deprehensi fuerint, aut postea deprehendentur, se legum indignationi subjiciendos noverint: divino ac Dei præcone Paulo declarante, vindicem in iram ei qui malum agit, et eum qui non sine causa gladium portat, inter Dei ministros computari. Ubi enim metus, ibi divinorum humanorumque præceptorum observatio est: ut nobis recta instituta, quæ ad gloriam Christi justi judicis vergunt, servantibus, imperium ille totumque populum Christianum divina sua manu ab insidiis tutum, sanctis Deiparæ precibus confirmet: cui gloria, imperium, honor et magnitudo in sæcula. Amen.

A ἀποβραγέντων θεϊκῶν, καὶ ταύτας ἀθέοις κυσὶν ἀναρτησάντων τῶν δυσσεβῶν, ἀπεμπολήσει φρικώδει ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς τῆς μεγάλης κληρονομίας Χριστοῦ καὶ ἀθετήσει ὀρθοδοξίας, καὶ προδοσίᾳ τοῦ ὁμοφύλου αἰσχρᾷ ἐν ἀθέοις πρεσβευομένους Ἀμαληκίταις καὶ Ἰταλοῖς· τοῖς τε περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦσιν, οὐκ οἶδα εἰ τάχα πρὸς τῇ κλήσει ἀσπαζομένους κατὰ τὶ τῶν Χριστοῦ. Ἐν τούτοις σύναμα καὶ τῇ συνόδῳ τῇ ἱερᾷ, μίαν τὴν αἴτησιν ἐξιτοῦμεν τῷ κρατίστῳ καὶ γαληνῷ, καὶ πρὸς εὐεργεσίαν γεγενημένῳ τὰς ἀνθρωπείας οὐ τιμωρίας κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ μοι αὐτοκράτορι τοὺς νόμους εἰς συντολὴν τῆς κακίας ἀπάρτι παῤῥησιάσασθαι· αὐτοὺς τε τοὺς κακεργάτας καὶ τοὺς ἄλλως ἁλωκότας αἰσχραῖς ἢ καὶ μετέπειτα ἁλωσίμους, γνωρίζειν ἑαυτοὺς τὴν νόμιμον

B ἀγανάκτησιν, τὸν ἔνδικον εἰς ὀργὴν τῷ πράσσοντι τὸ κακὸν, καὶ εἰκῇ μὴ φοροῦντα τὴν μάχαιραν τετάχθαι ἐν διακόνοις Θεοῦ, ἀποφηναμένου Παύλου τοῦ θείου καὶ θεοκήρυκος· ἔνθα γὰρ φόβος ἐκεῖ συντήρησις ἐνταλμάτων, τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων φημὶ, ὡς ἂν τηρούντων τὴν εὐνομίαν ἡμῶν, εἰς δόξαν οὖσαν Χριστοῦ τοῦ δικαίου κριτοῦ. Τὴν βασιλείαν ἀνεπιβούλευτον κρατυνεῖ παλάμῃ τῇ θεϊκῇ λιταῖς ἁγίαις τῆς Θεομήτορος καὶ πάντα λαὸν τὸν χριστώνυμον, ᾧ δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

---

Gregoras, lib. VII, cap. 9, causam cur Athanasius secundo patriarchatum abdicaverit, pluribus narrat, ubi doctissimus Boivinius ad marginem monet, id factum anno Christi 1310, unde apparet Athanasium secundo patriarcham sedisse annis sex et aliquot mensibus. Cæterum Athanasii abdicatio secundi patriarchatus, licet edita sit Græce tantum in Notis ad Gregoram pag. 762, uti supra monuimus, nobis tamen iterum eam hic edere cum nostra Latina versione placet. Sic igitur se habet:

*Abdicatio secundi patriarchatus.*

Cum Ecclesiæ Christi curam (eo quo novit ipse judicio) secundo gerendam suscepimus, Deus Ecclesiæ iis qui nos ad id muneris cohortati sunt episcopis (vos enim estis qui nobis meliora providistis), mercedem retribuat, cum primis autem imperatori meo qui a Deo coronatus est; is enim ab initio suum erga Ecclesiam cum scientia conjunctum studium, sollicitudinem et patrocinium exhibuit, exhibetque in dies, optima mente prædi-

C *Παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχίας.*

Τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, οἷς αὐτὸς οἶδε κρίμασι, καὶ δευτερόπρωτον τὴν φροντίδα διαδεξάμενοι, τοῖς εἰς τοῦτο προτρεψαμένοις ἀρχιερεῦσιν ὑμῖν (ὑμεῖς γὰρ ἐκεῖνον) ὡς καὶ περὶ ἡμῶν προνοησαμένοις τὰ κρείττω, ὁ τῆς Ἐκκλησίας Θεὸς ἀνταμείψαιτο, καὶ μάλιστα τῷ θεοστεφεῖ βασιλεῖ καὶ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι, ἀρχῆθεν περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐνδειξαμένῳ τὸν κατ' ἐπίγνωσιν ζῆλον καὶ σπουδὴν καὶ ἀναδοχὴν, καὶ καθ' ἑκάστην ἐνδεικνυμένῳ ἀρίστῃ φρενὶ· δι' ἣν καὶ ἡμῶν οὐ διέλιπε κήδεσθαι, ἐπαίνοις καὶ εὐφημίαις καταγεραίρειν (1), καὶ στολαῖς ἱεραρχικαῖς, καὶ ἱεραῖς εἰκόσι ταῖς μετὰ κόσμου, καὶ εὐεργεσίαις ἀσυγκρίτως τὴν Ἐκκλησίαν καταπλουτῶν.

D Ὡς οὔποτε τῶν πατριαρχούντων τινὸς (2) τοιούτων ἐπαπολαῦσαι πρὸς τῶν ἀνέκαθεν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων αὐτοκρατόρων· εἰ μή που καὶ τὴν παρίσωσιν πρὸς τῷ τούτου πατρὶ κατὰ πνεῦμα, τῷ μεγάλῳ φημὶ καὶ ἰσαποστόλῳ, εἰκάσειεν ἄν τις, ἐν τοῖς κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις ἐκεῖνον τιμαῖς ἱερώτατον Σίλβεστρον, εἰ κἀκείνου τὸ μέσον πρὸς τὰ ἡμέτερα, ὅσον ἀκτῖνος ἡλιακῆς τοὺς πρὸς αὐτὴν ἀτενίζοντας. Δι' ἃ καὶ πλουσιοπαρόχως ἀνταμειφθείη πρὸς τοῦ παντάνακτος, καθὰ τῷ μεγάλῳ ἐκείνῳ ἐν βασιλεῦσι τὰ

(1) Forte καταγεραίρων.
(2) Forte, τινά.

Digitized by Google

γέρα, καὶ πρώτῳ ἐν ὀρθοδόξοις ὑπολεανθέντι πηλῷ πλατειῶν· ἐν δέ γε τῇ βασιλείᾳ Χριστοῦ ἐκείνῳ συνευωχεῖσθαι, καὶ ἐν Θεῷ γάννυσθαι. Ἀλλ' ὅπερ καὶ λέγειν ἐξώρμημαι, πρὸς τὸ τῆς ἱεραρχίας ἀνατεθέντες ἡμεῖς ὑψηλὸν, οὔτε διηγωνίσμεθα πρὸς τὸ μέγα πρεπόντως, οὔτε ἐδόξαμεν τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ δύσχρηστοι πλέον παρ' ὅσον καὶ εὑρισκόμεθα· καὶ δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς καὶ προσωνειδίκασι τὸ ἐν ὑποκρίσει βιοῦντας ἡμᾶς, οὐδὲ κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου ὑμῶν πίστεως συκοφαντῆσαι ἐφείσαντο. Οἷς, Θεὲ τοῦ παντὸς, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸ πλάνης καὶ ἀσεβείας βροτοὺς ἐκλυτρώσασθαι, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀντιμέτρησον· καὶ ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, εἰ ἐγὼ ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἀπὸ γαστρός· καὶ μᾶλλον τοῖς περὶ τὸν Ἰάκωβον, τοῖς ἐπαράτοις καὶ πάντη θεοστυγέσιν. Οἳ καὶ καθάπερ ἀπεχθανόμενοι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, δικαιώσαντι καὶ ἡμᾶς καλεῖσθαι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ μὴ ἔχοντες ὅπως ἐκεῖνον ἀμύνονται, κατὰ τῆς ἱερᾶς ἐκείνου θεανδρικῆς καὶ προσκυνητῆς εἰκόνος, τῆς ἐρημώσεως τὰ βδελύγματα, ὦ τῶν ἐμῶν κακῶν! λυττῆσαι οὐκ ἔφριξαν, πρὸς δὲ καὶ τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ τοῦ τύπου τοῦ θείου καὶ ζωηφόρου σταυροῦ. Δι' οὓς καὶ ἀνάθεμα πᾶσιν αἱρετικοῖς ἐκβοῶ ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ χριστιανοκατηγόρῳ παντὶ, τῷ μὴ ἀξιοχρέως μετανοήσαντι. Διὰ ταῦτα καὶ τῆς ἡμῶν (1) ἱερότητος δέομαι, μὴ πρὸς ἐμποδισμὸν ἑνστῆναί τινα δι' αὐτὸν τὸν Χριστόν. Ὅτι μηδὲ δυνατὸν ἄλλο τι φρονῆσαι ἀπάρτι ἡμᾶς, εἴ τι καὶ γένοιτο, ὅτι καὶ γήρᾳ καὶ ἀσθενείᾳ ταλαιπωροῦντες, οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὁρᾷν ἔχομεν. Ἀλλὰ (*sic*) πρόσιτε, ἀξιῶ, τῷ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι, ἐκδυσωπῆσαι κἀκεῖνον ὑπὲρ ἐμοῦ, πλέον ἁπάντων τῆς Ἐκκλησίας τὴν μέριμναν τρέφοντι, συγκροτεῖν ἐξαιτοῦντες καὶ συντρέχειν ὑμῖν ἐν παντὶ, καὶ μᾶλλον εἰς ἐρεύνης πνευματικῆς ἀναζήτησιν· ὡς ἂν τὸν ἁρμόδιον ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς καταπέμψοι τῇ ποίμνῃ Χριστὸς εἰς ἐπίσκεψιν ἱερέων καὶ μοναζόντων, καὶ λαοῦ Χριστωνόμου τοῦ σύμπαντος. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπεὶ τὸν ἐν μέσῳ εἰκὸς εὑρισκόμενον μὴ λυπεῖν καὶ λυπεῖσθαι παρὰ τινῶν, τοὺς λυπήσαντας ὁπωσδήποτε, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν λυπηθέντας, συγχωρήσεως ἀξιώσει (2) καὶ ἀμφοτέρους ὁ ἐπὶ τὸ σῶσαι τὸ πλάσμα (3) φιλανθρώπως παραγενόμενος, καὶ κρατυνεῖ (4) τὰ τῶν ὀρθοδόξων, καὶ σκαιωρίας περιφυλάξοι παντοίας καὶ ποιμένας καὶ ποίμνια, ἕως τὴν γῆν ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, πρεσβείαις ἀλήκτοις τῆς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης σωματωσάσης Θεόν.

Τοῖς ἱερωτάτοις ὀρχιερεῦσι Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοῖς ἐντιμοτάτοις τοῦ κλήρου ἱερεῦσι καὶ μονάζουσι, τοῖς τε στρατευομένοις, καὶ τοῖς τῆς πολιτείας πλουσίοις τε καὶ πενομένοις, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, πᾶσι διηνεκῶς χορηγεῖσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ ἐπεύχομαι ἔλεος. Εἶτα καὶ πᾶσιν ἀντιβολῶ μὴ ὡς ἔτυχε προσταλαιπωρεῖν κοπιῶντας τῇ ἐν ᾗ παροικοῦμεν ἐσχατιᾷ,

A illi inter imperatores, et primo inter orthodoxos præmia contulit, qui antea luto platearum illitus fuerat : concedatque ipsi ut in regno Christi una cum illo epuletur et in Deo lætetur. Sed ut dicere cœperam, nos ad episcopatus fastigium evecti, ad magnam illam rem non quantum decebat laboravimus, ut permultis visum est ; imo etiam admodum inutiles deprehendimur : ac præterquam quod exprobrarunt nos cum hypocrisi vitam agere, ne quidem sanctam et inculpatam fidem nostram calumniis vacuam reliquerunt. Quibus, o Deus universorum, qui venisti ut mortales ab errore et impietate liberares, in justitia tua vice rependas, et gladius eorum intret in corda ipsorum, si ego, B et quidem plusquam ipse Jacobus, *in te projectus sum ex utero :* qui exsecrandi homines ac Dei osores, quasi inimicitias gerentes adversus Deum universorum, qui nos per Christum vocari dignatus est, neque ipsum aggredi valentes, contra sacram Dei viri et adorandam imaginem, quasi in abominatione desolationis (o meam calamitatem!) debacchari non exhorruerunt. Ad hæc vero similia perpetrarunt in purissimam Dominam nostram Deiparam, necnon in divinam et vivificam crucis imaginem. Quare ex Dei auctoritate universos hæreticos illos anathema esse a Deo omnipotente alta voce dico, necnon omnes Christianorum accusatores, nisi pœnitentiam egerint. Propterea ne in ipsius Christi causa obicem quempiam afferant ; quia C fieri nequit ut alia jam sentiamus, quidquid tandem eveniat : nam senectute et infirmitate debilitati, ne quidem oculorum usum habemus. Sed, quæso, imperatorem meum adite, ac pro me rogate eum qui plus omnibus Ecclesiæ sollicitudinem gerit et fovet, ut vobiscum concurrat, vos adjuvet in omnibus, maximeque ad examinis spiritualis perquisitionem ; ut vestris precibus episcopum dotibus instructum mittat ad ovile Christi, qui sacerdotibus, monachis et universo Christiano populo prospiciat. Ad hæc vero par non est ut is qui jam in munere versatur aliquos offendat, vel a quibusdam offendatur ; cum iis qui me aliquando læserunt, tum iis qui a me læsi sunt, utrisque scilicet veniam D concedat qui peramanter ad opificium servandum advenit ; idemque orthodoxorum res confirmet, atque pastores et ovilia, quandiu sol terram respiciet, omni malitia vacuos conservet, precibus assiduis ejus qui Solem justitiæ Deum corpore instruxit.

Sanctissimis Dei præsulibus, gloriosissimo senatui, et honoratissimis e clero sacerdotibus et monachis, iis qui militiam exercent, ac civibus divitibus pauperibusque viris et mulieribus omnibus Dei misericordiam conferri supplico. Deinde universos rogo ut ne prorsus afflictioni se dedant, fracti animo ob extremam in qua versamur calamitatem : cum sapientia supra montem posita sit,

(1) Legendum ὑμῶν.
(2) Pro ἀξιώσει.
(3) Πλάτυσμα apud Boivinium.
(4) Pro κρατύνει.

Digitized by Google

ac illustret eos qui illuminationis causa ad eam concurrunt. Cæterum vobis a Deo charitatis retribuatur, quidquid laboris propter charitatem suscepistis, et utrisque nostrum merces conferatur : quandoquidem et nos insolubili amoris vinculo astricti, non levi de causa a vobis nos segregavimus, sed ut ille magnus præco ait, « Quæ sanctus Deus consilia iniit quis dissipabit? » Nam cum ille et conspectu et alloquio charissimorum nos indignos judicaverit, id solum vobis suadere convenit ut pro nobis preces fundatis : ne etiam hac in parte a vobis dilectis et amicissimis meis sejungar ; cum quibus, o Fili Dei vitæ largitor, nobis in cœlestibus illis exercitibus choreas agere concede, Matris intercessione quæ te peperit, necnon apostolorum, martyrum et omnium sanctorum tuorum.

A τῆς σοφίας Θεοῦ ἐπάνω δρους κειμένης, καὶ τῆ αὐγούσης τοὺς ἕνεκεν φωτισμοῦ πρὸς αὐτὴν ἐπιτρέχοντας· πλὴν καὶ ἡμῖν ἀντιμετρηθείη πρὸς τοῦ τῆς ἀγάπης Θεοῦ ὅσον καὶ δι' ἀγάπην κεκοπιάκατε, καὶ ἡ ἀντάμειψις ἀμφοτέροις δαψιλευθείη. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῷ περὶ ὑμᾶς ἀλύτῳ συνδούμενοι πόθῳ, οὐχ ὡς ἔτυχε διεστήσαμεν αὐτοὺς ἀφ' ὑμῶν (1), ἀλλ' ὥς που ὁ μεγαλοφωνότατος ὑποτίθεται· « Ἃ ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος βεβούλευται, τίς διασκεδάσει; » Ἐκείνου γὰρ κρίναντος ἀναξίους ἡμᾶς καὶ θέας καὶ ὁμιλίας αὐτῆς τῶν φιλτάτων, πειθαρχεῖν καὶ ὑμᾶς ὀφειλόμενον (2) ὑπερεύχεσθαι μόνον ὑμᾶς ἐξαιτοῦντες, μὴ κἀκεῖθεν ἀποζευχθεῖεν (3) πρὸς Θεοῦ φιλουμένων καὶ φιλτάτων ὑμῶν· μεθ' ὧν, Υἱὲ Θεοῦ ζωοδότα, ταῖς στρατιαῖς καὶ ἡμᾶς συγχορεῦσαι ταῖς οὐρανίαις εὐδόκησον πρεσβείαις τῆς σε τεκούσης μητρὸς, καὶ ἀποσ.όλων, καὶ τῶν μαρτύρων, καὶ πάντων ἁγίων σου.

B

---

At pluribus idem Athanasius in una ex epistolis a nobis supra recensitis causam abdicationis primi ac secundi patriarchatus exponit ; quam quidem epistolam hic integram cum nostra versione exhibere libet.

*Epistola, quomodo et quare prima et secunda patriarchatus abdicatio facta sit.*

Cum Christi Ecclesiam primum quadriennio reximus, o homo Dei, quando ea de re nos interrogasti, quo tempore sanctus meus imperator in regina urbium non morabatur, sed in Oriente urgente bello degebat, quod Deus castigationem orthodoxis ob contemptum evangelicorum præceptorum et divinarum legum immisisset ; immanem illam videlicet Barbarorum irruptionem et impetum ; unde non aderat qui tunc in dirigenda Christi hæreditate ad evangelicas et legales voces et ad pascua, mihi patrocinaretur ; attamen gratia Salvatoris mei juvante ad Dei placitum pro judicio et facultate mea subditos compellere non segnis eram ; laicos videlicet, sacerdotes, episcopos et monachos ; atque adversantibus undique plurimis, et clam publiceque insidiantibus, ac Satanica malitia offendicula mihi in via parantibus, sermonesque multos iniquos adversum me confingentibus, una in Deum spe ejusque solo patrocinio juvabar : exspectans num inimici mei pœnitentia, timore Dei ac veritate flecterentur, ac finem facerent mendaciorum et calumniarum, quas mendacii pater in animabus eorum inspergebat : maximeque si potentissimus imperator meus ad imperatoriam urbem citius accederet, hincque ex studio veritatis et justitiæ secundum Deum examen haberetur ; ita ut imperatoria permotus prudentia non impios perderet, sed solum omnia labia dolosa frenaret, imo etiam ut ea quæ ex diabolica suggestione vanc vulgabantur, quasi ab igne animalcula alata consumerentur : ac non solum præteritorum vindictam faceret ; sed etiam perfectum, assiduum et immobile patrocinium præberet pro futuris eventibus : ac omnino confidebam me ad Dei placitum acturum

C

D

*Γράμμα, περὶ τοῦ πῶς καὶ διατί τὰ τῶν παραιτήσεων, τῆς πρώτης φημὶ καὶ δευτέρας, ἐγένοντο.*

Τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας τὸ πρῶτον ἐπὶ μόνῃ τετραετίᾳ γενόμενοι, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἐγκρατεῖς ὡς ἠρώτησας, τοῦ ἁγίου μου αὐτοκράτορος μὴ ἐνδημοῦντος τῷ τότε τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων· ἀλλὰ περὶ τὴν Ἕω τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ ἐκστρατείας κατεπειγούσης ἕνεκεν τῆς ἀπολυθείσης παιδείας ἀπὸ Θεοῦ ὀρθοδόξοις δι' ἀθέτησιν προσταγμάτων εὐαγγελικῶν καὶ ἁγίων νόμων, τῆς ἀνυποστάτου φημὶ βαρβαρικῆς ἐκδρομῆς καὶ κινήσεως. Ἔνθεν μὴ ἔχων τὸν ἀντιλαμβανόμενον εἰς τὸ τὴν κληρουχίαν ἰθύνειν Χριστοῦ πρὸς τὰς εὐαγγελικὰς καὶ νομίμους φωνὰς καὶ νομὰς, ὅρως ὡς δυνατόν μοι δωρεᾷ καὶ χάριτι τοῦ Σωτῆρός μου πρὸς τὸ δοκοῦν μοι θεάρεστον καταναγκάζειν οὐ κατενάρκουν λαϊκοὺς, ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, καὶ μονάζοντας, καὶ ταῦτα πληθυνομένων ἑκάστοτε τῶν ἀντικειμένων μοι, καὶ ἐνεδρευόντων ἀφανῶς τε καὶ προφανῶς, τιθέντων μοι σκάνδαλα ἐχόμενα τρίβους σκαιωρίᾳ σατανικῇ, καὶ λόγους ὅτι πολλοὺς παρανόμους κατ' ἐμοῦ τεκταινόντων, μιᾷ καὶ μόνῃ τῇ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐτρεφόμην ἐλπίδι καὶ ἀντιλήψει· ὡς ἂν τοῖς ἀνθεσταμένοις κακῶς μεταμέλεια ἐπικάμψῃ, καὶ φόβος Θεοῦ καὶ ἀλήθεια παυσαμένους ψευδολογιῶν καὶ διαβολῶν, ὧν ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ ταῖς αὐτῶν ἐνσπείρει ψυχαῖς· καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ὁ κραταιὸς αὐτοκράτωρ μου πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἀναζεύξει ταχύτερον, κἀντεῦθεν ἐξετασμὸς φιλαλήθης καὶ φιλοδίκαιος καὶ φιλόθεος, καὶ ταῦτα πρὸς βασιλείου περιωπῆς ἐκφερόμενος, οὐκ ἀσεβεῖς ὀλέσει καὶ μόνον καὶ πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια φιμωθήσονται, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀρυλλούμενα (*sic*) μάτην δαιμονιώδει ὑποβολῇ, ὡς ἀπὸ πυρὸς ζωῦφια πτερωτὰ φλογισθήσονται. Καὶ τὴν ἐκδίκησιν οὐ μόνον τῶν παρελθλυ-

(1) Legendum ὑμῖν.
(2) An ἡμεῖς ὀφείλομεν.
(3) Forte ἀποζευχθείην vel ἀποζευχθείημεν.

Digitized by Google

θότων ἐκεῖθεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίληψιν πρὸς τὰ πρόσω ἐντελῆ καὶ διηνεκῆ καὶ ἀκράδαντον, πρὸς ἅπαν ἐθάρρουν, καὶ ἐγχειρεῖν καὶ καταπλουτεῖν με θεάρεστον. Καὶ τὴν μογήσασαν πρὸ πολλοῦ εὐαγγελικὴν καὶ κανονικὴν τῶν νομίμων ἁγίων θεσμῶν, λαϊκοῖς καὶ μονάζουσι καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι· ἐξ ὧν εἰς αἰχμαλωσίαν, ὡς ἔφην, καὶ ὕβριν ψυχικὴν καὶ σωματικὴν ζημίαν ὁ περιούσιος ἐξεδόθη λαός. Ὧν ἀλλοτρόπως ῥυσθῆναι καὶ τῆς πρὶν εὐτυχίας, ὡς ὅτε ἠύγαζεν ὁ λύχνος τοῦ Θεοῦ ἐπὶ κεφαλὴν τῆς τῶν πιστῶν κληρουχίας, ἐξυψωθῆναι καὶ εὐημερῆσαι καὶ κρατυνθῆναι δι' ἐπινοίας καὶ ἐπιχειρήσεως ἀνθρωπίνης παντοίας ἀδύνατον εἰ μὴ διὰ μετανοίας εἰλικρινοῦς καὶ ἀνοθεύτου ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν, καὶ συντηρήσεως τῶν θείων Εὐαγγελίων καὶ νόμων, ὡς ὀνειδιζόμεθα πρὸς τῆς θείας Γραφῆς. « Αὐτοὶ, » φησὶν, « οὐκ ἔμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος. Καὶ ὁ λαὸς οὐκ ἀπεστράφη ἕως ἐπλήγη. » Καὶ, « Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα. » Καὶ, « Ἐπιστράφητε πρὸς μὲ, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς. » Καὶ, « Μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ, ἰατρὸς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ; Διατί οὐκ ἀνέβη ἴασις θυγατρὸς λαοῦ μου; » καὶ ὅσα τοιαῦτα θεσπίζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς ἐξυπνισμὸν καὶ ποιμένων καὶ ποιμνίων, καὶ ἀπειλὴν καταφρονητῶν. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, ἀλλ' οὐ τὴν φροντίδα τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ καὶ αὐτὸς ἀναδέδεγμαι, εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν καὶ ὑπὲρ τούτων προκινδυνεύειν, καὶ ὡς ἐγένετο; Ἀλλὰ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ πρὸς τῇ ὀρθοδοξίᾳ ὅσον τὸ κατ' ἐμὲ, καὶ ῥυτίδος καὶ σπίλου παντὸς ὑπερτέραν ὁρᾶσθαι τῷ νυμφίῳ αὐτῆς καὶ Δεσπότῃ· ὃ καὶ ποιμένι παντὶ, ἀλλ' οὐ μισθωτῷ ἀναπολόγητον ὄφλημα. Ἀλλὰ βαβαί! συμπτωμάτων τῶν παρ' ἐλπίδα τινῶν, ὡς ἔοικεν, ὀρθοδόξῳ κλήσει σεμνυνομένων. Χεῖλη δὲ δόλια ἐν καρδίᾳ ἀναβλυζόντων κακὰ καὶ πόρρω Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὅτε τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολὴν ἐπιλάμψαι, διὰ τῆς τῶν θείων θεσμῶν ἐκζητήσεως καὶ ἀνανεώσεως εὐέλπις ἦμην τῇ ἐπελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἐκ τῶν συκοφαντωδῶν ἀῤῥητουργιῶν ἀναπνεῦσαι, τότε μᾶλλον τὰ θεοστυγῆ τῶν διαβολῶν κεκραταίωνται καθ' ἡμῶν, ἀποῤῥαγέντων μου οὐ μόνον τῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν διὰ τὸ ζηλότυπον, ὅτι μὴ πρὸς τὰς ὀρέξεις διεκείμην ἑκάστου, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς μαρτυρήσει μοι· ὅθεν καὶ σύνοδον καθίσαντες τῆς ἐκκλησίας ἐντὸς καθ' ἡμῶν, καὶ ζητήσεις σκεψάμενοι, ὡς εἰ πρὸς ταύτας μὴ κατανεύοντα εὕρωσι, μηδὲ αὐτοὶ πατριαρχεύειν ὁμολογήσωσιν. Ἡμῶν δὲ τὰ τούτων ζητήματα μὴ ἀγνοησάντων ματαίαν πρόφασιν εἶναι, κἀντεῦθεν ἀπωσαμένου αὐτοὺς τοῦ μὴ ἀνελθεῖν πρὸς ἡμᾶς, τοῦ σκέμματος ἀστοχήσαντες πρὸς τὸ ἔργον χωρὶς ἀφορμῆς τοῦ ἐξῶσαι ἐχώρησαν παρὰ πᾶσαν ἀλήθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς, ἀποσυνάγωγον θέμενοι τὸν πλησιάσαι καὶ συλλαλῆσαι ἡμῖν ἐξ αὐτῶν συμφωνήσαντες. Ἔτι μηδὲ βασιλεὺς τὸ τυ-

ac divitias cumulaturum mihi et disciplinæ evangelicæ canonicæque quæ jamdiu multum laborabat, necnon laicis, monachis et toti Ecclesiæ plenitudini : ex quo populus peculiaris, ut dixi, in captivitatem, in animæ contumeliam, et corporale damnum traditus : qui alio modo redimi, et in primam felicitatem, quam habebat cum lucerna Dei luceret supra caput hæreditatis fidelium, restitui, erigi et confortari non poterat, nisi per sinceram pœnitentiam, et puram conversionem ad Deum, ac per observationem divinorum Evangeliorum et legum : qua ratione a divina Scriptura exprobratur nobis. « Ipsi, ait, non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus ; » et : « Populus conversus non est donec percuteretur ; » et : « Si populus meus audisset me, si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem ; » et : « Convertimini ad me, et convertar ad vos ; » et : « Numquid resina est in Galaad, et medicus non est ibi? quare non ascendit curatio filiæ populi mei ? » et quæcunque similia Spiritus sanctus vaticinatur ad suscitationem pastorum et ovium, et ad comminationem despicientium. Qua de causa enim Ecclesiæ Christi curam susceperim, nisi ita sentiam et doceam et pro iis pericliter, quod accidit, utque curem ea quæ Jesu Christi et Ecclesiæ ejus sunt ad sanam doctrinam statuendam pro viribus meis, quo ipsa omni macula et sorde superior sponso suo et Domino appareat, quod indispensabile officium est cujuslibet pastoris nisi mercenarius sit. Sed, o inexspectatam calamitatem! a quibusdam inductam qui de orthodoxa vocatione palam gloriabantur, sed intus et in corde labia dolosa proferebant et procul a Deo erant. Cum enim per divinarum legum perquisitionem et renovationem, mutationem in melius fore sperarem in adventu imperatoris, ac me a sycophantiis et calumniis respiraturum esse confiderem, tunc maxime Deo odiosæ illæ calumniæ invaluerunt contra me, avulsis a me ob invidiam non modo fratribus et comministris, quia non pro singulorum cupiditatibus affectus eram, sed secundum veritatem et justitiam Dei, ut ipse mihi testis erit. Quare coacta est in ecclesia contra me synodus, ac quæsitæ conditiones sunt, ut si secundum eas munus patriarchæ obire nollem, me illi patriarcham esse negarent. Cum nos vero has quæstiones vanum prætextum esse non ignoraremus, ac ideo ipsos repelleremus ne nos convenirent, cum a scopo suo lapsi essent, sine prætextu ad nos pellendos et abdicandos processerunt præter omnem veritatem, meque extra Synagogam suam fecerunt, atque uno consensu me a colloquio suo cohibuerunt. Et adhuc quidem neque imperator neque aliquis comministrorum mihi subveniens eorum consilio obstitit. Tunc res humanas deflebamus, quo pacto nos homines Deum ob oculos non ponimus in quibus contra veritatem agimur; iis qui nos oderant in regia congregatis cum lætitia,

Digitized by Google

ut calumnias et opprobria mea confirmarent et abdicationem illam iniquam quasi pro more factam et legitimam ostenderent : qua de re ipsa veritas dicit, « Ut omnis qui occidet vos, arbitretur obsequium se præstare Deo; » cum nemo tunc eo accedere auderet, nisi solum ii qui vana et mendacia tuebantur, lignariis ecclesiæ intus undique confluentibus, ac magna voce contumeliis, probris et anathematismis contra nos utentibus : vel sero tandem unus ex senatoriis ad nos accessit, ac clamorem episcoporum, eaque quæ contra famam nostram evulgata fuerant, quæ sane consistere non poterant utpote vana et mendacia, ut novit is qui cum justitia judicaturus est universam terram, acerbe renuntiavit, nos fortasse perterrefacere curans, ac si certo scivisset nos objectorum scelerum reos esse, et quasi miseratus calamitatem nostram, et veritus ne condemnationem pateremur, abdicationem a me postulabat, ut tolerabiliorem : ac si quis quempiam occidere gestiens, ex specie commiserationis, caput ejus præcidendum esse pronuntiet. At nos diximus : Præstantissime domine, cum injuste nobiscum agatur, atque horum criminum nobis conscii non simus, sententiam expetimus judicum qui Deum præ oculis habeant. Et quomodo abdicationem dabimus? Quod si auctoritate compulsi dare cogamur, in communi tribunali veritas non confutabitur, quando Deus ultionum libere aget : unum certe ex oblatis contra nos, ut dicis, criminibus, non modo sufficit ad unum et solum, sed etiam ad totum episcoporum cœtum ex Ecclesia pellendum; si quidem auditores mendacium veritati præponant. At periculum est, inquit ille, ne te condemnato, qui a te ordinati sunt inter laicos abjiciantur. Nos vero contra, Hæc vera simulatio est, diximus, nam qui a nobis lædendis non abstinuerunt, quomodo aliis parcent? Ut autem ille vir primarius nihil perfecit, etiamsi bis et sæpe exierit, nemine comministrorum vel clericorum vel hegumenorum his omnibus diebus ad nos accedere audente, excepto tantum episcopo Gangrorum, quicum rem communicavi; ac hieromonachi assidue hortabantur, utpote qui viderent hujusmodi incendium contra nos ab omnibus excitatum, ut a cœpto desisterem et abdicarem. Nam dicebant : Si quidam tecum reperirentur ex episcopis qui veritatem propugnarent, et si mandatum canonice accepisses, tu insistere deberes ac judicium postulare iis qui abdicationem peterent; at quando a senatorio viro id præstatur, considera, quæso, quis eorum qui ante te ab Ecclesia ejecti sunt, quique et verbo et vita magni viri fuere, teque præstantiores, canonice, et non ex auctoritate sæculari dejectus fuerit? Quamobrem Deo tua committens, qui venturus est res nostras judicare, abdica et recede, ne quidam ex conjuratis ad graviores sycophantias progressi multorum animabus et suis etiam damnum inferant. Hæc Deo teste causa fuit cum prioris tum posterioris abdicationis, hæc conspiratio

est, ut celeriter ire possis ad eam Ecclesiam quæ tibi addita est et commendata, ut ei præsis; hoc autem facies, si prius restitui feceris quæcunque sive te conscio sive non conscio subrepta esse constiterit; ut benigne Deus sua cuique nostrum tribuere velit, quod erit suo tempore jucundissimum. Quæ quidem sublata sunt ab iis qui hanc labem episcopis aspergere volunt, ut dum ipsi aliis insidiantur et injurias ingerunt, culpa in eos qui mali pastores sunt, transferatur, alioqui quemadmodum ire licebit in aspectum eorum quorum damna et injurias inhumane contempseris: a quo tamen omni se injuria liberandos esse sperabant, aut quemadmodum cogemus eos ut magistratum ferant, nisi quod Zacchæus faciebat, hoc idem nos fecerimus? Ille enim si quid aliquem defraudabat, reddebat quadruplum. Et Dominus pios omnes jubet ab avaritia abstinere: quod quidem qui non fecerit et docuerit, quemadmodum non erit anathema populo? Est enim pejus non facere hoc, quam quod Gregorius ille quem dixi, fecit. Quanto facilius et levius id mali potes corrigere? alioqui utrumque, imo quicunque non emendantur, a Christo principe pastorum punientur. Ergo postquam hoc perfeceris, veni ad nos, ut litteris acceptis a nobis absolvaris, et confirmatus ea bona conscientia ad munus pastorale administrandum. Quandiu enim non vereberis hæc quæ facis facere, nos quidem, te a diœcese tua absente, rei non erimus tuæ vacationis eorumque malorum quæ ex absentia et vacatione nasci necesse est; neque eorum bonorum interceptores, quæ si adesses, opere et sermone facere poteras et debebas. Concedat tibi cunctisque fidelibus Deus, quod commodum est.

## EPISTOLA IV.

*Athanasius patriarcha episcopo Apamcæ.*

Tertio jam ad te scribo, mi frater et comminister, quandoquidem binis meis litteris superioribus, quas ad te misi, non *stetit verbum velut in ore duorum testium*, sicut ait Scriptura sancta. Hortamur ergo te, quia hoc jus postulat ut quæ subrepta sunt, iis quibus subrepta esse constat restituantur: ut cum restituta fuerint, ipse Ecclesiam tibi commendatam adire possis, eumque honorare a quo cuncta sunt ita justis et mirificis modis disposita atque distributa ut vel grues suo tempore canant, neque sint omni tempore neque omni loco graculi. Ego vero cui grex Christi commissus est, si dignitatem muneris norit, iniquum esse arbitror, non usque ad sanguinem assidue ei studere et incumbere. Nisi forte ignoratis Deum esse, qui dixerit: *Petre, amas me? pasce oves meas.* Sed, hei mihi! non jam pastores oves pascunt, sed ovibus tanquam pane pascuntur. Jam horribilia illa mala malorum pastorum, quæ propheta Ezechiel describit, summa licentia irrepserunt. Quæ si talia tamque gravia vobis videntur, age, optime vir, contentus esto tua diœcesi; permane in ea; fac sis cum ovibus tuis usque ad sanguinem illis affixus; quas quidem nunc in myrtetis, inter ficus et rosas, atque in montibus divina providentia custodit. Neque enim, quod certissimum est, virga et baculo tuo pastorali fit, ut in pascuis virentibus pacis et bonorum cœlestis Jerusalem eæ sint. Scis enim, qui amplius sex mensibus a diœcese abfuerint, nisi eos gravis morbus teneat, canonibus et legibus firmatum esse, ut sacerdotium et gregem amitterent. Verum, novum consilium et sceleratum hic a nostræ ætatis hominibus excogitatum est: scilicet, mittitis aliquem qui sciat mulgere gregem; ipsi vero in urbe Constantinopoli exspectatis propter præfecturas civiles, subscriptiones, intempestivas ordinationes, adde etiam bullas et decreta: et tanquam impune sit vobis futurum, ita procul a diœcesi vobis commissa receditis, et alia hujusmodi, ut cuique libet, committitis. Oportebat potius, cunctis episcopis undique in unum congregatis, suam cuique diœcesem funiculo distributionis circumscribi, atque ita patriarchæ partem suam a vobis assignari, aut vos a patriarcha privari. Et quid prodest, laborasse vos in deligendo ac constituendo patriarcha, ac postea insultare et efferri in eum, et vita ipsa atque factis irridere? nulla, ne ad breve quidem tempus, canonum et legum ratione habita: quem si vestris fortasse libidinibus resistere videatis, continuo crimina fingitis, et eum cum infamia atque dedecore ejicere contenditis. Ad quid vero necesse est, ad suam quemque diœcesem ire (propriam dico, aut sibi commendatam) nisi ut lupos inde arceatis? Quod si fortasse huc vos incitat et trahit tum studium atque desiderium consulendi multorum saluti, idque vobis propositum est; tum scientia tam multa ut hinc possitis, etiam quæ extra fines vestrarum diœceseon posita sunt, gubernare: ad exstinguendam sitim hanc hujusque studii ardorem, veniat in mentem illius cui plurima sanctarum litterarum scientia Theologi cognomentum dedit, illiusque parvæ Sozimorum diœceseos; ita ut vel propter reverentiam illius excellentis viri, vel propter æqualitatem honoris quo contenti esse debetis, quisque vestrum intra suos se fines contineat. Quamobrem existima, frater, deberi a te hoc usque ad sanguinem, ut cum ovibus tuis sis et vivas. Hoc idem cæteris episcopis studium esto, ipsis quidem et eorum gregibus salutare. Neque enim, hoc præsertim tempore, supplicia effugiet pastor qui cum grege non laborat; in quem profecto conveniat quod Dominus ait: *Videt lupum venientem, et relinquit oves, et fugit, et lupus rapit eas* [19], quæ qui non audit, sententiæ hujus auctorem contemnit. Etenim nisi hoc fiat, quorsum iste

[19] Joan. x, 12.

Digitized by Google

vester conventus; quid commodi affert? aut si quid boni hic agitis, dicite. Ego enim, nisi sacerdotio labem aspergeret oratio, multa demonstratem indecora et ab Ecclesiæ constitutione aliena, quæ ex isto vestro in hanc urbem conventu proficiscuntur.

## EPISTOLA V.

*Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, episcopis ad diœceses suas proficiscentibus.*

Si quid est aliud necessarium, idque omnibus, maxime est, fratres et compastores mei, necessarium præsertim magistris Ecclesiæ, sanctam Scripturam revereri, metuere, et diligenti perscrutatione examinare; atque ad perficienda quæ in ea mandata sunt, promptos expeditosque esse cunctos Christianos, nisi prorsus insaniant; Dominus enim est qui hortatur perscrutari Scripturas; et ex eis, tum præterita, tum pleraque in posterum futura discere et docere. Unde salutis suæ cupidis semper studium fuit Mosem et prophetas audire. Verbum enim judicat nos, ut is qui mentiri non potest docuit. Quare omnis Scriptura divinitus inspirata salutaris et utilis est ad examinandum quod conveniens est et honestum, et ad erudiendum atque corrigendum. Utilis, inquam, non solum iis qui turpiter vivunt, sed magis iis, qui sobrie et continenter; iis vero qui pastorali dignitate et gradu qualicunque prædiți et ornati sunt, est ipsa vita æterna, et lucerna pedibus eorum, viaque certissima ad faciendas Dei justitias. Ex ea enim discimus, per quem et a quo facti, et ad quem tendamus: quibus quidem injunctum est munus docendi; et non utcunque, sed ita pascendi, ut eum qui pascere dedit vicissim amemus, scientes quis est qui venit, et iterum venturus est ad judicandum vivos et mortuos: et scientes quod pastores qui Dei præcepta, vel propter reverentiam et metum vel propter charitatem animo servarint, ad dexteram positi incredibili splendore fulgebunt: qui vero non servarint, ad sinistram erunt ad omne genus cruciatuum damnati: et, quod est omnium intolerabilissimum atque acerbissimum, procul a conspectu Dei ejecti, et perpetuo conscientiæ morsu exagitati; rursus vero qui munere pastorali recte defuncti fuerint coram angelis et hominibus laudabuntur, utpote probi, fideles et prudentes atque grati, quique sal et lumen fuerint hominibus, nihil quod utile atque commodum esset prætermittentes: qui non verbis solum, sed factis et virtutes tradiderunt, et vitia expulerunt, cunctis præcipientes ut declinarent a malo et facerent bonum. Ad quod quidem bonus Deus legem non scriptam naturæ insculpsit gratis: deinde servos mittere non destitit, qui nuntiarent Dei voluntatem non solum invitatis ad cœnam et nuptias, sed iis etiam qui erant in viis et sepibus cum ornatu nuptiali: cæteros enim non sic ornatos, vincula et tenebras manere. Rogo, quicunque pastores appellamur, demus operam, ut in eorum numero reperiamur, quos Deus occulto suo judicio, quod ipsi notum est, ad vocandum invitatos miserit; obsecro et obtestor, ne obliviscamur, neve jussa mandataque ejus qui misit abjiciamus ac negligamus, sicut ii qui corda habent crapula et sollicitudinibus mundi gravata et depressa. Qui quidem vigilare et orare jussi sumus, tanquam non aliter futura tormenta vitare possimus, neque aliter coram Deo sisti innocentes, ostensuri utrum, muis datis ad mensam negotiati fuerimus, an potius in fundo atque sudario occultaverimus, ut quidam præ nequitia et ignorantia fecisse accusati sunt. Horribiles profecto sunt minæ nobis pastoribus propositæ, nisi vigilaverimus: quibus mandatum commissumque est, tradere conservis, tum verbo tum factis, vera dogmata et vitæ perfectæ normam; tum reposcere rationem progressus spiritualis, vigilanter tuba canere, ne romphæa animam alicujus corripiat, alioqui ex manibus nostris repetendam, denique incessanter explanare quæ sit Dei voluntas: et cum olim ad hoc opus multi missi fuerint, nostrum est timere ne in labores eorum ingressi, pœnas demus si minus laboremus. Quod, utinam ne nobis eveniat quibus donata sunt non solum quæ typis et symbolis designata sunt, quæque prophetæ atque justi expetierunt, sed etiam gratiæ dispensatores facti sumus. Quare nisi aperto capite munera Dei, quæ neque oratione consequi, neque mente comprehendere licet, perpetuo prædicaverimus, quicunque hujusmodi dignitate pastorali prædiți sumus, haud dubie in manus Dei incidemus: nisi, inquam, prædicaverimus quemadmodum ex nihilo cuncta Deus effecerit, quam admirabilia exsistant ex omni parte universitatis rerum in hominem beneficia, quæ nobis promissa si mandata Dei perfecerimus; quæ rursus minæ suppliciorum propositæ si non perfecerimus; et nisi prædicaverimus quod qui male vixerunt, irato Deo ab hac vita recedent, demum pœnas daturi sempiternas. Præterea repetere voces prophetarum, quas illi ad revocandum a vitiis hominum genus adhibuerunt: item commemorare adventum Domini, et bona inde profecta: tum mortem probrosam, sepulturam et reditum ad vitam, ascensum ad cœlos, missionem Spiritus sancti tributumque hominibus Spiritum sanctum, apostolos missos in universum mundum ut baptizarent ac docerent quæcunque ipse servare præceperat; quibus se Christus promisit semper affuturam. Adhæc instare diem illius magnæ iræ et calamitatis, propter multitudinem scelerum; quando draco ille, ex improviso, ad corrumpendos omnes aderit. Item Eliæ et Enoch reditum ad incumbendum saluti hominum adversum diabolum, quem Dominus præsentia adventus sui destruet. Præterea dicemus de rapiendis obviam Christo, quando cœli magno impetu transibunt, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur. Quæ quidem cum exspectentur, quales, quæso, ac quam sanctos nos



Digitized by Google

esse oportet! Debemus etiam commemorare judicium extremum, subsellia apposita, præsidentem judicio Antiquum dierum, libros apertos, fluvium ignis: deinde, eos qui ad dexteram erunt, commendatos bonis operibus processuros in resurrectionem vitæ; eos vero, qui ad sinistram, processuros in resurrectionem judicii. Hæc sunt, quæ a nobis sunt semper populis inculcanda, et honestæ vitæ exemplo commendanda, atque consulenda: quæ quidem cum Deo nos copulant. Hoc est illud Evangelii, bonos fidelesque dispensatores dare conservis suis in tempore mensuram tritici: confirmare, inquam, fratres, ut contemptis bonis terrenis, soli virtuti et Deo adhæreant. In his vigilare, et hæc meditari debemus, fratres; si magno ministerio, cui præsidemus, satisfacere velimus: ac non potius illos imitari proscriptos profligatosque dispensatores; qui, dum, ut illis videtur, moram Dominus facit, edunt et potant: quos, cum venerit, idem, ut minatus est, dividet. Quæ omnia non solum nos inclamare debemus, sed etiam fidelibus hominibus commendare, qui possint et alios docere; ita ut nihil sit faciendum, quod a sacra Scriptura alienum sit. Debemus præterea eos qui peccaverint, pœnis et locis ad eas solvendas descriptis, secundum canones Patrum afficere, distinguentes sanctum a profano: impie enim agunt quidam, qui multos eorum violant, neque meminerunt quod scriptum est: *Impii transierunt fines*[11]; et illud: *Maledictus qui terminos a patribus positos transgreditur*; et quod est in Evangelio: *Qui solverit unum ex mandatis, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit et docuerit, magnus*[12]. Omni itaque studio laborandum est ut concupiscientias carnis quæ militant adversus animum, superent omnes fideles: admonendique subinde, quemadmodum clamet Paulus vas electionis, neminem eorum qui peccatis operam dant, possessurum regnum cœlorum. Qui cum nos hortetur ut eum imitemur, sicuti ipse Christum; beatos pastores qui eum secuti imitatique fuerint. Tametsi enim non sint imitabiles illius excellentissimæ virtutes (qua summus ignavia et inertia), illud, inquam, vivere ex manibus, et Evangelium sine sumptu exponere: nobis tamen satis est si præbeamus nos operarios cibo dignos, ac non potius bona pauperum hianti ore devoremus. Hortandi præterea, ut arrectis, quod aiunt, auribus, et vigilantes, clamorem illum mediæ noctis, improvisum et subitum exspectent, ne nihil cogitantes et in scelere occupati, aut voluptati vel somno indulgentes, adventum illum illustrissimum pulcherrimi Sponsi non sentiant. Ut enim admoneremur vigilandum esse, horam noctis appellat Dominus, illuminatissimum illud tempus. Utinam nunquam nati essent quibus claudendum est, et frustra standum atque pulsandum, quibus tolerabilius le- A viusque fuisset igne consumptos esse, quam audire illud: *Non novi vos*[13]. Quamobrem Paulus: *Ne erretis*[14], inquit; enumerans scilicet quæ a regno Christi arcent et excludunt; quæ omnia nisi vobis discipulis ejus nos commemoraverimus atque denuntiaverimus, væ nobis! Caveamus ergo ne debito quod commune est omnium pastorum, populos fraudemus; debito, inquam, fungendi *pro Christo legatione*[15], Deo per nos hortante, ne qui semel baptizatus committat ut ad nuptias intrare prohibeatur. Eos vero qui alios decipiunt, tanquam falsos apostolos, impostores, adhibitis sanctis Scripturis redarguamus ac prodamus, commemorato exemplo decem virginum, sagenæ missæ in mare, illius induti sordide, aliisque hujusmodi. Hæc no- B cte dieque debent singuli pastores gregibus suis inculcare; quæ tam necessaria sunt, quam est respirare animanti. Necessarium, inquam, omnia judicia et testimonia Dei denuntiare, ita ut ab hoc officio neque eos superbia et elatio retrahat, neque altitudo diei, *id est*, prosperitas et opulentia: quin potius, si tempus postulet, pro legibus, et statutis divinis sanguinem fundere, quoniam non possit aliter pastor Christum amare, qui magistrum finibus charitatis circumscripsit, cum dixit Apostolus: *Quis nos separabit a charitate Christi*[16]? Deinde cavendum nobis est, ne ulli cito manus imponamus, non ante justam ætatem, non sine titulo, non extra fines diœcesis. Testimonium di- C cant non quivis, sed graves homines, qui educationem ejus et mores norint, anne sit iracundus, an superbus, an ebrius, an avarus, an pugnax, an dicax, an percussor, an petulans, an illiteratus. Post ordinationem vero curandum est ut sacra reverenter ac religiose tractare et administrare discat, mysteria præsertim Eucharistiæ ac baptismi: ne, quæ sanctissima sunt, ab aliquo deliro indecore et temere administrare doceantur. Ad hæc providendum, ne cuivis pateat ascensus in suggestum, neque docere liceat in ecclesia nisi ei qui castitate etiam et temperantia atque pietate præditus sit. Item ut nihil eorum quæ ad edendum idonea sunt, offerantur in ecclesia, præter oleum, ceram et thus. Nemini sine probatione, B aut pro munere Eucharistia detur, nisi permissu et concessu Patris spiritualis. Ne liceat impune non vacare in festo Resurrectionis, neque ingredi in fines alterius: in conjugiis, caveatur puritia, propinquitas sanguinis, adoptio et susceptio in baptismate. Videndum est etiam, ut conjugium non solum licitum sit et concessum, sed decorum quoque: ne, inquam, puella seni nubat, neve ante benedictionem una cubent. Jejunia Quatuor temporum ne solvantur, neque jejunia quartæ et sextæ feriæ. Eleemosyna, temperantia, justitia et veritas ab omnibus fidelibus colantur. Solvere Ecclesiis decimas et primitias, celebrare memorias sancto-

[11] Prov. XXII, 28. [12] Matth., V, 19. [13] Matth. VII, 23. [14] I Cor. VI, 9. [15] II Cor. V, 20. [16] Rom. VIII, 35.

Digitized by Google

rum, méminisse propinquorum in precibus, abstinere a fornicatione, sanguine et suffocato, a præstigiis, incantationibus, observationibus superstitiosis, ab omni specie divinationum; non comprehendere cum hæretico, nisi sit sponsor qui canones servare non didicit, eum neque baptizari neque monachum fieri liceat. Monachum qui a monasterio aufugerit, qui receperit aut ordinarit, puniatur. Denique repetenda sunt et commemoranda frequenter a magistris Ecclesiæ, quæ fideles facere debent; et quæ tanquam pestes, abominari. Commemorandus etiam ignis ille, in consummatione sæculi exspectandus. Tum exsecrabilis illa mundi lues, nefarii, inquam, Antichristi adventus, ne si ex improviso, nihil præmeditatis, adfuerit iniquus ille atque superbus, qui extollitur supra omne quod dicitur Deus, multi in errorem inducantur, cum eodem in flammam ignis conjiciendi. Hoc, precor, pastorum opus sit; hæc cura et studium, ut quæ Patribus visa sunt quæque illi accurate tenuerunt, illa ad temperandos regendosque fideles adhibeamus: et qui ea non servarint, quæ servare, non solvere jussi sumus, hos maledictis gravissimis anathematum afficiamus. Ante omnia vero baptizatos omnes hortari debemus, ut usque ad sanguinem integerrime servent quæcunque Christus præcepit: affirmantes absque operibus mortuam esse fidem, et quod non omnis qui dicit, *Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum* [17]; et illud: Qui non amat me, sermones meos non servat. Hæc et alia hujusmodi ex sanctis Scripturis, nisi iis qui ea ignorant exposuerimus, quemadmodum erimus fideles dispensatores? Ne, quæso, oscitanter atque negligenter, sed cum timore potius atque tremore, sine ulla cunctatione, Evangelia sancta edisseramus, docentes cœlum et terram transitura, verba autem ejus nequaquam. Dicamus frustra fortasse dictum esse in Scriptura; *Nemo erret*: nemo inquam neque eorum qui antea fuerunt, neque eorum qui postea erunt. Est autem nobis primum, qui pastores sumus, navandum virtuti, docendumque omnino, quod est in sanctis Scripturis, eos qui Christum ejusque sermones reverenter observaverint, eos, inquam, ab eodem Christo confitendos, declarandos et coronandos, ac gloria sempiterna esse honorandos; qui eum corpore et spiritu honorarunt, nunc, inquam, jam fideles atque prudentes declaratos, ad nuptias et immortales illas delicias admittendos, ut cum pulcherrimo illo sponso Ecclesiæ Domino nostro Jesu Christo semper sint; cui honor, et imperium in sæcula.

## EPISTOLA VI.

*Ejusdem, ad imperatorem, ut jubeat episcopis ire ad suas diœceses.*

Si urbes in Oriente vastari et funditus interire scis, quod malum Deus avertat, cur non jubes, qui curam omnium a Deo suscepisti, urbes deseri, et ad nos venire habitatores earum; imo potius, in gratiam episcoporum hoc prohibes. Sin autem, per gratiam Dei, hoc tua prudentia et judicio assequeris, puniri nos a Deo, non ut pereamus, sed ut convertamur: cur non jubes pastoribus illarum civitatum, ut quisque eorum cum grege suo sit, ut tum precibus Deo adhibendis, tum admonitionibus et objurgationibus suos a peccatis servent; atque ita Deum placent, ut minas aliquando remittat. An si tu oves pastori committeres, deinde illas quidem derelictas cerneres, illum vero quieti suæ suisque cupiditatibus indulgere et servire, dic obsecro, relinqueresne pastorem impunitum? non patimur oves, pecudes, impune negligi, et patiemur pastores animarum impune seipsos pascere, non oves? quid, quæso, apud Deum excusabimus? utinam ne illud nobis exprobretur: *Omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi* [18]. Quod enim preces et vigilias præ ignavia non curant, et nos quia his vacamus, rident, plane ostendit nihil eos malle, neque aliud eis esse propositum, quam patriarchas movere, et munera accipere in judicio, et cætera alia committere quæ ipse status temporum docuit. Aut igitur jube singulis quibusque ad diœceses proficisci suas, aut sinant me ad unum e suis gregibus ire; et me jurejurando obstringam nunquam ab eo discessurum, ipsi vero urbem Constantinopolim sibi inter se dividant. Quid enim infelicius esse potest, quam in cæteris civitatibus licere cuique pastori suos, quantum potest et jus est, regere atque gubernare; in sola vero hac urbe judicem esse quicunque velit; verum si mihi credis, religiosissime imperator, fac ut hos potius tristitia afficias, quam Deum. Etenim, si quando alias, nunc maxime episcopos cum gregibus suis mori oporteret. Quod si nolueris, propter tuam erga eos reverentiam, cogere ut faciant quod facere debent, ego suscepta causa, velint nolint, ex urbe pellam, reddamque audaciæ hujus rationem Deo.

## EPISTOLA VII.

*Ejusdem, ad eumdem imperatorem, de eadem re.*

Si verum est quod dici solet qui gregem pastore privat, utrique periculum creare, profecto prave supplicium manet eum qui pastorem arcet ab ovili; debetque qui pastor est, usque ad sanguinem pro grege Christi non relinquendo labores perferre, nisi cum opus fuerit in synodo singulis annis ad agendum de rebus necessariis paulisper abesse. Quibus conclusis, celeriter redeundum illi sit, si credit se redditurum rationem summo pastori Christo, et si dignus est nomine pastoris: nisi forte etiam propter necessitatem, ad utilitatem animarum pertinentem, ab imperatore aut a patriarcha statim rediturus vocetur. Quod si aliter

[17] Matth. VII, 21. [18] Philipp. II, 21.

Digitized by Google

episcopis aut imperatori videatur, sive quid secus fiat, minime ipse sequar neque assentiar ullo modo: neque enim rationem habebit Deus causationum nostrarum et cupiditatum, sed rationes reposcet de veritate, justitia, divinisque legibus et statutis.

EPISTOLA VIII.

*Ejusdem, ad eumdem, de eadem re.*

Memento Scripturæ, quæ jubet contristare potius homines quam Deum. Tibi vero, imperator, cur grave videatur, justitiam, temperantiam, misericordiam, populis tuis sancire, et inde non modo nullum incommodum reportare, sed potius operibus bonis conciliare Dei misericordiam? quid justius, quam si episcopus quisque jubeatur, velit nolit, ad diœcesim suam redire? Annona hoc debitum solvere tenentur, idque canone sancitum est? nonne pastorum præsentia potest, hoc præsertim tempore, populum ad preces excitare? Quæ enim alia spes Christiani est nisi quæ in precibus posita est? Quod si cupiunt in hac urbe habitare, dividant illam inter se, etc.

# NICEPHORUS BLEMMIDA

## NOTITIA

(Fabr. Bibliotheca Græca ed. Harles, tom. VII, p. 670.)

Nicephorus Blemmida, abbas, circa annum Christi 1255 designatus a Theodoro Lascari imperatore patriarcha Constantinopolitanus, munus non adiit, sed presbyteri dignitate et monastico habitu contentus vixit. Confer de illo Boivinium ad Niceph. Gregoram, pag. 728, et Allatium contra Creygthonum, p. 611 seq., et ad Georgium Acropolitam, pag. 254, et *De consensu* lib. II, cap. 14, § 4, ubi *epistolam* ejus *encyclicam* de pellice imperatoris Michaelis Palæologi, Marcesina, in Gregorii Thaumaturgi monasterium irrumpente et a Blemmida, abbate, repulsa [alii aliter narrant hanc historiolam] Græce edidit et Latine (qua lingua etiam apud Odoricum Raynaldum tom. XIV *Annal.* (*a*) ex Allatii versione legitur (*b*). *Libros* Blemmidæ *duos de Spiritu sancto* laudat Manuel Caleca libro IV contra Græcos. *Indicio*, inquit, *nobis sunt Nicephori Blemmidæ, monachi et presbyteri, cujus in omni virtute et sapientia nomen insigne apud omnes est, duo ad Theodorum* (*Ducam*) *Lascarim, regem, libri de Spiritu sancto conscripti, quibus indicatur ex Filio et per Filium substantiam habere, a sanctis Patribus traditum* (*c*). In editis prior horum librorum Jacobo, Bulgariæ archiepiscopo, posterior imperatori, Lascari, inscriptus est. Prodierunt Græce et Latine ad calcem tomi XIII *Annal.* ab Raynaldo editi cum versione Allatii Rom. 1646 fol. et in ejusdem Allatii *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 1-60, ibid. 1652, 4. Ad eumdem Ducam Lascarin scripsit librum (*d*) *De imperatoris institutione* Ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα, qui in variis bibliothecis occurrit ms. Etiam in bibl. Vindobonensi (*e*), sic uti fuit interpolatus a Georgio Galesiota, Magnæ Eccles. CP. diacono et Georg. Œnæota: *De quæstionibus quibusdam dogmaticis* ad eumdem Lascarin, et *orationem de fide* (1) ad monachos monasterii, a se exstructi, cujus inde κτήτορα se vocat, atque

(*a*) Ad. an. 1255, num. 76.

(*b*) Add. G. Cave, *Hist. litt. de SS. Eccl.* tom. II, p. 304 seq.; Cas. Oudin. *Comm. de SS. Eccl.* t. III, p. 221; Hamberger. in *Z. N.* IV, p. 398, Saxium in *Onom.* II, p. 312 seq. et alios, quos hic et ego in *Introd. in Hist. L. Gr.* II, part. I, pag. 520, laudavimus. (HARL.)

(*c*) Nic. Blemmidæ, De processione Spir. sancti, ad imper. Ducam Lascarim, in cod. Escorial. teste Pluero in *Itiner. per Hispan.* p. 182. — Fragmentum in cod. Medic. Laurent. 12, n. 3, plut. 6, uti videtur Bandin. Cat. codd. Gr. 1, p. 121. — In cod. bibl. publ. Paris. 1505, n. 10, de processione Spir. sancti a Filio et per Filium, et n. 11, de quæstionibus quibusdam ad imp. Theodorum Ducam Lascarim. (HARL.)

(*d*) Locum exinde producit Allatius, *De libris ecclesiasticis Græcor.* p. 121.

(*e*) In cod. Vindob. 125, n. 5. Plura de eo dabit Lambec. comment. VII, p. 480 sqq. et de Georgio Galesiota laudat idem Allatium, *De Georgiis*, p. 583. — In bibl. Paris. publ. cod. 3030. Reliquorum opusculorum codd. omissis iis, quos Montfaucon in bibl. biblioth. mss. memoravit, paulo post simul, ut chartæ parcam, indicabo. (HARL.)

(1) Blemmidæ opera, sed non omnia, Lipsiæ prodierunt anno 1784, sub hoc titulo: Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Βλεμμίδου Ἐπιτομὴ λογικῆς, ξυγγραφεῖσα Ἰωάννῃ Δουκί τε καὶ βασιλεῖ τῷ Βατάτζῃ περὶ που τὸ ,ατλβ' ἔτος τὸ σωτήριον, κατὰ δὲ τὸ ,αχε' ἐν Αὐγούστῃ τῶν Βενδελικῶν τυπωθεῖσα, ἤδη δὲ τύποις β' ἐκδοθεῖσα μετὰ τῆς Ἐπιτόμου αὐτοῦ Φυσικῆς· ἐφεξῆς δέ ὅτε Περὶ σώματος καὶ περὶ ψυχῆς ἐκτεθείται τοῦ αὐτοῦ λόγος· μεθ' ἣς ὁ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τῆς ψυχῆς, Θεοφάνους τε τοῦ Μηδείας καὶ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου, καὶ τελευταῖον ὅτε Περὶ πίστεως καὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως τοῦ αὐτοῦ Βλεμμίδου, προηγουμένης τούτων τῆς καθολικωτέρας αὐτοῦ ἐπιστολῆς..... Impensis Ἰωαννίτου τοῦ Κατζῆ Νίκου Lips. Breitcopf, 1784. 8°. At hujus editionis exemplaribus omnibus in Orientem transmissis, nullum jam in partibus nostris invenire est. Hanc autem editionem ab Harlesio, qui circa annum 1800 Fabricii Bibliothecam novis curis auctam edebat, ignoratam fuisse eo magis nobiscum mireris, quod Breitkopfius iste qui Blemmidam ediderat, idem ille typographus sit quo Harlesius usus est in recusione Bibliothecæ Fabricii, ut ex titulo in fronte voluminum posito apparet.

Digitized by Google

*libros tres instructionis ad monachos* memorat Labbeus, pag. 88 seq. et 94 bibl. nov. ms. *Encomium Greg. Nazianzeni, et expositionem versuum ejus* pag. 111. *Isagogen in Arist. de cœlo et quod mundus non sit ab æterno*, pag. 114. *Historiam de S. Paulo et Patribus, qui in Latro monte solitariam vitam egerunt*, elegantissime et ad antiquum succum conscriptam habere se testatus est Allatius, p. 244, ad Georg. Acropolitam. In Vaticana, ut ab eodem Allatio discimus, ms. legitur λόγος, ὃς ἐπεστάλη τῷ βασιλεῖ, βασιλικὸς κληθεὶς ἀνδριάς· ἔστι δὲ καὶ μοναστὰς καὶ παντὶ σπουδαίῳ λυσιτελής. Incipit : Νόμος ἀρχῆθεν συμβαλων τοῖς πράγμασι τοὺς ὑπηκόους εἰσφέρειν τῷ βασιλεῖ. *Logicam* (*f*) e quatuor, et *Physicam* e duobus ms. bibl. Augustanæ (*g*) Græce (non simul etiam Latine, ut a Caveo (*h*) traditum) edidit Joh. Wegelinus, Augustanus, Augustæ Vindel. 1605, 8. Utraque junctim (Logica enim πρῶτον βιβλίον dicitur in Physica, p. 32) scripsit Blemmidas in gratiam Joannis Ducæ, et Physicæ p. 264 seq. inseruit Fragmentum *exegeseos* suæ *in Psalmos* (*i*), cujus alia apospasmatia servantur mss. in bibl. Vindobo-

(*f*) Blemmidæ *De quinque vocibus* Latine prodiit Joach. Perionio interprete Basil. 1542, 8, et *Ratio de compendiaria arte disserendi et de Astrolabio*, una cum aliis aliorum scriptis, interprete Georgio Valla, Venet. 1498, fol. Hoc de Astrolabio ad Nicephorum Gregoram sunt, qui referant. (Fabric.) De Georg. Vallæ opere v. supra de Nic. Gregoræ scriptis ad n. 51. — Nic Blemm. *De quinque vocibus*. cur sint hæ solum, pars est et quidem caput 9 logices, ut ex indice capp. apud Iriart. l. c. pag. 198 cognoscere licet. Græce illa particula est edita cum Pselli *Introduct. in sex philosophiæ modos*, ejusd. compendio quinque vocum et decem prædicamentorum philosophiæ; cum Georg. Pachymer. *De sex philosophiæ definitionibus*, etc. Venet. in 8. *V.* Catal. bibl. Leidensis, p. 165 et 165. Exemplo illius bibl sunt quædam Græce adscripta. (Harl.)

(*g*) Nicephori Blemmidæ Epitome logica e quatuor mss. tam primum Græce edita a J. Wegelino Augustæ Vindel. 1605, 8. — Eadem e Græco idiomate in Latinum versa a J. Wegelino, ibid. 1607, 8. Item. — Goetz dedit in Mem. bibl. Dresd. II, p. 393 seq. plenos titulos Wegelin. edit. Nicph. Blemm. Epitomæ logic. etc. 1605, 8; et ejusdem Epit. physica, 31 gravissim. capitum, cum fragm. insuper exegeseos in psalmum VIII, quibus non tantum physica, sed etiam geographica — pertractantur, etc. Aug. Vind. 1605, 8. — Fabric. in emendandis notavit : quod separati n deinde utraque Latine etiam Wegelin. vulgavit, *Physicam* quidem Blemmidæ a 1605 et *physicam* [quod vero vitium esse videtur, et scribendum fuisse *logicam*], 1607, 8. — Atque de edit. et versione Th. Wegelini ann. 1606 Aug Vindel. vid. Brucker in *Hist. crit. philos.* tom. II, p. 545, qui ex dedicat. Wegelini quædam excerpsit, notat hanc physicam jam editam esse inter opp. Damasceni a Jac. Billio, Paris. 1577 et 1603; eum vero hoc Blemmidæ physicum compendium non integrum referre, sed 17 tantum capita. Idem Weg. notat, inter G. Vallæ opp. ejus esse physiologiam, totam ad verbum ex Blemmida, sed hujus nomine suppresso, transcriptam, sed obscure, etc. — In bibl. August. Vindel. sunt, teste Reisero in Cat. p. 77, n. 5, Nic. Blemmidæ, *De sophisticis elenchis*, n. 5; Nic. Blemm. et Georgii Pachymeræ Epit. philosophica, complectens logicam, ethicam, physicam; n. 6 et 7 Niceph. logica, exemplari duplo, altero autem alicubi mutilo; ex hoc duplici codice edidisse cum versione Latina, analysi, argumentis et adnotationibus, J. Wegelinum, adnotat Reiser., qui pag. 91 alios Augusti. Vindel. codd. nominat; n. 71, Nic. Blemm. Epitom. isagogic. de logica; et libr. II, elementorum physicorum : n. 72, logica et physica, ad ima m a. « Codex priore antiquior et correctior, nec nisi pagella deest initio, quamvis prioribus pagellis non parum arrosis. » — Dresdæ in bibl. Electr. *Epitome logica*, de quo cod. v. Goetzii *Mem. bibl. Dresd.* II, p. 295. Monachii, in bibl. electr. cod. 108 Introductionis dialecticæ et physicæ libri II. — In cod. 151 Logica et commentarii in sex posteriora prædicamenta (Catal. codd. Gr. p. 42. et 60). — In bibl. Cæsarea Vindob. cod. 44, n. 5, Logica. (*V.* Lambec. Comm. VII, p. 183, ibique notam Kollarii.) — In cod. 93, Epitome physica, divisa in capp. 32, et in cod. 94, tribuitur Nicephoro Blemmidæ logica, in capp. 36 divisa : perperam vero eidem attribuitur syntagma philosophicum : de qua re plura scripsi supra ad Catal. Scriptorum Nicephori Gregoræ, n. 10. *V.* Lambec. l. c. p. 305, n. 2, 375 seq. et 382. — In cod. 95, n. 1, Nic. Blemm. logica; n. 3, physica : e quibus cod. Wegelini edit. posse haud mediocriter emendari ac suppleri, monet Lambec. p. 376. — In codd. 96, 97, logica, in cod. 98, pars logices et in cod. 99, fragmenta quædam illius. V. Lambec. l. c. p. 385, 386, 387. — Florentiæ, in bibl. Laurent. Niceph. Blemm. logica in cod. 8, plut. 71, et cod. 16, n. 16, plut. 87, Isagogic. epitomes lib. I, qui *logicam*, et liber II, qui *physicam* continet. — in cod. *Escorial.* de *logica, philosophia, anima, et de duobus elementis, quibus mundus constat :* ejusdem aut alterius Nicephori, monachi Polemitæ, *De logica. V.* Pluer. *Itinerar. per Hisp.* p. 185. — In bibl. publ. Paris. *de animæ facultatibus* in cod. 1999. — *Logica* in cod. 2099, 2100, 2102, 2103 et 2104. — Opusculum ineditum *De sophisticis elenchis*, in codd. 1957 et 1958. — *Introductio ad philosophiam* in cod. 1998, continet *logicam* et *physicam*, 1999, *physicam*, 2000, iterum *physicam* comprehendit, et 2001, lib. II, *De dialectica. Physica* in cod. 2099, 2100, 2101, 2135 et 2154; in cod. Naniano 266, Venet. *V.* Cat. codd. Gr. Nan. p. 454. — In bibl. Regia Taurinensi, *Epitome physices*, in cod. 251. — *Expositio logices*, et *De physica auscultat one*, in cod. 262, (Cat. codd. Gr. pag. 371.) — In bibl. Regia Matrit. cod. 59, Epitome isagogica et *logices* et *physicæ*, lib. II, de quo cod. copiosus est Iriarte, Cat. codd. Gr. p. 197 seq. (Harl.)

(*h*) In priore ed.; nam in ed. Basil. 1745, p. 305, est correctum. (Harl.)

(*i*) Conf. Oudin. tom. III, p. 223, de codice potissimum Vindobonensi. In codice modo memorato *Matritensi* sunt ex Nic Blemm. *explanatione in octavum Psalmum* cap. 52, aut potius in h. cod. 31. Iriarte tamen, p. 199, observat, primum Nesselium diserte tradidisse in parte IV Catalogi, in cod. 582 Vindob. librum eumdem divisum esse in cap. 52, tum contra Fabric. nostrum monet, Blemmidam fragmentum exegeseos suæ in Psalmos physico libro non *inseruisse*, sed potius *subjecisse* propter argumenti cognationem, quippe cum Blemmida in memorata exegesi, ut in toto fere physices libro, de ratione cœlorum, quorum supremi Artificis magnificentiam regius vates in Psalmo VIII mirifice prædicat, disseruisset. — In cod. Coislin. 102. *Nic. Blemmidæ expositio in Psalmos;* commentarium in illos excipit *expositio in Cantica canticorum;* quæ quidem num ejusdem sit auctoris, necne, non exprimitur, teste Montfaucon in *Bibl. Coisl.* p. 178. — Idem commentarius est in

Digitized by Google

nensi, in qua etiam reperitur λόγος περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, quemadmodum Ingolstadiensis et Vaticana habent ejus *Encomium in S. Joannem evangelistam*, et λόγους *De anima et corpore*, atque *De fide, virtute ac religione* opuscula. In Vindobonensi præterea sunt περὶ οὔρων πολίημα τοῦ λογιωτάτου καὶ σοφωτάτου Βλεμμίδου· incipit : Τῶν ἀσθενῶν ὑέλια μάθε τρισκαίδεκα· tum περὶ αἱμάτων, sive κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας τῶν ἀσθενῶν, (quæ duo carmina in alio codice tribuuntur Maximo Planudæ). Vide Lambecium, lib. VI [part. II, p. 249, *Koll.*]. Præterea εἴδησις τῶν ἰατρικῶν μέτρων, et Διαγνώσεις καὶ θεραπεῖαι τῶν ἀνθρώπων. Denique geographicum περὶ οἰκήσεων opusculum. Γεωγραφίαν συνοπτικὴν vocat Salmasius pag. 276 Epist. *Demonstrationem quod individuis vita non sit præfinita*, memorat in *Apparatu* Possevinus. Vide et infra, in *Nicephorus Monachus*. (Fabr.) Reliquorum opusculorum codd. h. l. simul indicabo. In bibl. Cæsar. Vindob. exstant : in cod 20, n. 2, opuscula quatuor medica, a Fabr. modo Græce designata : 1) Notitia mensurarum medicarum ; 2) Canticum s. carmen de judicando de sanguine phlebotomiæ ægrotorum ; 3) Canticum de urinis ægrotorum ; 4) Cognitiones et curationes morborum humanorum in 130 divisæ. (Lambec. VI, part. II, pag. 249 seq.) Cantica tamen n. 2 et 3 in cod. Cæsar. Vind. 269, n. 9, tribuuntur Maximo Planudæ, teste Lambec. V, p. 470. Eadem vero duo opusc. *De urinis* et *De sanguine phlebotomiæ* Nic. Blemm. tribuuntur in codd. 40, n. 5, et 42, n. 2. V. Lambec. VI, pag. 335 et 359. — In eadem bibl. Cæs. cod. 42, n. 19, exstat Nic. Blemm. *Fragmentum geographicum*. (Lambec. VII, p. 179.) — *Geographiæ compendium* est in codd. bibl. Taurin. 232 et 244 (Cat. codd. Gr. p. 318 et 373). — Mediolani, in bibl. Ambrosiana, teste Montfauc. in *Diario Ital.* p. 14. — Matriti, in bibl. Escor. *Geographia compendiaria ;* ordo et canon in 13 signa, quæ videntur in hominis ægritudinibus ; et de cognitionibus illarum, maxime de illarum curatione, auctore Pluero, l. cit. — In cod. bibl. publ. Paris. 1414, (secundum auctorem Cat. codd. II, p. 316.) 1) Nic. Blemm. Geographiæ compendium, sive potius Dionysii Alexandrini Orbis Descriptio, soluta oratione explicata. 2) Ejusdem aliud Compendium, ubi de terra, illius magnitudine et climatibus disseritur : opus regi cuidam orthodoxo inscriptum. — In bibl. Coislin. 388, Nic. Blemm. *Geographia synoptica*. Sed Montfaucon, in *Bibl. Coisl.* p. 599, « Hæc, ait, Geographia ab homine imperito et insulso descripta fuit, ac vix credam, esse Nic. Blemmidæ, viri, ut sua ætate, docti. Hic regiones, flumina, urbes, non quales erant et vocabantur tempore scriptoris, sed quales ex vetustioribus geographis perperam et indocte consarcinatæ sunt, repræsentantur. » Gœtz tamen in Mem. bibl. Dresdensis, II, p. 394, ait caput physicæ epitomes tricesimum in Wegelin. edit. agere περὶ οἰκήσεων, quod Fabr. tanquam opusculum geographicum ex Lambecio laudasset. — In cod. Coislin. 208, Scholia Niceph. Blemm. in *Odas Mosis et aliorum*, cum paraphrasi et manu Tinerilli scr. ann. ab Incarnatione 1656. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 267. — Florentiæ, in cod. Laur. Medic. orat. *De regno*. (Bandin. I, p. 121, n. 31) et libell. *De fide ad monachos monasterii a se exstructi*. (Bandin. III, p. 399, cod. 16, plut. 87, n. 17.) — In bibl. publ. Paris. orat. *De custodia cordis*, in codd. 1091, n. 11 ; 1101, n. 11 ; 1145, n. 4. — Orat. *in laudem S. Joannis Theologi*, in codd. 1225, n. 1. — *Vita Pauli Latrensis*, in cod. 1195, n. 19. — *De animi facultatibus*, in cod. 1999, n. 3. — *De cœlo et quod mundus sit æternus*, (quod est cap. 24 lib. physic.) in eodem cod. ; et in codd. 2999, n. 3, ac n. 4, *De vacuo* (h. e. cap. 30 ejusd. operis) et in 2100, n. 5, *De cœlo, sole, luna, sideribus et diebus*. — Opusc. (ab aliis Maximo tributum) *De urinis*, in codd. 2220, n. 6. — 2303, n. 3 ; 2315, n. 5 ; et 2671, n. 6. — *De auri conficiendi ratione* in cod. 2329, n. 10. ac 2509, n. 9, cum scholiis margini adjectis ; — *Methodus inveniendi Paschatis*, in cod. 1050, n. 4, p. 199, tom. II, catal. — In bibl. Reg. Taurinensi, Serm. *de animæ necessitate et de cognitione hominum*, in cod. 331, quorum duorum opusculor. neque Caveus facit mentionem, neque Fabricius, V. Catal. codd. Gr. Taur. pag. 414 et 415. — In cod. Matrit. 59, ex orat. Nic. Blemm. ad monachos instruendos, sive ex ejus typico, orat. *de fide* cum duplici scholio, et *De virtute atque exercitatione*. V. Iriarte, l. c. p. 199. — In codd. Escorial. *De fide*, cum variis ; *De nomine et verbo ; Introductoriæ* in Aristot. *Physicam* Epitomes liber XV, et secundus, teste Pluero l. cit. — Monachii, in bibl. elector. Bavar. cod. 103. Nic. Blemm. encomium in Joannem evangelistam ; oratio *De anima ;* or. *De corpore ; Enarrationes in aliquot psalmos ; De fide ; De virtute et vita religiosa*. — In cod. 152, Nic. *De cœlo*. (cat. codd. gr. p. 42 et 60.) Add. supra vol. IV, pag. 206, sub fin. et p. 220, et infra, vol. XII, ubi de medicis et chemicis agitur, etc., et Kollar. in Supplem. ad Lambecii comm. pag. 663 seq. (Harl.)

cod. bibl. publ. Paris. 155 (in quo etiam Comm. *in Cantica canticorum*, eidem Nicephoro attributus.) — In cod. 810 (in Psalm. I-X, XIV, L, LXXIII.) — in codd. 2099 et 2100, in Psalmum VIII, comm. etiam subjectus est capp. physices. — In cod. Escorial. Expositio in illud Psalmogr. *Lunam et stellas, quas tu fundasti*, teste Pluero, in *Inv. per Hispan.* p. 183. — In codd. bibl. Taurin. 103, idem comment. in Psalmos. V. Cat. codd. Gr. pag. 214. — Ib. in cod. 130, Nic. interpretatio titulorum Psalmorum, et quam ob causam dictus quilibet fuerit, quam a Nicephoro commentario suo Psalmorum forte præmissam fuisse suspicatur auct. catal. mem. p. 250. — In cod. 311 ejusd. bibl. fin. sunt Nic. Blemmidæ et aliorum scriptor. eccles. hymni et preces. (Harl.)

Digitized by Google

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

## ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ

**ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΩΝ ΔΙΑ ΧΡΗΣΕΩΝ ΓΡΑΦΙΚΩΝ, ΔΙ' ΥΙΟΥ, ΚΑΙ ΕΞ ΥΙΟΥ ΘΕΟΛΟΓΕΙΣΘΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ.**

***ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΙΑΚΩΒΟΝ.***

—

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

## ORATIO PRIMA

**DEMONSTRANS SANCTORUM PATRUM TESTIMONIIS PER FILIUM, ET EX FILIO SPIRITUM SANCTUM DICI.**

***AD JACOBUM BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUM.***

(Ex Leonis Allatii *Græcia orthodoxa*, tom. I.)

—

α'. Ἔστι μοι πάθος, ὅπερ ἐξαγγελῶ· καὶ γὰρ ὁ λόγος πρὸς ἀκέστορα ἱερὸν, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης αὐτῷ. Ἐγὼ τοῖς σοφοῖς παῤῥησίᾳ λαλῶ, καὶ οὔτε μοι δέος ἐκκαλύπτοντι τὴν διάνοιαν· ἢ γὰρ βεβαίωσιν, ἢ διόρθωσιν ἡ ἄπταιστος κρίσις ἐπαγάγοι τοῖς λεγομένοις. Ἀσόφοις δὲ διαλεγόμενος ὑποστέλλομαι, καὶ μάλισθ' ὅτε περὶ Θεοῦ φθέγγομαι· δέδοικα γὰρ τὸ μὴ ξυνιέναι αὐτοὺς, ὡς ἐντεῦθεν ἐπισφαλῆ πρὸς τὸν λόγον ὑπόνοιαν ὑφορώμενος. Εἰ δὲ τῷ ἀσόφῳ συνέλθοι τὸ φίλερι, τότε καὶ πρὸς τὸ λέγειν ὅλως ὀκνῶ τε καὶ ἀναδύομαι. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἀποδεκτὸς ὁ Θρασέως καὶ ἀπερισκέπτως θεολογῶν (ἠνιοχεῖσθαι γὰρ τὴν θεολογίαν φόβῳ χρεών, ὡς ἂν μὴ πρὸς ἀπωλείας ὦσειεν ὁλισθήματι), παραπλησίως καὶ ὁ φιλονείκως ἀκροώμενος, καὶ τρόπῳ παντὶ πρὸς τὸ ἀντιλέγειν ὁρῶν, ἀποπεμπταῖος καὶ ἀποτρόπαιος. Ἔρις γὰρ κακόχαρτος ταράττει καὶ συγχεῖ τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δὲ καὶ γλῶσσαι πολλαί εἰσιν αἱ συρρυεῖσαι πρὸς τὸ αὐτὸ, πῶς οὐκ ἂν δόξειαν τοῖς πολλοῖς περιγινόμεναι μιᾶς ἑτερορρέπους; εἰ δὲ καὶ ὧν αἱ ὑπεροχαὶ, πῶς εἰς ἀγαθὸν ἀποβαίη τῷ ἀσυμφώνῳ τὸ ἀληθευτικὸν, κατά γε δὴ τοὺμφανές;

1. Morbum, quo afflicior, in lucem proferam: ad medicum enim sacrum oratio dirigitur, et omnes alios, qui iisdem ac ille disciplinis præditi sunt. Ipse cum doctis palam libereque sermones confero: nullusque me sensa aperientem timor invadit: namque infallibile judicium dicta vel corriget, vel comprobabit. Cum vero sciolos alloquor, reprimo me, et potissimum cum de Deo verba facio; vereor etenim, ne dum ipsi rem non capiunt, falsi mihi suspicionem appingant. Quod si imperito contentionis studium accedit, tum loqui detrecto, et de circulis subducor. Quemadmodum enim nullo modo admitti debet, qui audacter et inconsiderate de rebus divinis loquitur (necesse quippe est, Theologiam timore dirigi, ne in excidium præcipites agat), pari ratione, qui contentiose aures exhibet, et modis omnibus contradictionem ambit, ejiciendus est, et exsecrandus. Contentio siquidem malis gaudens confundit, turbatque veritatem. Quod si et sermones plerique in idem una simul concurrant, quomodo non videbuntur multis unius, qui in alteram partem inclinat, potiores esse? Et si eorum fuerint, qui in dignitatibus sunt, qua ratione veritas ipsa in bonum illi, qui contraria sentit, in conspectu aliorum vertetur?

β'. Οὕτως ἐν τούτοις ἔχων, οὕτω πάσχων ἐπὶ πρὸς σοφοὺς νῦν ὁ λόγος, καὶ εἰρήνην ζητοῦντας τὴν ἐν Χριστῷ καὶ διώκοντας, πεπαῤῥησιασμένως ἐρῶ περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος· τὸ δέ ἐστιν, εἰ δι' Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς, ἢ μὴν ἐκ Πατρὸς προσεχῶς, ἀλλ' οὐ δι' Υἱοῦ. Καὶ ὅτι μὲν τὸ πρῶτον πολλοὶ τῶν ἱερῶν διδασκάλων παρέδοσαν, οὐδεὶς δὲ τὸ δεύτερον, οἶμαι δὴ πάντα μαρτυρήσειν ἄνδρα θειογραφικὴν εὐθύτητι διακοῦ-

2. Cum ita me habeam, et ita afficiar, et ad peritos oratio sit, eosque, qui pacem in Christo quærunt, et procurant, libere aperteque de proposita quæstione edisseram, quæ erit: an per Filium Spiritus sanctus a Patre procedit, an vero ex Patre absque medio, et non per Filium. Et primum quidem a multis sanctis doctoribus traditum fuisse, secundum a nemine, existimo omnes homines, qui in sacris litteris exerciti sunt, et æquitate dirigun-

Digitized by Google

tur, suo testimonio comprobaturos. Et nos item non minus hanc rem tribus epistolis, jam percensuimus

3. Quod vero in Evangeliis plane vox illa inserta non est, quod plerique ad contradicendum arripiant, dogmati nihilominus non officere probatur eorum fide digno testimonio, qui res theologicas pertractarunt; quando nec in nostra potestate esse, Deiferorum Patrum dictis non credere, sed eorum auctoritatem dicti demonstrationem esse, facultate omni logica et contradictoria validiorem, cui a theologia nomen est, in invectivis adversus Julianum decernat. Qui enim evangelistis inspiravit, ille idem et aliis diviniloquis verba dictavit, et Dei voces sunt sanctorum omnium sacrosancta monumenta.

4. Et dicere eadem ab illis qui Spiritui adversantur, corrupta fuisse, stultum est, ac fatuum, cum nihil id omnino ad hæresim conferat, per Filium Spiritum sanctum fateri a Patre procedere, sed penitus eam rejicit ac refellit. Hac etenim Spiritus creatura impie admodum asseritur, illo ex ipsa Filii essentia prædicatur, et ejusdem cum Patre et Filio essentiæ. Et quamnam probabilitatem habuerit, simile facinus in universos totius orbis sacros libros tantorum sanctorum simul desæviisse, et corruptelam adeo universalem fuisse, nullumque ante nos tantam noxam indicasse? Non fuit unquam, non est : mentis miseræ, ac infelicis commentum id est.

5. Quanam item ratione quicunque adversus Latinos post dissidium et schisma, quæ in dissidio erant, conscripserunt, ex Filio Spiritum sanctum esse essentialiter, pro viribus adversati sunt; per Filium vero a Patre nequaquam, imo potius inter eos peritiores, veluti patroni illius causam susceperunt, inde argumenta sumentes ad refellendum et illud : *Ex Filio*. Idque ita se habere ex libro, cui *Sacrum Armamentarium* nomen est, discimus. Librum porro tunc temporis doctorum virorum præcipuis in veneratione fuisse, postea ab aliis magno studio conquisitum, nostra hac ætate maxime celebratum, atque in honore habitum, et neminem unquam, etiam eorum, qui pudore deposito omnia inverecunde tentant, adversum eum linguam movere ausum esse, cum et violentius Spiritus processioni ex Filio adversetur, res ipsæ satis luculenter clamant. In eo Latini, uti in dialogis fieri amat, introducuntur, sapientissimi Cyrilli dictum ad propriam opinionem corroborandam proponentes; verba Cyrilli sunt : *Mutabilis vero minime est Spiritus; nam si mutationi esset obnoxius, ipsi divinæ naturæ defectus ascriberetur, siquidem Dei et Patris, nec non et Filii est, qui essentialiter ex utroque, ex Patre scilicet per Filium, Spiritus profluit.* Expendamus porro quænam ad eos qui Roma convenerant, responderunt : *Beatus hic Pater Cyrillus multos nostrarum rationum*

μενον. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἡμεῖς ἐν τρισὶν Ἐπιστολαῖς ἐφάσαντες ὑπεμνήσαμεν.

γ'. Ὅτι δὲ τὸ μὴ τοῖς Εὐαγγελίοις σαφῶς τὴν φωνὴν ἐντετάχθαι, τοῦτο δὴ τὸ πρόχειρον εἰς ἀντιλογίαν πολλοῖς, οὔτι που τοῦ δόγματος ἀφαιρεῖται τὸ εὐπαράδεκτον, ἡ τῶν Θεολογησάντων ἀξιοπιστία παρίστησιν, ἐπεὶ μηδ' ἐξεῖναι ἀπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν εἰρημένοις, ἀλλ' ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ λόγου τὸ ἐκείνων ἀξιόπιστον, πάσης δυνάμεως λογικῆς καὶ ἀντιλογικῆς ἰσχυρότερον ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τοῖς Στηλιτευτικοῖς ἀποφαίνεται. Ὁ γὰρ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἐμπνεύσας, αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ τοῖς λοιποῖς Θεηγόροις ἐνέπνευσε, καὶ Θεοῦ φωναὶ τὰ τῶν ὅλων ἁγίων ἅγια συγγράμματα.

δ'. Τὸ δὲ λέγειν αὐτὰ νενοθεῦσθαι παρὰ τῶν Πνευματομάχων, ἠλίθιον, ἐπεὶ κατ' οὐδὲν ὅλως τῇ αἱρέσει συμβάλλεται τὸ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογεῖσθαι προοδικῶς εἶναι παρὰ Πατρὸς, εἰ μὴ τοὐναντίον ἅπαν, καὶ καταβάλλει ταύτην, καὶ ἀναιρεῖ. Τῇ μὲν γὰρ κτίσμα βλασφημεῖται τὸ Πνεῦμα, τῷ δ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς κηρύττεται τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Τίνα δ' ἂν ἔχοι καὶ λόγον τὸ τὴν τοιαύτην κακουργίαν ταῖς ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἱεραῖς ἐνσκῆψαι βίβλοις τῶν τοσούτων ἁγίων ὁρῶν, καὶ τὴν παραφθορὰν οὕτω γενέσθαι παγκόσμιον τοῖς τῶν μεγάλων Πατέρων συγγράμμασι, καὶ μηδένα τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν λύμην ἐπισημήνασθαι; Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι· διανοίας τὸ τοιοῦτον ἀνάπλασμα κακοδαίμονος.

ε'. Πῶς δὲ καὶ ὅσοι κατὰ Ῥωμαίων γεγράφασι τὰ τῆς ἔριδος μετὰ τὸ σχίσμα καὶ τὴν διάστασιν, πρὸς μὲν τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι οὐσιωδῶς, ὡς εἶχον, ἀντέστησαν, πρὸς δὲ τὸ, δι' Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐδαμῶς, μᾶλλον μὲν οὖν οἱ λογιώτεροι, καὶ συνηγοροῦντες αὐτῷ κατεφάνησαν. Κἀντεῦθεν ἐπιχειροῦντες ἀνασκευάζειν τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχον ἐστὶν, ἐκ τῆς *ἱερᾶς Ὁπλοθήκης* μανθάνομεν. Ὅπως δὲ ἡ βίβλος αἰδέσιμος ἦν τοῖς τότε τῶν λογίων ἀνδρῶν λογάσι, καὶ περισπούδαστος εἰσέπειτά τε καὶ ἕως ἡμῶν περίπυστος καὶ ἐξαίρετος, καὶ οὐδείς ποτε κατ' αὐτῆς, οὐδὲ τῶν πάντῃ ἀπηναισθυμένων κινῆσαι γλῶσσαν ὅλως τετόλμηκεν, ἐπεὶ καὶ βιαιότερον ἐνίσταται πρὸς τὴν υἱόθεν τοῦ Πνεύματος πρόοδον, αὐτὰ βοᾷ διαπρυσίως τὰ πράγματα. Ἐν ταύτῃ Ῥωμαῖοι διαλογικοῖς νόμοις εἰσάγονται ῥῆσιν τοῦ σοφωτάτου Κυρίλλου προτείνοντες εἰς σύστασιν τοῦ σφῶν αὐτῶν δόγματος, οὕτως ἔχουσαν· *Τρεπτὸν δὲ οὔτοι που τὸ Πνεῦμα ἐστίν· ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ἁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἥως ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προερχόμενον Πνεῦμα.* Τί οὖν ἡ ἀπολογία πρὸς τοὺς ἐκ Ῥώμης κατανοήσωμεν. *Ὁ μακάριος οὗτος πατὴρ Κύριλλος τὰς πολλὰς τῶν ἡμετέρων λόγων πραγματείας πραγματῶν σύντομον εὐθὺς τῇ τῶν ἀναγῶν ευλ-*

Digitized by Google

ζ'. Ἴδῃ δὲ καί τινας ἐνστάσεις τῶν ἀντιφερομένων τάς γε βιαιοτέρας ἐπισκεπτέον, ὅπως ἂν ἐξεταζομένων αὐτῶν ἡ τῆς ἀληθείας σύστασις ἐπὶ πλέον ἰσχυροτέρα φανείη τῇ τῶν τῆς ἀπάτης συστροφῶν διαλύσει συντρέχουσα, καὶ τὸ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα περηνέναι παρὰ Πατρὸς ἐκφαίνουσα τρανότερον καὶ κρατύνουσα. Πῶς οὖν εἰκὼν ἐστι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα; φασίν. Εἰ τοῦτο ἐστὶ, τῷ Υἱῷ κατὰ πάντα παρισωθήσεται, καὶ ἕξει παρ' ἑαυτῷ τὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ γνωριστικὰ ὑποστάσεως. Πῶς οὖν οὐκ ἔσται γέννημα τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ πρόβλημα; ἢ πῶς οὐ τοῦ Υἱοῦ μὲν Υἱὸς, ἔγγονος δὲ τοῦ Πατρὸς, εἴπερ εἰς τὸν Υἱὸν ὡς εἰς ἀρχέτυπον ἀναφέρεται; Πρὸς ταῦτα κἂν μὴ πρὸς ἡμᾶς ἡ μάχη, πρὸς γὰρ τοὺς εἰρηκότας εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἡμεῖς οὕτω φαμέν. Πᾶσα εἰκὼν ἐξ ἀνάγκης διαφέρει κατά τι πρὸς τὸ ἀρχέτυπον. Διαφορᾶς γὰρ οὐκ οὔσης τινὸς ἐν αὐτοῖς, εἶεν ἂν αἱ εἰκόνες ἀρχέτυπα· διὸ καθάπερ ὁ Υἱὸς εἰκὼν ὑπάρχων Πατρὸς διενήνοχε τοῦ πρωτοτύπου τῷ ἰδιώματι. Υἱὸς γὰρ οὐ Πατὴρ, γεννητὸς, οὐκ ἀγέννητος, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὂν καὶ λεγόμενον Πνεῦμα ἐστὶν, οὐχ Υἱὸς, προβλητὸν, ἀλλ' οὐ γεννητόν. Ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητός ἐστιν ἐκ τοῦ ταύτην ἔχοντος· ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι κοινουμένη, καὶ ἀφ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον μεταπίπτουσα; Τὸ γὰρ ἐν δυσὶν ἢ πολλοῖς θεωρούμενον, κοινότης, ἀλλ' οὐκ ἰδιότης ἐστίν.

B 7. Sed jam adversariorum objectiones aliquæ, et validiores considerandæ sunt, ut iis examinatis, veritas magis, fraudum machinis dissolutis, elucescat, per Filium Spiritum exsistere ex Patre, planius confirmans, atque stabiliens. Quomodo itaque imago Filii Spiritus est? *inquiunt.* Si id fuerit, Filio in omnibus exæquabitur, habebitque apud semetipsum per omnia hypostaseos Filii notas. Quomodo itaque non erit generatus a Patre, sed procedens? et quomodo non erit Filius Filii, et Patris nepos, si in Filium tanquam ad exemplar transfertur? Ad hæc, licet contentio contra nos suscepta non sit, sed contra eos qui Filii imaginem Spiritum sanctum asseverant, nos ita occurrimus : Omnis imago necessario ab exemplari suo in aliquo C differt. Nam si nulla esset inter ea differentia, essent plane imagines exemplaria. Quapropter, quemadmodum Filius imago Patris cum sit, differt tamen ab exemplari proprietate ; Filius enim est, non Pater ; generatus, non ingenitus : sic et Spiritus sanctus imago Filii cum sit, et dicatur, Spiritus est, non Filius ; effusus, sed non generatus ; proprietas enim ab eam possidente avelli non potest ; vel quomodo proprietas, si communicaretur, et ab uno in alium transmearet? Quod enim in duobus, aut pluribus conspicitur, communitas est, non proprietas.

η'. Ὅθεν οὐδὲ Υἱὸς ὅλως ἐκλήθη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἂν εἴη μόνος Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ μόνον Υἱὸς, οὐ μὴν καὶ Πατὴρ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Πνεῦμα μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ Υἱὸς, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ μόνον Πατήρ. Διὸ καὶ ὁ μέγας ἐν θεωρίᾳ καὶ πράξει Βασίλειος οὕτω φησὶ πρὸς Εὐνόμιον ἀποροῦντα· Διὰ τί μὴ καὶ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ. Ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. Ἀλλὰ λέγεις, Εἰ Θεοῦ μὲν εἰκὼν ὁ Υἱὸς, Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα· καὶ εἰ Θεοῦ μὲν Λόγος ὁ Υἱὸς, φῆμι δὲ Υἱοῦ τὸ

8. Hinc neque Filius prorsus vocatus est Spiritus sanctus ; et solus Filius esset Filius, et tantummodo Filius, et non Pater : et Spiritus sanctus Spiritus solum, non item et Filius, quemadmodum et Pater solum Pater. Propterea magnus tum agendis, tum meditandis Basilius Eunomio hæsitanti, quare non et Spiritus Filius Filii? respondet : *Non quod non sit ex Deo per Filium, sed ne Trias infinitam multitudinem, Filios scilicet ex Filiis, ut in hominibus solet, in se habere existimaretur. Sed ais: Si Dei imago est Filius, Filii vero Spiritus ; et si Dei quidem Verbum Filius, Verbum vero Filii Spiritus, quare non et Filius Filii Spiritus dictus est?*

Digitized by Google

*hoc siquidem validissimo argumento ad tuam impietatem astruendam usus es. Aut enim Filium, aut creaturam jubes non tenere: et quod Filius nuncupatus non est, ideo creaturam esse impie asseris illum qui creaturæ causa est, qui creaturam sanctificat, et deificat, qui Domini, Deique appellatione glorificatur, qui divinas complet operationes. Cum itaque appellatione Filii indignus tibi judicetur, tanquam a Patre et Filio alienus, considera quanam ratione Filios efficit eos qui sanctificantur. Quod si tu per Spiritum Filius Dei es, quomodo Spiritus a filiatione alienus est?* Item: *Dicimus itaque affirmare Filium ex Filio, Triadem in multitudinis deitatum suspicionem homines, qui id audissent, adduxisset; in promptu namque erat suspicari, sicut Filius ex Filio generatus est, ita ex hoc rursus alium prognatum esse, et rursus alium, et sic item plures alios unum post alium. Propterea ex Deo quidem esse Spiritum, palam Apostolus edixit, dicens: « Spiritum, qui ex Deo est, accepimus. » Et per Filium apparere plane demonstravit, cum Spiritum illum vocasset uti Dei et mentem Christi insuper asserens, quemadmodum et Dei Spiritum ut hominis. Filium vero Filii dicere cavit, ut unus quidem Pater et Deus, qui semper Pater perseverat, et est ab æterno quod est: unus vero Filius sempiterna generatione generatus qui sine principio est cum Patre, et Filius verus Dei semper est, qui est Deus Verbum et Dominus: unus et Spiritus sanctus vere Spiritus sanctus.*

9. *Et quare,* inquit, *Spiritus descendit ad Filium in specie columbæ, si omnino ex Filio erat? Qui ita sentit, modis omnibus in duo Christum unum dividit, ut ex Filio Dei Spiritum sanctum descendere dicat in filium hominis. Dicimus itaque non aliunde quam de cœlo in Dominum Spiritum descendere decuisse, unde etiam vox Patris advenit, ut cœlestem esse confirmaret, et Filium vere Dei, qui in terra abluebatur. Deinde ut in hominem propter dispensationem super Filium Spiritus descendit.* Hoc et sapientissimus docuit Cyrillus, prophetam Joelem exponens: *Qua enim est,* ait, *Deus et ex Deo secundum naturam Filius (generatus enim vere est ex Deo Patre) proprius ejus et in eo Spiritus est; quemadmodum et de ipso Deo et Patre intelligitur. Qua vero factus est homo, et modo nostro apparuit, ascititius illi esse Spiritus dicitur; descendit enim super ipsum in specie columbæ, cum secundum nos factus, ut dixi, tanquam unus ex nobis per dispensationem baptizaretur. Tum et proprius ipsius Spiritus donatus ipsi dicitur propter humanitatem; et hæc est exinanitio. Cum itaque ut homo propter dispensationem accipiebat Spiritum suum, undenam illum nisi de cœlo in sui gloriam debebat accipere? Post passionem vero, et resurrectionem, jam dispensatione perfecta, non accipit Spiritum sanctum, sed elargitur, et ex semetipso transmittit per insufflationem, facto ipso edocens, per eum a Patre procedere. Interim itaque*

A Πνεῦμα, διατί μὴ Υἱὸς Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἴρηται; Τούτῳ γὰρ ἰσχυροτάτῳ πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐχρήσω. Ἢ γὰρ Υἱὸν, ἢ κτίσμα κελεύεις νοεῖν. Καὶ ὅτι μὴ Υἱὸς ὠνόμασται, διὰ τοῦτο κτίσμα εἶναι, βλασφημεῖς, τὸ τῆς κτίσεως αἴτιον, τὸ τῆς κτίσεως ἁγιαστικὸν καὶ θεοποιὸν, τὸ Κυρίου καὶ Θεοῦ δοξαζόμενον ὀνόματι, τὸ τῶν θείων ἐνεργειῶν πληρωτικόν. Ἐπεὶ οὖν ἀνάξιόν σοι φαίνεται τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας ὡς ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, σκέψαι, πῶς υἱοὺς ἀπεργάζεται τοὺς ἁγιαζομένους. Εἰ δὲ σὺ διὰ τοῦ Πνεύματος Υἱὸς Θεοῦ, πῶς τὸ Πνεῦμα ξένον υἱότητος; Καὶ αὖθις· Λέγομεν οὖν ὅτι τὸ εἰπεῖν Υἱὸν ἐξ Υἱοῦ, τὴν Τριάδα τῆς θεότητος εἰς πλήθους ὑποψίαν προσῆγεν ἀνθρώποις, ἀκούσασιν. Ἕτοιμον B γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν, ὡς εἴπερ Υἱὸς ἐξ Υἱοῦ γεγέννηται, καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἕτερος ἂν εἴη γεγεννημένος, καὶ πάλιν ἄλλος, καὶ ἐπὶ πλῆθος ἑξῆς. Διὰ δὴ τοῦτο τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι, τραχῶς ἀνεκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος, λέγων, ὅτι Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποιήκει Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπών, καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου, Υἱὸν δὲ τοῦ Υἱοῦ προσειπεῖν ἐφυλάξατο, ἵνα εἷς μὲν Πατὴρ καὶ Θεὸς, ὁ ἀεὶ Πατὴρ διαμένων, καὶ ὢν ἀΐδιος ὅ ἐστιν. Εἷς δὲ Υἱὸς ἀϊδίῳ γεννήσει γεγεννημένος, ὁ ἀνάρχως σὺν τῷ Πατρὶ, Υἱὸς ἀληθινὸς Θεοῦ, ἀεὶ ὢν, ὅ ἐστι, Θεὸς Λόγος καὶ Κύριος, ἓν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον C ἀληθῶς ἅγιον Πνεῦμα.

θ'. Καὶ ἵνα τί, φησὶ, τὸ Πνεῦμα κατῆλθεν ἐπὶ τὸν Υἱὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, εἴπερ ἦν ὅλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ; Πάντως ὁ οὕτω φρονῶν, εἰς δύο διαιρεῖ τὸν ἕνα Χριστὸν, ἵνα ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον εἴπῃ τὸ Πνεῦμα ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Λέγομεν οὖν, ὡς οὐκ ἀλλόθεν ἐχρῆν κατιέναι τὸ Πνεῦμα ἐπὶ τὸν Κύριον, ἢ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὅθεν καὶ ἡ φωνὴ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἂν οὐράνιον εἶναι πιστώσηται, καὶ Υἱὸν ὄντως Θεοῦ τὸν ἐπὶ γῆς βαπτιζόμενον. Ἔπειτα καὶ ὡς εἰς ἄνθρωπον διὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπὶ τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα κατέρχεται. Τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος ἐδίδαξε Κύριλλος, τὸν προφήτην Ἰωὴλ ἐξηγούμενος. D Ἦ μὲν γάρ ἐστιν, εἰπὼν, Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς (γεγέννηται γὰρ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς), ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐστὶ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἦ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος καὶ πέφηνε καθ' ἡμᾶς, ἐπακτὸν αὐτῷ εἶναι τὸ Πνεῦμα λέγεται. Καταπεφοίτηκε γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, ὅτε καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ὡς ἔφην, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν οἰκονομικῶς ἐβαπτίζετο. Τότε καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ Πνεῦμα δοτὸν αὐτῷ λέγεται, διὰ τὸ ἀνθρώπινον· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ κένωσις. Ἐπεὶ γοῦν ὡς ἄνθρωπος διὰ τὴν οἰκονομίαν ἐδέχετο τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, πόθεν ἔδει τοῦτο δέχεσθαι, εἰ μὴ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν εἰς δέξαν αὐτοῦ; Μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστα-

Digitized by Google

σιν ἤδη τῆς οἰκονομίας τετελεσμένης, οὐ δέχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ δίδωσι καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ προῖησι δι' ἐμφυσήσεως, πρακτικῶς ἐκδιδάσκων, ὅτι δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τέως δ' οὖν ἐπεὶ ἀπερίγραπτος ὁ Λόγος καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ μετὰ σώματος ἦν, οὗ προσείληφε, καὶ ἀσωμάτως ἐν οὐρανῷ καθὼς καὶ ἁπανταχοῦ. Αὐτὸς οὖν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ὡς Θεὸς πέμπει τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ὡς εἰς ἄνθρωπον. Διὸ καὶ ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος, ἐν οἷς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς Λόγου διέξεισιν, εἰπὼν ὅτι, ὥσπερ περιστερὰ ὤφθη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταβαῖνον καὶ μένον ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐπάγει λοιπόν· Αὐτὸς γὰρ ἄνωθεν αὐτὸ ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. Ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ.

A *Verbum incircumscriptum cum esset, in Jordane erat cum corpore, quod assumpserat, et sine corpore, in cœlo, ut et ubique. Ipse igitur de cœlo ut Deus mittit Spiritum suum in semetipsum ut hominem.* Quapropter in rebus divinis præstans Athanasius, in iis quæ de incarnatione unigeniti Verbi pertractat, postquam dixisset tanquam columbam visum fuisse Spiritum sanctum descendentem manentemque super Dominum, subdit : *Ipse enim superne demittebat ut Deus, et inferne ipse eum suscipiebat ut homo. Ex eo igitur in eum descendebat, ex ejus deitate in humanitatem ipsius.*

ι'. Πάλιν ἐνίστανται γενναιότερον οὕτω προτείνοντες. Πᾶν ὃ περὶ Θεοῦ λέγεται, ἢ κοινόν ἐστι τῆς Τριάδος, ἢ μιᾶς ὑποστάσεως ἴδιον· ὥστε καὶ τὸ ἐκπορευτικὸν, ἢ καὶ τῶν τριῶν εἴη ἂν ὑποστάσεων, ἢ μιᾶς ἐξ αὐτῶν· μέσον γάρ τι φυσικοῦ καὶ ὑποστατικοῦ ἰδιώματος, οὐ γινώσκομεν. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁμολογουμένως ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ἀδύνατον ἐκπορεύεσθαι, οὐδὲ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ἔσται τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως ἴδιον τὸ ἐκπορευτικόν. Οὕτω γὰρ καὶ Γρηγόριος ἐν βίβλῳ τῇ Θεογνωσίᾳ διδάσκει τῶν Νυσσαέων ὁ πρόεδρος, Πνεῦμα λέγων, τὸ τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορευόμενον, τοῦ δ' ἕνεκα γὰρ καὶ Πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ Λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαβὶδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται.

B 10. Adhuc validius instant atque objiciunt : Quidquid de Deo dicitur, aut Triadi commune est, aut uni hypostasi proprium ; quare id quod est emittere, aut tribus hypostasibus conveniet, aut uni ; nihil enim medium inter naturalem et hypostaticam proprietatem agnoscimus. Quando vero ex Patre, nemine hæsitante, Spiritus procedit, et fieri nequit ut a semet aliquid procedat, neque ex Filio procedet, et sic vis emittendi erit propria hypostasis paternæ. Sic etenim et Gregorius in libro qui *De Dei cognitione* inscribitur, Nyssaensium antistes docet : *Spiritus*, inquiens, *ex paterna hypostasi procedens ; hanc etiam ob causam, et Spiritum oris, non autem Verbum oris David appellavit, ut proprietatem procedendi Patri soli* C *astrueret.*

ια'. Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτα φαμέν; Πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καθάπερ ἐκ πρώτης ἀρχῆς δογματίζομεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρός. Ἔπειτα καθὼς οὐ δύναται παρ' ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι πάντως, οὐδ' ἀποστέλλεσθαι παρ' ἑαυτοῦ δύναιτ' ἄν, ἵνα μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἀποστέλλον εἴη κατὰ ταυτὸν, καὶ ἀποστελλόμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ Πατρὸς ἀποστέλλεται, καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καθὼς αὐτὸς ὁ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς ἐν Εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν, ἐγνωμεν, ἰδοὺ τὴν ἀποστολὴν τοῦ Πνεύματος, μέσην ὑποστατικῆς τε καὶ φυσικῆς ἰδιότητος. Ὅθεν ὁ τῆς ἐνστάσεως θέρεθλος διασέσεισται καὶ σεσάθρωται. Τί δ' ἂν φαῖεν καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα τοῦ ἀγνώστου μέσου γινωσκομένου; Πνεῦμα γὰρ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ, τὸ ἅγιον Πνεῦμα λέγεται, καὶ ἐστὶν, ἑαυτοῦ δὲ Πνεῦμα οὐτ' ἐστὶν, οὔτε λέγεται, καθὼς οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἑαυτοῦ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς ἑαυτοῦ Υἱός.

11. Quid itaque nos ad hæc dicimus? Primum quidem nos Spiritum sanctum non ex Filio tanquam ex primo principio asseveramus, sed per Filium ex Patre. Deinceps, quemadmodum non potest ex seipso procedere omnino, neque a semetipso mitti poterit, ne idem et mittens sit secundum idem, et missum. Cum autem et a Patre mittitur, et a Filio, sicuti ipse Patris Filius in Evangelio docuit, novimus, missionem Spiritus mediam inter hypostaticam, et naturalem proprietatem. Quare instantiæ fundamentum disjectum plane emarcuit. Quid porro dicerent de ipso Spi- D ritus nomine, quod in iis in quibus medium non agnoscunt, medium tamen esse cognoscitur. Spiritus enim Patris, et Spiritus Filii sanctus Spiritus dicitur et est ; sui ipsius vero Spiritus neque est, neque dicitur ; quemadmodum neque Pater sui ipsius Pater, neque Filius sui ipsius Filius.

ιβ'. Ἀλλ' ἐξεταστέον λοιπὸν, εἴπερ ὀρθῶς τε καὶ ἀσφαλῶς τὸ τοῦ σοφοῦ Γρηγορίου ῥητὸν παρενήνεκται, λέγοντος, ὡς αὐτοί φασι, τὸν Δαβὶδ τούτου χάριν εἰρηκέναι τὸ Πνεῦμα στόματος πνεῦμα, καὶ μὴ τὸν Λόγον στόματος λόγον, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται. Πῶς οὖν εἰ τὸν Λόγον εἰρήκει στόματος λόγον, καί τινι μετὰ τοῦ Πατρὸς ἑτέρῳ τὴν τοιαύτην ἂν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα ἐκοινώσατο; Ποίαν ἔχει τὴν

12. Cæterum illud examinandum est, utrum recte tutoque sapientis Gregorii dictum adductum sit, dicentis, ut ipsi aiunt, Davidem ideo dixisse spiritum oris Spiritum, et non verbum oris Verbum, ut proprietatem emittendi soli Patri assereret. Quomodo itaque si dixisset verbum oris Verbum, aliquem una cum Patre hujus emittendi proprietatis participem fecisset? Quam oratio necessitatem arguit? Sed, ut videtur, Scripturarum

Digitized by Google

subita, nec satis accurata lectio, nor minus quam mores contentiosi, et quæ inde subsequitur, facinorosa astutia absurda hæc in medium protulit. Cum enim tribus elementis, et apice superposito vox *Spiritus* exaretur, dum abbreviatur, et pari modo etiam vox *Patris* medio elemento tantum discrepante, medii corruptio atque immutatio, quod facile fieri potuit, in fraudem parum consideratos deduxit, qui quod proprium erat Spiritus, Patri adaptarunt.

13. Sed oportebat porro considerare ἐκπορεύεσθαι *procedere*, passive quidem formari, sed sensum præseferre activum; ut potius sit Spiritus sanctus ἐκπορευτικὸς *procedens*, quam ἐκπόρευτος *emanatus*, aut profusus, ut ita dicam: agere enim est, et non pati, progredi et procedere. Quapropter sapiens hic vir opportune interpretans ait: *Ideo Spiritum oris, non vero Verbum oris David dicit, ut procedendi proprietatem soli Spiritui vindicaret*; non vero et ipsi Verbo, quia verba oris procedere dicuntur. *Quæ enim proceduut, ait, per labia mea, non faciam irrita.* Propterea vates dixit: *Verbo Domini cœli firmati sunt*, et non verbo oris Domini, ne dicendo *Verbo oris* astrueret Filio et Verbo vim procedendi. Subnexuit autem: *Et Spiritui oris ejus*, ut inde Spiritui et soli processionem vindicaret. Procedendi porro proprietatem tanquam propriam Spiritus notionem agnovisse Nyssaensium, et totius orbis splendorem, ex his quæ subdit, manifeste colligimus: sic enim infert: *Ut cum Verbum diceret, veluti ex intellectu Dei, et Patris nullis passionibus obnoxiam, atque ineffabilem Filii generationem haberemus; cum vero Spiritum oris, sanctificantem et essentialem facultatem, et vivificantem Spiritus hypostasim intelligeremus, processivæ proprietatis nomine, quasi nota signatam.* Sanctus quoque Pater Anastasius proprietatem Spiritus processionem agnoscit. Namque decimo sexto capite libri, cui *Duci viæ* nomen est, hæc habet: *Neque enim ingenita Patris persona carnem assumpsit, neque procedens sancti Spiritus hypostasis.* Et a paterna hypostasi Spiritum sanctum procedere nullo modo impedit, quin etiam per Filium, ut sapiens hic Antistes de sancta Trinitate ad Ablabium pertractans palam clamat: *Immutabilitatem*, dicens, *naturæ confitentes, non imus inficias secundum causam et causatum differentiam, in qua sola discerni aliud ab alio deprehendimus, cum hoc quidem causam credamus esse, illud ex causa. Et illius etiam, quod ex causa est, rursus aliud discrimen observamus: hoc etenim est immediate ex primo, hoc vero per id, quod contiguum atque immediatum est, ex primo; ut et unigeniti proprietas absque ambiguitate in Filio maneat, et ex Patre Spiritum esse nulli dubium sit, Filio, qui medius est, sibi ipsi unigeniti proprietatem conservante, et Spiritum a naturali ad Patrem habitudine minime arcente.* Idem de Spiritu sancto agens, et adversus Macedonium disserens, ita et Filii gene-

A ἀνάγκην ὁ λόγος; Ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἡ παροδικὴ τῶν Γραφῶν διεξέλευσις, οὐχ ἧττον ἢ τὸ τοῦ τρόπου ῥᾴλερι, καὶ τὸ ἐντεῦθεν κακοῦργον τὰς τοιαύτας ἀτοπίας εἰσήνεγκε. Τρισὶ γὰρ στοιχείοις μετ' ἐπιθέτου κεραίας τῆς *Πνεύματι* λέξεως διαχαραττομένης συγκοπτικῶς, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τῆς *Πατρὶ*, τοῦ μέσου μόνου γε διενηνοχότος, ἡ τοῦ μέσου παραφθορά τε καὶ μεταποίησις (καὶ γὰρ εὐχερὴς) τὴν ἀπάτην τοῖς μὴ ἐπεσκεμμένοις προὐξένησε τὸ τοῦ Πνεύματος ἴδιον τῷ Πατρὶ προσαρμόσασιν.

B ιγ'. Ἀλλ' ἐχρῆν ἐννοῆσαι τὸ *ἐκπορεύεσθαι* παθητικῶς μὲν ἐσχηματισμένον, φέρον δὲ δήλωσιν ἐνεργητικήν, ὡς εἶναι μᾶλλον *ἐκπορευτικὸν* τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤπερ *ἐκπόρευτον*· ἐνεργεῖν γὰρ, ἀλλ' οὐχὶ πάσχειν ἐστὶ τὸ πορεύεσθαί τε, καὶ ἐκπορεύεσθαι. Διὸ καὶ ὁ σοφὸς οὗτος ἀνὴρ καιρίως ἀπαγγέλλων φησί· *Τοῦ δ' ἕνεκα Πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαβίδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα μόνῳ προσοῦσαν τῷ Πνεύματι πιστώσηται*· μὴ μέν τοι δηλαδὴ καὶ τῷ Λόγῳ. Καὶ γὰρ ἐπεὶ τὰ τοῦ στόματος ῥήματα ἐκπορευόμενα λέγεται· *Τὰ γὰρ ἐκπορευόμενα, φησὶ, διὰ τῶν χειλέων μου, οὐ μὴ ἀθετήσω.* Τούτου χάριν εἴρηκεν ὁ προφήτης· *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, ἀλλ' οὐχὶ, Τῷ Λόγῳ τοῦ στόματος Κυρίου.* Ἵνα μὴ διὰ τοῦ εἰπεῖν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος, προσμαρτυρήσῃ τῷ Υἱῷ καὶ Λόγῳ τὸ ἐκπορευτικόν. Ἐπήγαγε δὲ καὶ· *Τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὡς ἂν ἐντεῦθεν τῷ Πνεύματι καὶ μόνῳ πιστώσηται τὸ ἐκπορευτικόν.* Ὅτι δὲ τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα χαρακτηριστικὴν οἶδε τοῦ Πνεύματος ὁ τῶν Νυσσαέων καὶ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, ἀριδήλως ἐξ ὧν ἐπιφέρει, παρίστησι· λέγει γὰρ οὕτως· *Ἵνα διὰ μὲν τοῦ, Λόγου εἰπεῖν, τὴν ὡς ἐκ νοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ἀπαθεστάτην καὶ ἀῤῥήτων τοῦ Υἱοῦ παραδεξώμεθα γέννησιν· διὰ δὲ τοῦ εἰρηκέναι Πνεῦμα στόματος τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν, καὶ ζωαρχικὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ὑπολάβωμεν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι δηλονότι χαρακτηριζομένην.* Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Πατὴρ Ἀναστάσιος, ἴδιωμα τοῦ Πνεύματος γινώσκει τὸ ἐκπορευτικόν. Ἐν γὰρ ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ κεφαλαίῳ τῆς αὐτοῦ βίβλου τῆς *Ὁδηγοῦ* κεκλημένης, οὕτω φησίν· *Οὐ γὰρ τὸ ἀγέννητον τοῦ Πατρὸς πρόσωπον ἐσαρκώθη, εὔτε μὲν ἡ ἐκπορευτικὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπόστασις.* Τοῦ δέ γε παρὰ τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, κωλυτικὸν οὐκ ἔστιν οὐδαμῶς τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ. Καθὼς καὶ ὁ σοφὸς οὗτος ἱεράρχης περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος πρὸς Ἀβλάβιον θεολογῶν, διαῤῥήδην βοᾷ· *Τὸ ἀπαράλλακτον, λέγων, τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα. Ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν. Τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Καὶ τοῦ ἐξ αἰτίου δὲ ὄντος, πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν. Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Ὥστε καὶ*

C

D

Digitized by Google

τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. Ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλαμβάνων, καὶ κατὰ Μακεδονίου φερόμενος, οὕτω διατυποῖ τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον· Ἐφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια, φάσκων, οὐδεμίαν ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἔστιν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν, ἐλαττώσεώς τινος τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι; Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα· αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς αἰτίαν ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν), ἔπειτα κατασκευάζει πλειονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δ' ἑφεξῆς ὑπάρξαι καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγὴν, τὴν δὲ τρίτην, μηδὲ πῦρ ἔτι λογίζεσθαι, κἂν παραπλησίως καὶῃ καὶ φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. Πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀντιῤῥητικῶν τάδε φησί· Οὐκ ἀνάγκη πάσῃ τῇ εἰκόνι δουλεύοντας δεῦραι τοῖς συκοφάνταις λαβὴν ἐν τῇ τοῦ ὑποδείγματος ἀτοπίᾳ. Οὐχὶ ἀτίνα ἐξ ἡλίου νοήσομεν, ἀλλ' ἐξ ἀγεννήτου Ἡλίου ἄλλον Ἥλιον τὸν Υἱὸν ὁμοῦ τῇ τοῦ πρώτου ἐπινοίᾳ γεννητῶς αὐτῷ συνεκλάμποντα, καὶ κατὰ πάντα ὡσαύτως ἔχοντα κάλλει, δυνάμει, καὶ λαμπηδόνι, μεγέθει, φωσφόρῳ, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς περὶ τὸν ἥλιον θεωρουμένοις. Καὶ πάλιν, Ἕτερον τοιοῦτον φῶς τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐ χρονικῷ τινι διαστήματι τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἀποτεμνόμενον, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου. Ἐκλάμποντα εἰρηκε τὸν Υἱὸν, ἐκλάμπον εἰρηκε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· διὰ τοῦ ἐκλάμπειν ἐδήλωσε τὴν ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ, διὰ τοῦ ἐκλάμπειν ἐδήλωσε καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν, τὸ ἀπαθὲς, καὶ ἄχρονον, τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως σημηνόμενος δι' οἰκειότητα ὀνόματος τοῖς πράγμασιν, οἷς ἐχρήσατο τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ φωτί· προσαρτυρήσας δέ γε τῷ διὰ τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἐκλάμποντι τὴν αἰτίαν τῆς ὑποστάσεως ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτὸς, ἐδήλωσε καθαρῶς καὶ εἰλικρινῶς, ὅτι δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα παρὰ Πατρός. Τοιούτῳ χρᾶται τῷ ὑποδείγματι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ὁ τοῦδε τοῦ Πατρὸς ὁμώνυμος καὶ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, ἐν οἷς δογματίζει περὶ τοῦ Πνεύματος. Ἀμέριστος γάρ, φησὶν, ἐν μεριστοῖς, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων. Μία τοῦ φωτὸς σύγκρισις· οὐκ εἶπεν, ἁπτομένοις ἀλλ' ἐχομένοις. Οὕτω δ' ἂν ἔχοιεν οἱ ἥλιοι τὸ εἶναι καὶ φαίνειν, ὁ μὲν ἀρχικῶς, οἱ δ' ἀρρόνως ἐκ τῆς ἀρχῆς· οὗ φημι μετὰ τὴν ἀρχὴν οὐδαμῶς· καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἀμέσως ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὁ δὲ διὰ τοῦ μέσου παρ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς. Οὕτως ἔστιν ἐννοῆσαι τὸ συμφυὲς τοῖς ἡλίοις καὶ ἄπειρον· οὕτω τριῶν ἀπείρων ἄπειρος συμφυῶς θεωρηθήσεται.

ιδ'. Μὴ γὰρ διὰ τοῦ Λόγου παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευομένου τοῦ Πνεύματος, μέσος ἂν εἴη ὁ Πατὴρ,

rationem, et Spiritus processionem exprimit: *In quibus, quæ secundum bonum operatio est, nullam imminutionem aut immutationem habet. Quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem secundum numerum imminutionis alicujus, aut secundum naturam immutationis signum esse existimare. Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdivisam flammam conspiciens (causam vero tertii luminis supponamus esse primam flammam ex communicatione cum medio extremum inflammantem), postmodum astrueret in prima flamma abundare calorem; eam vero, quæ subsequitur, immuteri et paulatim imminui; tertiam nec ignem amplius censendum esse, licet æqua ratione aduret, et splendeat omniaque ignis operetur.* Rursus ipse in primo *Antirrheticorum* hæc ait: *Non oportet imagini servientes præbere calumniatoribus ansam in exempli imbecillitate. Non radium ex sole intelligimus, sed ex ingenito Sole alium Solem, Filium scilicet simul cum primi intellectione per generationem una cum ipso effulgentem, eidemque per omnia æqualem pulchritudine, virtute, splendore, magnitudine, claritate, et uno verbo omnibus, quæ soli inesse cernuntur.* Et rursus: *Aliud simile lumen Spiritum eodem modo, non temporis aliquo intervallo a genito lumine dissectum; sed per illud splendens, ac hypostaseos causam habens ex primo illo, ac exemplari lumine.* Effulgentem dixit Filium, splendentem dixit et Spiritum sanctum, per splendorem exsistentiam Filii, per splendorem Spiritus quoque exsistentiam manifestavit; nulli passioni obnoxiam, nulli tempori subjacentem Filii generationem, et Spiritus processionem indicans per nomen rebus affine *solis*, et *luminis*, quibus usus est: et suo testimonio constabiliens, illius qui per genitum lumen splendet, causam hypostasis ex prototypo lumine, pure planeque commonstravit, per Filium esse Spiritum ex Patre. Hoc idem exemplum usurpat de iisdem Pater hujusce nominis, et cui Theologo cognomen est, in his quæ de Spiritu docet: *Indivisa enim*, ait, *in distinctis, si breviter nos expedire volumus, Deitas, et veluti in tribus solibus sibi invicem cohærentibus est.* Una est luminis comparatio; non dixit, se mutuo tangentibus, sed cohærentibus: hac enim ratione soles haberent et esse, et illuminare; hic quidem principaliter, illi sine tempore ex principio; non inquam, post principium omnino; et unus quidem ex ipsis immediate ex principio, alius per medium ab ipso principio. Et hac ratione possumus intelligere, quod solibus cognatum est, et infinitum: hoc modo trium infinitorum infinita cognatio conspicietur.

14. Nam si per Verbum a Patre non procedit Spiritus, medius Pater erit, utraque ex parte se-

Digitized by Google

rens Verbum et Spiritum. In confesso porro est, esse principium; et si tanquam a principio Patre Verbum et Spiritus, et non alius per alium, Deitatis divisio introducitur, præterquam quod Verbum et Spiritus ab invicem non distinguerentur. Quomodo enim unum esset Trias? Et si id non fuerit, quomodo incircumscripta? Quonam modo cum Filio Spiritus, quemadmodum Filius cum Patre secundum eumdem Theologum: *Omnia quæcunque Pater habet, sunt Filii, præter ingeniti rationem; omnia quæ habet Filius, sunt Spiritus, excepta generatione; dedecebatque omnino deficere aliquando aut Filium Patri, aut Spiritum Filio; et unam gloriam Patris agnoscimus, æqualem cum eo Unigeniti honorem; unam Filii et Spiritus gloriam. Neque sustinet Pater Filio privari, neque Filius Spiritu sancto;* et secundum magnum Basilium: *Quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita Spiritus ad Filium?* et plane secundum divinum Athanasium: *Eamdem unitatem habet Spiritus ad Filium, quam habet Filius ad Patrem?*

15. Quid porro impedict aliquando effari, quæ ex altera parte respondent? penitus nihil. Sed si Filius generatur a Patre, Spiritus per Filium ab eodem Patre procedit, omne absurdum, atque improbabile longe fit: namque ostenditur Deus principium, et medium, et finis, per seipsum, et per ea quæ ex ipso sunt; et necessario Deitas Trinitas. Unum etenim medium ratio novit, quod si plura supponantur, medium omnino nullum erit: *Propterea unitas in dyadem mota in Triadem stetit.* Sic itaque et principium proprie principium; et quæ ex principio, et in principio erunt, in seipsis summam unionem, summamque consociationem sibi et inter se vindicantia, et ad principium unam vim indivisam præseferentia atque infinitam. Ubi enim medium vere medium est, ibi et unum, et ubi unio est, ea secundum unius participationem gignitur: in tantum namque, quæ unita sunt, uniuntur, in quantum vere unius participant. Hoc et externi subobscure imaginati sunt. Unde et tria omnia, et ter ubique secundum summam ac mutuam cohærentiam philosophantur. Hinc infinitum nonnulli hoc universum asseverantes, aberrarunt a veritate, cum nullum discernerent inter creaturam et Deitatem discrimen, neque caperent quid sit id quod natura, et quid quod participatione est, et quantum quod productum est, a productrice causa et principio differat. Demonstratum est itaque, etsi succincte, abunde nihilominus ei qui veritatem djiudicare novit, nulla alia ratione Spiritum sanctum ex Patre procedere nisi per Filium, quemadmodum eodem Spiritu afflati tradiderunt.

παρ' ἑκάτερα φέρων Λόγον καὶ Πνεῦμα. Ὡμολόγηται δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ εἴπερ ὡς ἐξ ἀρχῆς τοῦ Πατρὸς Λόγος καὶ Πνεῦμα, μὴ διὰ θατέρου θάτερον, διαίρεσις εἰσάγεται τῆς θεότητος. Ἀπεῖη δὲ καὶ τὸ, ἀντιδιῃρημένα εἶναι Λόγον καὶ Πνεῦμα. Πῶς γὰρ ἑνά; ἡ Τριάς; Εἰ μὴ τοῦτο δὲ, πῶς ἀπερίγραπτος; Τίνα δὲ τρόπον μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, καθάπερ ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν Θεολόγον; *Πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, πλὴν ἀγεννησίας. Πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, πλὴν γεννήσεως· καὶ οὐκ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ, ἢ Υἱὸν Πατρὶ, ἢ Πνεῦμα Υἱῷ. Καὶ μίαν μὲν δόξαν Πατρὸς γινώσκομεν, τὴν ὁμοτιμίαν τοῦ Μονογενοῦς, μίαν δὲ Υἱοῦ, τὴν τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὐκ ἀνέχεται Πατὴρ Υἱὸν ζημιούμενος, οὐδὲ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Καὶ πῶς κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον· *Ὡς ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα ἔχει, οὕτως τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱόν;* καὶ κατὰ τὸν τὰ θεῖα πολὺν Ἀθανάσιον, *Τὴν αὐτὴν ἑνότητα ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς τὸν Υἱὸν, ἣν ὁ Υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα;*

ιε'. Τί δὲ καὶ τὸ ἀπεῖργον λέγεσθαί πη καὶ τὰ ἀντίστροφα; πάντως οὐθέν· ἀλλὰ τοῦ Υἱοῦ γεννωμένου παρὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ δὲ Πνεύματος ἐκπορευομένου δι' Υἱοῦ παρ' αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, πᾶν ἄτοπον, πᾶν ἀδύνατον ἀπελήλαται. Δείκνυται γὰρ ἀρχὴ καὶ μέσον καὶ τέλος ὁ Θεὸς, δι' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἀναγκαίως· ἡ θεότης Τριάς. Ἓν γὰρ μέσον οἶδεν ὁ λόγος· πλειόνων δ' ὑποτιθεμένων, οὐδὲν τὸ μέσον ὄντως; ἐστί. *Διὰ τοῦτο μονὰς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη.* Οὕτως οὖν καὶ ἡ ἀρχὴ κυρίως ἀρχὴ, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἔν τε τῇ ἀρχῇ καὶ ἐν ἀλλήλοις, ἄκραν καὶ τὴν ἕνωσιν, ἄκραν καὶ τὴν συμφυΐαν αὐχοῦντα καὶ πρὸς ἄλληλα, καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἓν κράτος ἀδιαίρετον παριστῶντα, καὶ ἄπειρον. Ὅπου γὰρ τὸ μέσον ὄντως μέσον, ἐκεῖ καὶ τὸ ἕν, καὶ ὅπου ἕνωσις, κατὰ τὴν μετοχὴν γίνεται τοῦ ἑνός. Κατὰ τοσοῦτον γὰρ ἑνοῦνται τὰ ἡνωμένα, καθόσον μετέχει τοῦ ὄντως ἑνός. Τοῦτο καὶ οἱ θύραθεν ἀμυδρῶς ἐφαντάσθησαν. Ὅθεν καὶ τὰ τρία πάντα, καὶ τὸ τρὶς πάντη, κατὰ τὴν ἄκραν ἀλληλουχίαν ἐφιλοσόφησαν. Ἐντεῦθεν ἄπειρον ὑπειληφέναι τινὲς τὸ πᾶν ἐπλανήθησαν, μὴ διακρίναντες οὐσίαν κτίσεως καὶ θεότητος, μηδὲ συνιδόντες τί τὸ φύσει, καὶ τί τὸ μεθέξει, καὶ πόσον τὸ παρηγμένον τῆς παρακτικῆς αἰτίας, καὶ ἀρχῆς ἀπολείπεται. Δέδεικται λοιπὸν, εἰ καὶ διὰ βραχέων, ἀλλ' οὖν ἱκανῶς τῷ γε κρίνειν ἐπισταμένῳ τὸ ἀληθὲς, ὡς οὐκ ἄλλως πέφυκεν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς, εἰ μὴ δι' Υἱοῦ, καθὼς ἐθεολόγησαν οἱ τοῦ Πνεύματος.

Digitized by Google

## MONITUM

Opusculum subsequens edidit Dositheus, Hierosolymitanus patriarcha schismaticus, in TOMΩ ΑΓΑΠΗΣ, Iassiæ 1698, qui totus scriptis heterodoxorum placitis faventibus conflatus est. Certe doctrina de processione Spiritus sancti in hoc sermone tradita cum ea quam Blemmides in opusculis superioribus propugnavit conciliari omnino non potest. Sub eodem titulo sermonem istum exstare ait Bandinius (II, 399) Florentiæ in biblioth. Mediceo-Laurent., cod. 16, plut. 87, n. 17.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΟΝΑΧΟΥΣ
ΤΟΥ ΑΝΕΓΕΡΘΕΝΤΟΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΡΙΟΥ

*ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ*

## ΛΟΓΟΣ.

SAPIENTISSIMI MONACHI

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

AD MONACHOS MONASTERII AB IPSO EXSTRUCTI

*EX TERTIO IPSIUS LIBRO DE FIDE*

## SERMO.

Τοῖς ὁσίοις τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ὄντος, καὶ ἐκλεκτοῖς φοιτηταῖς ὁ κατ' εὐδοκίαν αὐτοῦ καὶ χρηστότητα κτήτωρ τοῦ καθ' ἱεροῦ φροντιστηρίου, Νικηφόρος ἐν μονάζουσιν ἱερεὺς γηραιὸς ἀσθενὴς, τῶν τῆς ὑμῶν ὁσιότητος εὐχῶν ἐπιδεὴς, τὴν παροῦσαν ὑμῶν ὑπόμνησιν ἐξ ἀγάπης ὑπαγορεύω, πάσης αὐτὴν ὑποτυπώσεως ἑτέρας προεκτιθέμενος.

Ἐπειδὴ γὰρ πρώτιστον τῷ Χριστιανῷ καὶ πάντων ἀναγκαιότατον εἰδέναι τὴν εὐσέβειαν, καὶ ταύτην ἀσπάζεσθαι καὶ ταύτῃ συζῆν, καὶ ζωῆς τῆς παρούσης συνεκδημεῖν, ἄξιόν ἐστι πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν καὶ κηρύττειν ἡμᾶς, ὅτι Θεὸς εἷς ἐστιν, ἤγουν οὐσία μία θεότητος, ἀκατάληπτος καὶ ἀπρόσιτος, ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, ἄκτιστος ὁ Υἱὸς, ἄκτιστον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, ὁ Υἱὸς οὐκ ἀγέννητος· ἐγέννησε γὰρ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων θεοπρεπῶς· τὸ

Sanctis Heri Christi viventis, et electis discipulis, qui secundum ejus placitum et bonitatem dominus sum sacrati monasterii, Nicephorus inter monachos sacerdos, senex, debilis, sanctitatis vestræ precum indigens, præsentem vestri memoriam ex charitate suggero, eam præ omni demonstratione exponens.

Cum revera primum est Christiano homini et ante omnia maxime necessarium, pietatem noscere, amplecti, cum ea conversari et præsenti vita peregrinari, dignum est credamus et confiteamur et prædicemus quoniam unus est Deus, hoc est, unica substantia divinitatis, incomprehensibilis, inaccessibilis, in tribus perfectis personis, Patre, Filio et sancto Spiritu. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Ingenitus Pater; non ingenitus Filius, genuit enim Filium Pater ante omnia sæcula divinitus; nec genitus nec ingenitus Spiritus



Digitized by Google

sanctus, sed procedens substantialiter a Patre. Semper erat Pater, et semper erat Filius, et semper erat Spiritus sanctus. Et quemadmodum concipere non datur unquam solem absque suo lumine, ita nec Patrem omnino quis concipere potest absque Filio; Pater enim semper erat Pater, manifestum igitur quod semper haberet Filium. Idcirco quoad initium in tempore, ut Pater principio caret, ita et Filius principio caret; semper enim erat Filius, et semper Filius; divinum enim nescit mutationem. Quoad autem principium naturale seu causale, principio non caret Filius, principium enim ejus est Pater, substantiale, non creans. Solus igitur, quoad principium naturale, principio caret Pater, nullam utpote habens causam sui, propter quod sane et Dominus Patrem suum glorificans dicebat: *Pater meus major me est*[1]; major ut principio carens, ut causa carens, ut principium naturale et causa substantialis Filii. Et rursus, quemadmodum sol naturaliter et absque ulla affectione vel segnitie emittit lucem, nec separatur a luce: lux enim et ex ipso et in ipso est; simili fere modo Pater substantialiter absque passione, extraque tempus gignit Filium, nec ullo modo separatur a Filio; est enim Filius et ex Patre semper et in Patre semper, et Pater in eo semper. Et Spiritus sanctus ex Patre procedit semper, et in Patre Filioque semper est. Monas igitur et secundum illud constituitur sancta Trinitas, et secundum omnia quidem, sepositis proprietatibus, Pater et Filius et Spiritus sanctus unum sunt. Perfectus Deus est Pater; perfectus Deus Filius; perfectus Deus Spiritus sanctus; sed unus Deus, non tres dii. Tres autem homines, vel etiam et duo, unum hominem dicere non licet, etsi unius sint naturæ omnes homines, ab invicem enim in re distinguuntur, et unusquisque, inter eos, propriam habet formam in spatio; sed etiam et tempore, et voluntate, et potentia, et gloria, et multis aliis alter ab altero differt. Aliquid simile et de angelis suscipiendum est; horum enim quisque suo loco spiritualiter circumscribitur; quia omnes finiti, et alius alii obtingit gradus, et alius alium splendorem accipit; et alius quidem prius, alius vero posterius; alius immediate, alius non immediate, sed sive per unum sive per plures interpositos. Et alius alio mittitur; et, in summa, multa sunt quæ eos ab invicem discriminent. Solas autem tres personas summæ divinitatis nec locus ab invicem separat, quia non finitæ, et quia ubique et omnino in invicem circumincedunt absque confusione; nec tempus, ante enim sæcula pariter sunt hæ tres personæ, et extra tempus; nec alia quidem prior, alia vero posterior. Sed etiam et una tribus est deliberatio et voluntas, una potentia omnipotens, una operatio operans omnia, una dominatio omnibus dominans; gloria, splendor, supergloriosa, superlucentia eadem tribus; ejusdemque substantiæ, et honoris,

A Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ γεννητὸν, οὐκ ἀγέννητον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον οὐσιωδῶς παρὰ τοῦ Πατρός. Ὁ Πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ ὁ Υἱὸς ἦν ἀεὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν ἀεί. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐννοῆσαί ποτε τὸν ἥλιον ἄνευ τοῦ οἰκείου φωτὸς, οὕτως οὐδὲ τὸν Πατέρα δύναταί τις ὅλως φαντασθῆναι χωρὶς τοῦ Υἱοῦ. Πατὴρ γὰρ ἦν ὁ Πατὴρ ἀεί. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ Υἱὸν εἶχεν ἀεί· διὸ κατὰ τὴν χρονικὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἄναρχος, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἄναρχος· ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ Υἱὸς, καὶ ἀεὶ Υἱὸς, τὸ γὰρ θεῖον τροπὴν οὐ προσίεται. Κατὰ δὲ τὴν φυσικὴν ἀρχὴν, εἴτουν τὸ αἴτιον, οὐκ ἄναρχος ὁ Υἱὸς, ἀρχὴ γάρ ἐστιν αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, οὐσιώδης, οὐ δημιουργική. Μόνος τοίνυν κατὰ τὴν φυσικὴν ἀρχὴν ἄναρχος ὁ Πατὴρ μὴ ἔχων τινὰ αἴτιον ἑαυτοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ B Κύριος τὸν αὐτοῦ Πατέρα τιμῶν ἔλεγεν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι.* Μείζων ὡς ἄναρχος, ὡς ἀναίτιος, ὡς ἀρχὴ φυσική, καὶ κατ' οὐσίαν αἴτιος τοῦ Υἱοῦ. Ὥσπερ δ' αὖ ὁ ἥλιος φυσικῶς καὶ ἄνευ τινὸς πάθους, ἢ βραδύτητος ἐκπέμψας τὸ φῶς, οὐκ ἀποτέτμηται τοῦ φωτὸς, ἔστι γὰρ τὸ φῶς καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ· παραπλησίως ὁ Πατὴρ οὐσιωδῶς καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως γεννήσας τὸν Υἱὸν, οὐδ' ὁπωσοῦν διέστη τοῦ Υἱοῦ. Ἔστι γὰρ ὁ Υἱὸς καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀεὶ, καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ἀεί. Καὶ ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ ἀεί· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀεὶ ἐκπορεύεται, καὶ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστιν ἀεί, καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀεί. Μονὰς οὖν καὶ κατὰ τοῦτο καθέστηκεν ἡ ἁγία Τριάς. Καὶ κατὰ πάντα C δὲ, πλὴν τῶν ἰδιοτήτων ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἓν εἰσι. Θεὸς τέλειος ὁ Πατὴρ, Θεὸς τέλειος ὁ Υἱὸς, Θεὸς τέλειος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' εἷς Θεὸς, οὐ τρεῖς θεοί. Τοὺς μὲν γὰρ τρεῖς ἀνθρώπους, ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς δύο, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἄνθρωπον ἕνα, κἂν φύσεως ὦσιν ἄνθρωποι πάντες μιᾶς. Ἀπ' ἀλλήλων γὰρ διακέκριναι πραγματικῶς, καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἰδίαν ἔχει περιγραφὴν τοπικὴν, ἀλλὰ καὶ χρόνῳ καὶ βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ δόξῃ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἕτερος ἑτέρου διείργεται. Παραπλήσιόν τι κἀπὶ τῶν ἀγγέλων ὑπολητέον. Κἀκείνων γὰρ ἕκαστος ἰδίῳ τόπῳ νοερῶς περιγράφεται, διότι πάντες περιγραπτοὶ, καὶ βαθμὸς ἄλλος ἄλλῳ κεκλήρωται, καὶ ἄλλος ἄλλην D ἐλλαμψιν δέχεται. Καὶ ὁ μὲν πρότερον, ὁ δ' ὕστερον· καὶ ὁ μὲν ἀμέσως, ὁ δ' οὐκ ἀμέσως, ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς, ἢ διὰ πλειόνων τῶν μεταξύ. Καὶ ἄλλος ἀλλαχοῦ ἀποστέλλεται, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλά ἐστι τὰ ἐξ ἀλλήλων αὐτοὺς διατέμνοντα. Μόνα δὲ τὰ τρία πρόσωπα τῆς ὑπερτάτου θεότητος οὔτε τόπος ἀπ' ἀλλήλων διίστησιν, ὅτι ἀπερίγραπτα, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἀλλήλοις περιχεχωρήκασιν ἄτερ συγχύσεως· οὔτε χρόνος. Προαιώνια γὰρ ὁμοῦ τὰ τρία καὶ ὑπέρχρονα, καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ μετ' αὐτὸ, ἀλλὰ καὶ μία τοῖς τρισὶ βούλησίς τε καὶ θέλησις, μία δύναμις παντσθενὴς, ἐνέργεια μία παντουργικὴ, μία κυριάτης παντοκρατὴς, δόξα, λαμπρό-

[1] Joan. XIV, 28.

Digitized by Google

της, ὑπέρδοξος, ὑπέρλαμπρος, ἡ αὐτὴ τοῖς τρισίν. Ὁμοουσίως τε τοῖς αὐτοῖς καὶ ὁμοτίμως τὸ ὑπερούσιον. Οὕτω τοι τὰ τρία ἓν ἀραρότως εἰσὶν ἀσύγχυτα ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι, καὶ ὄντα καὶ πιστευόμενα.

Ἰδιότης δὲ καὶ ἴδίωμα καὶ ἴδιον λέγεται τὸ μιᾶς ἑκάστης χαρακτηριστικὸν ὑποστάσεως γνώρισμα, διὰ τὸ ἰδικῶς ἐκείνῳ μόνῳ προσεῖναι, τῷ οὗ ἐστιν ἴδιον, οὐ μὴν καὶ ἄλλῳ τινί. Τὸ γὰρ καὶ ἄλλῳ τινὶ προσὸν, τοῦτο κοινὸν καὶ οὐκ ἴδιον. Οἷον ἴδιον τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, τοῦτο ἰδικῶς μόνῳ πρόσεστι τῷ Πατρί. Μόνος γὰρ ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, ἐπεὶ καὶ μόνος Πατήρ. Ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ γεννητόν. Ἴδιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τοῦ Πατρός. Οὔτε δὲ τὸ Πνεῦμα γεννᾶται τὸ ἅγιον, οὔτε ὁ Υἱὸς ἐκπορεύεται. Τὸ μέντοι ἄκτιστον καὶ ἀπερίγραπτον καὶ ὑπερούσιον καὶ τὰ τοιαῦτα, κοινὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· διὰ τοῦτο καὶ τῆς θείας φύσεως ἰδιώματα λέγονται· τῆς θείας μὲν φύσεως ὅτι φυσικὰ καὶ οὐχ ὑποστατικὰ ταῖς τρισὶν ὁμοτίμως προσόντα τῆς θεότητος ὑποστάσεσιν· ἰδιώματα δὲ, ὡς ἄλλῃ πάσῃ φύσει πλὴν μόνης τῆς θείας οὐσίας πάμπαν ἀμέθεκτα, μήτ' ἀνθρώποις, μήτ' ἀγγέλοις ὅλως ἐνθεωρούμενα.

Καλεῖται δὲ καὶ ἡ οὐσία καὶ φύσις καὶ μορφὴ κοινῶς, ἡ τῶν ἰδικῶς ὄντων περιοχικὴ οὐσία, ὡς οὖσα ἀεί· φύσις δὲ, ὡς φύουσα τὰς ὑποστάσεις· μορφὴ δὲ, ὡς ὅλων τῶν μορφωμάτων τῶν ὑπ' αὐτὴν ἤτοι τῶν χαρακτήρων συλληπτική. Τὰ δὲ περιεχόμενα λέγονται καὶ ἄτομα καὶ ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα. Καὶ ἄτομα μὲν διὰ τὸ μηδὲν αὐτῶν τομὴν ἤτοι διαίρεσιν ἐπιδέχεσθαι· τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης οὐσίας, ταυτὸν δ' εἰπεῖν ἀνθρωπότητος, εἰς τοὺς κατ' αἴσθησιν ἀνθρώπους διαιρουμένης, οὐδεὶς αὐτῶν εἰς ἄλλους ἀνθρώπους τέμνεσθαι δύναται, ζῶα λογικὰ καὶ θνητὰ, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὰ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οἱ ἐπὶ μέρους ἅπαντες, ἄτομα. Ὑποστάσεις δὲ ὡς ὑπὸ τὴν φύσιν ἑστῶτα καὶ μένοντα καθόλου ταύτης οὔσης καὶ θεωρουμένης ἐννοηματικῶς, τῶν δὲ μερικῶν ὄντων, καὶ τὸ εἶναι ἐχόντων πραγματικῶς. Πρόσωπα δὲ, διότι ἕκαστον αὐτῶν οἰκεῖον ἔχει χαρακτῆρα τοῖς λοιποῖς ἀκοινώνητον. Τοιγαροῦν ἐπὶ τῆς θεότητος μίαν οὐσίαν, φύσιν μίαν, καὶ μίαν μορφὴν δογματίζομεν. Ἄτομα δὲ τρία, τρεῖς ὑποστάσεις, τρία πρόσωπα χαρακτῆρσι καταλλήλοις, εἴτουν ἰδιώμασι, γνωριζόμενα. Χαρακτὴρ δὲ λέγεται τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ὁ Υἱὸς, οὐχ ὅτι αὐτός ἐστι τὸ ἴδιον τοῦ Πατρὸς, τίς γὰρ ἂν τοῦτο ὑπονοήσειε λόγου μετεσχηκώς; ἀλλ' ὅτι καθὸ πατὴρ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ ἔχειν Υἱὸν χαρακτηρίζεται καὶ γνωρίζεται, καὶ ὅτι πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχων ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ μένων Υἱὸς δείκνυσι τὸν ἐξ οὗ, καθάπερ εἰκὼν αὐτοῦ φυσικὴ καὶ ἀπαράλλακτος· διὸ καί φησιν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Νοῦς δὲ ὢν ὁ ἄναρχος φύσει Θεὸς ὁμοφυοῦς ὑπάρχει Λόγου πηγαστικός· Πατὴρ δὲ ὤν, γεννητικός ἐστιν ὁμοουσίου Υἱοῦ· διὰ τοῦτο καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγος

A iisdem est supersubstantiale. Sic sane tres personæ unum apte sunt inconfusæ, personalibus proprietatibus, et sunt et creduntur.

Proprietas vero et idioma et proprium dicitur uniuscujusque personæ signum peculiare, propterea quod huic tantum conveniat proprie, cujus est proprium, nec tamen alii cuipiam. Quod enim alii cuipiam convenit, id commune est et non proprium. Ut Patris proprium est esse ingenitum, quod proprie Patri solum convenit, solus enim Pater est ingenitus, quia et solus Pater, Filii proprium est esse genitum; et Spiritus sancti, procedere a Patre: nec enim gignitur Spiritus sanctus, nec Filius procedit. Attamen creatos non esse nec finitos, sed esse supersubstantiales, et alia hujusmodi communia sunt et Patri et Filio et Spiritui sancto, propterea dicuntur divinæ naturæ idiomata: divinæ quidem naturæ, quia naturalia et non personalia: B tribus æque convenientia Divinitatis hypostasibus, idiomata vero utpote cuilibet alii naturæ, excepta sola divina substantia, omnino non participanda, nec in hominibus nec in angelis omnino inspecta.

Vocatur autem essentia (substantia) et natura et forma communiter; essentia includens ea quæ sunt propria, utpote quæ est semper; natura vero utpote producens personas, et forma utpote omnes formas sub ipsa et signa comprehendens. Quæ autem includuntur, dicuntur et individua, et hypostases et personæ. Individua quidem, cum nullum eorum sectionem vel divisionem admittere possit. Essentia enim humana, et ut ita dicam, humanitate in hominibus sensibilibus divisa, nemo horum in aliis hominibus dividi potest; C sunt animalia rationabilia et mortalia, intelligentiæ et scientiæ capacia, et juxta hanc rationem omnes singuli sunt individua. Hypostases vero, quasi sub natura stantia manentiaque hac ipsa exsistente considerataque in specie, partibusque exsistentibus et esse habentibus in re. Personæ autem, quia unumquodque horum proprium habet characterem, cæteris non communem. Sic igitur de Divinitate, unam essentiam, unam naturam, unam formam dogmatizamus; individua tria, hypostases tres, personas tres quæ characteribus convenientibus, id est, idiomatibus noscuntur. Character quidem paternæ hypostaseos dicitur Filius, non D quod ipse sit proprium Patris, quis enim illud suspicaretur mentis compos? sed quod Pater ut pater distinguitur et noscitur ex eo quod Filium habet, et quia omnia Patris habens Filius, in se manens Filius, monstrat unde sit, tanquam imago ejus naturalis nec discrepans; idcirco et ait: *Qui vidit me, vidit Patrem* [2], Spiritus cum sit ille, qui natura absque principio est, Deus fons est verbi ejusdem naturæ; Pater cum sit, gignit Filium ejusdem

[2] Joan. XIV, 9.

Digitized by Google

essentiæ. Ipse Dei Verbum et Patris Filius idem est. Hic est Filius et Verbum Dei et Patris, per quem omnem creationem ut per propriam sapientiam potentiamque creavit Pater; ipse enim est Patris sapientia et potentia, hic propter nos, benevolentia genitoris semet incarnavit. In Patre exsistens, et nobiscum factus, nam non est finitus, et carnem, animam, mentem, rationem, voluntatem, vim, omnia homini quæ natura conveniunt, assumpsit, nec ipsarum, quæ post primam culpam in nos inductæ sunt passiones, quas non attingit exprobratio, expers mansit, sed et ista propter magnam (indulgentiam) condescensionem admisit, ut reformaret in melius omnem humanitatem, et ne plura dicam, perfectus homo factus est non secundum phantasiam aut opinionem, sed vere et evidenter homo factus, sicut et nos, et supra nos. Sicut et nos : quia conceptus in utero mulieris, in eo formatus, gestatus quantum et quomodo lex naturæ juberet, more infantium est partus. Supra nos : quia conceptio ex Spiritu sancto fuit sine copulatione, extra carnalem voluptatem, extra (moventem) cogitationem turbidam ; corporis compaginatio ex purissimis fuit virgineisque sanguinibus; perfectioque formationis operis ex primo principio, ex ipsa conceptione ; sic enim decebat quia sine semine; partus absque pariendi pœnis parientis virginitatem non vitiavit; mansit enim ipsa virgo et post partum, sicut erat et ante partum et ante conceptionem, quæ et per totam vitam semper virgo fuit puraque et immaculata, talem eum decebat esse quæ Deum pareret. Sicut nos ; quia corpus de limo assumpsit et corruptibile ex quatuor compositis humoribus, vivificatum anima trina, calore innato et naturalibus viribus habitum, fami et siti et aliis innocentibus vitæ infirmitatibus subjectum. Supra nos: quia non mere homo erat, sed homo una et Deus, non enim e Deo conversus in hominem suam incarnationem perfecit; sed manens Deus quod erat, factus est homo quod non erat ; non in divinam naturam mutans humanam quam assumpsit, sed in propriis limitibus constantem hanc deificans summa unione : quemadmodum enim ferro ignis unitus, illud ex omni parte quidem concalefacit nec tamen a natura ferri separat ; ipsum enim, et post calefactionem, manet ferrum ignitumque et est et dicitur ; eodem modo mortali naturæ unitus Dei Filius et Verbum et Deus, hanc quidem deificavit nec a statu mortali separavit ; manet enim ipsa mortalis et post deificationem natura, mortalisque est et dicitur deificata natura, deificata caro cum anima spirituali, rationabili volenteque et sperante.

Cum autem spurium sit et contra naturam peccatum, forinsecus (a foris) enim nobis, si quando non vigilemus (abstineamus), supervenit, hoc et merito Deus Verbum non admisit, cum rursus assumptam naturam totam deificavit, inaccessa juste mansit deificata, et omnimodo intacta peccato. ||

καὶ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ὁ αὐτός. Οὗτος ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δι' οὗ πᾶσαν τὴν κτίσιν ὡς δι' οἰκείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως ἐδημιούργησεν ὁ Πατήρ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς σοφία καὶ δύναμις· οὗτος δι' ἡμᾶς εὐδοκίᾳ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν ἐνηνθρώπησεν. Ἐν τῷ Πατρὶ ὢν καὶ μεθ' ἡμῶν γεγονὼς, ἀπερίγραπτος γάρ, καὶ σάρκα, ψυχὴν, νοῦν, λόγον, θέλησιν, ἐνέργειαν, πάντα τὰ κατὰ φύσιν τῷ ἀνθρώπῳ προσόντα προσεἵληφε, μηδ' αὐτῶν τῶν μετὰ τὴν πρώτην ἁμαρτίαν ἐπεισαχθέντων ἡμῖν παθῶν, ὧν οὐ καθικνεῖται μῶμος, μείνας ἀπείρατος· ἀλλὰ καὶ ταῦτα διὰ πολλὴν συγκατάβασιν προσηκάμενος, ἵνα μετασκευάσῃ πρὸς τὸ κρεῖττον πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ κατὰ φαντασίαν, ἢ δόκησιν, ἀλλ' ὄντως καὶ ἐναργῶς ὑπάρξας ἄνθρωπος, καθ' ἡμᾶς ὁμοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς· καθ' ἡμᾶς ὅτι συλληφθεὶς ἐν μήτρᾳ γυναικὸς, ζωοπλασθεὶς ἐν αὐτῇ, κυοφορηθεὶς ἐφ' ὅσον καὶ καθὼς ὁ τῆς φύσεως ἐδίδου νόμος ἐτέχθη βρεφοπρεπῶς. Ὑπὲρ ἡμᾶς, ὅτιπερ ἡ σύλληψις ἐξ ἁγίου Πνεύματος, ἄτερ συνδυασμοῦ, σαρκικῆς ἐκτὸς ἡδονῆς, χωρίς τινος ἐμπαθοῦς ἐννοήματος, ἡ τοῦ σώματος σύμπηξις ἐκ πανάγνων αἱμάτων παρθενικῶν, ἡ τελεσιουργία τοῦ σχήματος ἐκ πρώτης ἀρχῆς ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τῷ ὅλῳ σποράς. Ὁ τόκος ἄνευ ὠδίνων τὴν τῆς γεναμένης παρθενίαν οὐκ ἐλυμήνατο. Μεμένηκε γὰρ αὕτη παρθένος καὶ μετὰ τόκον, ὥσπερ ἦν καὶ πρὸ τόκου καὶ πρὸ συλλήψεως, ἡ καὶ διὰ βίου παντὸς ἀειπάρθενος, ἄχραντός τε καὶ ἀκηλίδωτος. Τοιαύτην γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὴν τεκοῦσαν Θεόν. Καθ' ἡμᾶς ὅτι σῶμα χοϊκὸν ἀνελάβετο καὶ φθαρτὸν ἐκ τῶν τεσσάρων συντεθειμένων χυμῶν, ψυχῇ τριμερεῖ ζωοποιούμενον, ἐμφύτῳ θερμῷ καὶ δυνάμεσι φυσικαῖς διοικούμενον, πείνῃ καὶ δίψῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνεγκλήτοις τῆς φύσεως ἀσθενήμασιν ὑποκείμενον. Ὑπὲρ ἡμᾶς, ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοῦ καὶ Θεός· οὐ γὰρ τραπεὶς ἐκ τοῦ εἶναι Θεὸς, εἰς τὸ γενέσθαι ἄνθρωπος τὴν οἰκείαν ἐνανθρώπησιν ἐξετέλεσεν, ἀλλὰ μείνας Θεὸς ὅπερ ἦν, γέγονεν ἄνθρωπος ὅπερ οὐκ ἦν, οὐκ εἰς θείαν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν μεταβαλὼν, ἣν προσείληφεν, ἀλλ' ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις μείνασαν, θεώσας αὐτὴν διὰ τῆς ἄκρας ἑνώσεως· ὥσπερ γὰρ τῷ σιδήρῳ τὸ πῦρ ἐνούμενον ὁλικῶς ἐκπυροῖ μὲν αὐτὸν, τῆς δὲ τοῦ σιδήρου φύσεως οὐκ ἐξίστησι, μένει γὰρ οὗτος καὶ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν σίδηρος, καὶ πεπυρωμένος σίδηρός ἐστί τε καὶ λέγεται, τοιουτοτρόπως τῇ βροτείᾳ φύσει ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἑνωθεὶς, ἐθέωσε μὲν αὐτὴν, τοῦ δὲ βροτείαν εἶναι φύσιν αὐτὴν οὐκ ἐξέστησε. Μένει γὰρ αὕτη βροτεία φύσις καὶ μετὰ τὴν θέωσιν. Καὶ τεθεωμένη φύσις βροτεία καὶ λέγεται καὶ ἔστι, τεθεωμένη σὰρξ μετὰ ψυχῆς νοερᾶς, λογικῆς, θελητικῆς, ἐνεργητικῆς.

Ἐπεὶ δὲ νόθον ἡ ἁμαρτία καὶ παρὰ φύσιν, ἔξωθεν γὰρ ἡμῖν ὅταν μὴ νήφωμεν ἐπεισέρχεται, ταύτην εἰκότως ὁ Θεὸς Λόγος οὐ προσελάβετο. Πάλιν ἐπεὶ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν ὅλην ἐθέω-

Digitized by Google

Α'. Παλαιός τις νόμος ἐπεκράτησε τοῖς πράγμασι συμφωνῶν, ὥστε τοὺς δούλους διδόναι τῷ βασιλεῖ·

Digitized by Google

ὅπερ προξενεῖ πολλὴν τοῖς τοιούτοις δούλοις ὠφέ- A
λειαν· οὕτως γὰρ μέλλουσι πληροῦσθαι τὰ πρέ-
ποντα· ὁ γὰρ ἐμπιστευθεὶς τὴν τῶν πάντων διοί-
κησιν, ἐκεῖνος ἔχει τὴν προμήθειαν· διὰ τοῦτο ἀφ'
ἑαυτοῦ τὸν βασιλέα μηδὲν ἔχοντα ἴδιον (1), πρέπον
ἐστὶν ἐκ τῶν κοινῶν λαμβάνειν, καὶ κοινὰ τὰ τῶν
ὅλων ποιεῖν· ὡς ἂν ἐντεῦθεν οἰκονομῇ πάντας
ἀσφαλῶς; ἔχειν τὰ ἴδια, συγχροτοῦντας καὶ συμβοη-
θοῦντας ἀλλήλοις, καὶ διὰ παντὸς ἐπιμελουμένους
ἵνα φυλάττωνται ἀδιαχώριστοι, ὥσπερ ἓν σῶμα
ὄντες· οὕτω δὲ καὶ ζῶον ἀκαταμάχητον δύναται
εἶναι, ἐὰν πάντα τὰ ἑαυτοῦ μέλη καὶ μέρη τὰς
ἑαυτῶν ἐνεργείας πληρῶσιν· ὁ γοῦν βασιλεὺς κε-
φαλὴ καὶ νοῦς τῶν ὅλων ὑπάρχων, ἔχει δίκαιον
λαμβάνειν ἀπὸ πάντων τελέσματα, εἰς τὴν αὐτῶν
κατοχύρωσιν καὶ ἀσφάλειαν· ἀπὸ μὲν οὖν τῶν B
πραγματευομένων, καὶ κερδαινόντων ἁρμόζει λαμ-
βάνειν τὸν βασιλέα μερίδα· ἀπὸ δὲ τῶν ἐχόντων
λογιότητα καὶ σοφίαν δέχεσθαι τὴν διὰ τῶν λόγων
εὐφημίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους· ὅπερ ἐστὶ χρηματιώ-
τερον παντὸς ἄλλου τελέσματος, τόσον ὅτι καὶ οἱ
λόγοι τῶν ἄλλων τεχνῶν εἰσι τιμιώτεροι· εἰ γοῦν
ἁπάντων ἀνθρώπων ὑψηλότερος ὁ βασιλεύς, ἡ δὲ
φιλοσοφία τῶν ἄλλων τεχνῶν χρησιμωτέρα, τί
ἄλλο ἁρμοδιώτερον εἰς βασιλέα τοῦ διὰ τῶν λόγων
ἐπαίνου; ἐπειδὴ τὰ μεγάλα τοῖς μεγάλοις ἁρμόζει,
καὶ τὰ ὑψηλὰ πάντων τοῖς ὑψηλοῖς· τοίνυν ἡ βασι-
λεία μὲν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἔχει Θεοῦ (2), ἡ δὲ
φιλοσοφία εἰκόνα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας· ὥστε ἡ C
βασιλεία ἡ μὴ ἀγαπῶσα τὴν σοφίαν μακρὰν ἐστι
τοῦ Θεοῦ· διὰ τοῦτο πρέπουσι τῷ βασιλεῖ οἱ ἀπὸ
τῆς σοφίας καρποί.

Β'. Ἀναγκαίως τοίνυν ἐστὶ πρῶτον εἰπεῖν τὸν
ὅρον τῆς βασιλείας· ἔστι δὲ αὕτη λαοῦ στηριγμὸς
ἀμετακίνητος· οὐκ ἐν ὑποκρίσει καὶ ἀπάτῃ ἐναντία
τὰ ἔργα δεικνύουσα, καὶ τῷ ὑψηλῷ ὀνόματι ἀντιλέ-
γουσα· πῶς δὲ ἑδραίωμα καὶ σύστασις μέλλει ὁ
βασιλεὺς δικαίως ὀνομάζεσθαι, ἐὰν εἰς ἀλόγους
ἐπιθυμίας ἐμπίπτῃ καὶ θυμοὺς ἀσχήμονας καὶ
ἀτάκτους; Μᾶλλον μὲν οὖν ταραχῆς καὶ ἐμποδισμοῦ
γίνεται πρόξενος, ὡς παράδειγμα τοῦ ὑπηκόου
λαοῦ, ἀναγκαζομένου καὶ σπουδάζοντος μιμεῖσθαι
αὐτόν· ὥστε ἁρμόζει τὸν βασιλέα, ἵνα πρῶτον
ἑαυτοῦ βασιλεύῃ, καὶ μετὰ ταῦτα παντὸς τοῦ D
λαοῦ. Ὁ δὲ μὴ δυνάμενος μιᾶς οἰκίας τῆς ἰδίας
κατάρχειν πῶς ἀληθῶς αὐτοκράτωρ πόλεων καὶ
λαῶν ὀνομάζεσθαι δίκαιος; Εἰ δὲ ὁ τοιοῦτος λαί-
μαργος ὑπάρχει καὶ δοῦλος τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν,
ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι καὶ ἀποστρέφεσθαι παρὰ τῆς
ὑπερτάτης τιμῆς καὶ τοῦ ὕψους τῆς βασιλείας· τίς
γὰρ οὐκ ἂν αἰσχυνθείη καὶ μόνον ἐνθυμηθεὶς βα-
σιλικὴν σεμνότητα εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀπρεπεῖς πρά-
ξεις ἐμπίπτουσαν, καὶ παρόμοια πάσχουσαν, ὥσπερ
τινὲς ὑπὸ τῆς μυθευομένης μαγικῆς Κίρκης ἐκείνης

sentanea, ut subditi mortales tributum regi pen- A
dant: quæ res ipsismet subditis multam exhibet
utilitatem. Sic enim officium quisque suum exse-
quitur. Nam rex, cui omnia administranda com-
missa fuerunt, providendo invigilat: ideoque ipsum
nihil proprium habentem decet de publico acci-
pere, et quodammodo publicas efficere omnium
facultates. Sic enim is curaverit, ut rem quisque
suam tuto possideat, dum invicem homines con-
spirant et adjuvant, omnique ope nituntur ut
unius corporis instar inter se cohæreant. Quippe
animal inviolabile est, quoad ejus membra par-
tesque muneribus quæque suis defunguntur. Jam
vero rex, cum sit omnium civium caput et mens,
tributa ab omnibus jure meritoque capit, quibus ad
eosdem protegendos conservandosque utatur. Ab B
iis igitur qui negotiantur lucrisque dant operam,
æquum est regem particulas accipere: ab iis au-
tem qui sapientiam litterasque profitentur, ver-
borum elogia famamque referre: quod quidem
tributorum omnium pretiosissimum est; quatenus
nimirum litteræ reliquis artibus sunt præstantio-
res. Igitur si aliis hominibus celsior rex est, philo-
sophia autem cæteris artibus excellentior, quidnam
regi convenientius est, quam litterarum præco-
nium? quandoquidem magna magnos decent, su-
blimia sublimes. Regnum quidem imago quædam
similitudoque Dei est: philosophia autem provi-
dentiæ divinæ repræsentatio: ita ut siquod ali- C
quando regni genus a sapientia abhorret, id longe
a Deo recedat. Igitur regi conveniunt sapientiæ
fructus.

II. *Rex vitet impudicitiam.* — Sed enim quid sit
regnum ante omnia definiendum est. Regnum ser-
mone Græco significat populi basim. Est ergo res
constans, non quæ per hypocrisin atque fraudem
contraria opera exhibeat, nominisque excelsitati
repugnet. Cur autem basis firmamentumque juste
appelletur rex, qui absurdis cupiditatibus, inho-
nestis scilicet inordinatisque animi motibus, ob-
noxius sit? Imo vero scandali perturbationisque
occasio fit, quandoquidem ipse propositus ad
exemplum est, cui se conformare subjectus populus D
vel invitus vel sponte solet. Rex ergo oportet se
ipsum primum, deinde populum universum, regat.
Jam qui ne uni quidem propriæ domui moderari
potest, quomodo is, inquam, populorum et urbium
jure meritoque imperator appellabitur? Quod si is
avidus servusque turpium voluptatum est, in
odium publicum merito incurrit, et de summa sua
dignitate regalique fastigio periclitatur. Quem
enim paululum cogitantem non pudeat majestatis
regiæ ad indecoros fœdosque actus se deprimentis,
idemque patientis, atque illi homines, quos nota

(1) Sic optimus imperator Antoninus Pius aie-
bat: *Postea quam ad imperium transivimus, et
illud quod habuimus ante, perdidimus.* Capitolin.
cap. 4. Contra irridebatur Vespasianus imp. qui
de suo impensas fac ereidentidem dictitabat. *Ex-*

*cerpt. Vat.* p. 219.

(2) Lege Petri Magistri fragmenta politica,
lib. v [ap. Maium tomo eodem *Script. Vet.* se-
cundo].

Digitized by Google

in fabulis saga Circe in sues canesque transformabat? Et illi quidem sues effecti fuerunt, quia voluptatum in cœno sese volutabant; canes autem, quia rabie quadam atque insania conciti ad impudicos amores ruebant. Itaque regi valde idoneum est rationale sapientis doctrinæ a Mercurio inventum pharmacum, quod petulantes voluptatis vires compescat, tanquam illa in fabulis herba dicta *moly*. Imo regi opus est gladio ancipite, qui non sine sapiente consilio bonum deteriore discriminet; ita ut virtutem sibi vindicet atque adserat, vitium repellat atque castiget. Sic enim et Ulyxes non solum ipse Circes incantamenta vitavit, verum etiam socios, qui in id malum incurrerant, liberavit. Similiter regis officium est non solum ut ipse ab omnibus voluptatum illecebris liber immunisque sit, verum etiam ut alios homines ab his expediat tum oratione sua tum exemplo: ita ut sacris hymnis perpetuo celebrari se audiat. Jam si cordati prudentesque homines magnopere dolent, cum a rege subditus aliquis in captivitate apud hostes detentus negligitur; quanto tristius molestiusque est, si forte rex sponte sua pudendis voluptatibus servit, seque risui atque conviciis adpetendum exhibet? qui etiamsi in tenebris facinora sua continere satagat, verax tamen conscientiæ suæ testimonium effugere nequit, Deique præsertim omnituentem oculum, qui secretæ quoque turpitudinis opera odio prosequitur. Præter quam quod homines quoque pleraque observant, risuque et maledictis differunt; eaque irrisio in futurum quoque tempus propagatur. Ecce enim multos videmus in historicis libris infamia conspersos: plurimos item propter suum honestorum operum studium laude mactatos, atque æternæ posterorum memoriæ perenni cum fama traditos. Rex Græcorum Alexander post devictum Darium, filias hujus pulchritudine mira conspicuas, ceu maximum victoriæ præmium sibi oblatas, ne videre quidem passus est; aitque, turpe fore, si is qui viros vicisset, a feminis vinceretur. Cyri Medorum Persarumque regis par virtus fuit. Nam et hic superatis acie Assyriis, atque ab exercitu suo, manubiarum nomine, Susiorum regina donatus, quæ insigni forma præstabat, reginæ is quidem magnam curam gessit; ceteroquin ipsam aspicere recusavit, dicens, opus esse ut pudicitiæ reges custodes fiant, non insidiatores; tum quia id supremam dignitatem decet, tum quia pudicitia fortitudinem prudentiamque conservat et copulat. Revera qui se voluptatum famulitio addicunt, ac furiosum feminarum amorem præ se ferunt, effusisque habenis ad

εἰς χοίρους καὶ κύνας μετεβάλοντο; χοῖροι μὲν γινόμενοι, ὡς κυλιόμενοι ἐν τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν· κύνες δὲ, ὡς λυσσῶντες καὶ ἐκμαινόμενοι πρὸς τοὺς ἀσελγεῖς ἔρωτας· τῷ δὲ βασιλεῖ καταπολὺ ἐστιν εὐπρεπὲς τὸ παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ τῆς τοῦ λόγου σοφίας φάρμακον λογικὸν, ἐναντιούμενον πρὸς τὰς ἀκολάστους δυνάμεις τῆς ἡδονῆς, ὥσπερ ἐν τῷ μύθῳ βοτάνη τις λεγομένη *μῶλυ* (3)· ἀλλὰ δὴ καὶ δίστομον ξίφος τὸ χωρίζον μετὰ συνετῆς γνώσεως τὸ καλὸν ἐκ τοῦ χείρονος· καὶ τὸ μὲν καλὸν ὡς ὠφέλιμον προκρίνον καὶ συνιστῶν, τὸ δὲ ἐναντίον, ἀποδιῶκόν τε καὶ μεμφόμενον· οὕτω γὰρ καὶ Ὀδυσσεὺς οὐ μόνον ἐξέφυγε τὰς γοητείας τῆς Κίρκης, ἀλλὰ καὶ τοὺς παθόντας ἠλευθέρωσε φίλους· καὶ τὸν βασιλέα πρέπει, ἵνα οὐ μόνον αὐτὸς ὑπάρχῃ ἀδούλωτος καὶ πεφυλαγμένος ἀπὸ πασῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐλευθεροῖ καὶ διὰ λόγου καὶ ὑποδείγματος, καὶ ὕμνων ἱερῶν ἀκούειν διηνεκῶς (4). Εἰ γοῦν μεγάλην προξενεῖ λύπην εἰς τοὺς νουνεχεῖς καὶ φρονίμους ἀνθρώπους τὸ παρορᾶν τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον τὸ ὑπήκοον, πόσῳ μᾶλλόν ἐστι λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν, ἐὰν ὁ βασιλεὺς οἰκειοθελῶς αἰχμάλωτος γένηται ὑπὸ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν, καὶ εἰς ὄνειδος καὶ γέλωτα καταστῇ; κἂν γὰρ κρύπτηται καὶ σπουδάζῃ λανθάνειν, ἀλλὰ διαφυγεῖν οὐ δύναται τὸ τῆς συνειδήσεως ἀληθὲς, καὶ μάλιστα τὸν τὰ κρυπτὰ βλέποντα παντεπόπτην ὀφθαλμὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς αἰσχύνης ἔργα μισοῦντα· ὅπου τε τὰ πλείονα καὶ οἱ ἄνθρωποι βλέποντες καταγελῶσι καὶ διασύρουσι, καὶ ὁ γέλως παραπέμπεται καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς χρόνους· πολλοὺς γὰρ βλέπομεν ἐν τοῖς ἱστορικοῖς βιβλίοις ὑβριζομένους, καὶ πλείστους ἐπαινουμένους διὰ τὴν περὶ τὰ καλὰ σπουδὴν αὐτῶν, καὶ εἰς αἰωνίαν καὶ διηνεκῆ μνήμην περιλαλουμένους καὶ παραπεμπομένους. Βασιλεὺς Ἑλλήνων Ἀλέξανδρος, νικήσας Δαρεῖον, καὶ τὰς ἐκείνου θυγατέρας ὡς προτίμησιν τῆς νίκης διὰ τὸ ὑπερβολικὸν τοῦ κάλλους προσαγομένας αὐτῷ, οὐδὲ ἰδεῖν κατεδέξατο· εἰπὼν αἰσχύνης ἄξιον εἶναι νικῆσαι μὲν ἄνδρας, ὑπὸ γυναικῶν δὲ ἡττηθῆναι. Ὅμοιον δὲ τούτῳ ἐποίησε Κῦρος ὁ τῶν Μήδων καὶ Περσῶν βασιλεύς· νικήσας γὰρ τὸν πόλεμον Ἀσσυρίων, καὶ παρὰ τοῦ στρατεύματος τὴν τῶν Σουσίων βασιλίδα (5) ὡς λάφυρον λαβὼν διὰ τὴν τοῦ κάλλους ὑπερβολὴν, πολλὴν μὲν αὐτῆς ἐποιήσατο ἐπιμέλειαν, ἰδεῖν δὲ οὐδόλως ἠξίωσεν, ἀποφηνάμενος φύλακας εἶναι χρὴ τῆς σωφροσύνης τοὺς βασιλεῖς, ἀλλ' οὐκ ἐπιβούλους, διά τε τὸ μέγεθος τῆς ἀξίας, καὶ ὅτι σωφροσύνη ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν συνέχει τε καὶ συνάπτει· τὸ γὰρ δουλωθῆναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ γυναικομανῆ φαίνεσθαι, καὶ ὥσπερ διὰ χαλινοῦ πρὸς τὰ αἰσχρὰ φέρεσθαι

(3) *Odyss.* x, 305.

(4) Hymnus reapse laudativus a Photio scriptus, atque ore Ecclesiæ dictus ad Basilium imperatorem, exstat in melodorum ineditorum codice Barberino, de quo locutus sum in prioris voluminis præfatione, p. 44. Videtur ergo in Græcorum more positum fuisse, ut principes suos sacris etiam hymnis celebrarent. Nisi forte Nicephorus respicit potius ad hymnos illos, de quibus Plato *Leg.* VII, p. 800 sqq. ed. Serr. Vel explicandum est, *tum sacris hymnis perpetuo audiendis*.

(5) Lege Xenophontem *Cyrop.* lib. V, 1. Addere licebat Africani majoris exemplum, quod est apud Polybium, x, 19.

Digitized by Google

ἔργα, καὶ δειλοὺς ποιεῖ τοὺς τοιούτους καὶ ἄφρονας· A turpia opera prorumpunt, timidi mox demersque evadunt : hique etiamsi robustis viribus præditi existimentur, nihilominus formidolosi sunt atque ægroto quolibet miseriores, postquam animi vim fregerunt. Profecto qui regum in historiis ruinas investigaverit, nullam fere ejus rei causam, præter illorum lasciviam, deprehendet. Namque et Assyrius Sardanapalus curnam regno ab Arbace Medo spoliatus fuit, cum cæteroqui tantis opibus tantoque exercitus numero esset succinctus? Prorsus ob turpissimas, quibus deditus erat, cupiditates, atque ob suam ignaviam effeminatumque animum, qui militares quoque ejus copias corrupit. Nam si caput languet, reliquum quoque corpus compati necesse est. Quamdiu igitur honestis moribus semet ille communivit, validus fuit ac nemini non formidabilis : postquam autem voluptatibus succubuit, cuncti eum gravi pede presserunt : quam rem vates quidam præcinuerat. Jam et Darius, Astyagis filius, Babyloniorum imperium facile delevit, cum adhuc ipse probitatem coleret : verum ubi ad luxuriam deflexit, non regnum tantummodo amisit, verum etiam vita a Cyro Persa, frugi homine, orbatus fuit. Præterea curnam Arsami filius Darius cum universo Persarum imperio concidit? Sine dubio propter intemperantis libidinis effrenem cupiditatem. Atque ut, veteribus omissis, recentiora tempora commemoremus, quid, inquam, aliud magnam hanc urbem captivam Latinis tradidit, orbemque omni calamitate inundavit, quam culpabilis illorum qui tunc imperabant vita, ex eaque manans ignavia atque timiditas? Nihil mehercule æque viros effeminat, quam erga mulieres cæcum studium atque proclivitas. Etenim hinc etiam corpus penitus flaccescit. Secus vero pudicitia et corpus roborat et animo vires suppeditat : intemperantia autem utrique nocet perniciemque creat. Etiamsi enim libidinosus homo videatur recta valetudine bonaque corporis temperatione præditus, nihilominus a fabulosis Adonidis hortis non differt, qui in saxeo solo plantati magnopere deridebantur. Jam qualis meretriciæ operæ substantia est, talis item quæ inde consequitur valetudo, quovis nimirum somnio fragilior : dissolvitur enim vita, et virilitatis fundamenta quatiuntur; lumenque ingenii in contrarias tenebras inscitiæ convertitur. Tum vero regii status fortuna temere circumagitur, veluti otiosa materia fictore suo de-

καὶ ἂν ῥωμαλέος λογίζηται εἶναι, δειλός ἐστι καὶ ἀθλιώτερος ἀῤῥώστου παντός, ἐπειδὴ τὴν δύναμιν παρέλυσε τῆς ψυχῆς· καὶ εἴ τις τὴν κατάλυσιν τῶν ἱστορουμένων βασιλέων ἐξετάσει, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν λαγνείαν ἣν εἶχον, εὑρήσει τὸ αἴτιον· καὶ γὰρ ὁ Ἀστύριος Σαρδανάπαλος πόθεν ἐφῃρέθη τὴν ἀρχὴν παρὰ τοῦ Μήδου Ἀρσάκου, καὶ ταῦτα πλοῦτον ἔχων τοσοῦτον, καὶ τηλικοῦτον πλῆθος στρατεύματος ἐπαγόμενος; Πάντως ἀπὸ τοῦ ἐνμανῆναι ταῖς αἰσχίσταις ἐπιθυμίαις, καὶ τῆς οἰκείας δειλίας καὶ γυναικώδους ψυχῆς, ἥτις ἄνανδρον ἐποίησε καὶ τὸ στράτευμα· τῆς γὰρ κεφαλῆς παθαινομένης, ἀνάγκη καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα συμπάσχειν· Ἕως μὲν οὖν διὰ τῆς σωφροσύνης ὥπλιζεν ἑαυτὸν, ἰσχυρὸς ἦν καὶ ἅπασι φοβερός· ἀφ' οὗ δὲ τῶν ἡδονῶν δοῦλος ἐγένετο, ὑπὸ πάντων κατεπατεῖτο· καθώς τις τοῦτο προεμαντεύσατο (6). Ὁ δὲ Δαρεῖος ὁ Ἀστυάγους υἱὸς (7), τὴν Βαβυλωνίων ἀρχὴν μετὰ πάσης εὐκολίας κατέλυσε, μέχρις ἂν τὴν σωφροσύνην ἐτίμα· ὕστερον δὲ εἰς ἀσέλγειαν ἐμπεσὼν, οὐ μόνον τὴν βασιλείαν ἀπώλεσεν, ἀλλὰ καὶ ζωῆς ἐστερήθη παρὰ Κύρου τοῦ Πέρσου ὃς εἶχε τὴν σωφροσύνην. Τί δὲ κατέβαλε τὸν τοῦ Ἀρσάμου Δαρεῖον καὶ πᾶσαν κατέλυσε τὴν ἀρχὴν τῶν Περσῶν; Πάντως ἡ περὶ τὰς ἀκολασίας ὄρεξις καὶ ἐπιθυμία. Καὶ ἵνα τοὺς μὲν παλαιοὺς καταλείψωμεν, τῶν δὲ νεωτέρων μνησθῶμεν, ἐρῶ· Τί ἄλλο τὴν μεγαλόπολιν ταύτην αἰχμάλωτον τοῖς Λατίνοις παρέδωκε, καὶ πάσης συμφορᾶς τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν, ἢ ἡ ἐπίψογος τῶν τότε κρατούντων διαγωγὴ, καὶ ἡ ἐντεῦθεν χαύνωσις καὶ δειλία (8); καὶ γὰρ ἕτερον οὐδέν τι καὶ τοὺς ἄνδρας γυναικώδεις ποιεῖ, ὡς ἡ πρὸς γυναῖκας (9) ἄλογος ὁρμὴ καὶ ἐμπάθεια· ἐκ τούτων γὰρ σαθροῦται καὶ σῶμα καθόλου· σωφροσύνη μὲν γὰρ ἐνδυναμοῖ σῶμα καὶ ψυχὴν ἰσχυροποιεῖ, ἀκολασία δὲ καὶ ἀμφότερα βλάπτει καὶ ζημιοῖ· κἂν γὰρ δοκῇ ὁ ἀκόλαστος ὑγείαν ἔχειν καὶ εὐκρασίαν σωματικὴν, οὐδὲν διαφέρει τῶν μυθευομένων τοῦ Ἀδώνιδος κήπων, οἵτινες καὶ ἐπάνω τῶν λίθων πεφυτευμένοι πολὺν ἐλάμβανον γέλωτα (10). Οἷα δὲ τὰ σπουδάσματα τῆς πορνικῆς ἐργασίας, τοιαῦτα καὶ τὰ τῆς ὑγείας τῆς ἐξ αὐτῆς ὀνείρου παντὸς ἀσθενέστερα· φθείρει γὰρ τὴν ζωὴν, καὶ τὸν τῆς ἀνδρίας θεμέλιον ἀνατρέπει. Τὴν δὲ φρόνησιν εἰς τὸ ἐναντίον καὶ τὸ μηδὲν γινώσκειν παρασκευάζει· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ματαίως ποιεῖ φέρεσθαι ὡς ὕλην ἀργὴν τεχνίτην μηδαμῶς ἔχουσα. Διὰ ταῦτα B semet ille communivit, validus fuit ac nemini non formidabilis : postquam autem voluptatibus succubuit, cuncti eum gravi pede presserunt : quam rem vates quidam præcinuerat. Jam et Darius, Astyagis filius, Babyloniorum imperium facile delevit, cum adhuc ipse probitatem coleret : verum ubi ad luxuriam deflexit, non regnum tantummodo amisit, verum etiam vita a Cyro Persa, frugi homine, orbatus fuit. Præterea curnam Arsami filius Darius cum universo Persarum imperio concidit? Sine dubio propter intemperantis libidinis effrenem cupiditatem. Atque ut, veteribus omissis, recentiora tempora commemoremus, quid, inquam, aliud magnam hanc urbem captivam Latinis tradidit, orbemque omni calamitate inundavit, quam culpabilis illorum qui tunc imperabant vita, ex eaque manans ignavia atque timiditas? Nihil mehercule æque viros effeminat, quam erga mulieres cæcum studium atque proclivitas. Etenim hinc etiam corpus penitus flaccescit. Secus vero pudicitia et corpus roborat et animo vires suppeditat : intemperantia autem utrique nocet perniciemque creat. Etiamsi enim libidinosus homo videatur recta valetudine bonaque corporis temperatione præditus, nihilominus a fabulosis Adonidis hortis non differt, qui in saxeo solo plantati magnopere deridebantur. Jam qualis meretriciæ operæ substantia est, talis item quæ inde consequitur valetudo, quovis nimirum somnio fragilior : dissolvitur enim vita, et virilitatis fundamenta quatiuntur; lumenque ingenii in contrarias tenebras inscitiæ convertitur. Tum vero regii status fortuna temere circumagitur, veluti otiosa materia fictore suo de-

(6) Intellige Belesyos vaticinium, ut diserte ait in genuino scripto noster Nicephorus; et confer Diodorum Siculum lib. II, 24.

(7) Darium hunc Græci Cyaxarem appellant (nominatim Xenophon), ut diserte ait Polychronius a me nuper editus in Comm. ad Dan. *Coll. Vat.* tom. I, part. II, p. 131. Jam Cyrum Cyaxari et Astyagi successisse exploratum est; utrum vero hereditario et pacifico jure, an armorum vi, historici discrepant. Lege citatum locum p. 131, Xenophontem, etc.

(8) Lege Nicetæ Choniatæ historiam ed. Paris. p. 365 sqq., ubi de Græcorum principum, qui fugam capessiverunt, solutis moribus, deque Balduini Flandri, qui in imperium successit, castitate verba fiunt. Capta est a Latinis Constantinopolis anno 1204, recepta a Græcis anno 1261. Ergo intra id intervallum scripta est hæc oratio.

(9) Codd. αὐτάς.

(10) Scilicet id evasit in proverbium apud Græcos. Legesis Zenob. I, 49; Diogen. I, 11; ne alia testimonia, quæ multa sunt, congeram.



Digitized by Google

stituta. Quæ cum ita se habeant, summopere necesse est ut rex voluptatum victor sit, easque regat.

III. *Rex ne sit iracundus.* — Age vero iracundiæ quoque vesaniam ad latrones rex amandabit; quorum furor instar serpentium est; crudelitas autem et immitis animus a malorum dæmonum adversus homines odio non differt. Porro virum, quem Deus legatum veluti suum orbi præfecit, et cui creaturarum suarum, id est subditorum hominum, curam commisit, tranquillitas decet, mansuetudo atque clementia; reputantem scilicet, oportere a se hominibus subditis eamdem curam impendi, quam cognatis suis, quam sibimet ipsi impertiri solet. Incolumes igitur prudenter reget; infirmis omni ope consultum volet, et quolibet providentiæ studiique genere subveniet eosdemque beneficiis et comitate sibi devinciet. Quod si quos forte, quantumvis benefactis ac largitionibus sæpenumero ornatos, refractarios adhuc minimeque benevolos experietur, cum his sane severius agendum est; ita tamen ut hujusmodi quoque hominibus, veluti membris nostris morbo aliquo laborantibus, compatiamur. Sic enim rex benignitatem sibi Dei conciliabit; sic firmum regnum inconcussumque tenebit, sic in omnium amore erit, atque ab omnibus uno ore quaquaversus prædicabitur. Nimirum his laudibus homines coronam regi contexent, dum concordi voce iterabunt: Hic temperantissimus, hic mitissimus, hic Deo similis est. Secus vero qui levis cujuslibet delicti causa dure atque inhumaniter servos homines plectit, is nihil ab eo differt qui diabolico instinctu percitus carnes proprias forte voraret. Sicuti enim in ejusmodi insania vincit dolorem furor, sic indomita ira inexorabiles ad expetendas pœnas facit eos qui commoti sunt; neque cogitare sinit quantus illorum dolor futurus sit qui puniuntur; et quod homogeneæ naturæ sit qui cruciatur homo, quantumque mœrorem contrahat; et quod miserator alienæ calamitatis Deus magnam paret sævo homini pœnam atque vindictam. Acerbe aliquis, puta, aliquem virgis cædit, aut alio modo plagas imponit injusta ira commotus: ecce idem repercutitur vicissimque pulsatur, febri puta, dolore capitis, paroxysmi horrore, aliisve gravibus infirmitatibus: et quanto molestior aliis fuit, tanto graviorem talionis pœnam a Numine refert. Quod si minus cito vindictam experitur, attamen inspe-rato tempore pœnas luet. Quippe sacris divinisque oraculis admonemur, alio nos tempore peccare solere, alio facti mercedem recipere, veluti propter cæsos Gabaonitas famem deinceps coortam scimus. Quod si quis forte per hujus temporis lapsum impunis fuerit, idem tamen in vitæ termino multo

(11) Quantopere virum principem iracundia dedeceat, sapienter disputat Cicero in insigni illa epistola ad Q. fratrem I, 1; necnon *Tuscul.* IV, 22, et *De rep.* II, 41.

(12) Ita codd. pro ὀργιζομένους, quod est in genuina oratione.

A τῶν ἀναγκαιοτάτων τῷ βασιλεῖ κρατεῖν καὶ βασιλεύειν τῶν ἡδονῶν.

Γ'. Τὸ δὲ ὀργίλον καὶ μανικὸν παραπέμπειν εἰς τοὺς λῃστάς (11)· τούτων γὰρ ὁ θυμὸς κατὰ τὴν ὁμοίωσίν ἐστι τοῦ ὄφεως· καὶ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀσυμπάθητον κατὰ τὴν τῶν πονηρῶν δαιμόνων μισανθρωπίαν. Ὁ δὲ ταχθεὶς κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλάσματος αὐτοῦ, ἤγουν τῶν δούλων τὴν ἐπιμέλειαν πιστευθείς, τὸ γαληνὸν ὀφείλει ἔχειν καὶ ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον· γινώσκων καλῶς ὅτι χρεωστεῖ περιέπειν ὡς συγγενὲς τὸ ἀρχόμενον καὶ καθὼς ἑαυτόν· καὶ τῶν μὲν ὑγιαινόντων ποιεῖσθαι προμήθειαν, ἐπισκέπτεσθαι δὲ παντοίως τοὺς ὁρ-
B ῶντας, καὶ θεραπεύειν κατὰ πᾶσαν πρόνοιαν καὶ σπουδὴν, καὶ οἰκειοῦσθαι τούτους δι' εὐεργεσίας καὶ ἱλαρότητος. Εἰ δέ τινας ἴδοι μετὰ τὸ εὐεργεσιῶν τε καὶ δωρεῶν ἀπολαύειν συχνῶν, ἀνυποτάκτους καὶ μὴ εὔνοιαν ἔχοντας, καὶ αὐστηρότερον ἀνάγκη τούτοις προσφέρεσθαι· πλὴν καὶ οὕτως ὡς οἰκείοις αὐτοῦ μέλεσι συλλυπεῖσθαι τοῖς πάσχουσιν· οὕτω γὰρ ὁ βασιλεύων εἰς ἑαυτὸν ἕλκει τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ· οὕτω τὴν βασιλείαν ἔχει μόνιμόν τε καὶ ἀκατάλυτον· οὕτω παρὰ πάντων φιλεῖται, καὶ παρὰ πάντων ὡς ἀφ' ἑνὸς στόματος εἰς πάντα τόπον διαφημίζεται· τοιούτοις ἐπαίνοις πλεκόντων καὶ στεφανούντων τὸν βασιλέα, καὶ ἀπὸ συμφωνίας λεγόντων, Οὗτός ἐστιν ὁ σωφρονέστατος, ὁ πρᾳότατος, ὁ ἐξομοιούμενος τῷ Θεῷ· τὸ δὲ δι' ὀλίγον τι
C πλημμέλημα ἀπηνῶς καὶ ἀπανθρώπως τοὺς δούλους κολάζειν οὐδὲν διαφέρει τοῦ διὰ μανίαν δαιμονικὴν τὰς ἰδίας κατατρώγοντος σάρκας· καὶ γὰρ ὥσπερ ἐν τῇ τοιαύτῃ μανίᾳ ἡ ταύτης ὁρμὴ κατισχύει τῶν ὀδυνῶν, οὕτω καὶ τὸ τοῦ θυμοῦ ἀκράτητον ἀναισθητεῖν τοὺς βουλομένους (12) παρασκευάζει πρὸς τὰς κολάσεις, καὶ οὐδὲν ἀφίησι νοεῖν ὅσην ἔχουσι λύπην οἱ κολαζόμενοι· καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως ὁ κολαζόμενος ἄνθρωπος, καὶ πόσην ὑπομένει τὴν λύπην, καὶ ὅπως ὁ συμπαθὴς Θεὸς μεγάλην ἐπάγει κατ' αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν τε καὶ ἐκδίκησιν· οἷον ἔτυψέ τις καὶ ἔδειρέ τινα πικρῶς διὰ ῥάβδου, καὶ τρόπον ἕτερον ἐμαστίγωσεν ὑπὸ ἀλόγου θυμοῦ κινηθείς· ἀντετύφθη, ἀντεπλήγη ὑπὸ πυρετοῦ τυχὸν,
D ὑπὸ κεφαλῆς ἄλγους, ὑπὸ ῥίγους καὶ ὑπὸ ἑτέρων μεγάλων ἀσθενειῶν· ὅτε δὲ πλέον τι ἐκακοποίησε, καὶ πλείονα τιμωρίαν καὶ ἄμυναν ἀπέλαβεν ἀπὸ Θεοῦ. Εἰ δὲ τὰ τῆς δίκης οὐ παρευθὺς, δώσει τὴν τιμωρίαν καθ' ὃν οὐ γινώσκει καιρόν· ὥσπερ ἐν τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς λογίοις ἀκούομεν καὶ διδασκόμεθα, ὅτι ἐν ἄλλοις πταίομεν καιροῖς, ἐν ἄλλοις ἀπολαμβάνομεν· ὥσπερ οἴδαμεν ὑπὸ λιμοῦ παθόντας καὶ τοὺς Γαβαωνίτας (13). Εἰ δ' ἴσως τοῦ χρόνου παρατρέχοντος ἀτιμώρητος φαίνεται, ἀλλ' ἐν τῷ τέλει τῆς ζωῆς πολλαπλασίονα ὑποστήσεται καὶ

(13) Male explicavit metaphrastes Nicephorum, qui recte habet ὁ ὑπὲρ τῶν Γαβαωνιτῶν τιμό· consentiens videlicet cum sacra Historia II Reg. XXI, 1. Ego igitur in interpretatione Nicephorum malui quam metaphrastem sequi.

Digitized by Google

ζώσει τὴν τιμωρίαν. Τέως γε μὴν οὐ δυνατὸν διαφυγεῖν αὐτὸν τὸ παρὰ πάντων μισεῖσθαι· κἂν διὰ δειλίαν οἱ μισοῦντες οὐ δεικνύουσι τὸ μῖσος, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ψυχῆς καὶ ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἔχουσι κατ' αὐτοῦ. Καταπολὺ δέ ἐστι καλλίων καὶ ὠφελιμώτερος ὁ διὰ τὴν χρηστότητα τῆς γνώμης καὶ τὴν σύνεσιν καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπὸ κοινῆς γνώμης αἱρετὸς βασιλεὺς τοῦ διὰ τὸ κολαστικὸν καὶ τὸ βίαιον φοβεροῦ φαινομένου· τὸν μὲν γὰρ ἀπὸ παθέσεως καὶ γνώμης κοινῆς αἱρετὸν βασιλέα καὶ ἀγαπῶσι καὶ μετ' εὐνοίας φοβοῦνται· τὸν δὲ κολαστικὸν ἐπιθυμοῦσι σφόδρα ἐκφεύγειν. Πῶς δ' ἄν τις δύναιτο λέγειν, πόσην ἔχει τὴν ἀσχημοσύνην ὁ βασιλεὺς, εἴπερ θυμοῦται ἀκράτητα, καὶ οὐ συνήθη ποιήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπομένειν καὶ κατέχειν τὸ πῦρ τοῦ θυμοῦ; ὁπότε ἡ τούτου φλὸξ ἀνάπτει τὴν καρδίαν καὶ ἀναφλέγει, τοῦ περὶ τὴν καρδίαν αἵματος περιζέοντος καὶ ταρασσομένου· ἐν γὰρ τοῖς ἀγγείοις τοῦ σώματος τὸ αἷμα στενοχωρούμενον, καὶ πρὸς τὴν ἔξω ἐπιφάνειαν βιαζόμενον τρέχειν, τὸ μὲν πρόσωπον ὠγκωμένον ποιεῖ, καὶ ἀπὸ ἀναιδείας ἐρυθρόν· εἶτα καὶ μέλαν, τοῦ λοιποῦ σώματος κλονουμένου τε καὶ ταραττομένου· τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς πυροειδεῖς καὶ φλογώδεις, καὶ οἵους τῶν δρακόντων ἀκούομεν, ἀτάκτως καὶ συνεχῶς κινουμένους τε καὶ ἀναπηδῶντας, καὶ τοὺς οἰκείους ὅρους ἐκφυγεῖν βουλομένους· τὴν δὲ φωνὴν ἐπὶ μέγα ἐξαίρει· καὶ τοὺς λόγους ἀτάκτους καὶ μὴ δηλοῦντας ποιεῖ σαφῶς τὰ λεγόμενα, διὰ τὸ πολὺ τῆς ὀργῆς. Βασιλέως τοίνυν οὕτω διακειμένου, ποταπὴν οἰήσεταί τις τὴν κατάστασιν τῆς τούτου ψυχῆς; Ὡς εὐστόχως ἄρα καὶ καλῶς εἶπεν ὁ Σολομών, ὅτι θυμώδης ἀνὴρ οὐκ εὐσχήμων (14)· διὰ τοῦτο καὶ ἀπρεπὲς καθόλου καὶ ἀνάξιον τὸ τοῦ θυμοῦ πάθος τῆς βασιλικῆς κοσμιότητος.

A majus supplicium subibit. Interim vero haud effugere potest universale odium : quamvis enim inimici ejus retinentur metu quominus odium declarent, in animorum tamen arcano mentiumque latebris iram fovent. Valde ergo præstat opportunioreque est leni animo præditus rex, qui ob suam prudentiam atque virtutem communi suffragio creatus fuerit, quam qui suppliciis ac violentia tremendum se fecerit. Etenim regem ex animi sententia communique voto delectum amant omnes, et cum benevolentia verentur; sævum regem magnopere aversantur atque devitant. Quis autem satis dicere queat, quam turpe sit regem sine modo iræ indulgere, neque animum suum ad patientiam consuefacere atque ad cohibendas iracun- B diæ flammas? videlicet cum hujus ardor viscera incendit atque perurit; cumque sanguis circa cor fervet ac tumultuatur. Quippe in corporis vasis compressus sanguis atque ad cutis superficiem concurrere adactus, vultum quidem tumidum efficit impudenterque rubentem; tum etiam nigros colores trahit, et corpus reliquum quatitur et tremiscit : oculi ignei flammeique, quales serpentium esse audimus, incomposite perpetuoque moventur, vel potius agitantur, suisque sedibus exsilire videntur : vox magnopere intenditur : sermo neque verborum sententiam aperte significans, neque ordinatus, ira nimia impediente. Cum ergo rex ita se habet, quinam erit animi ejus status? Recte igitur atque egregie dixit Salomon, virum iracun- C dum non esse venustum. Quamobrem iræ perturbatio indigna prorsus est majestate regia eamque dedecorat.

Δ'. Λαῶν κοσμήτορες οἱ βασιλεῖς ἐκπαλαι παρὰ τῶν σοφῶν ὠνομάσθησαν, καὶ ποιμένες λαῶν (15). Ὁ δὲ προτιμηθεὶς εἰς καλλωπισμὸν λαοῦ, ὥσπερ ἐν πολέμοις ὁ στρατηγὸς, καθὰ πρῶτος ἀρχηγὸς καὶ διδάσκαλος τῶν ἠθῶν, πόσην πλέον τῶν ἄλλων ὀφείλει ἔχειν οὗτος τὴν κοσμιότητα; πόσην δὲ ἐπιμέλειαν καὶ περὶ τὰ πρόβατα ὁ ποιμὴν ἐνδείκνυται; ἄγων μὲν ἐπὶ νομὰς ἀγαθὰς, τέρπων δὲ καὶ εὐφραίνων αὐτὰ μετὰ αὐλῶν καὶ ᾀσμάτων· οὐ καταδεσμεύων, οὐδὲ πιέζων, οὐδὲ θλίβων, οὐδὲ λυπῶν, δι' πρόφασιν αἰτιῶν· ταῦτα γὰρ οὐ καλοῦ εἰσι ποιμένος, οὐδὲ κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ὁρισμὸν τιθέναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ποίμνης πεπαιδευμένου. Τὸ δὲ μὴ λυπεῖσθαι ἐπὶ τῇ ταλαιπωρίᾳ καὶ τῇ συντριβῇ τῶν ἀρχομένων, τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας φύσεως ἠξιωμένων παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ τέρπεσθαι καὶ χαίρειν ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς, ὁμοιόν ἐστι τῆς ὠμότητος καὶ θηριωδίας τοῦ διαβεβοημένου ἐκείνου Ἐχέτου (16). Ὁ Σέσωστρις ὁ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Ἀσσυρίων δυνάστης, βασιλέας πολλοὺς δουλωσάμενος, σχεδὸν γὰρ

IV. *Rex sit clemens.* — Populorum compositores dicti sunt olim a sapientibus reges, itemque pastores populorum. Jam qui recte instruendo populo præpositus est (haud aliter quam in exercitu est imperator), ut morum scilicet antesignanus sit atque magister, quantam is quamque præcipuam moris proprii compositionem præ se ferre debet? Age sis considera quantam gregis sui curam pastor expromit : ad pastiones uberes ducit, fistula can- D tuque oblectat et recreat; neque porro vinculis impedit, neque vexat, neque illi culparum obtentu gravis molestusve est. Non enim id boni pastoris officium foret, neque ejus qui ex evangelica norma pro grege animam ponere edoctus fuit. Porro rex qui calamitatibus angoribusque subditorum hominum non commovetur, quos Deus homogenea natura donavit, immo etiam alienis lætatur malis : hic, inquam, rex ab illius famigerati Echeti sævit a moribusque ferinis non abest. Ægyptiorum Assyriorumque rex Sesostris, multis devictis regibus

(14) Proverb. xi, 25, ed. Gr.

(15) Utraque appellatio occurrit apud Homerum. Tum etiam in Creta publici rectores vocabantur *cosmæ*. Aristot. *De rep.* II, 10; item Cic. *De rep.* II, 33.

(16) *Odyss.* XVIII, 81.

Digitized by Google

(maximam enim propemodum orbis partem perdomuit) in tantum impudentiæ proterviæque venit, ut captos ab se reges currui subjunxerit, multaque dementia tumidus, desuper sublimis residens, brutorum animantium loco regibus abuteretur, eaque re stultissime oblectaretur ac superbiret. Tum vero cum unus de subjunctis currui regibus tardius incederet, causamque a Sesostride rogaretur, idcirco se ait demoratum, quia ad rotarum conversiones mentem intenderet. Sesostris autem probe intelligens, id ab eo sibi dictum, ut fortunæ inconstantiam volubilitatemque significaret, mitior in posterum clementiorque fuit. Hiero Syracusanus, quamquam invitis Siculis imperium arripuerat, nulli tamen adversariorum molestus fuit, postquam imperio potitus est; quin immo perpetuis eos beneficiis ornavit, atque ut mitis pater cum populo versatus est. Ergo imperium annos quatuor et quinquaginta retinuit, pacem patriæ conservavit, sibi vero quietem imperturbatamque securitatem. Nam et non semel conatus imperium deponere, communibus populi precibus vetitus fuit. Tantus erat erga eum subditorum omnium amor! propterea quod temperantissimus esset et beneficentissimus, summaque præsertim clementia præditus. Similis huic Alcimus Lydus fuit: atque idcirco in pace rerumque omnium copia subditus illi populus vitam traduxit. Septimo videlicet regni ejus anno, celebratis ab universa gente comitiis, ut vita regis prorogaretur omnes conceptis votis precati sunt. Igitur ille diuturno avo inclytus, Lydis felicitatem, sibi gloriam nomenque illustre ad nostram usque ætatem peperit. Laudo inter reges inclytum Constantinum illum Magnum, propterea quod in legibus suis loco tituli *Majestas mea decernit*, scribebat *Tranquillitas mea mandat*: quo vocabulo significabat, tranquillitatem mansuetudinemque singulariter regum esse propriam, ipsosque ab ea magis ornari quam a purpura atque diademate. Hæc enim, ut reor, tyranni quoque habent; sola vero tranquillitas securus est dignitatis regiæ thesaurus nullique direptioni obnoxius. Quamobrem multi olim reges super hac virtute tum re tum verbis philosophati sunt: Trajanus in primis, qui patri Nervæ principi bono successit, eumque æmulatus est. Is adeo modestus, clemens atque incomparabili virtute fuit, ut cuilibet dolenti compateretur atque adgemeret: offensas æquo animo ferret, dicens, oportere regem Deo parem esse atque erga peccantes famulos indulgentem. Igitur ipse quoque veniam a Deo consecutus est, non peccatorum tantummodo, verum etiam paganitatis

τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ κόσμου ὑπετοιήσατο (17). ἐπὶ τοσοῦτον ἀναιδείας καὶ ἀναισχυντίας ἐχώρησεν, ὥστε τοὺς κρατηθέντας ὑπ' αὐτοῦ βασιλεῖς ὑποζεύξαι ἐν ἅρματι, μετὰ πολλῆς ὀπωνοίας τε καὶ ἐπάρσεως ἐπάνω καθίσας αὐτῶν, ἀντὶ ἀλόγων ζώων ἐχρῆτο τοῖς βασιλεῦσι, τερπόμενος ἀλογίστως καὶ θρασυνόμενος (18). Ἑνὸς δὲ τῶν ὑποζευγμένων βραδύνοντος πρὸς τὴν κίνησιν, τὴν αἰτίαν ἐρωτήσας ὁ Σέσωστρις, ἤκουσε παρ' ἐκείνου, διὰ τοῦτο βραδύνειν, ὅτι τὸν λογισμὸν εἶχε βλέποντα τὴν κίνησιν τῶν τροχῶν. Καταλαβὼν δὲ ὁ Σέσωστρις ὅτι τὸν τοιοῦτον λόγον εἶπεν αὐτῷ, τὸ τῆς τύχης δηλῶν ἄστατόν τε καὶ μετάβολον, πραότερος εἰς τὸ ἑξῆς καὶ συμπαθέστερος ἦν. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακούσιος, καὶ ταῦτα μὴ βουλομένων ἅρξαι τῶν Σικελῶν, οὐδένα τῶν ἀντιμαχομένων καὶ πολεμίων ἐλύπησεν ἐπιλαβόμενος τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ μᾶλλον εὐηργέτει τούτους διὰ παντὸς, καὶ ὡς πατὴρ ἵλαρὸς πρὸς ἅπαν τὸ πλῆθος διέκειτο· ἄρξας οὖν ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, διεφύλαξε μὲν τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην, ἑαυτῷ δὲ τὸ ἀπάραγόν τε καὶ ἀνενόχλητον· καὶ πολλάκις δὲ βουληθεὶς παραιτήσασθαι τὴν ἀρχὴν, κοινῇ παρακλήσει τοῦ πλήθους διεκωλύθη· ἐπὶ τοσοῦτον ἠγαπᾶτο παρὰ πάντων τῶν ἀρχομένων, σωφρονικώτατος ὢν καὶ εὐεργετικώτατος, καὶ μᾶλλον ἡμερώτατος. Ὅμοιος αὐτῷ ἦν καὶ Ἄλκιμος ὁ Λυδός· διὰ τοῦτο ἐν γαλήνῃ καὶ ἀφθονίᾳ τὸ ὑπήκοον ἐποίησε ζῆν· μετὰ δὲ παρέλευσιν ἑπτὰ χρόνων τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ συναχθέντες πάντες ὁμοῦ οἱ λαοὶ παρεκάλουν τὴν ζωὴν τοῦ βασιλέως αὐξάνεσθαι· γενόμενος δὲ πολυχρόνιος, τοῖς μὲν Λυδοῖς εὐδαιμονίαν κατέλιπεν, ἑαυτῷ δὲ κλέος καὶ ὄνομα μέχρι καὶ τοῦ νῦν χρόνου (19). Ἐπαινῶ τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμον Κωνσταντῖνον τὸν Μέγαν ὅτι ἐν τοῖς ἐκείνου προστάγμασιν ἀντὶ τοῦ γράφειν, *Ἡ βασιλεία μου διορίζεται*, *Ἡ γαληνότης* (20) *μου παρακελεύεται*, ἔγραφε· δηλῶν ὅτι τὸ γαληνὸν καὶ ἥμερον ἴδιον ἐξαιρέτως τῶν βασιλέων, πλέον κοσμοῦν αὐτοὺς καὶ καλλωπίζον τῆς ἀλουργίδος τε καὶ τοῦ διαδήματος· αὐτὰ γὰρ ἴσως καὶ τύραννοι ἔχουσι. Γαληνότης δὲ μόνη τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἐστὶν ἄσυλος, θησαυρὸς καὶ ἀνεπιβούλευτος· διὸ πολλοὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἔργοις καὶ λόγοις ἐφιλοσόφησαν περὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς· οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν ἄλλων Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς τὸν πατέρα Νερούαν διαδεξάμενος, καλῶς καὶ αὐτὸν βασιλεύσαντα ἐμιμεῖτο· τοσοῦτον γὰρ εἶχε τὸ ταπεινὸν καὶ συμπαθὲς καὶ ἀπρόσιτον ὡς καὶ παντὶ λυπουμένῳ συμπάσχειν, καὶ συνάλγειν· καὶ πρὸς τοὺς πταίοντας ἀνεξίκακον εἶναι, λέγων, Ἁρμόζει τῷ βασιλεῖ ἐξισοῦσθαι Θεῷ καὶ τῶν πταισάντων τῶν δούλων ἀνέχεσθαι· διὰ τοῦτο καὶ συγγνώμης ἠξιώθη παρὰ Θεοῦ οὐ μόνον τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀσεβείας

(17) Revera in obelisco quodam Ægyptio sacris literis et hieroglyphicis inscriptum erat: *Rex Ægypti Sesonchosis orbis potens.* (Est autem Sesonchosis Sesostris). Lege Julium Valerium a me editum *De rebus Alexandri Maced.* lib. I, 31, et Diodorum I, 55.

(18) Lege Diodorum Siculum I, 58.

(19) Lege Suidam voc. Ξανθός.

(20) Interpretor potius *tranquillitas* quam *serenitas*. Cæterum de utroque hoc titulo in Cæsaris decretis usitato legesis Jureti doctas observationes ad Symmachi epistolas lib. II, 8, p. 54; lib. X, 46, p. 290.

Digitized by Google

αὐτοῦ, τὸ μέγιστον καὶ παράδοξον, ταῖς δεήσεσι τοῦ θαυματουργοῦ (21) Γρηγορίου, οὗ ὁ διάλογος; (22) · τῆς γὰρ φιλανθρωπίας καὶ συμπαθείας ἧς ἐκεῖνος πλουσίως μετεδίδου τοῖς πταίουσιν, ἔτυχε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ζωῆς τέλει παρὰ Θεοῦ, τοῦ ἀποδεχομένου μὲν τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον, μισοῦντος δὲ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀπάνθρωπον · καὶ τοὺς πρὸς ὁμόφυλον ἀκαμπεῖς καὶ ἀσυμπαθεῖς καταξίαν κολάζοντος · ἔδειξε γὰρ ὅτι συνεργούσης εὐχῆς δικαίου νικᾷ τὸ συμπαθὲς καὶ αὐτὴν τὴν ἀσέβειαν. Ὅτι δὲ καὶ σωφροσύνην εἶχεν ὁ Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς κοσμοῦσαν αὐτῷ, πρόδηλον · ἐπειδὴ οὐδεὶς κἂν τὰς λοιπὰς ἀρετὰς ἔχῃ, χωρὶς αὐτῆς σωφροσύνης τὸν Κύριον ὄψεται (23) · καὶ γὰρ ἀδύνατον ἄνευ σωφροσύνης ἔχειν τινὰ ἀρετὴν ἑτέραν ἀνόθευτον · ἀνδρεῖον γὰρ πῶς ἄν τις εἴπῃ κατὰ τῶν σαρκικῶν παθῶν ἀνανδριζόμενον ; ὁ γὰρ ἑαυτόν τε καὶ τὴν μεθ' ἧς ἀσελγαίνει μὴ παραιτούμενος ἀδικεῖν πάντως οὐδὲ δίκαιός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' οὐδὲ φρόνιμος ὁ μὴ ζητῶν τὸ φέρον δνησιν αὐτῷ καὶ ὠφέλειαν τὴν ἀρίστην, λέγω δὴ καὶ τὸν ἁγιασμόν · ἀλλὰ καὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν δοῦλον ποιῶν ἀκαθάρτων ὀρέξεων, καὶ διὰ τὴν μυσαρὰν καὶ βδελυκτὴν ἡδονὴν τῶν ἀῤῥήτων καὶ ὀλωλότων ἀγαθῶν ἀποστερῶν ἑαυτόν.

(quæ maxima perque mira res fuit) precibus scilicet magni Gregorii, cujus est ille dialogus. Nimirum clementiam misericordiamque, quam erga offensores suos vel calamitosos copiose expromperat, vicissim ipse post mortalem hanc vitam a Deo impetravit; qui ut benignitatem charitatemque amplectitur, ita sævitiam inhumanitatemque aversatur, durosque et inexorabiles erga homogeneam naturam homines pro dignitate ac merito ulciscitur : demonstravitque aliquando, justi hominis intercedentibus precibus, paganitatis ipsum crimen misericordia posse superari. Quod autem temperantia quoque Trajanus præditus fuerit, vel inde patet, quod nemo etiamsi cæteris ornatus virtutibus, absque tamen temperantia Deum visurus est. Et quidem fieri non potest ut homo intemperans virtutem ullam haud fucatam possideat. Quomodo enim fortis erit, qui carnalibus adfectibus semet debilitat? Sed ne justus, quidem erit, qui se et illam, cum qua luxuriam exercet, injuria afficit. Postremo is procul prudentia est, qui rem multo sibi pretiosissimam et utilissimam negligit, animæ scilicet sanctificationem, quique mentem suam natura reginam, impurarum cupiditatum famulam facit; qui scelestæ denique detestandæque voluptatis causa summis bonis ac sempiternis semet excludit.

Ε'. Ἔστι δὲ καὶ ὁ τῶν χρημάτων ἔρως ἀπρεπὴς μάλιστα τῷ βασιλεῖ καὶ ἀνάρμοστος · τέτταρα γὰρ ἀπὸ τῆς φιλοχρηματίας γεννῶνται τὰ κάκιστα · τὸ μικροπρεπὲς καὶ φειδωλὸν ἐν ταῖς δόσεσι · τὸ καπηλικὸν καὶ πανοικτικὸν ἐν τῷ παρ' ἑτέρων λαμβάνειν αὐτῷ · τὸ μὲν γὰρ μηδόλως ἢ μετὰ βίας καὶ ὀλίγοις εὐεργετεῖν δουλικόν · δοῦλος γὰρ οὐ δίδωσιν · εἰ δ' ἴσως δώσει, καὶ τοῦτο πάνυ μικρὸν καὶ ὀλίγον, καὶ ἀπὸ κλοπῆς τῶν τοῦ δεσπότου πραγμάτων. Ὁ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα δεδουλωμένος πῶς ἂν ἔχῃ διδόναι; τὸ δὲ πολλοῖς μὲν διδόναι πλὴν μετὰ μικρολογίας, καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀξίους πολλῶν, τοῦτο εὐτελοῦς τινος καὶ οὐδαμινοῦ, οὐ μὴν τοῦ εἰς βασιλικὸν καὶ ὑψηλὸν θρόνον ἐγκαθημένου. Τὸ δὲ τοῖς ταπεινοῖς πράγμασι συναναμίγνυσθαι, καὶ τοὺς τῶν κοινῶν ἀνθρώπων πορισμοὺς ἀνελευθέρως μηχανᾶσθαι καὶ οἰκονομεῖν, ὥστε μεταφέρειν εἰς τὸ δημόσιον καὶ ὑποκλέπτειν καὶ ὑπαρπάζειν τὴν τοῦ

V. *Rex ne sit ararus.* — Insuper pecuniæ amor a dignitate regis maxime abhorret. Etenim ex hac cupiditate quatuor pessima gignuntur vitia; scilicet in dando, tenuitas et difficultas; in accipiendo, cauponium et ingluvies. Et nihil omnino vel difficulter raroque largiri, servile est : nihil enim dat servus; vel si forte dat, id plane tenue minutumque est, ac de domini patrimonio furtim detractum. Quam enim is habebit dandi copiam, cujus ipsum corpus in mancipio est? Porro autem multis dare, sed tenuiter, præsertim si multa meriti sunt, hoc vilis hominis est et contemptibilis, non ejus qui regalem sublimemque thronum insideat. Tum humilibus negotiis semet immiscere, et vulgarium hominum lucra illiberaliter sectari atque tractare, ut in fiscum transferas subtractum ereptumque subdito homini victum, hoc cauponarium est. Exigere autem tributa insolita præterque subditorum vires,

(21) Falli mihi videtur metaphrastes scribens θαυματουργοῦ pro μεγάλου, sive quia non satis intellexit vim vocabuli πολὺς, quo utitur Nicephorus; sive quia cogitavit incautus de Græco Gregorio Thaumaturgo, pro Magno Gregorio Romano. Scimus tamen Gregorium quoque Romanum prodigiis inclaruisse, et Græcos Thaumaturgi epitheton haud uni Neocesariensi tribuere.

(22) Fabulam hanc, qua Trajanus imp. dicitur precibus magni Gregorii ex inferorum pœnis liberatus, jamdiu refutarunt docti theologi, quos enumerat Carolus Sardagna, *Theolog.* tom. IV, ed. Rom. p. 253. Ea narratur in Vita magni Gregorii a Paulo diacono, qui tamen hac super re ut nemo disentiat suadet. Rursus eadem narratio occurrit in Vita pariter sancti Gregorii a Joanne diacono scripta, qui, rem intra arctiores limites cogens, Trajanum a cruciatibus quidem resolutum, sed neque ex inferorum claustris eductum, neque in regnum in paradiso repositum, ait. Veruntamen Maurini Patres in ejusdem S. Gregorii Vita copiosius doctiusque scripta, lib. III, cap. 40, fabellam hanc evidentibus argumentis explodunt, citatis præsertim Gregorii Dialogis, in quibus justa (ideoque contraria) sententia semper legitur. Adeo fallitur Græcus Nicephorus, dum erroris hujus testimonium e Gregorii nescio quo Dialogo accersit, sive revera spurius aliquis apud Græcos exstiterit, sive lapsus memoria Nicephorus est. Quod autem Paulus diaconus narrationem suam ex Anglorum sacris libris haurire se ait, recte est : nam in ejus gentis aliquot liturgiis preces quoque pro damnatorum minuenda pœna leguntur; qui error a fabula illa Trajani manavisse videtur, sicuti a spuria Damasceni quadam oratione, quæ Trajani pariter fabulam habet, migravit ejusdem rei commemoratio in Græcorum Euchologium.

(23) Matth. v, 8.

Digitized by Google

impudens atque iniqua avaritia est. Quamobrem avaritiæ morbus pessimus, qui animæ decus infringit atque obscurat, regiam dignitatem humilificat atque immihuit, totis animi viribus detestandus est. Quippe huic avaritiæ rex Perseus deditus, regnum suum ac dignitatem amisit; captusque a Romanis, vinculis onustus in triumpho ductus est; cumque sua pecunia in cæcum carcerem conjectus, vitam misere clausit: magnopere et tunc ob stultam suam avaritiam irrisus, atque ad nostram usque ætatem ludibrio habitus. At vero Alexander admirandus rex, avaritiæ victor, dum hoc vitium odio et contemptui habet, universi prope orbis brevi tempore dominium obtinuit. Is quia thesaurorum apud se locum tenere dicebat familiares suos, quos defensores in omni bello atque auxiliares circumferebat, a nemine non laudatur, multisque regibus major evasit, atque ad hunc usque diem præconiis celebratur. Eodem animi habitu Cyrus quoque fuit: qui opes universas amicis suis largiens, cunctas se possidere putabat; qui dum suos dites faceret atque exornaret, lætabatur ipse atque gestiebat. Dicente autem nescio quo, Tu vero, Cyre, ecquando tamet ornabis? Vel maxime, respondit, ornatus sum, dum vos omnes ornatos aspicio. Rursus alio rogante, Cur nam tibi opes non sumis? Atqui, inquit, sum ditissimus, quia meos omnes divitiis affluentes video. Ejusmodi cum esset Cyrus, patris nomen ob suam clementiam obtinuit, quia videlicet omnem dabat operam ut qui in ejus ditione degebant, beatissimi essent. At Cambyses, quia contrariis moribus præditus fuit, asper acerbusque dominus vocitatus est. Darius avarus, sordidus, turpisque lucri studiosus, qui acervandæ pecuniæ causa nullum lapidem non movebat, caupo dicebatur. Jam et Thebanorum dux Epaminondas hunc tantopere pecuniæ morbum oderat, ut observato aliquando milite, qui captivum suum divendebat, scutum illi eripuerit, eumdemque albo militari expunxerit, dicens: Mihi quidem scutum restitue; tu vero cauponium tuum exerceto. Cato Romanorum imperator cum cum legati Britannici amicitiæ charitatisque ineundæ causa convenissent, multamque vim auri offerrent, homines quidem hilariter benevoleque admisit, postulatamque amicitiam libenter largitus est; aurum tamen remisit, dicens: servos emi solere, amicos eligi. Adeo hic etiam pecuniæ contemptor fuit! quam ob rem late per orbem prope universum nomen ejus inclaruit. Jam quæ Cyrus et Epaminondas, hac virtute ac prudentia insignes, splendide patraverunt, alii scilicet narrent, qui historiis illorum legendis tempus contriverunt. Etenim Alexandri, Cyri atque Epaminondæ res præclare gestæ ingenti face splendidiores relucent; nemoque eas ignorat, nisi qui forte plane socors est atque omnis honestatis incuriosus. Sunt

A ὑπηκόου ζωὴν, τοῦτο καπηλικόν. Τὸ δὲ ἀπαιτεῖν τέλη παράλογα καὶ ὑπὲρ τὴν τῶν ἀρχομένων δύναμιν ἀναιδεστάτης πλεονεξίας καὶ ἀδίκιας ἐστίν. Ὅθεν τὴν τῆς φιλοχρηματίας κακίστην νόσον ἀμαυροῦσαν μὲν καὶ σκοτίζουσαν τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος, τὴν δὲ βασιλείαν ἐλαττοῦσαν καὶ ἀκρωτηριάζουσαν, δεῖ μισεῖν ἐξ ὅλης ψυχῆς· ταύτην γὰρ τὴν φιλοχρηματίαν ὁ μὲν βασιλεὺς Περσεὺς ἀγαπήσας (24), ἐξεβλήθη καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ καὶ τιμῆς· καὶ κατασχεθεὶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἦγετο δέσμιος· καὶ μετὰ τῶν χρημάτων εἰς σκοτικὸν λάκκον ἐνεβλήθη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀθλίως ἀπώλεσεν· πολλὰ διὰ τὴν ἀφροσύνην καὶ φιλοχρηματίαν καταγελασθεὶς, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος χρόνου καταγελᾶται. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ θαυμάσιος βασιλεὺς, τὴν φιλοχρηματίαν
B νικήσας, καὶ τὸ ταύτης πάθος μισήσας καὶ βδελυξάμενος, σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐν βραχεῖ χρόνῳ γέγονε βασιλεύς· θησαυροὺς γὰρ οὗτος τοὺς φίλους ἡγούμενος, οὓς συνασπιστὰς εἰς πάντα πόλεμον εἶχε καὶ βοηθοὺς, παρὰ πάντων ἐπαινεῖται, πολλῶν βασιλέων μείζων γενόμενος, καὶ μέχρι τοῦ νῦν θαυμαζόμενος. Ταύτῃς τῆς γνώμης καὶ Κῦρος ἐτύγχανε· πάντα γὰρ χρήματα τοῖς φίλοις δωρούμενος, τὰ πάντων ἔχειν ἐνόμιζε· καὶ πλουτίζων τοὺς αὐτοῦ καὶ κοσμῶν, αὐτὸς ἠγάλλετό τε καὶ ἐφαιδρύνετο. Τινὸς δὲ εἰπόντος αὐτῷ, Σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, πότε κοσμήσεις σαυτόν; Καὶ μὴν ἐξόχως, εἶπε, Κεκόσμημαι, πάντας ὑμᾶς κεκοσμημένους ὁρῶν. Ἄλλου δέ τινος ἐρωτήσαντος αὐτὸν, Διατί οὐ πλου-
C τεῖς; Καὶ μήν, εἶπε, τοῦτο μέγας πλοῦτος ἐμοὶ, ὅτι βλέπω πλουτοῦντας πάντας τοὺς ἡμετέρους. Ὁ τοιοῦτος Κῦρος πατὴρ ἐκαλεῖτο (25) διὰ τὸ συμπαθεῖν, καὶ τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἐπιμελεῖσθαι, ἵνα πάντα τὰ κάλλιστα ἔχωσιν οἱ ὑπὸ τὴν ἐκείνου ἀρχήν. Ὁ δὲ Καμβύσης διὰ τὸ τἀναντία τούτῳ ποιεῖν, χαλεπὸς καὶ πικρὸς δεσπότης ἐλέγετο. Ὁ δὲ Δαρεῖος φιλοχρήματος ὢν καὶ φειδωλὸς καὶ αἰσχροκερδὴς καὶ τρόπους ἐπινοῶν χρημάτων συναγωγῆς, κάπηλος ὠνομάζετο (26). Ἀλλὰ καὶ Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαίων στρατηγὸς οὕτως ἀπὸ ψυχῆς ἐμίσει τὴν τοιαύτην νόσον περὶ τὰ χρήματα, ὥστε ὡς εἶδέ ποτέ τινα τῶν στρατιωτῶν ἀπεμπολήσαντα ὃν εἶχεν αἰχμάλωτον, ἀφελόμενος τὴν ἀσπίδα, τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος αὐτὸν ἀπεδίωξεν, εἰπών, Ἐμοὶ
D μὲν ἀντίστρεψον τὴν ἀσπίδα· σὺ δὲ σὺν τῷ καπήλῳ εὐτρέπισον. Κάτων δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς τοὺς ἐλθόντας εἰς αὐτὸν πρέσβεις ἀπὸ Βρετανίας ἕνεκεν φιλίας καὶ ἀγάπης, καὶ πολλοὺς χρυσοῦ κομίσαντας θησαυροὺς, ἐκείνους μὲν ἡδέως καὶ μετ' εὐφροσύνης ἐδέξατο, καὶ τὴν φιλίαν ἣν ἐζήτουν ἀποδεξάμενος ἔστερξε· τὸν δὲ χρυσὸν ἀπεπέμψατο [εἰπών] ὡς οἱ δοῦλοι μὲν εἰσιν ὠνητοὶ, οἱ δὲ φίλοι αἱρετοί. Τοσοῦτον δὲ καὶ οὗτος καταφρονητὴς ἐγένετο τῶν χρημάτων· διὰ τοῦτο καὶ πανταχοῦ σχεδὸν τῆς οἰκουμένης γέγονε περιώνυμος. Ὅσα δὲ ἀμφότεροι οὗτοι οἱ στρατηγοὶ ὅ τε Κῦρος καὶ ὁ Ἐπαμινώνδας

(24) Lege Diodori ac Polybii Vaticana excerpta, p. 73, 129.

(25) Ita discrte testatur Diodorus Siculus ed. Wessel. tom. II, pag. 553. Confer Cic. *De rep.* I, 28.

(26) Ex Herodoto III, 89.

Digitized by Google

τοιοῦτοι φανέντες τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σύνεσιν κατ- A enim res ejusmodi, quarum fama nunquam conti-
ώρθωσαν μεγαλοπρεπῶς, λεγέτωσαν ἄλλοι, ὅσοι τὰς escet, quandiu Phœbi radius tellurem collustrabit. Profecto ubicunque tres hæ virtutes convenerint, temperantia, mansuetudo et liberalitas, ibi præclara facinora gloriamque exsistere necesse est. Etenim temperantia, fortitudinis magisterium est, atque exercitatio, eaque vires suppeditat ad privatos publicosque hostes vincendos. Mansuetudo ac patientia magnitudinem animi constantiamque nos docet, et universalem nobis conciliat benevolentiam atque amicitiam. Denique liberalitas et beneficentia socios nobis amicosque arctius devincit, et inimicorum fastum humilificat; propria firmat, aliena atque externa perdomat : omnium ora resolvit, linguasque ad præconium excitat. Ut verba ad compendium conferam, tribus his virtutibus ornatus homo splendidam gloriam victoriamque referet. Græcorum fabulæ narrant, Herculem aurea mala abstulisse Hesperidum Atlantis filiarum, postquam draconem multiformem centicipitemque interfecit. Videntur autem dici per allegoriam mala quidem propter victoriam, aurea vero propter gloriam. Qui tria hæc igitur vitia devicerit, voluptatem, iram, avaritiam, in quæ plerumque homines incurrunt, ibique atlantica veluti firmitate hærent; talis, inquam, victor, et perfectus vir est et admirabilis; atque adhuc juvenis digna senilibus annis facinora perpetrat : idemque pigri animi monstrum impigre perimit; pigri, inquam, animi ad rationales dignosque natura sua actus, quibus alieni a ratione naturaque motus cohibendi sunt. Nam coram forti excelsaque mentis potentia formidare solet atque torpere quidquid spurium præterque naturam est; graviusque timet, quam leone rugiente feles. Secus autem ex ignavia, incuria, somnique superflui studio, corroborantur vitia atque audaciam sumunt, moxque hominem irretitum excæcant; ceu fortissimum illum Sampsonem Dalida, postquam ei caput capillis nudaverat : denique oculis sensuque orbatus, ludibrio habetur.

ς'. Ἔστι δ' ἐνίοτε καὶ τῇ συμφορᾷ βρενθυόμενος, καὶ δόξαν τὴν αἰσχύνην ἡγούμενος. Εἰ δὲ καὶ κόλακες ἐπίτριπτοι θωπεύοντες τύχοιεν καὶ κατηχῶντες αὐτὸν καὶ σαίνοντες, ἐνασμενίζει τούτοις ἢ (4) φίλοις, μὴ ξυνορῶν τὸ διάφορον· ὅτι κόλαξ μὲν ἐκ παντὸς τρόπου τὸ ἡδὺ καρυκεύει, κἂν δηλητήριον· φίλος δὲ τὸ ἐπωφελὲς ἀγωνίζεται, κἂν πρὸς ἀνάγκην ἀνιῷ τὴν αἴσθησιν· καὶ ὁ μὲν ὅλαις ἡνίαις πρὸς μόνον φέρεται τὸ λαβεῖν· ὁ δ' ὑπὲρ τοῦ τῷ πεφιλμένῳ συνοίσοντος, καὶ αὐτὴν προΐεται τὴν ζωήν· καὶ ὅτι κόλακες μὲν χείρους κοράκων· ὁ δὲ φίλος ἄλλος αὐτός. Ἔστι μὲν οὖν τὸ ἐκλελυμένον τούτων παραίτιον τῶν δεινῶν· αὐτοῦ δὲ πολλάκις τὸ ὑπερήφανον. Διὸ καὶ τὸν Κορίνθιον Ἱππόνουν μετὰ νίκας ὅσας ἱστόρηται, τὴν τῶν ἀρχούν τῆς Ἀντείας ἐξάλυξιν, τῶν ἀδίκων ἐρώτων καὶ ἀδικωτέρων ἐπιβουλῶν, τὴν τῶν Σολύμων, τῶν Ἀμαζόνων τῆς τῶν ἀκμαιοτέρων ἐνέδρας Λυκίων καταπολέμησιν, ἐπεὶ καὶ τὸν αἰθέρα διαπτῆναι τῷ Πηγάσῳ νεανιεύσοιτο, κατενηνέχθαι κύμβαχον, καὶ πεπηρῶσθαι μὲν τὰς ὄψεις, ἁλᾶσθαι δὲ κατὰ πεδίον ἀλήϊον, μὴ τετυχηκότα τέως χειραγωγοῦ· παραπλησίως ἄρα καὶ γαῦρος καὶ ἀλαζὼν λογισμὸς, εἰ καὶ τῆς ἀντώσης ἐν ἀρχαῖς μαλθακῶς ἡδονῆς περιγένοιτο πρότερον, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὴν τὴν μεσαιτάτην ταύτης φλόγωσιν κατασβέσειε, τήν τε τοῦ θυμοῦ προτομὴν ἀνέλοι, καὶ τὸν τῆς χρηματομανίας ὀλκὸν ἀποτάμοι, σύστασιν καὶ λόχησιν ἐμπαθῆ τῷ ὑπερῆρθαι πάσης χαμαιζήλου σχέσεως τροπωσάμενος, εἰ μὴ πρὸς μόνα τὰ φαῦλα φέροι τὸ ὑπερόπτικον, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ κρείττω καὶ ὑψηλότερα, τοῦ τε συντείνειν ἑαυτὸν εἰς τὸ δέον καταπεφρονηκὼς, καὶ συμβουλίας νουνεχοῦς ἑτέρου καταμελῶν, πρὸς τὸ πρῶτον καταβάλλεται πτῶμα· καὶ τὸ διακριτικὸν ἐκτετυφλωμένος, ἔρημος πλανᾶται παντὸς ὁδηγοῦ, μηδενὸς ἐπαΐων χρησίμου· πνευμάτων δὲ καὶ κυμάτων ὄχλῳ, διακένοις ταράχοις περιβομβούμενος, ἢ τῷ τῆς ἀταξίας πελάγει καταποντοῦται, πτερορρυήσας ὥσπερ Ἴκαρος (5), τῷ πέρα τοῦ μέτρου πτερύξασθαι, καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀμαρυγμάτων κατεπαρθῆναι· τοὺς γὰρ Λυκαονίτας παρίημι, κεραυνουμένους σὺν τῷ σφῶν αὐτῶν ἀρχηγέτῃ καὶ τῆς ἀπονοίας καὶ τῆς γενέσεως· καὶ τὸν ἀπὸ βύρσης βροντῶντα Σαλμωνέα ταυτὸ πάσχοντα· καὶ τὴν καινὴν πόλιν ἐξαφανιζομένην σὺν τοῖς οἰκήτορσι· καὶ τοὺς Ἀλωάδας, καὶ τὴν ὑπ' ἀλλήλων πτῶσιν αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, πρὶν Ὄσσαν ἐπ' Ὀλυμπον θέντας, ἐπὶ δ' Ὄσσαν τὸ Πήλιον ἀναφοιτῆσαι πρὸς οὐρανόν· καὶ τὰς ἄλλας τῆς ὑπερηφανίας ὁρμὰς καὶ καταστροφάς. Πορρωτάτω τοίνυν ἐξοριστέον, ἐπεὶ καταβλητικὸν, τὸ μετέωρον φρόνημα· προσοικειωτέον δὲ τὸ μέτριον, ὅτι βεβηκὸς καὶ ὑπερείδειν εἰδός· καὶ δὴ τῇ τοῦ λόγου συναρμοστέον τιμῇ, καὶ τὴν ἀρίστην

(3) Ita cod. Fort. Ἀθάμαντος.
(4) Ita cod. pro ὡ„
(5) Cod. Ἰκάριος.

Digitized by Google

ταύτην συζυγίαν ἢ συμφυΐαν, τὴν ἀδαμαντίνην ἅρπην παραληπτέον τὴν Ἑρμαϊκήν· δι' ἧς ὁ δῖος Περσεὺς, ὁ νοερὸς ἀνὴρ καὶ κατὰ τῆς ἀλογίας πολεμικὸς, οὐ δῆτα μίαν ἐκ τῶν τριῶν, ἀλλ' ὅλας τὰς εἰρημένας τρεῖς Γοργονείους τῆς μοχθηρᾶς ὁρέξεως ἐκτετμηκὼς κεφαλὰς, πάθος ἅπαν καταγωνίσοιτο, τῷ ἐωρακέναι τὰς κορυφαίας ἐκτομὰς ἀπολιθωθὲν, καὶ ὅλως μεῖναν ἄπρακτον καὶ ἀκίνητον. Τοῦτο δὲ τὸ μετριόφρον καὶ ἄτυφον, καὶ πῦρ οἶδεν ὁ λόγος, τὸν ἐπηρμένον ὄφιν καταπιμπρῶν, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ γεγενημένην ὕδραν, τὴν πολύμορφον κακίαν, τελέως ἐξαναιροῦν, μετὰ τῆς ὀρθῆς γενόμενον κρίσεως· ἡ μὲν γὰρ ἐκτέμνει τὴν μοχθηρίαν, τὸ δὲ τὰς ἀποφύσεις οὐ συγχωρεῖ· τοῦτο καὶ λαμπρὸν ὄχημα καὶ ὄντως βασιλικόν· ὡς φλὶξ μὲν ὑπαντιάζον τοῖς ἀντιβαίνουσιν· αὐτὸν δὲ τὸν ἀναβάτην οὐκ ἀπορρίπτοῦν ὡς Φαέθοντα διὰ τὸ ἀνέδραστον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἀναφέρον πρὸς ὕψος οὐράνιον, καὶ διάδηλον ἕως αὐτῶν τῶν τῆς οἰκουμένης περάτων ἀπεργαζόμενον· πρὸς ὃν καὶ μεγαληγορία προφητικὴ διακέκραγεν, Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ· πᾶς ἄνθρωπος ἰλαρὸς εἶδε καὶ ἐσαλεύθη καὶ καταπέπληκται· βασιλεὺς γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων βασιλικῶν καλῶν μετριοφρονῶν (τί τὰ πολλὰ χρὴ λέγειν;) αὐτὸν ὑπογράφει τὸν κεκλικότα τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καταβεβηκότα μέχρι δούλου μορφῆς, τὸν βασιλέα τῆς δόξης· ᾧ τῶν αἰωνίων πυλῶν ὀρθεισῶν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς ὑπερκοσμίου μετὰ σώματος ἡ ἀνάβασις· ἀλλ' ὅ γε τὴν αὐτοῦ φέρων μόρφωσιν θεοειδέστατος βασιλεὺς, οἷς τὸ βασιλικὸν διαδείκνυται κάλλος, ἐπεντρυφᾷ· οἷς τὸ ἀλλότριον αἶσχος ἀπορραπίζεται, γέγηθεν· εὖ οἶδα τοῦτο, παρὰ τῆς ἐναργείας δεδιδαγμένος· ὅτι γὰρ κἂν ἀρετῆς καὶ ὑπὲρ τὸν ᾄδόμενον Πολυκλείτειον πέφηνεν ὡραιότατος, ἀγάλλεται δῆτα καὶ ἀμφοτέρωθεν, ἔκ τε τῆς τῶν οἰκείων προσλήψεως καὶ ἀναῤῥήσεως, ἔκ τε τῆς τῶν ἀνοικείων ἀποθέσεως καὶ φαυλίσεως· ὥσπερ γὰρ τὸ φίλτρον καὶ προσφυὲς ἐγκωμιαζόμενον γάννυσιν, οὕτω στηλιτευόμενον, τὸ ἐχθρὸν καὶ ἀξύμβατον ἐκ τῶν ἐναντίων διὰ τῶν ἐναντίων, συναγομένης μιᾶς οἰκειότητος.

ζ'. Ἀλλ' οὐδὲν τῷ σπουδαίῳ τῆς ὄντως ἡδύτητος οἰκειότερον· ἢ μᾶλλον ἐξαναιρέσεως τῆς δοκούσης ἐκ πόνων, ἐξ ἱδρώτων, ἐκ βίας πέφυκε γίνεσθαι· τοῦ καρτερεῖν συνειδέναι τὴν τῶν καρτερούντων πικρίαν ἐξαίροντος· καὶ τοῦ καθυπερτερεῖν τὴν καθυπερτεροῦσαν χαρμονὴν συνεισφέροντος· ταύτην ποτὲ καὶ καταγνώσεως λύπη προὐξένησεν ἢ τοὺς ὅρους οὐχ ὑπερβέβηκεν, οὐδὲ πρὸς κρημνὸν ἐξώκειλεν ἀπογνώσεως· ἐπεὶ καὶ τὰ καθαρτικὰ τῶν φαρμάκων πολεμίως μὲν ἔχει πρὸς τὸ σῶμα τοῦ ζώου· τὴν δέ γε μοχθηρὰν ἐπισπώμενα ὕλην, ὑγείας παραίτια γίνεται, ὅταν οὐχ ὑπερβαίνῃ τοὺς ὅρους ἡ κάθαρσις, οὐδὲ συνεκκριθείη τὸ ἀναγκαῖον εἰς σύστασιν· ἄλλοις μὲν οὖν ταυτὶ καθάρσια τυχὸν ἢ καὶ ἀντίδοτοι, τοῖς μὴ πρὸς τὸ ἔσχατον ἐληλακόσι τῆς νόσου καὶ πάνδεινον· ὥστε μηδὲ προστίεσθαι τῆς σκολιότητος ἀπορριπτουμένης, διὰ τῶν κατηγορημάτων αὐτῆς· καὶ πρὸς τὸ εὐθὲς διὰ τῶν εὐφημιῶν ἀλλοιουμένου τοῦ δεκτικοῦ· τῷ δὲ καλῷ κἀγαθῷ τὰ βέλτιστα καὶ προσαρμάτων καὶ ἡδυσμάτων, οἷς χαίρει, οἷς εὐεκτεῖ, ὧν ἄνευ καὶ τὸ εἶναι οἱ μὴ εἶναι λελόγισται· νοερὸς γὰρ ὅλος καθεστηκὼς, νοῦν τρέφειν καὶ ἥδειν ἐσπούδακε, καὶ οὕτω κέχρικε ζῆν, καὶ ὑπέρευγε ζῆν. Ὁ δὲ λόγος ἐπικοσμείτω τὸν βασιλικὸν ἀνδριάντα πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἐπικόσμησιν. Ἀριπρεπέστατος δὲ κόσμος ἀλήθεια· ταύτην περιβεβλημένος ὁ ὑψηλότατος, ἐπεὶ φῶς πᾶσιν ἐπιφανὴς καὶ περίβλεπτος· πάντας γὰρ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτόν· εἴ γε μὴ τὸν τοῦ ψεύδους ὑποδύοιτο σκότον, ἔχοι ἂν ἐπὶ τὸ περίοπτον· εἰ μὴ καθότι ζοφώσεις ὑπέρκειται τοῖς ἑτέρων ἀγασμοῖς παραθεωρούμενος, ὥσπερ καὶ μέλαν νέφος ἑτερογενοῦς τινος φαύσεως προτκεχυμένης τῷ περιέχοντι· τοιγαροῦν ἐπισειέσθω τῷ ψεύδει Τενέδιος πέλεκυς, ἵν' ἐκδειμαινόμενον ὑποστέλλοιτο, τὴν ἀναίρεσιν ὑφορώμενον· ἡ μακρὰ γραμμὴ καὶ μέλαινα ψῆφος κληρούσθων ἢ μὴν ἐκφοίτησις ἐς Κυνόσαργες, οἷον δὲ πεπαῤῥησιάσθω τὸ ἀψευδές· ἦτω δὲ περισπούδαστον, καὶ τὸ θᾶττον ἀνύττειν τὰ ἐπηγγελμένα, τοῦ ἐπαγγέλλεσθαι· τὸ μὲν γὰρ μέλλον ἐπὶ βραχὺ τὸ περιεσκεμμένον δηλοῖ· καθὼς αὖ ἐπὶ μήκιστον Πυῤῥωνείου μόριον ἐποχῆς. Εἰ δ' αὖθις ὑπέστη μὴ παραχρῆμα περαίνοιτο, πῶς οὐκ ἂν ὑπεμφήναι τὸ τῆς γνώμης τῆς μετὰ τὴν κρίσιν ἀμφιῤῥεπές; Εἰ δὲ καὶ διαπίπτοιεν εἰς τέλος, ὄντως αὐτὸ τὸ τοῦ λογισμοῦ βάθρον ὑποσεσάθρωται· τοῦτο δὲ τοῦ προκεκριμένου πάντων ὅσον ἀνάξιον· ᾧ μηδὲν κατ' ἀνάγκην τὸ παλινάγρετα λέγειν· ᾧ πολὺ τὸ κράτος τὸ ἀνεμώλια βάζειν. Πόθεν δὲ τῷ ὑπερέχοντι τὸ ἀξιόπιστον; ἢ πόθεν τὸ τῶν λόγων ἀσφαλὲς ἐκπαιδευθείη τὸ ὑπερβεβηκός; Ἐν ὑποψίᾳ πρὸς ἀλλήλους, ἄρχων τε καὶ ἀρχόμενος, ἐν συγχύσει τὸ πᾶν, κατὰ τὸ Ἐμπεδόκλειον σφαῖρον, καὶ τὴν τοῦ νείκους ἡττημένην φιλίαν, δι' ἣν ὁ πυρὸς ἐκθέμενος ἄξια τῷ πυρὶ πεφίλωτο, ἵν' ὁμοῦ γένηται χρήματα πάντα τό γε αὐτὸ διὰ τῆς ἀναλύσεως ἐν κινήσει τὸ πᾶν, κατὰ τὸν Ἡρακλείτου λόγον τὸν ἄστατον· ᾧ τὴν ἐναντίαν ὁ ἀκίνητος ἐτράπετο Ζήνων· καὶ πῶς εἰς τοῦτο κεκίνηται, πῶς δ' ἐκεῖνο, ἔστησε τὸ δόγμα, καὶ τὴν ὑπόληψιν ἐν δοκήσει τὸ πᾶν, ὡς Δημόκριτος ὁ μετὰ αὐτῶν ληρημάτων οὐκ ὤν· ἐξ ὧν κατεσκεύαζε, καὶ πάλιν νόμῳ χροιὴ, μᾶλλον δὲ γνῶσις καὶ λόγος καὶ ἄνθρωπος· ἑτέῃ δὲ κενόν· ἁρμοδιώτατον ἄρα κόσμημα τῷ κρατοῦντι τὸ ἀληθευτικόν· πρὸς δὲ καὶ τὸ τῶν αἰτήσεων εὐλόγως ἠγμένων ἀποπληρωτικόν· ὥσπερ αὖ τὸ τῶν ἄλλως ἐχουσῶν ἀποτρεπτικόν· καὶ ταῦτα τὴν ταχίστην, καὶ μετ' ἐπειγωλῆς· οὐ μὴν ἑαυτέον τοὺς προσπεφοιτηκότας χρονοτριβοῦντας πιέζεσθαι· τοῦτο γὰρ πόῤῥω κηδεμονίας βασιλικῆς.

η'. Ἰτέον τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὰ γυμνάσια τὸ στρατιωτικόν· ἀλείπτης δὲ καὶ παιδευτὴς προηγείσθω κατὰ λόγον ὁ ἡγεμών· τὸ γὰρ ἀγύμναστον ἀδαές τε καὶ ἀκαρτέρητον· μελέτῃ δὲ καὶ ἀσκήσει καὶ πρᾶξις καὶ τέχνη κρατύνεται· καὶ καλῶς εἴρηται, Φύσις ἄλλη τὸ ἔθος· ἐπείπερ οἱ μοχθεῖν εἰθισμένοι καὶ πληπαθεῖν, κἂν γεραιοὶ, τῶν ἀκμαίων τῶν εὐσθενῶν

Digitized by Google

ἀσυνήθων φερεπονώτεροι. Καὶ μαρτυροῦσιν οἱ περὶ τὰς οἰκοδομίας καὶ φυτηκομίας ἐξυπουργοῦντες, οἷς ἔργον τὸ σκάπτειν καὶ τὸ ἀχθοφορεῖν· οὕτω καὶ ἱππάζεσθαι προειθισμένος τις ἅμα δὲ καὶ ὁπλοφορεῖν, στερρῶς τε κατέχειν αἰχμὴν ἢ φάσγανον, καὶ πλήττειν καιρίως καὶ νεανικῶς καὶ βῶν ἀζαλέην ἠδ' ἐπὶ δεξιὰ νωμᾶν ἠδ' ἐπ' ἀριστερὰ προσφόρως καὶ ἀσφαλῶς, οὔποτ' ἂν ἀδόκιμος ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον ξυμβολαῖς· ἀλλὰ καὶ πολλῶν σθεναρωτέρων μετὰ τῆς ἀπειρίας ἐπικρατέστερος· τό γε μὴν τὴν μικρὰν ὑφαρπάζειν σφαῖραν διὰ τοῦ δίνου, καὶ περιάγειν καὶ μετεωρίζειν καὶ ἀπολαμβάνειν ἐν δεξιᾷ, καὶ τἆλλα τῶν ἀθυρμάτων, οὐκ οἶδ' ὁπόσον ἂν πρὸς ὁπλομαχίαν συμβάλοιντο, καὶ ἀντιπολέμησιν γενναίαν καὶ ἀνδρικήν· εἰ καὶ τηνάλλως ἐντεῦθεν αἰτιολογοίη τις τὸ ἐν πολέμοις εὐκίνητον· οὗτος δ' ἂν καὶ τὴν χυτρίδα προσλήψαιτο· καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀμφίβασιν ἢ καὶ τὸ ἀσκωλιάζειν, ὥστε κατὰ τοὺς δρόμους ἢ τὰς ἅλσεις μὴ ὀλισθαίνειν· κάνταῦθα δοίημεν, ἀλλ' ὃ προειρήκαμεν προφερέστερον, εἴ γε μετὰ τῆς εὐκινησίας καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐκπαιδεύσει μέθοδον ὁμοῦ καὶ καρτερίαν πολεμικήν. Οὐδὲ τὸ διττὼ λίθω χεροῖν ἀμφοῖν διαμερισάμενον, καὶ πρότερον ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης αὐτὼ ταλαντεύσαντα καὶ ζυγοστατήσαντα καὶ σὺν αὐτοῖν τὼ χέρε πρόσω τε καὶ ὀπίσω νωμήσαντα, καὶ τὸ λοιπὸν συγκινήσαντα καὶ περικλονήσαντα σῶμα, μετὰ τοσαύτης μελλήσεως ἅλλεσθαι καὶ ἐφάλλεσθαι, χρήσιμον ἐς πολύ· μᾶλλον μὲν οὖν τοὺς μεθ' ὅπλων δρόμους καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτῶν ἅλσεις προαιρετέον, καὶ τὴν πάλην καὶ τοὺς ἀκοντισμούς, τὸ τῶν ὅπλων ἄχθος εἰ οἷόν τε πανταχόθεν συμπεριφέροντα, τόν γε κυδιάνειραν ἀφ' ἑαυτοῦ μάχην γνωσόμενον, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Ἐκύκλωσάν ποτε Βάρβαροι Ῥωμαίους· οἱ δὲ τὸ πλαίσιον λύσαντες ἐς λόχους, περιέσχον ἐξαπιναίως τοὺς περιέχοντας· καὶ συγκλείσαντες, ἀκοντισμοῖς διεχρήσαντο· προμεμελέτητο γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸ ἀκοντίζειν καὶ τὸ μεθ' ὅπλων ἱππάζεσθαι καὶ ταχυδρομεῖν, καὶ τὸ εὐπερίστροφον, καὶ ὅπως χρὴ διαπεφευγέναι κύκλωσιν, καὶ ὅπως κυκλώσασθαι. Μελέτη δέ τοι πᾶν ἔργον ὀφέλει καὶ βελτιοῖ· διὸ τῶν ἀναγκαιοτάτων προγεγυμνάσθαι πᾶσι τοῖς κατὰ πόλεμον, καὶ μὴ συνάγειν ἐπ' αὐτὸ τάξιν ὀρεϊκὴν καὶ προπαίδευσιν· ἀλλ' ὥσπερ κεφαλισμούς τινας τὰς πρασκήσεις ἀρίστως προεκδιδάσκεσθαι πρὸς εὐχρηστέραν τῶν μειζόνων κατόρθωσιν.

Θ'. Εἰ δὲ καὶ τῆς κατὰ θάλατταν ἐμπειρίας τετυχηκέναι καιρὸς, μηδὲ ταύτην παραιτητέον· κάρτα γὰρ εὔχρηστος πρὸς τὸ ναυμαχεῖν ὡς ἐπὶ πέτρας τῆς νεὼς ἱστᾶσα τὸν ὁπλίτην ἀκράδαντον, οἷον ἕτερον Εὔφημον, πάσχοντα μηδὲν ἐκ τῶν κλυδασμῶν ἀηδές· ὅμως τοί γε μὴ πεπειραμένος, κἂν ἄλλως ἀκαταγώνιστος μαχητὴς, ἐκ πρώτης ἡττημένος εὑρίσκεται προσβολῆς· οὐ γὰρ οἷός τέ ἐστι τοῖς ἐναλίοις ἀντιμάχοις ἀντικαθίστασθαι, τῆς τριήρους σαλευομένης, ναυτιῶν, σκοτοδινῶν, τὰς βάσεις περιτρεπόμενον· ἐξείρω τῶν Ἀθηναίων τοὺς πάλαι λόγων καὶ νόμων μελέτῃ πεζομαχίας τε καὶ ναυμαχίας τὸν βίον διηρηκότας· ἐξ ὧν διάνοιαν ἐσύνετισαν, γλῶσσαν ἐπαίδευσαν, εὐνομίαν ἐξήσκησαν, ἐλευθερίαν ἐφύλαξαν, νίκαις πυκναῖς ἐλαμπρύνθησαν, ἀριστείαις πολλαῖς ἐκλεΐσθησαν· Δαρεῖον μὲν πρότερον τὸν Ὑστάσπου υἱέα καὶ Ξέρξου γενέτην κατῆσχυναν ὁπότε κατ' αὐτῶν ἐπεπόμφει Δάτιν καὶ Ἀρταφέρνην, μυριάδας τριάκοντα στρατοῦ Περσικοῦ τροπωσάμενοι περὶ Μαραθῶνα, χιλιόσιν ἐννέα καὶ Πλαταιεῦσι χίλιοις, Μιλτιάδου μὲν καὶ Στησίλεω στρατηγούντων, καὶ Καλλιμάχου δὲ καὶ Κυναιγείρου πολεμαρχούντων· ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἄλλης συμμαχούσης Ἑλλάδος, τὸν Ξέρξην κατηγωνίσαντο· καὶ ὁ πρὶν ἅμετρα κομπάζων, καὶ στοιχεῖα μετακινῶν, ἤπειρον θαλαττῶν καὶ θάλατταν ἠπείρων, καὶ μὴ πειθομένην μαστίζων τε καὶ δεσμῶν, τῆς ἐκπληξίας! καὶ τειχέων περιοχῇ τὸν στρατὸν ὡς μεδίμνῳ μετρῶν διὰ τὸ δυσάριθμον, καὶ ποταμοὺς ἀποξηραίνων ἐν τῷ τοὺς ἵππους αὐτοῦ διερχομένου κύψαντας ὕδωρ πιεῖν, ὡς ἐν Φρυγίᾳ τὸν Σκάμανδρον, ἐν Θετταλίᾳ τὸν Πηνειὸν, ἐν Ἀττικῇ τὸν Ἴλισσὸν, κἀκ τῆς τῶν βελῶν ἐπαφέσεως ἀποκρύπτων τὸν ἥλιον, μόλις ἐκ Στρυμόνος ἐν νηῒ μιᾷ διεσώζετο. τὰς τῶν Ἀθηναίων χεῖρας ἀγωνίᾳ μεγάλῃ καὶ πολλῷ καμάτῳ διεκφυγών· ἐν θαλάσσῃ τὸ πρῶτον περὶ Ἀττικῶν πλοίων ὁμοῦ καὶ συμμαχικῶν (6), ἑπτὰ δὲ πρὸς διακοσίοις καὶ δισχιλίοις τῶν Περσικῶν· ἔπειτα κατὰ τὴν ἤπειρον τέλεον ἡττηθείς, καὶ τὰς πεντακοσίας τοῦ μαχίμου καὶ ἀπομάχου λαοῦ μυριοστύας ἀποβαλὼν, τῶν μὲν πολέμῳ διαφθαρέντων, τῶν δὲ λιμῷ καὶ κρύει κατὰ τὴν φυγήν· οὐκ οἶδα τίνων τὴν Περσίδα ἠωρακότων· τοιαῦτα ποιεῖν οἶδε προμελέτησις καὶ προεθισμὸς ἔργων ἀρεϊκῶν, τοῦ λόγου συνεργοῦντος καὶ συνιστῶντος τὰ τρόπαια.

ι'. Τὸ πάντων μέγιστον ἐν ταῖς πράξεσι καὶ ἀνυσιμώτατον μὴ τούτων αὐτῶν ἐν τῷ παρασκευάζεσθαι κατατρίβειν τὸν καιρὸν καὶ ἀναισιμοῦν· μηδ' ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασι μελλονικίᾳ, ἢ καὶ σχολαιότερον βαίνειν πρὸς τὸ καλοῦν, ἢ καὶ Χαρινάδου νωθέστερον· ἀλλὰ προητοιμάσθαι μὲν εἰς ἅπαν μὴ προσδοκώμενον, πάντων φυλακτηρίων, πάντων ἀμυντηρίων προηυτρεπισμένων, εἰρήνης οὔσης, εἰρήνης ἐλπιζομένης· ἐπὰν δέ τι φανείη τῶν δεόντων, ἢ πρὸς ἑαυτῶν λυσιτέλειαν ἢ πρὸς ἐναντίων ἐπήρειαν, αἴφνης καὶ ἀνυπόπτως ἐπιέναι χρεὼν ὅσον τὸ τῆς ἰσχύος· ὀξὺς γὰρ ὁ χρόνος καὶ οὐκ ἂν οὐδενὶ καταληφθείη παραδραμών, οὐδ' εἰ Ζῆτις καὶ Κάλαϊς ἐπετρεχέτην τῷ υἱῷ Βορέου τω πτερωτώ· Λύσιππος ὅθεν ὁ Σικυώνιος ὅ τι ποτέ ἐστιν ὁ χρόνος καλῶς συμβολογραφῶν, κωφὸν αὐτὸν ἠγλαμάτωσεν, ὀπισθοφάλακρον πτερόποδά τε, κἀπὶ σφαίρας βεβηκότα, μάχαιράν τινι πρὸς τὸ κατόπιν ὀρέγοντα· δηλῶν ἐντεῦθεν ὡς οὐκ ἂν ἐπιστραφείη καλούμενος, διότι κεκώφευκεν· οὔτε τις αὐτὸν ἐκ τῶν ὀπίσω παρακατάσχοι δεδραγμένος τῆς κόμης· τὸ γὰρ ὀπισθόκρανον κατεψίλωτο· πῶς δὲ καὶ ὅλως παραδραμόντα

(6) Numerum navium Græcarum habes in metaphrasi.

Digitized by Google

τις καταλήψαιτο, τὸν ὀξυκινησίαν τοσαύτην φέροντα κἀκ τῶν ποδῶν κἀκ τῆς βάσεως; ῥομφαίαν σπάσαιτο λύπης, ὥστε θυμὸν ἀμύσσειν ὁ τῆς ζημίας αἰσθόμενος. Ἀννίβας Ἀφρικῆς καὶ Σικελικῆς στρατιᾶς ἀρχηγὸς, ἐπειδὴ Ῥωμαῖοι κατὰ Σικελῶν ἐξορμήσειαν, προφθάνει τὴν ἔφοδον, καὶ τὰς τῶν Ἀλπίων ὀρέων διακαθάρας ἀβάτους, δι' αὐτῶν πρὸς Ἰταλίαν χωρεῖ, καὶ διαφόρως Ῥωμαίοις ἀντιταξάμενος, διαφόρως αὐτοὺς ἐκνικᾷ· τέλος ὅσον οἷόν τε πλῆθος ἠθροικόσι καὶ παρεμβεβληκόσι κατὰ Καλαυρίαν ἐπεισρυεὶς, ἄπιστον ἐπάγει τὸν ὄλεθρον· λέγεται γὰρ τοὺς τῶν ἀνῃρημένων δακτυλίους μεδίμνοις ἐκμετρῆσθαι, τάς τε Ῥωμαίας ἐκ λειπανδρίας Βαρβάροις συνῳκηκέναι καὶ ἀνδραπόδοις. Ἀλλ' ὁ τοσοῦτος νικητὴς ἐπάρσει καὶ τρυφῇ καταχαυνωθεὶς, καὶ τοῦ τέλους ἐπιθεῖναι τῇ πράξει καὶ παραλήψεσθαι τὴν Ῥώμην καὶ κατασκάψαι τὴν ἄνεσιν ἀνθελόμενος, ὕστερον ὑπὸ Σκηπίωνος στρατηγοῦ Ῥωμαίων κατεδιώκετο· καὶ φυγὰς τὴν Βιθυνίαν κατειληφὼς, δηλητηρίῳ τὸν βίον μετήλλαττεν· ἄλλοι τε ἄλλως τοῦ καιροῦ καταμελήσαντες, ἐδυσφόρησαν. Σπευστέον οὖν τὸν εὔθετον ἁρπάζειν ἀπηνηκότα καιρὸν, καὶ μὴ προΐέναι παραχωρεῖν, τῷ τηνικαῦτα ζητεῖν συντείνοντα καὶ οἰκονομεῖν ἢ τῷ νωθρεύεσθαί τε καὶ ἀναβάλλεσθαι, καὶ τύχην ἀναμένειν αὐτουργὸν τῶν ἀποτελεσμάτων, ἀλλ' οὐκ ἐπιστήμην κατορθωτικὴν τῶν χρησίμων προβάλλεσθαι· καὶ κυβερνήτης γὰρ ἄριστος ἐκεῖνός ἐστιν, ὃς οὐ κακῶς τὸν διαπλοῖσμὸν παραπόλλυσιν εὐκαιρον· ὥπερ εὖ ἔχει τὰ πηδάλια, τὰ ἱστία, τὰ πρότονα, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς καταρτισμὸν τῆς νεὼς, γαλήνης οὔσης, αἰθρίας οὔσης· ἥ τε νῆψις ἔμμονος, καὶ τὸ ἐμμέριμνον ἄπαυστον· ὅπως ἂν εἰ προκύψειε καταιγὶς, εἰ κλύδων ἐγείροιτο, παραυτόθεν ἀντικατασταίη καὶ περιγένοιτο, καὶ πρὸς ἀγαθοὺς ἀγάγοι λιμένας τὴν ναῦν· ὅ γε μὴν τῶν τῆς νεὼς ἐπιτηδείων καταμελῶν, ἢ τὸν τῆς εὐπλοίας καιρὸν εἰκῇ προτέμενος, καὶ ὅλως ἐκ ῥᾳστώνης ὑποσκάζων πρὸς τὸ ἔργον καὶ δυσκινητῶν, καταποντιστὴς μᾶλλον ἢ κυβερνήτης ἐστί· καὶ εἰ διασωθείη τοῦ πελάγους καὶ κρείττων ὀφθείη τῶν κυμάτων ἡ ναῦς, τοῦθ' ὡς ἔτυχε· καὶ τούτου δὲ τὸ εὖ ἡ τοῦ ναυαρχοῦντος εἰκαιοτροπία πρὸς τοὐναντίον μετεσκεύασεν. Οὐ χρὴ τοίνυν οὐδὲ τὸν ἀρχηγὸν ἀπαρασκεύως ἔχειν ἢ νωχελῶς, ἀλλὰ κατηρτισμένον ἐν τοῖς ἔργοις ἅπασι τῆς ἀρχῆς, ὠκὺν εἶναι, πτηνὸν εἶναι, φθάνειν ἀερίως εἴς τε τὴν τῶν προσόντων ὑπερμάχησιν καὶ συντήρησιν, εἴς τε τὴν τῶν μὴ προσόντων θήραν καὶ πρόσληψιν, καὶ μὴ τοῖς τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἀμεθόδοις ἐοικέναι, καὶ φρενολήπτοις· ὧν οἱ δεύτεροι κατ' αὐτὴν τὴν τῆς ἀνάγκης ἀκμὴν τὰ φάρμακα πορίζεσθαι βούλονται· καὶ μὴ εὑρίσκοντες ἴσως, ὑφαίνουσι λήρους μακρούς, Εἴπερ ἦν ἡμῖν τοῖς τὸ ἀλεξιτήριον, λέγοντες, ἦν ἂν ἡμῖν κάρτιστα πρὸς τὴν νοῦσον ἀνταγωνίσασθαι· τὸ μὲν γὰρ δυνάμεως τοίας τετύχηκεν, ἡ δὲ τοίας δυσκρασίας ἐξέθορεν· οἱ λοιποὶ τῇ φύσει τὸ πᾶν ἐπιῤῥίπτοῦσι, ἐτώσιον ἄχθος ἐπιπεφορτισμένοι τοῖς κάμνουσιν· εἰ καί τις αἰτιῷτο τῆς ἀπραξίας, φύσεως εἶναί φασιν ὑπουργοὶ, τῶν οἰκείων ἐξελόντες βίβλων τὸ λοιπὸν τῆς ὑπογραφῆς· ἐῶ γὰρ εἰπεῖν ὡς τῇ φύσει πολλάκις καὶ ἀντιπράττουσιν, ἀκέστορες μὲν οὐδαμῶς, ἀναιρέται δὲ μᾶλλον εὑρισκόμενοι καὶ βροτολοιγοί· τοὺς δ' ἐπιστήμονας ἐκμιμεῖσθαι καὶ νουνεχεῖς, ὅτι λυσιτελές τε καὶ τίμιον· οἱ τὸν καιρὸν εἰδότες ὀξὺν μετὰ πάσης ἵστανται τῆς ἑτοιμασίας ἐπὶ τῆς ἀφετηρίας αὐτῆς· ὡς ἐν ἀκαρεῖ τὸ παρὸν ἀγαθὸν διασώσειαν, ἀνακαλέσοιντό τε τὸ μὴ παρόν· οὐ τὸ εὔκαιρον παραπέμποντες, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐργάζοντες παρακαλούμενοι, μᾶλλον δ' ἕλκοντες· εἶτ' ἐφεστηκότι πρὸς ἐργασίαν βελτίῳ χρώμενοι· πάμπαν ἀμελήτι, μεθ' ὅσης ἠπειγμένης ὁρμῆς εἶεν.

ΙΑ'. Δικασπόλους δὲ καὶ ἀγορανόμους δήμοις ἐγκαταστατέον καὶ πόλεσιν οὐχ ἡπάτων ἀνδρομέων ἐμφορουμένους ὡς τῶν Προμηθέως λέγουσιν ἐν τῷ Σκυθικῷ Καυκάσῳ τὸν ἀετὸν, κεκλοφότος τὸ πῦρ· ἀλλὰ τὴν ἀλόγιστον ἐπιθυμίαν ἐκκόπτοντας, πλεονεξίαν ἐξαίροντας, δικαιοσύνην εἰσφέροντας, εὐταξίαν παιδεύοντας, πᾶσαν ἄτοπον πρᾶξιν κολάζοντας, πρὸς τὸ ἔννομον ἀποσκοποῦντας καὶ διορθωτικὸν, οὐ πρὸς χρημάτων παράνομον ἀθροισμὸν καὶ ληστείαν τοῦ πολιτεύματος· ἄνδρας συνέσει τῶν πολλῶν ὑπερφέροντας· οὐ κατὰ Κόροιβον ὄντας καὶ Μαργίτην, καὶ Μελιτίδην· ὧν ὁ μὲν τοὺς ῥηγμῖνας περινοστῶν, ἠρίθμει τὰ κύματα, καὶ μέχρι τριῶν προβαίνων, ὑπενόστει, προΐέναι περαιτέρω μὴ ἐγνωκώς· ὁ δ' ἐκμαθεῖν ἀνηρώτα τίς ἐξ ἀμφοῖν τοῖν γονέοιν ἐγκυμονήσας αὐτὸν ἀπέτεκεν· ὁ δ' ὕστατος, οὐ παρθενίαν τιμῶν, οὐχ ἁγνεύειν προῃρημένος, τῇ γαμετῇ συνελθεῖν οὐκ ἐπείθετο, δεδιέναι λέγων μὴ πρὸς τῆς γεινομένης αὐτὴν ἐγκληθεὶς ὀφέξει δίκας τῆς συνελεύσεως· οὔτε μὴν ἐκ διαμέτρου Κάκκους, Αὐτολύκους, Εὐρυβάτους, ἐκ τῶν ὀπίσω ποιουμένους ἐν ταῖς σφῶν αὐτῶν καταδύσεις τὴν τῶν κλωπευομένων ζώων ὑπείσδυσιν, ὥστε δοκεῖν ἐξιέναι μᾶλλον τὰ εἰσαγόμενα· μεταχρωννύντας τε καὶ μεταμείβοντας, καὶ ποικίλως παρακρουομένους τοὺς ἔχοντας· ἀναῤῥιχωμένους τε καὶ κρημνοβατοῦντας ἐπ' ὄψεσι τῶν τηρούντων, καὶ δίκην ἀέλλης ἐκδραπετεύοντας, διαλανθάνοντας. ἀφαντουμένους, πολυειδῶς αὖ ἐξαλλαττομένους· ὡς Νηρεύς τις ἢ Περικλύμενος ἢ Πρωτεὺς ὁ Αἰγύπτιος σοφιστὴς· οὗ καὶ τὴν πρὸς Αἴγυπτον ἐκ Παλλήνης τῆς Θρᾳκικῆς παλιννόστησιν, ἐν χάσμασι καὶ μυχοῖς ὑποποντίοις παραδοξοποιοῦσιν, ὡς ἀδιάγνωστον· ἀλλὰ τὸ εὔηθες ἐκκεκλικότας καὶ πονηρὸν ἐν ταυτῷ, φρονήσει κεκοσμῆσθαι δίκαιον τοὺς τῶν ἄλλων ἐπισκηπτῆρας· οὕτω γὰρ τῶν τῆς ἀφροσύνης ἔργων ἐλαυνομένων, εὐκοσμία τῷ πλήθει προσείη, καὶ δόξα μεγίστη τῷ τοιούτου λαοῦ βασιλεύοντι· τοιούτους εἶναι προσήκει τοὺς διαιτητὰς καὶ τοὺς ἐφόρους, οἷος ὁ Ἄραψ Γουνεὺς, Κέφαλος ὁ ἐξ Ἰταλῶν εἰς Ἀθήνας πολιτογραφηθεὶς, Ἀριστείδης, καὶ Ἀριστοφῶν, Ἀθηναίων ἰθαγενεῖς· Γουνεὺς μὲν γὰρ ἐννομώτατος ὢν δικαστὴς καὶ πλεονεξίαν πᾶσαν ἀποστυγῶν, καὶ τοὺς ἁρπακτῆρας αἰσχύνων τιμωρούμενος, ἐπειδὴ ποτε Βαβυλώνιοι καὶ Φοίνικες στασιάσειαν, ἦκε πρὸς αὐτοὺς ἐγκέλευστος ὑπὸ Σεμιράμιδος· ὁ δὲ λύει τὴν στάσιν ὀφθεὶς, καὶ ἀποκαταλλάττει τὰ

Digitized by Google

γένη, τῷ τρόπῳ καταιδέσας τοὺς στασιάζοντας. Ἀριστείδης δὲ κατακρινόμενος ἐξοστρακισμὸν, καὶ πυνθανόμενος τί ἂν λυποίη, Δίκαιος εἶ πολλοῦ καὶ τοῖς πλείοσι δύσχρηστος, ἤκουεν· οὕτω ἐν Ῥώμῃ Μάρκιος στρατηγὸς, ὃν διὰ δικαιοσύνην, τῆς πατρίδος ἐξελαυνόμενον ἐπένθει μὲν ἡ πόλις, αὐτὸς δ' ἦν ἀλυπὴς, καὶ τῆς οἰκείας στερρότητος οὐδέ τι παρέκλινεν· Κέφαλος μικροῦ δεῖν διαμεμενήκει πάμπαν ἀνέγκλητος, εἰ μὴ ψηφίσματος ἀπροβουλεύτου συκοφαντία παρεισδεδύκει, μηδὲν ἔχοντος ἐπιμέμψασθαι τῷ ἀνδρὶ μηδενός· Ἀριστοφῶν δὲ τοὐναντίον διὰ βίου κατηγορούμενος· τὸ γὰρ αὐτοῦ μισοπόνηρον τοὺς ἀντιπολιτευομένους νύττον οὐκ ἀπημβλύνετο· πλὴν ἀλλὰ τὴν νικῶσαν ἀπενηνεγμένος ἐξῆει δικαστηρίου παντός. Εἰ δὲ δυσχερὲς τοιούτους ἄνδρας εὑρίσκεσθαι νῦν, ἀλλ' ὅτι περιφρονοῦνται, πονηροὶ δ' ἐπιδιδόασι προκρινόμενοι· πᾶν γὰρ τὸ ζητούμενον καὶ τιμώμενον αὔξει καὶ παῤῥησιάζεται· τὸ δ' ἀμελούμενον φθινύθει καὶ ἀποκρύπτεται· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν ὁ πολὺς λόγος ἀπέσβη παρ' ἡμῖν, καὶ ἡ κοσμιότης διέφθορε τῶν ἠθῶν, ἢ πάντως ἐκ τῆς αὐτῶν ἀποπομπῆς, ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιλογῆς, ἔν τε τοῖς πολιτικοῖς ἔν τε τοῖς πνευματικοῖς ἀξιώμασι; καὶ οὐκ ἔγνωσται πόσον εἰς εὐδοξίαν ἢ ἀδοξίαν συμβάλλεται τὸ στρατηγοὺς καὶ πραίτωρας καὶ ἱεράρχας καὶ πολιτάρχας, τοίους ἢ τοίους ἐξάδεσθαι προσόντας τῇ πρώτῃ ἀρχῇ· καὶ πόσον εἰς αὐτὴν ἐντεῦθεν διαβιβάζεται μὴ μόνον εἰς τὴν πληθὺν τὸ συνοῖσον ἢ τὸ λυμαντικόν· ὅθεν γὰρ ἀπῴχετο λόγος, ἐκεῖ καὶ φήμη καὶ δρᾶσις τῆς ἀλογίας; ἐνέσκηψεν· ὅθεν ἀρετὴ ἀπελήλαται, τὸ τῆς κακίας ἔργον διάγδουπον ἐπεισπέπαικε· τί οὖν μέγιστον καὶ ἥδιστον ἐκφανεῖ τὴν προὔχοντα; Τὸ λογιότητα καὶ ἦθους σεμνότητα κεκτημένον ἅμα καὶ περὶ πολλοῦ τιθέμενον ἐξακούεσθαι, ἢ τοὔμπαλιν ἀμουσίαν καὶ ἀβελτηρίαν εἰσοικιζόμενον καὶ τιμῶντα διαφημίζεσθαι· τὸ γὰρ τῶν πεπαιδευμένων ὑπερορᾷν καὶ τοὺς ἀποφωλίους προσίεσθαι καὶ ἀνυψοῦν τί ἄλλο ἐστὶν ἢ κακίαν ἐξαίρειν καὶ ἀρετὴν ἀποτρέπεσθαι; θαυμάζειν ἀλογίαν, καὶ λόγον ἀποδιοπομπεῖν; Τὸ δ' οὕτω κρίνον ὁμολογουμένως μετὰ τοῦ πλήθους καὶ τῆς συστοιχίας αὐτοῦ· διὰ ταῦτα περιόπτους τιθέναι τοὺς ἐσθλοὺς ἄνδρας ἀναγκαιότατον· ἵν' ὁ τοῦτο δρῶν αἱροῖ μὲν ζῆλον ἔργων σπουδαίων πολλοῖς, αἱροῖ δὲ κῦδος ἄσπετον ἑαυτῷ.

ιβ'. Κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἀτενίζειν ἀεὶ πρὸς τὸν Κύριον, καὶ τρέχειν μὲν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ φυλάσσειν καθ' ὅλην ἀνθρωπίνην ἰσχύν· ἀμελεῖν ὅλως γὰρ, εὖ ἴσθι, . . . . . .

Digitized by Google

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

## ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗΣ ΕΠΙΤΟΜΗΣ

### ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

—

# ΕΠΙΤΟΜΗ ΛΟΓΙΚΗΣ.

—

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

## EPITOMES ISAGOGICÆ

### LIBER PRIMUS.

—

# EPITOME LOGICA.

—

## JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

*Textui Græco, anno* 1605 *Augustæ Vindelicorum edito, præmissa.*

Nobilissimo et amplissimo viro, pietate, prudentia et doctrina spectatissimo, D. WOLFGANGO Duo in Hammel et Ainhofeu, reipublic. Augustanæ patritio et senatori, ac ecclesiæ ibidem evangelicæ curatori, novique collegii administratori, Domino suo plurimum honorando, gratiam a Deo.

Omnibus hominibus sana mente præditis, nobilissime et amplissime vir, domine plurimum honorande, in primo ortu insitum est a conditore Deo optimo maximo ut non tantum voces simplices pro rerum significatarum natura a se invicem discernere, definiendo declarare, dividendo explicare; sed etiam inter se conjungere affirmando et a se invicem disjungere negando; tum ab una enuntiatione ad aliam ratiocinando progredi, et ultro citroque veluti discurrere, syllogismos et alias argumentationum formas conficere ac denique has ad totius alicujus systematis sive corporis constructionem certa quadam methodo disponere et coagmentare possint. Quæ naturalis est logica omnibus hominibus cum rationis beneficio communis; qua etiam a se invicem tantum differunt, quantum mentis acumine, perspicientia et sagacitate alii aliis antecellunt. Verum enimvero cum lapsu protoplastorum illa mentis concreata acrimonia et perspicacitas, celeritas et dexteritas non tantum in rebus spiritualibus quoad verum et salutarem Dei et mysteriorum ipsius cognitionem prorsus sit amissa, sed etiam in naturalibus et civilibus multum labefactata, ut jam homines partim apprehendendo, definiendo et dividendo simplicia, partim conjungendo et disjungendo eadem, partim ratiocinando et discurrendo, partim connectendo et disponendo sæpe et multis modis aberrent: hinc adeo quidam aliis ingeniosiores et perspicaciores longo usu et observatione cum propria tum aliorum certas quasdam simplicium vocum classes et earumdem logicas distinctiones (quas prædicamenta et prædicabilia vocant) definitionum, divisionum, propositionum et prædicationum, tum syllogismorum ac aliarum argumentationum adhæc locorum omnis generis et denique methodo-

Digitized by Google

rum genera, formas, differentias exceptarunt, certisque legibus astrinxerunt. Et hæc artificialis logica dicitur, quod certis quibusdam præceptis ad unum finem humano generi utilem spectantibus in formam artis redacta sit. Quanquam autem aliqui etiam sine hac arte logica eruditi et in sua facultate præstantes viri reperiantur : illi tamen quidquid habent doctrinæ, singularis ingenii beneficio consecuti sunt : quale cum omnibus haud contigerit, cæteris hæc ars logica discenda et exercenda, ac ita natura adjuvanda est. Cum imprimis illi qui res sine logica sciunt, ut plurimum de illis duntaxat confuse quod ita sint, non etiam distincte cur ita sint cognitum habeant ; et proinde in sua qualicunque scientia sæpenumero inconstantes sint, et facili labore ad alias opiniones adduci queant. Quin et hoc ipsum scilicet, quod sciant aliquid, scire non possunt sine logica, qua sola per reflexionem quamdam mentis ad normas logicas vere aliquid nos scire scimus. Sicut enim artis nauticæ imperiti, etsi interdum recte navigent, hoc ipsum tamen ignorant, quia tabulam uti normam non respiciunt : eodem modo imperiti logicæ artis, tametsi sciant aliquid, hoc ipsum tamen se scire sæpe non sciunt ; propterea quod scientiam suam arte logica explorare non possunt.

Quæ cum ita se habeant, et hæc artificialis logica pro singulari Dei beneficio agnoscenda, et proinde non contemnenda aut intermittenda, sed magni facienda et in scholis discenda est ; ab illo imprimis qui eam optime tradidit. Qui quidem est, communi etiam omnium gentium consensu, miraculum illud naturæ, Aristoteles : qui etiam primus omnium philosophorum artem hanc perfectissime invenit, conscripsit, docuit. Cum enim, ut ipse inquit philosophus, aliæ artes antiquitus inventæ primum, et deinde temporum decursu paulatim auctæ et perfectæ fuerint ; aliæ vero nuper inventæ nec adhuc auctæ adeo atque perfectæ sint, sed absolvendæ restent : ars logica nec a veteribus philosophis olim, nec nuper ab iis qui circa Aristotelis ætatem vixerunt, inventa, nedum perfecta et absoluta fuit. Quanquam enim negari non potest, quin Pythagoras, Zeno Eleates, Socrates et Plato, logica quædam tradiderint ; ut imprimis Socrates ab artificio definitionis et inductionis invento commendatur ; nullus tamen eorum totam artem logicam certis canonibus complexus est. Sicut autem qui ad domum aliquam exstruendam ligna aliquot, aut lapides, aut cæmenta conferunt, non propterea domum construere, multo minus totam absolvisse dicendi sunt, sic nec illi, etsi utilia quædam præcepta logica hinc inde inculcarunt, artem logicam conscripsisse et perfecisse putandi sunt. Sed et ipse Philosophus allegato loco fatetur jam ante sua tempora exstitisse, qui orationes ad interrogandum aptas tradiderunt ediscendas ; eos nimirum qui ex litigiosis disputationibus quæstum fecerunt : verum etiam simul affirmat, institutionem earum Gorgiæ similem fuisse, ut qui interrogationes de iis rebus quæ sæpe in disputationem veniunt proponendo, non ipsam artem, sed tantum ea quæ ab arte proficiscuntur tradiderint ; perinde ac si quis omnis generis calceamentorum copiam suppeditaret, sed rationem conficiendorum non doceret ; qui prodesset quidem, sed tamen artem sutoriam docuisse dici non posset. Aristoteles igitur artis logicæ primus inter philosophos inventor, excultor et magister jure optimo agnoscitur et prædicatur. Etsi autem Diogenes Laertius plures ab ipso libros logicos confectos et editos commemorat quam hodie in ipsius Logica sive Organo reperimus, hi tamen ipsi, qui divino beneficio hactenus conservati sunt, totius artis logicæ maximam partem saluberrimis præceptis comprehensam optimoque ordine digestam continent. Quod vero a quibusdam in hisce Aristotelis reliquis libris logicis uberior hypotheticorum syllogismorum et aliarum compositarum argumentationum, divisionis item ac denique methodorum doctrina desideratur, defectus ille ex aliis in hoc genere præstantibus logicis, qui inventis Aristotelicis facile aliquid amplius addere potuerunt, compensari potest. Quapropter omni laude dignissimi sunt interpretes Arabes, Græci, Latini, qui cum alia Aristotelis scripta, tum etiam logica, partim paraphrasi, partim exegesi et fusiore commentario omnibus temporibus explicare conati sunt. Sed non minus etiam suam laudem merentur, qui ex logicis Aristotelis libris in gratiam discentium epitomas et synopses extraxerunt, easque vel continuo orationis genere vel dialogistico vel etiam quæstionum et responsionum forma adornarunt. Quarum quidem aliis sæculis major, aliis minor ; sed patrum et avorum proxime præterito maxima fuit et etiam nunc est copia ; de quibus aliorum esto judicium. Et certo non ita mihi difficile fuisset, vel ex Organo Aristotelis vel liberiorem methodum sequenti non ex eo tantum, sed etiam ex interpretibus et aliis auctoribus logicis talem aliquam synopsim colligere. Sed cum in tanta librorum ejuscemodi recentiorum copia supervacaneam quodammodo meam operam futuram existimassem ; et vero manuscriptorum quorumdam librorum veterum typis nunquam excusorum occasionem in instructissima reipublicæ nostræ bibliotheca mihi oblatam viderem : huc animum potius applicui ut ex ea tales aliquot cum antiquitatis et doctrinæ causa gratiores, tum juventuti scholasticæ mihi commissæ convenientiores et utiliores eruerem et proferrem, in Latinam linguam converterem et commentariis in tironum usum declararem. Qualis etiam est hæc Nicephori Blemmidæ Epitome logica, quam ex quatuor manuscriptis codicibus bibliothecæ nostræ publicæ inter se collatis optima fide descripsi, Latinam feci, et scholiis cum analyticis tum exegeticis privatim declaravi, et jam etiam ad communem omnium qui uti volunt et possunt utilitatem Græce primus edo. Quæ sane tribus præcipue de causis debet omnibus antiquioris et solidioris et sincerioris philosophiæ studiosis esse commendatissima. Primum enim non tantum communem logicæ partem universam, quæ est de prædicabilibus, prædicamentis,

Digitized by Google

propositionibus, syllogismis; sed etiam doctrinam definitionis et divisionis, itemque de sophisticis elenchis (ut taceam doctissima prolegomena) ex sententia Aristotelis perspicere et methodice genere orationis optimo explicat, omnesque passim divisiones propositas synopticis tabulis uno quasi intuitu conspiciendas exhibet. Deinde vero etiam imperatori, ut diserte in proœmio dicitur et pagina etiam 182 indicatur, nimirum ut ex historiis non dubie colligitur, Joanni Ducæ, Græcorum Nicæno (Orientis enim imperium tum divisum fuerat) imperatori et quidem ipsius jussu ante annos 370 circiter logica epitome confecta fuit. Quod enim aliqui auctorem hujus epitomes Michaeli Psello coætaneum faciunt, quem anno Christi 1057 floruisse constat, quomodo ipsa epitome logica ab annis 550 scripta fuisset, cum historiis ego conciliare non possum, quæ auctorem ipsius in tempore Joannis Ducæ collocant, qui circa annum Christi 1230 rerum Græcarum potitus est. Ac denique auctorem habet Epitome hæc logica Nicephorum Blemmidem, virum et doctissimum et religiosissimum, cujus apud historicos sui temporis honestissima passim fit mentio. Hic enim cum sub Joanne Duca de consensu Græcæ et Latinæ Ecclesiæ ageretur, multa e sacris litteris testimonia collegit, quæ Latinorum dogma confirmarunt. Hic Germano patriarcha exstincto Nicææ, quo post captam Constantinopolim a Latinis sedes illa aliquandiu translata fuit, propter singularem doctrinam et pietatem successor denominatus est; quanquam vitæ quietioris amore munus oblatum recusavit. Hic Marcesinam pellicem, cujus consuetudine imperator Ducas usus est, posthabita uxore Alemanna, Manfredi Siciliæ regis sorore, Anna, quam, priore conjuge Irene Theodosii Lascaris filia defuncta, duxerat, templo a se exstructo ingressuram exclusit. Nefas enim judicabat nefariam et impudicam mulierem profanis et consceleratis pedibus sacrum pavimentum calcare cum prius eam tam lingua quam calamo redarguisset sæpius; qui etiam nihil de hoc ab imperatore sibi metuit, quem pellex prætextu læsæ majestatis imperatoriæ ad vindictam contra ipsum incitaverat, frustra tamen; quod ipse imperator tandem peccatum suum agnoscens et confitens in hominem justum et bene de se meritum salva conscientia nihil moliri mali neque posset neque vellet. His nimirum de causis Nicephori Blemmidæ ista logica Epitome charior et commendatior nobis esse debet, ut et alia ejus scripta quæ adhuc in bibliothecis, Italiæ præsertim, asservantur; ex quibus ego etiam physicam illius Epitomen triginta et unius gravissimorum capitum in manibus habeo et interpretor.

Tibi autem, nobilissime et acceptissime vir, domine plurimum honorande, logicam hanc illius Epitomen inscribo, propterea quod etiam de libris ejusmodi philosophicis et laboribus scholasticis rectius judicare potes; ut qui jam a multis annis in nostra republica non tantum senator sed etiam scholarcha fueris. Accedit huc, quod cum ab aliis, tum in primis a domino meo socero tuus erga litteras et litterarum cultores singularis amor mihi sæpius commendatus fuit. Ac cum non ita pridem in ecclesiæ evangelicæ curatorum, collegiique nostri administratorum ordinem omnium approbatione electus fueris: hac mea nuncupatione non tantum de munere gravissimo oblato, pie gratulari, sed in primis etiam meam obedientiam et subjectionem testari volui. Tanta etiam tua amplitudo est, ut adversus obtrectatores, si qui erunt, librum hunc satis tueri possit. Eum igitur ut in meliorem partem benevole accipiat, et me sibi commendatum habere dignetur, majorem in modum rogo.

Datum in collegio, Augustæ Vindelicorum, 25 Decembris, quo die Filius Dei ante annos 1604 propter nos et nostram salutem homo natus est, qui propter hanc ipsam suam nativitatem Amplitudini Tuæ, totique ejus familiæ annum novum felicem esse clementer concedat. Amen.

*Amplitud. Tuæ observantiss. M. Jo.* WEGELINUS, *Augustanus.*

---

# LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

Usus sum, amice lector, quatuor manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ in hac logica Nicephori Blemmidæ Epitome describenda et conferenda. Proinde eam ex mutua collatione perfectiorem edo, quam in ullo est singulorum illorum. Subinde enim unus alteri succurrit, vel omissa restituendo, vel perperam scripta corrigendo. Quæ autem in uno deerant, sed in altero reperiebantur, si quidem ad sententiæ integritatem pertinere visa sunt, simpliciter in contextum assumpsi: quæ vero talia erant, ut vel etiam abesse posse viderentur, uncis quadrati formam repræsentantibus inclusi. Tabulas synopticas quæ in duobus manuscriptis codicibus ad calcem erant omnes simul adjectæ, ego suis capitibus ad quæ pertinebant, seorsum adjunxi; ut in illis quasi uno conspectu præcipuæ divisiones in singulis capitibus conspicerentur. Sic ergo tecum, amice lector, Epitomen hanc logicam eruditissimam, et, ut spero, non ingratam communico; ex qua quid promittere tibi debeas, en breviter singulorum capitum, quæ sunt quadraginta, argumenta accipe. Prima duo capita sunt de definitione et divisione; nobilissima profecto capita, et tanto pluris facienda quanto minus de illis, de divisione in primis (de definitione enim in Topicis

Digitized by Google

reperitur, ut argumenta suppeditat), ab Aristotele in loco est pertractatum. Quoad ordinem tamen, rectius, meo judicio, illa capiti 25 subjungerentur ; quod sine definitione et divisione doctrina prædicabilium et prædicamentorum melius tradi et intelligi, quam doctrina de definitione et divisione sine prædicabilium et prædicamentorum cognitione explicari et percipi potest. Abhinc capitibus quinque proxime sequentibus utilissima quædam quasi prolegomena persequitur. Nam capite 3 de experimentis, artis et scientiæ differentiis, natura et origine ; — 4. de sex philosophiæ definitionibus a Pythagora, Platone, Aristotele relictis ; — 5. de distinctione ἐπινοίας ; — 6. de septem philosophorum sectis ; — 7. de divisione philosophiæ in theoreticam et practicam, deque utriusque subdivisione, et singularum partium objecto, fine, ordine, erudite et scite auctor disserit. — Cap. 8, de synonymis, heteronymis, diversis, homonymis, polyonymis, paronymis (malo enim Græca vocabula retinere, quam Latina duriora usurpare) agit ; quæ singula definit, et a se invicem distinguit, ut haud immerito trium definitionum illarum, quæ in principio libri Categoriarum traduntur, commentarius hoc caput dici possit. — Cap. 9, de quinque vocibus (quas alias prædicabilia appellant) in genere disputat, quarum numerum quinarium erudita divisione investigat, et prædicationis diversitatem indicat. — Cap. 10, de genere et de specie seorsum tractat, utriusque diversa primum significata, dein definitiones et divisiones, ac denique cum relata sint (genus enim speciei genus, et species generis est species) σχέσεως, hoc est habitudinis, seu relationis differentias exponens. — Cap. 11, rursum de genere et specie et insuper de individuo disserit, ubi genera et species diverso respectu ante multa, in multis, et post multa dici ostendit ; deinde entis divisionem proponit, quam instituto suo accommodat et varia individui significata enumerat. — Cap. 12, differentiam aggreditur, quæ quoniam duplex est, essentialis et accidentalis, definitiones et divisiones, aliaque quædam adjacentia subjungit. — Cap. 13, proprii quatuor modos et totidem significata communis recenset, ac imprimis quartum proprii modum declarat. — Cap. 14, de decem categoriis seu prædicamentis explicat, quomodo illa philosophi invenerint, et a se invicem distinxerint ; quorum etiam singula partim definitionibus, partim exemplis declarat ; imprimis autem fusius tria illa postrema, ubi, quando, et situm esse ; ut accusandus non sit, quod in speciali explicatione de illis postea nihil tradat amplius. — Cap. 15, adhuc de prædicamentis agit, et in primis divisionem illam antepræ dicamentalem de eorum quæ vel in subjecto sunt, et de subjecto dicuntur, vel alterutrum duntaxat, vel neutrum sunt, differentiis explicat ; et ex entis divisione prædicamentorum originem et ordinem rimatur ; quod quidem etiam in decem prædicamenta, non ut genus in species, sed ut vocabulum ab uno vel ad unum dividi ostendit, et insuper a prædicabilibus prædicamenta distinguit. — Cap. 16, de iis quæ prædicantur agit ; prædicationum aliquot divisiones enucleans et regulam antepræ dicamentalem priorem explicans, et undecim modos eorum quæ sunt in aliquo commemorans, quos ad prædicamentum ubi reducit, — Cap. 17, unius et ejusdem et diversi modos enumerat, et regulam posteriorem antepræ dicamentalem explicat, simulque (quod imprimis in theologia ad articulum de hypostatica duarum naturarum in Christo unione rectius intelligendum haud parum emolumenti habet) de hypostaseos, enypostati, anypostati significationibus determinat. — Cap. 19, substantiæ divisionem per intermedia genera et species ad individua usque substantialia persequitur, tandemque docet, rectius genera et species quam individua substantiæ propriissime et primo et maxime substantias appellari. — Cap. 20, substantiæ consectaria, quæ vulgo propria appellantur enumerat et evolvit, ubi multa passim philosophicæ eruditionis plena interserit. — Cap. 21, qualitatis divisiones et subdivisiones persequitur et quia aliqui motum etiam quantitatem esse putarunt, opinionem hanc rejicit, et species motus divisoria methodo investigat. — Cap. 22, de qualitate agit, quam in quatuor genera dividit, et singula per definitionem et divisionem explicat ; quotia item quot modis accipiantur determinans. — Cap. 23, relatorum duplicem definitionem, divisiones varias et consectaria proponit. — Cap. 24, tria prædicamenta agere, pati et habere definit, dividit et per adjacentia explicat. — Cap. 25, cum jam supra capite decimo quarto de tribus prædicamentis, quando, ubi et situm esse egerit, ad opposita accedit, quorum numerum quaternarium per divisionem investigat, et singulas species, in primis contraria, privantia, et contradicentia fuse explicat, habitus et privationis homonymiam utiliter inter alia evolvens. — Cap. 26, cum jam de modis prioris et simul capite decimo octavo, et de motus speciebus capite vicesimo primo et de significatis habendi capite vicesimo quarto explicuerit, ad nomen et verbum, quæ sunt integrales enuntiationis partes, accedit ; utriusque definitionem ex Aristotele proponit et explicat, differentias et divisiones explanat ; et alia, in primis de duplici verborum, ut et substantivi verbi *est*, *erat*, *erit*, significatione ; de veritate item et falsitate orationis, venuste et erudite disputat. — Cap. 27, orationem definit, et in quinque species, vocativam, imperativam, interrogativam, optativam et enuntiativam dividit ; et singularum specierum originem ab animæ potentiis philosophice rimatur ; mox enuntiationem in affirmationem et negationem dividit, ex quibus oppositio efficitur, quam itidem definit et duodus modis fieri ostendit ; donec alia nova divisione propositiones dividat in eas quæ solo subjecto et prædicato, et in eas quæ etiam tertio appræ dicato, et in eas quæ insuper modo constant ; et denique de una et multiplici propositione aliisque ad propositionem pertinentibus disserit. — Cap. 28, de tribus materiis propositionum, necessaria, impossibili et contingente explicat,



Digitized by Google

quas primum a modis propositionum discernit et deinde contingentem materiam in ἐκθεθηκυῖαν, id est, eorum quæ evenerunt, et eorum quæ adhuc futura sunt, hoc est, proprie contingentem dividit : hinc ad propositiones et indefinitas accedit, mox signa enumerat, definit, dividit : ad hæc definitas in universales et particulares subdividit ; atque inde contrarias, subcontrarias, contradictorias, subalternas propositiones determinat, et quomodo quoad verum et falsum in omni materia se habeant, indicat : donec tandem propositionum modos, necessarium, impossibile et contingens dividit. — Cap. 29, indefinitas propositiones describit, et affirmativas particularibus, negativas modo particularibus, modo universalibus (idque sæpius) æquipollere ostendit : sed et definitas, indefinitas et singulares propositiones quomodo in oppositione respectu veri et falsi se habeant, declarat : interim etiam de vi et usu articuli Græcorum quædam obiter injiciens. — Cap. 30, de affirmatione et negatione agit, in specie ostendens quomodo in omnis generis propositionibus negatio facienda sit ; quid item sit affirmatio ex transpositione, et cur ita dicta sit, et quomodo fiat ; quatenus insuper nomina et verba, particula negandi et signa in propositionibus transposita idem significent ; quibus omnibus regulam subjicit, qua consequentes propositiones efficiantur. — Cap. 31, definitio syllogismi, mox divisio in simplicem et compositum, utriusque item majores et minores propositiones, itemque termini et eorumdem affectio ; hinc principia canonica, in toto esse, et dici de omni, etc., et regulæ generales de puris particularibus et negativis nil concludentibus ; de consecutione item conclusionis ad deteriorem partem proponuntur et explicantur : quibus omnibus tandem doctrina de conversione propositionum, contingente, simplici, per contrapositionem, exemplis illustrata subjicitur. — Cap. 32, docetur, quomodo medii termini variata dispositio tres figuras syllogisticas efficiat et quot singulæ modos, quæ item cum aliis communia et sibi propria habeant adjacentia ; et quo ordine quaque ex causa sic numerentur. — Cap. 33, primæ figuræ modos quatuor syllogisticos exemplis declarat et unius asyllogisti inconsequentia cæterorum etiam vitiositatem ostendit. — Cap. 34, secundæ et tertiæ figuræ modos syllogisticos exemplis illustrat, et uno alteroque asyllogisto docet, quid etiam de cæteris judicandum sit. — Cap. 35, syllogismos dividit in perfectos et imperfectos, docetque quomodo secundæ et tertiæ figuræ syllogismi ut imperfecti ad primæ figuræ modos ut perfectos reduci, vel etiam abductione ad impossibile confirmari possint. — Cap. 36, syllogismorum hypotheticorum partes et species persequitur. — Cap. 37, sex sophismata in dictione. — Cap. 38, septem extra dictionem declarat. — Cap. 39, elenchum definit et explicat, ostendens insuper quomodo ad elenchi ignorationem omnes paralogismi reduci queant. — Cap. 40, de propositionibus privativis et transpositis erudita quædam annotat, ac denique cum syllogismorum categoricorum et hypotheticorum tum sophisticorum elenchorum numerum colligit.

Habes, amice lector, capitum singulorum argumenta, quæ accurate et perspicue et sufficienter in ipso libro explicantur. Quod si meam operam tibi gratam fore intellexero, alias etiam versionem meam Latinam recognitam tecum communicabo. Bene vale et fave.

---

# JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

## EPISTOLA NUNCUPATORIA

*Textui Latino Logicæ, anno* 1607 *Augustæ Vindel. edito præfixa.*

—

Nobilissimis et amplissimis viris Marco Velsero et Joanni Jacobo Remboldo, Aug. Vindel. Duumviris præfect. septemvirumque collegio, Dominis pl. observandis. S. P. D.

Nicephori Blemmidæ, qui plura cum in theologia tum in philosophia scripsit ante annos circiter trecentos septuaginta septem, Epitomen logicam et physicam, Græce e manuscriptis inter se collatis quatuor codicibus bibliothecæ vestræ publicæ, nobilissimi et amplissimi viri, domini plurimum observandi, primus ego anno post Christum natum supra millesimum sexcentesimo quinto typis hic excudendam curavi, et in publicum emisi. Anno sequente primo Physicam a me Latine versam et brevi analysi singulorum capitum in membra membrorumque argumentis, allegationibus item marginalibus et notis alicubi auctam et illustratam edidi. Hanc etiam Logicam profero eadem qua antea Physicam opera studioque meo. Nam et eam ex Græco sermone in Latinum transtuli, et singula capita in membra resolvi, eademque succinctis argumentis comprehendi, et Aristotelis, interpretum ejus, itemque aliorum philosophorum probatorum et meorum in Gregorium Aneponymum scholiorum notationibus in marginem rejectis, passim locupletavi. Commentarium etiam luculentiorem, quem jam confectum habeo, addidissem, nisi jam antea in hac materia aliquid foras dedissem, et operæ typographicæ partim mihi sumptus facienti, partim em-

Digitized by Google

ptori pluris constituræ fuissent, et per se etiam ipsamet hæc Logica sic facilis et perspicua foret, ut ab iis qui aliquanto diligentius in Logicorum scholis versati sunt, citra longiorem commentarium, inquisitis saltem locis quæ allegata sunt, ubi occurrere videbitur difficultas, intelligi posset. Quam erudite autem et ad mentem Aristotelis accommodate scripta sit, nolo hic prolixius dicere; cum, ut est in communi verbo, vino vendibili suspensa hedera nihil sit opus. Ipsi lectori judicium relinquo. Hoc tamen silentio præterire non possum, quanti nimirum hanc Logiçam ipsi Græci fecerint, ex eo facile colligi posse, quod non tantum in bibliotheca A. V. quater in diversis iisque vetustis codicibus, sed etiam (ut ex catalogis deprehendo) in Vaticana bis ad minimum, in Viennensi ter vel quater, in Palatina bis, in Monacensi toties manuscripta reperitur. Nec dubium est, quin etiam alibi sæpius habeatur, cum Gesnerus in edita *Bibliotheca* scribat, illam in multis Italiæ bibliothecis manuscriptam Græce exstare. Sed nisi Græci ipsi eam magni fecissent, in tot profecto exemplaria tanto labore non descripsissent. Hac itaque ego etiam de causa operæ pretium me facturum putavi, si non tantum eam e manuscriptis codicibus eruerem, et ex mutua collatione perficerem, sed Latinitate insuper donarem et sic ut jam prodit, meo qualicunque labore concinnatam publicarem. Quod autem eam nobilissimi et amplissimi viri, domini plurimum observandi, A. V. inscribo et dedico, causis meo judicio satis justis et gravibus adduc'us facio. Primum enim cum ex A. V. manuscriptis codicibus illam descripserim, et deinde Latine verterim sicque ad prelum adornarim ; quod absque illis fuisset, facere mihi non licuisset, decere omnino judicavi, ut unde in Græca lingua habere ipsam contigit, eodem, hoc est, ad A. V. jure quasi postliminii reverteretur. Cumque etiam ad alia quædam opuscula quæ antehac publicavi et ad reliqua etiam mea studia hactenus per plures annos bibliotheca A. V. cum a manuscriptis, tum ab impressis libris instructissima, clementer mihi patuerit : pro eo etiam hac mea dedicatione gratitudinis aliquod signum dare volui. Ac denique cum A. V. non tantum bonas litteras, artes et scientias intelligat, sed etiam amet, ornet et provehat ; cui rei satis est indicio, quod cum bibliothecam illam publicam a majoribus collectam, quotannis adhuc magna librorum novorum accessione amplificat, tum scholam ei adjunctam, cujus ego quoque per plures annos discipulus olim fui, clementer adhuc fovet et sustentat ; confido etiam hanc Epitomen artis logicæ, qua nulla magis ad omnes alias artes, scientias et facultates utiliter et docendas et discendas est necessaria, A. V. non esse plane displicituram. Parum sane per se, fateor, A. V. humilitas hujus logicæ respondet. Sed eam, ut opinor, aliquantulum sublevare et attollere poterit Joannis Ducæ Græcorum imperatoris majestas, cujus mandato ab auctore Blemmide primum conscripta fuit. Eam igitur ut A. V. clementer suscipiat et mè porro etiam sibi commendatum habere dignetur, majorem in modum submisse rogo : quam quidem ego a divina clementia reipublicæ ornandæ et tuendæ salvam et incolumem esse precor.

Augustæ Vindelicorum e museo, 16 Augusti, anno Domini 1607.

*A. V. observantissimus M. Jo.* WEGELINUS *Augustanus.*

# ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΛΟΓΙΚΗΣ

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

# EPITOMES LOGICÆ CAPITULA.


α'. Περὶ ὅρου.
β'. Περὶ διαιρέσεως.
γ'. Περὶ πείρας, ἐμπειρίας, τέχνης καὶ ἐπιστήμης· ἐν ᾧ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς.
δ'. Τίνες εἰσὶν οἱ τῆς φιλοσοφίας ὁρισμοί.
ε'. Περὶ ἐπιστολῆς.
ς'. Περὶ αἱρέσεως· τίς ἡ κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἵρεσις.
ζ'. Τίς ἡ τῆς φιλοσοφίας διαίρεσις.
η'. Περὶ συνωνύμων, ἑτερωνύμων, ἑτέρων, ὁμωνύμων τε καὶ πολυωνύμων καὶ παρωνύμων.
θ'. Περὶ τῶν πέντε φωνῶν.
ι'. Περὶ γένους καὶ εἴδους, ἐν ᾧ καὶ περὶ σχέσεως.

A 1. *De definitione.*
2. *De divisione.*
3. *De experimento. experientia, arte et scientia ; in quo etiam de animæ potentiis agitur.*
4. *Quæ sint philosophiæ definitiones.*
5. *De conceptu mentis, seu notione.*
6. *De secta : quæ sit in philosophia secta.*
7. *Quæ sit philosophiæ divisio.*
8. *De univocis, diversivocis, diversis, æquivocis item et multivocis, et denominativis* (ut hæc appellant).
9. *De quinque vocibus.*
10. *De genere et specie, in quo etiam de schesi, hoc est, habitudine seu relatione.*


Digitized by Google

11. *De generibus et speciebus, in quo etiam de individuis.*
12. *De differentia et accidente.*
13. *De proprio, in quo etiam de communi.*
14. *De prædicamentis* (ut vocant).
15. *Amplius de prædicamentis.*
16. *De iis quæ prædicantur, ubi etiam de eo quod est in aliquo.*
17. *De uno, eodem et diverso, in quo etiam de hypostasi agitur.*
18. *De priore et de posteriore et de simul.*

19. *De substantia.*
20. *Adhuc de substantia.*
21. *De quanto, in quo etiam de motu.*
22. *De qualiet qualitate.*
23. *De iis quæ sunt ad aliquid.*
24. *De agere et pati et habere.*
25. *De oppositis.*
26. *De nomine et verbo.*
27. *De oratione et propositionibus.*
28. *De materiis quæ in propositionibus considerantur, et de restrictitionibus.*
29. *De non restrictis propositionibus.*
30. *De affirmatione et negatione.*
31. *De syllogismo et conversione.*
32. *De tribus figuris.*
33. *De prima figura.*
34. *De secunda et tertia figura,*
35. *De secundæ et tertiæ figuræ reductione ad primam figuram, et de abductione ad impossibile.*

36. *De syllogismis hypotheticis.*
37. *De sophismatis seu captionibus in dictione.*
38. *De sophismatis extra dictionem.*
39. *De elencho seu reprehensione, et quod omnes paralogismi seu vitiosæ ratiocinationes ad ignorationem elenchi reducantur.*
40. *De propositionibus et syllogismis.*

A ια'. *Περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀτόμων.*
ιβ'. *Περὶ διαφορᾶς καὶ συμβεβηκότος.*
ιγ'. *Περὶ ἰδίου, ἐν ᾧ καὶ περὶ κοινοῦ.*
ιδ'. *Περὶ κατηγοριῶν.*
ιε'. *Ἔτι περὶ κατηγοριῶν.*
ις'. *Περὶ τῶν κατηγορουμένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἔν τινι.*
ιζ'. *Περὶ ἑνὸς, ταυτοῦ, καὶ ἑτέρου · ἐν ᾧ καὶ περὶ ὑποστάσεως.*
ιη'. *Περὶ πρωτέρου καὶ ὑστέρου καὶ περὶ τοῦ ἅμα.*
ιθ'. *Περὶ οὐσίας.*
κ'. *Ἔτι περὶ οὐσίας.*
κα'. *Περὶ ποσοῦ · ἐν ᾧ καὶ περὶ κινήσεως.*
κβ'. *Περὶ ποιοῦ καὶ ποιότητος.*
κγ'. *Περὶ τῶν πρός τι.*
κδ'. *Περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν καὶ ἔχειν.*
κε'. *Περὶ τῶν ἀντικειμένων.*
B κς'. *Περὶ ὀνόματος καὶ ῥήματος.*
κζ'. *Περὶ λόγου καὶ προτάσεων.*
κη'. *Περὶ τῶν ἐν ταῖς προτάσεσι θεωρουμένων ὑλῶν, καὶ περὶ προσδιορισμῶν.*
κθ'. *Περὶ ἀπροσδιορίστων προτάσεων.*
λ'. *Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως.*
λα'. *Περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἀντιστροφῆς.*
λβ'. *Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων.*
λγ'. *Περὶ τοῦ πρώτου σχήματος.*
λδ'. *Περὶ τοῦ δευτέρου σχήματος καὶ τρίτου.*
λε'. *Περὶ τῆς τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου σχήματος ἀναγωγῆς εἰς τὸ πρῶτον σχῆμα, καὶ περὶ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς.*
λς'. *Περὶ τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν.*
λζ'. *Περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων.*
λη'. *Περὶ τῶν ἐκτὸς τῆς λέξεως σοφισμάτων.*
λθ'. *Περὶ ἐλέγχου, καὶ ὅτι παντες οἱ παραλογισμοὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν ἀνάγονται.*
μ'. *Περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν.*

# NICEPHORI BLEMMIDÆ
# EPITOMES LOGICÆ PROŒMIUM.

## SYNOPSIS.

1. *Causam impulsivam ab utilitate sumptam indicat auctor, quare hos Commentarios logicos ediderit, simulque occasionem scriptionis explicat, quæ fuit regis postulatum; et item tempus notat quo scripserit, juvenilem nimirum ætatem, cum eleganti ἤθει et decoro modestiæ. — 2. Collationem regni et philosophiæ partim a fine, partim a forma petitam instituit. — 3. Per consectarium ostendit regni et philosophiæ conjunctione quam proxime ad divinam imaginem perveniri, et hinc etiam ad subditos magnam felicitatem propagari, quod Platonis sententia confirmat. — 4. Cum præcisione per expolitionem confirmat, scienter regere summam esse practicæ philosophiæ perfectionem, et regem qui cum in practica, tum theoretica et logica philosophia fuerit versatus, quasi Deum quemdam alterum in terra deprehensum iri. — 5. Thesin ad hypothesin transfert, et quod generatim dixit, ad imperatorem suum applicat cum ejusdem commendatione. — 6. Causam institutæ scriptionis repetit. — 7. Veniam petit siquid vel in ordine transposuerit, vel in ipsorum præceptorum perfectione minus assecutus fuerit.*

### PROŒMIUM.

2 1. Quandoquidem logica scientia ad sacras Litteras et universas veritatis rationes non exiguum affert emolumentum : convenire judicavimus, fut rationis discipulis, qui rerum veritati initiati essent, exiguos aliquos hac logica commentarios nostros relinqueremus, quos ad regis postulatum ju-

### ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

C α'. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν Γραφὴν καὶ πάντας τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους οὐκ ὀλίγον φέρει τὸ χρήσιμον · δέον ἐκρίναμεν τοῖς τοῦ λόγου φοιτηταῖς τοῦ ὄντος καὶ τῆς ἀληθείας μύσταις μικρούς τινας ἐν ταύτῃ τῇ λογικῇ λιπεῖν ἡμετέρους ὑπομνηματισμοὺς, οὓς αἰτησαμένῳ βασιλεῖ,

Digitized by Google

νέοι ἔτι ὄντες καὶ πρὸς φιλοσοφίαν εἰσαγωγικοὶ καὶ ἀνεπιστήμονες (ὁποῖοι καὶ εἰς τὸ ἐξῆς ἐκ τῆς συντρόφου ῥᾳθυμίας καὶ ῥυπαρίας διεμείναμεν) ἐκδεδώκαμεν, οὕτω προοιμιασάμενοι.

A venili ætate, cum adhuc ad philosophiam introduceremur et ignari essemus (quales etiam deinceps ex solita remissione et squalore permansimus) sic præfati edidimus.

β. Βασιλείας καὶ φιλοσοφίας πολὺ τὸ συγγενές τε καὶ ὁμοιότροπον. Καὶ ἄμφω γὰρ τὸ μεγαλεῖον τῆς θεαρχίας ἐξεικονίζουσι, καὶ τὸν ἴσον προτίθενται σκοπὸν ἑαυταῖς· ἡ μὲν τῶν ἀξιῶν ὑπερέχουσα, καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐπιτάττουσα· ἡ δὲ τῶν τεχνῶν ἐξάρχουσα καὶ τῶν ἐπιστημῶν, καὶ νομοθετοῦσα ταύταις ἁπάσαις, καὶ καλουμένη διὰ ταῦτα τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν· ὥσπερ ἡ βασιλεία τῶν ἀξιῶν ἀξία καὶ ὑπεροχὴ τῶν ὑπεροχῶν.

2. Regni et philosophiæ multa est cognatio et convenientia. Ambo enim divini imperii majestatem quasi in effigie repræsentant, et parem sibi scopum proponunt; cum illud quidem dignitatibus antecedat et potestatibus imperet: hæc autem artibus et scientiis cum imperio præsit, hisque omnibus leges præscribat; ac ob id ars artium et scientia scientiarum vocetur; quemadmodum regnum dignitas dignitatum et eminentiarum eminentia.

γ'. Βασιλείας οὖν καὶ φιλοσοφίας συνελθουσῶν τέλειον τὸ κατ' εἰκόνα θείαν χαρακτηρίζεται καὶ ἀνενδεὲς, ὡς ἐξὸν ἀνθρώπῳ, τὸ ἀρχικὸν ἀποδείκνυται· κἀντεῦθεν εὐζωΐα καὶ εὐπραγία τοῖς ἀρχομένοις πολλή· καθώς που καί τις μέγας φιλόσοφος ἐγνωμάτευσεν ἄριστα, τότε τους ὑπηκόους εὖ ἔχειν ἀποφηνάμενος, ὅτε βασιλεύει φιλόσοφος, ἢ φιλοσοφεῖ βασιλεύς.

3. Quando proinde regnum et philosophia coierint, tum imaginis divinæ perfectio exprimitur, omnisque indigentiæ expers, quantum et quatenus homini contingere 3 potest, imperium demonstratur, atque hinc etiam ad subditos beatitudo vitæ et rerum regendarum prosperitas derivatur. Quemadmodum etiam alicubi magnus quidam philosophus optime censuit, qui pronuntiavit, tunc bene cum subditis actum iri, cum regit philosophus, aut rex philosophatur.

δ'. Καὶ ἵν' εἴπω συντόμως τὸ πᾶν, οὐκ ἄλλο τι ἐστὶ τὸ βασιλεύειν ἐπιστημονικῶς ἢ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας αὐτὸ τὸ ἀκρότατον. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἅπαν τὸ νομοθετικόν τε καὶ δικαστικόν. Εἰ δὲ τοῦτο, μετὰ τοῦ θεωρητικοῦ τε καὶ λογικοῦ καὶ ἐν πράγμασι καὶ δόγμασι βασιλικῶς ἐπιστατήσει ὁ βασιλεύς· καὶ τὸ προνοητικὸν καὶ διακυβερνητικὸν καὶ ὅλως τὸ παιδευτικὸν ἐνδείξεται πανταχοῦ, καὶ θεός τις ἄλλος ἐπὶ γῆς εὑρεθήσεται, μετὰ τῆς τῶν ὄντων γνώσεως ἀκωλύτως τῶν καταδεεστέρων ἐπιμελούμενος.

4. Atque, ut breviter rem omnem dicam, scienter regere nihil est aliud quam activæ philosophiæ summum fastigium. In ipsa enim omnis legum ferendarum et judiciorum ratio consistit. Quod cum ita sit, comparata insuper et contemplativæ et rationalis philosophiæ cognitione, rex ut rege dignum est et agendo et decernendo præerit et providentiam ac gubernandi dexteritatem et per omnia eruditionem ubique ostendet, et alter quidam in terra deus deprehendetur, ut qui cum entium cognitione citra impedimentum etiam inferiorum rerum curam suscipiat.

ε'. Ταῦτ' οὖν ὁ ἐμὸς αὐτοκράτωρ εἰδὼς, ὅτι πολλὴν περὶ φιλοσοφίαν εἰσάγει σπουδὴν, τοῖς φυσικοῖς πλεονεκτήμασι τὴν περὶ τὰ κάλλιστα μελέτην ἐπι-‖συνάπτων, ἐξ ὧν ὁμοῦ πέφυκεν ἐντελῶς κατορθοῦσθαι πᾶν ἔργον τίμιον.

5. Hæc igitur cum sciret imperator meus, maxima ad philosophiam incumbit diligentia, et cum excellentibus naturæ notitiis optimorum studiorum exercitationem conjungit, quibus simul junctis omne honestum opus 4 et negotium perfecte et cum laude administrari consuevit.

ς'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμᾶς τοὺς μικροὺς μικράν τινα καὶ πρόχειρον αὐτῷ συνεισενεγκεῖν τοῦ σπουδάσματος ἐκέλευσεν ἀφορμὴν, ἀποπληροῦντες τὴν κέλευσιν τοὺς ὑποτεταγμένους εἰσαγωγοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ κατ' ἐπιτομὴν συνετάξαμεν ὀλίγους ὑπομνηματισμούς.

6. Quoniam autem etiam nos pro tenuitate nostra exiguum aliquod et facile sibi jussit afferre opusculi subsidium; ut mandato ejus pareremus, subjectas in philosophiam compendiarias introductiones, exiguos commentarios, composuimus.

ζ'. Ὅθεν εἴ τις τῶν ἐπιστημόνων τὸ παρὸν ἐπέρχοιτο συνταγμάτιον μὴ πρὸς τὸ τῆς ὑπομνηματίσεως ἀμεθόδευτον καὶ τὸ τῶν ἐπιστασιῶν ἀκατευστόχητον ἀφορῶν ὀργιζέσθω. Καὶ γὰρ ὃ δέδοται, τοῦτο καὶ εἴρηται καὶ ὡς δέδοται. Ὃ δὲ ἡ σύνοικος ἀμέλεια καὶ ἡ ἀκαθαρσία φθάσαι κεκωλύκασιν ἡμᾶς, ἐκ τῆς πλουτοδότιδος φιλοσοφίας εἰσφερέτω παρ' ἑαυτοῦ ὁ ἠξιωμένος λαβεῖν, τῆς τε ἀνεπιστημοσύνης συγγινωσκέτω ἡμῖν.

7. Quare si quis doctorum in præsens incidet opusculum, ne ad commentationis indispositionem et præceptorum minus accuratam solertemque dexteritatem respiciens irascatur. Quod enim datum est, id etiam dictum est, et ut datum est. Quod autem negligentia nobis familiaris et inexpurgati animi crassities assequi prohibuerunt, ex liberalissimo philosophiæ penu ultro huc, qui cupit auferre, afferat, et nostræ ignorantiæ veniam impertiat.

Digitized by Google

## SYNOPSIS CAPITIS PRIMI,

QUOD EST DE DEFINITIONE.

1. *Homonymia vocabuli Græci ὅρου et significatorum enumeratio.* — 2. *Quo significato hic accipiatur.* — 3. *Definitio definitionis cum explicatione ejusdem logica.* — 4. *Quare definitio oratio definiatur.* — 5. *Quare concisa.* — 6. *Quare adjiciatur, naturam subjectæ rei declarans.* — 7. *Virtus definitionis, quod cum definito convertatur; quæ etiam exemplo definitionis hominis declaratur, quam Græci veteres adhuc gentiles usurparunt; quæ ex eorum sententia per singulas particulas explicatur.* — 8. *Vitium definitionis, quando non convertitur cum definito, quod fit duabus ex causis; vel ex additione vel subtractione dictionum, quarum illa defectum, hæc excessum rerum causatur.* — 9. *Occupatio, qua docet quæ additio definitionis conversionem impediat et quod propriorum ac inseparabilium accidentium additio definitionis conversionem non destruat, sed tantum brevitatem vitiet, et quod hac de causa in definitiones tantum descriptorias assumantur.* — 10. *Proprie dicta definitio et definitio descriptoria quid differant.* — 11. *Definitio descriptoria cur ita dicta.* — 12. *Usus descriptionis.* — 13. *Definitionis descriptoriæ usus.* — 14. *Definitionem descriptoriam non eodem semper modo fieri.* — 15. *Insciliæ esse, cum suppetant differentiæ essentiales, usurpare accidentales, et describere quod potuerit definiri, nisi imperfectorum ratio sit habenda.* — 16. *Definitiones etiam sumi ex materia et forma.* — 17. *Sumi item ex subjecto et fine.* — 18. *Sumi denique ex subjecto solo, et ex fine solo, cum alterutrum sufficit, plerumque tamen cum genere.* — 19. *In hujusmodi etiam definitionibus (quæ alias causales dicuntur) reperiri quæ generibus et differentiis constituentibus sint analoga, sive proportione respondeant.* — 20. *Cur ὁρισμοὶ quos Latine definitiones reddimus, ita Græcis dicti.* — 21. *Alia ratio cur et ὁρισμοὶ et ὅροι, id est definitiones et fines ita Græcis dicti.* — 22. *Ὑπογραφὴ quæ Latinis est descriptio cur Græcis ita dicta, ubi etiam ἀναλογία definitionis, descriptionis et descriptoriæ definitionis enucleatur.* — 23. *Annotatio de proprio quod in definitionibus et descriptionibus differentiæ rationem habeat, sive essentialis sive adventitiæ, prout nimirum fuerit proprium.*

## 5-6 CAPUT I.

*De definitione.*

1. Quod Græcis ὅρος est, dicitur quidem etiam limes. Sed et cum principium, tum ipse finis rei dicitur. Sic enim universum quod extremitates habet, ὡρισμένον, id est terminatum vocatur, quatenus extremitates habet. Quoad hoc significatum etiam Aristoteles ὅρον, id est, terminum vocavit, in quem propositio resolvitur. Veluti sit propositio: Rex philosophatur: ὅροι, id est termini **7** hujus propositionis sunt, τὸ rex et τὸ philosophatur. In hæc enim, ut in ultimas extremitates propositio resolvitur, nec fieri potest ut resolutio ulterius procedat. Quemadmodum enim hæc compositionis in propositione principia, sic et resolutionis fines sunt. Et vero cum principium tum finis, πέρατα, id est extremitates dicuntur. In quod enim aliquid evadit et desinit, extremitas est. Unde illis quidem qui a principio ad finem eunt, finis; qui a fine ad principium, principium extremitas deprehenditur. Sed et ambæ extremitates quod secundum eas res terminata sit, termini denominantur. Dicitur ὅρος etiam status rhetoricus et caput, quod eodem cum statu venit nomine, et dogmatum seu sententiarum comprehensio; et omnis in summam contracta oculisque subjecta oratio, ὅρος vocatur. Sed et adhibetur etiam ὅρος [et ὁρίζειν pro securitate et cautione cum indicem rei obnoxiæ et oppignoratæ damus.

2. Insuper autem præter hæc dicitur ὅρος et ὁρισμὸς id quod Latinis est finis et finitio seu definitio, nimirum ex genere et constituentibus differentiis aut talibus quæ his analoga sunt **8** conflata oratio, et quæ rei substantiam paucis significat: de qua nunc dicere nobis est propositum. Nam et nomen quidem etiam rei substantiam, sed obscure, definitio autem, aperte significat, quam etiam sic explicant.

3. Definitio est oratio concisa, naturam rei subjectæ declarans; τὸ oratio proin ut genus assump-

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ ὅρου.*

α'. Ὅρος λέγεται μὲν καὶ τὸ ὁρυθέσιον· λέγεται δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πράγματος καὶ τὸ τέλος αὐτό. Οὕτω γὰρ τὸ πᾶν τὸ πεπερασμένον ὡρισμένον καλεῖται, καθὸ πεπέρασται. Κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον καὶ Ἀριστοτέλης ὅρον ἐκάλεσεν, εἰς ὃν ἀναλύεται ἡ πρότασις. Οἷον ἔστω πρότασις, Βασιλεὺς φιλοσοφεῖ· ὅροι τῆς προτάσεως ταύτης εἰσὶ, τὸ βασιλεὺς, καὶ τὸ φιλοσοφεῖ. Εἰς ταῦτα γὰρ ἀναλύεται ἡ πρότασις, ὥσπερ εἰς τελευταῖα πέρατα, καὶ οὐκ ἔστι δυνατὸν περαιτέρω προελθεῖν τὴν ἀνάλυσιν. Ὥσπερ γὰρ ἀρχαὶ ταῦτα τῆς ἐν προτάσει συνθέσεως, οὕτω καὶ τέλη τυγχάνει τῆς ἀναλύσεως. Καὶ 9 v
ἡ ἀρχὴ δὲ καὶ τὸ τέλος πέρατα λέγονται. Πέρας γάρ ἐστι τὸ κατάντημα. Ὅθεν τοῖς μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς πρὸς τὸ τέλος ἰοῦσι τὸ τέλος πέρας εὑρίσκεται, τοῖς δ' ἐκ τοῦ τέλους πρὸς τὴν ἀρχὴν ἡ ἀρχή. Καὶ ἄμφω δὲ τὰ πέρατα, διὰ τὸ κατ' αὐτὰ ὡρίσθαι τὸ πρᾶγμα, ὅροι κατονομάζονται. Λέγεται ὅρος καὶ στάσις ῥητορική, καὶ κεφάλαιον τῇ στάσει ὁμωνυμοῦν, καὶ δογμάτων περίληψις. Καὶ πᾶς λόγος κεφαλαιώδης καὶ εὐσύνοπτος ὅρος καλεῖται. Τάττεται δὲ ὅρος καὶ τὸ ὁρίζειν καὶ ἐπὶ ἀσφαλείας καὶ βεβαιώσεως.

β'. Ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα λέγεται ὅρος καὶ ὁρισμὸς ὁ ἐκ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν, ἢ τῶν ἀναλογούντων αὐτοῖς συγκείμενος λόγος καὶ σημαίνων οὐσίαν πράγματος ἐν ὀλίγῳ· περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν ἡμᾶς. Σημαίνει μὲν γὰρ καὶ τὸ ὄνομα πράγματος οὐσίαν, ἀλλὰ σκιωδῶς· ὁ δὲ ὁρισμὸς φανερῶς· ὃν καὶ ἀποδιδόασιν οὕτως.

γ'. Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος. Τὸ μὲν οὖν λόγος

Digitized by Google

ὡς γένος εἴληπται· τὸ δὲ *σύντομος*, καὶ τὸ *δηλωτικὸς* τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος, ὡς διαφοραὶ συστατικαί.

tum est : at τὸ concisa et τὸ declarans naturam rei subjectæ, ut differentiæ constituentes.

δ'. Λόγος τοίνυν εἴρηται ὁ ὁρισμὸς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ὀνόματος· ὅτι τὸ μὲν ὄνομα κἂν ὁπωσοῦν σημαίνῃ φύσιν πράγματος καὶ αὐτό, ἀλλ' οὖν ἐκ μιᾶς συνέστηκε λέξεως· ὁ δὲ λόγος ἐκ δύο λέξεων τὸ ἐλάχιστον.

4. Definitio igitur oratio dicta est, ut a nomine contradistingueretur; quod licet nomen ipsum etiam quoquo modo naturam rei significet, ex una tamen dictione constat : oratio autem ex duabus ad minimum dictionibus conficitur.

ε'. Σύντομος δὲ, διά τε τοὺς ἄλλους μακροὺς καὶ τοὺς διεξοδικῶς περὶ φύσεως πραγμάτων διαλαμβάνοντας.

5. Concisa porro et propter alias longas orationes, et eas quæ fusæ pluribusque ambagibus de rerum natura disceptant.

ς'. Ἐπεὶ δέ εἰσι λόγοι σύντομοι καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι ὁρισμοὶ, φύσιν πράγματος μὴ δηλοῦντες, οἷα καὶ τὰ ἀποφθέγματα· τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, τὸ, Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὰ τοιαῦτα· διὰ τοῦτο προσετέθη τὸ *δηλωτικὸς* τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος.

6. Quandoquidem autem concisæ sunt orationes, et non tamen definitiones, quippe quæ rei naturam non declarant, ut sunt apophthegmata, τὸ Nosce teipsum, τὸ Ne quid nimis, et hujuscemodi : propterea adjectum est, τὸ naturam subjectæ rei declarans.

ζ'. Ἀρετὴ δὲ τοῦ ὁρισμοῦ ἐστι τὸ ἀντιστρέφειν πρὸς τὸ ὁριστὸν, οἷον ὡς ἐν ὑποδείγματι· τὸν ἄνθρωπον ὁρίζονται ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Καὶ ζῶον μὲν λέγουσιν αὐτὸν χωρίζοντες ἀπό τε τῶν ἀψύχων, καὶ ἀπὸ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζωοφύτων. Ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον γένος ἐστὶ τῶν λογικῶν τε ζώων τε καὶ ἀλόγων, διὰ τοῦτο προστιθέασι καὶ τὸ λογικὸν, διιστῶντες τὸν ἄνθρωπον τῶν ἀλόγων ζώων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους ζῶα λέγουσι λογικὰ, πρὸς δὲ καὶ τὰ οὐράνια σώματα, ζῶα λογικὰ τερατεύονται· διὰ τοῦτο προστιθέασι καὶ τὸ θνητὸν, ἀπὸ τῶν εἰρημένων τὸν ἄνθρωπον διαστέλλοντες. Ἀλλὰ καὶ νύμφας μακραίωνας εἶναι μυθεύονται ζῶα λογικὰ καὶ μακρόβια, ὅμως μέντοι θνητὰ, ἐκ φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἐκ μαθήσεως· γινώσκοντα τοὺς τεχνικούς τε λόγους τοὺς ἐπιστημονικούς. Τούτων οὖν ἀφιστῶντες τὸν ἄνθρωπον προστιθέασι τῷ ὅρῳ αὐτοῦ καὶ τὸ *νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν*. Ἔστιν οὖν οὗτος ὁ ὅρος ἐκ γένους μὲν τοῦ ζώου, ἐκ δὲ συστατικῶν διαφορῶν τοῦ τε λογικοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ· καὶ τὸ νοῦ τε καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν ἴδιον ὂν τοῦ ἀνθρώπου· συστατικῇ ἔοικε διαφορᾷ διὰ τὸ οὐσιωδῶς προσεῖναι αὐτῷ. Εἰσὶ γὰρ καὶ οὐσιώδη ἴδια, ἃ τινες διαφορὰς μονοειδεῖς ὀνομάζουσιν. Ἀντιστρέφει τοίνυν ὁ ὁηλωθεὶς ὁρισμὸς πρὸς τὸ ὁριστόν. Καὶ γὰρ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, καὶ εἴ τι ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, τοῦτο ἄνθρωπός ἐστιν. Ἀρετὴ μὲν οὖν τοῦ ὁρισμοῦ τὸ ἀντιστρέφειν πρὸς τὸ ὁριστόν· κακία δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν.

7. Definitionis porro virtus est converti cum definito, velut in exemplo : **9** hominem definiunt animal rationale mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Et animal quidem dicunt eum cum ab inanimis, tum a plantis et plantanimantibus separantes. Quoniam autem animal et rationalium, et irrationalium animalium genus est, propterea etiam rationale apponunt, hominem ab irrationalibus animalibus dirimentes. Et quia angelos animalia dicunt rationalia ; et insuper etiam corpora cœlestia animalia esse rationalia fingunt : propterea et τὸ mortale a dictis hominem distinguentes adjiciunt. Sed et longævas nymphas esse fabulantur animalia rationalia et longam vitam agentia, mortalia tamen nihilominus; natura, non ex institutione omnes artium et scientiarum rationes cognoscentia. Ab his igitur sejungentes hominem definitioni ejus adjiciunt etiam τὸ intelligentiæ et scientiæ capax. Definitio ergo hæc ex genere quidem, animali ; ex differentiis autem constituentibus rationali et mortali constat. Sed et τὸ intelligentiæ et scientiæ capax, quod hominis est proprium, constituenti simile est differentiæ, propterea quod essentialiter adest ei. **10** Sunt enim etiam essentialia propria, quæ aliqui differentias monoides, id est, unius speciei nominant. Convertitur ergo declarata definitio cum definito. Si quid enim homo est, hoc animal rationale mortale, intelligentiæ et scientiæ capax est ; animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, hoc homo est. Definitionis igitur virtus est, cum definito converti ; vitium vero est (definitionis) non converti (cum definito).

η'. Γίνεται δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν ἢ διὰ προσθήκην λέξεων, ἢ δι' ἀφαίρεσιν. Καὶ ὁ μὲν τῶν λέξεων πλεονασμὸς ἔλλειψιν τῶν πραγμάτων ἐργάζεται, ἡ δὲ ἔλλειψις τῶν λέξεων τῶν πραγμάτων πλεονασμόν. Καὶ οὕτως ἀμφοτέρωθεν ἔκτε τοῦ πλεονασμοῦ καὶ τῆς ἐλλείψεως ἀτελὴς ὁ ὅρος ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ὁρισμοῦ πλεονάσας τις ταῖς λέξεσιν ἐρεῖ, Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γραμματικόν· ἔλλειψιν τῶν πραγμάτων ἐποίησεν. Οὐ πάντας γὰρ τοὺς ἀνθρώπους τῷ ὅρῳ ἐμπεριέβαλεν, ἀλλὰ μόνους τοὺς γραμ-

8. Evenit autem ut non convertatur aut propter dictionum additionem aut propter subtractionem. Et dictionum quidem redundantia, defectum rerum efficit, et sic utraque ex parte, cum ex redundantia tum ex defectu imperfecta est definitio. Si quis enim in definitione hominis redundans dictionibus inquiat : Homo est animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, grammaticum : defectum rerum admisit. Neque enim si quid homo est, hoc animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, grammaticum est. Sin autem

Digitized by Google

rursus dictionibus aliquis deficiens inquiat : Homo est animal rationale, mortale, **11** secundum Græcanicas nugas rebus abundavit. Quas enim hæ longævas nymphas introducunt, una cum hominibus complexus est. Et siquid equidem homo est, hoc animal rationale mortale est : non autem siquid animal rationale mortale est, hoc jam etiam homo est.

ματικούς. Καὶ εἴ τι μὲν ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γραμματικόν, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος. Οὐ μὴν δὲ καὶ ἀντιστρέφει· οὐδὲ γὰρ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γραμματικόν. Εἰ δέ γε πάλιν ἐλλείψας ταῖς λέξεσιν εἴποι τις, Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν θνητόν, ἐπλέοναστε κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν ὕθλον τοῖς πράγμασι. Καὶ ἂς γὰρ οὗτος νύμφας εἰσάγει μακραίωνας, τοῖς ἀνθρώποις συμπεριέλαβε. Καὶ εἴ τι μὲν ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητόν, οὐκ εἴ τι δὲ ζῶον λογικὸν θνητόν, τοῦτο ἤδη καὶ ἄνθρωπος.

9. Cæterum et hoc sciendum est quod illa (modo) additio conversionem definitionis prohibeat, quæ adjicit ipsi ea quæ in omnibus definitis non spectantur. Quoniam nimirum et propriorum et eorum accidentium, quæ in omnibus individuis spectantur, additio conversionem non prohibet, sed non necessariam duntaxat orationis copiam affert ; et exinde definitionis brevitatem tollit. Si quis enim hominis definitioni τὸ risibile et erectum incedens adjiciat, nequaquam violabit conversionem. Si quid enim animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, risibile, erectum incedens : hoc etiam homo est. Et si quid homo, hoc animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, risibile, erectum incedens est. At propria et inseparabilia accidentia in definitiones descriptorias assumuntur.

**12** 10. Differt autem proprie dicta definitio a definitione descriptoria ; quod proprie dicta definitio ex genere et differentiis omnino essentialibus constat, descriptoria autem ex genere et differentiis aliis essentialibus, aliis accidentalibus.

11. Ob hoc enim ipsum etiam descriptoria definitio dicitur, quod ex parte quidem cum definitione, ex parte vero cum descriptione communicat. Descriptio enim et ex genere et propriis et inseparabilibus accidentibus constat, ut siquis dicat : Homo est animal risibile, erectum incedens, latis unguibus præditum, utens manibus. Composita enim est hæc descriptio ex genere animalis, et differentiis essentiam consequentibus, risibilis quod est proprium, tum aliis quæ sunt inseparabilia accidentia.

12. Usum autem habet descriptio, quando res non habet essentiales differentias.

13. Sed et descriptoria definitio utilis est cum res habet essentiales quidem differentias, sed non tamen sufficientes, quæ ipsam perfectam exhibeant, ut in definitione equi. Dicimus enim, Equus est animal irrationale. Et τὸ irrationale quidem **13** est differentia essentialis ; sed quia ab omnibus animalibus equum separare non potest, etiam proprium adjicimus, quod est hinniendi facultate præditum. Sed et aliqui majoris perspicuitatis gratia τὸ quadrupes, quod est inseparabile accidens, adjiciunt, sic dicentes : Equus est animal irrationale quadrupes hinniendi facultate præditum.

θ'. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκείνη ἡ προσθήκη τὴν τοῦ ὅρου κωλύει ἀντιστροφήν, ἡ προστιθεῖσα αὐτῷ, ἃ μὴ θεωροῦνται ἐν πᾶσι τοῖς ὁριστοῖς. Ἐπεί τοί γε καὶ τῶν ἰδίων καὶ τῶν ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀτόμοις θεωρουμένων συμβεβηκότων προσθήκη τὴν ἀντιστροφὴν οὐ κωλύει· περιττολογίαν δὲ μόνην ἐμποιεῖ, κἀντεῦθεν τὴν συντομίαν τοῦ ὅρου περιαιρεῖ. Καὶ γὰρ εἴ τις τῷ τοῦ ἀνθρώπου ὅρῳ τὸ γελαστικὸν προσθήσει καὶ τὸ ὀρθοπεριπατητικόν, οὐ παραβλάψει τὴν ἀντιστροφὴν οὐδαμῶς. Εἴ τι γὰρ ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γελαστικὸν ὀρθοπεριπατητικόν, τοῦτο ἄνθρωπος· καὶ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, γελαστικὸν, ὀρθοπεριπατητικόν. Παραλαμβάνονται δὲ τὰ ἴδια καὶ τὰ ἀχώριστα συμβεβηκότα εἰς τοὺς ὑπογραφικοὺς ὁρισμούς.

ι'. Διαφέρει δὲ ὁ κυρίως ὁρισμὸς τοῦ ὑπογραφικοῦ ὁρισμοῦ· ὅτι ὁ μὲν κυρίως ὁρισμὸς ἐκ γένους σύγκειται καὶ διαφορῶν τῶν ὅλων οὐσιωδῶν· ὁ δὲ ὑπογραφικὸς ἐκ γένους καὶ διαφορῶν, τινῶν μὲν οὐσιωδῶν, τινῶν δὲ ἐπουσιωδῶν.

ια'. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπογραφικὸς ὁρισμὸς λέγεται, ὅτι κατὰ τι μὲν κοινωνεῖ τῷ ὁρισμῷ, κατὰ τὰ τι δὲ τῇ ὑπογραφῇ. Καὶ γὰρ ἡ ὑπογραφὴ ἔκ τε γένους καὶ ἰδίων καὶ συμβεβηκότων ἀχωρίστων συνίσταται· ὡς ὅταν εἴποι τις, Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον γελαστικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν, πλατυώνυχον, χερσὶ χρώμενον. Συνέστη γὰρ ἡ τοιαύτη ὑπογραφὴ ἐκ γένους τοῦ ζώου, καὶ διαφορῶν ἐπουσιωδῶν, τοῦ τε γελαστικοῦ ὅπερ ἐστὶν ἴδιον, καὶ τῶν ἄλλων ἅπερ εἰσὶ συμβεβηκότα ἀχώριστα.

ιβ'. Ἔχει δὲ τὸ χρήσιμον ἡ ὑπογραφή, ὅταν οὐκ ἔχῃ τὸ πρᾶγμα οὐσιώδεις διαφοράς.

ιγ'. Χρήσιμος δὲ καὶ ὁ ὑπογραφικὸς ὁρισμός, ὅταν ἔχῃ μὲν τὸ πρᾶγμα οὐσιώδεις διαφοράς, οὐ μὴν ἀρκούσας εἰς τὸ ἀνελλιπῶς παραστῆσαι αὐτό· ὡς ἐπὶ τοῦ ὅρου τοῦ ἵππου. Λέγομεν γάρ, Ἵππος ἐστὶ ζῶον ἄλογον· καὶ τὸ μὲν ἄλογον οὐσιώδης διαφορά ἐστιν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ὅλων ζώων χωρίσαι τὸν ἵππον οὐ δύναται, προστιθέαμεν καὶ τὸ ἴδιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ χρεμετιστικόν. Τινὲς δὲ διὰ σαφήνειαν πλείονα καὶ τὸ τετράπουν, ὅπερ ἐστὶν ἀχώριστον συμβεβηκὸς, προστιθέασιν, οὕτω λέγοντες· Ἵππος ἐστὶ ζῶον ἄλογον τετράπουν χρεμετιστικόν.

Digitized by Google

ιδ'. Οὐ πάντοτε δὲ ὁ ὑπογραφικὸς ὁρισμὸς πᾶσι A χρᾶται τοῖς οὐσιώδεσι καὶ ἔκτοτε τοῖς ἐπουσιώδεσιν, ἀλλὰ καὶ μιᾷ μόνῃ ποτὲ λάχις ἀρκούμενος οὐσιώδει διαφορᾷ, τὸ λοιπὸν ἐξ ἐπουσιωδῶν συμπληροῖ.

14. Non semper autem descriptoria definitio omnibus utitur essentialibus (differentiis) et hinc essentiam sequentibus, sive adventitiis; sed sæpe etiam una sola acquiescens essentiali differentia, quod reliquum est ex adventitiis complet.

ιε'. Διαφορῶν δὲ οὐσῶν οὐσιωδῶν ἀρκουσῶν εἰς τὸν ὁρισμὸν, τὸ παραλαμβάνειν ἐπουσιώδεις ἀτεχνίας ἐστίν. Ὡσαύτως καὶ τὸ δι' ὑπογραφῆς δεικνύειν τὸ πεφυκὸς δειχθῆναι δι' ὁρισμοῦ· πλὴν εἰ μή πως πρὸς ἀτελεῖς τὸν λόγον ποιούμενός τις, οὐ δύναται τὸ πρᾶγμα σαφῶς αὐτοῖς ἐκ τῶν οὐσιωδῶν καὶ μόνων παραστῆσαι διαφορῶν. Τότε γὰρ καὶ διαφορὰς ἐπουσιώδεις, διὰ τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος, εἰς διασάφησιν πλείονα παραλήψεται.

15. Quando vero essentiales differentiæ sufficiunt ad definitionem, inscitiæ est adventitias assumere; eodem modo et descriptione ostendere quod definitione ostendi potest; nisi quis ad imperfectos sermonem faciens non possit illis ex essentialibus et solis differentiis manifesto rem ob oculos ponere. Tunc enim etiam adventitias differentias propter eos ad quos sermo fit, uberioris explanationis gratia assumet.

ις'. Λαμβάνονται οἱ ὁρισμοὶ καὶ ἐξ ὕλης καὶ ἐξ B εἴδους. Οἷον, Ἀνδριάς ἐστιν ἐκ χαλκοῦ πεποιημένος ἀνδρὸς εἶδος ἐμφαίνων. Ὕλη μὲν οὖν ἐστιν ὁ χαλκὸς καὶ ἀναλογεῖ τῷ γένει· τὸ δὲ ἀνδρὸς εἶδος ἐμφαίνων, εἶδος ὄν, ταῖς διαφοραῖς ἀναλογεῖ ταῖς συστατικαῖς.

16. Sumuntur definitiones et ex materia et ex forma, veluti: Statua est ex ære facta viri speciem 14 repræsentans. Materia proinde quidem est æs, et generi proportione respondet. At tò viri speciem repræsentans, cum forma sit, differentiis constituentibus est analogum.

ιζ'. Λαμβάνονται καὶ ἐξ ὑποκειμένου καὶ τέλους. Ὑποκείμενον μὲν οὖν ἐστι, περὶ ὃ τὸ ὁριστὸν καταγίνεται· τέλος δὲ, οὗ στοχάζεται. Οἷον Ἰατρικὴ ἐστι τέχνη περὶ τὰ ἀνθρώπεια σώματα καταγινομένη, ὑγείας περιποιητική. Ὑποκείμενα γὰρ τῇ ἰατρικῇ τὰ ἀνθρώπεια σώματα· τέλος δὲ τὸ περιποιεῖσθαι αὐτοῖς τὴν ὑγίειαν καὶ ἢ παροῦσαν διαφυλάττειν, ἢ ἀποῦσαν ἀνακαλεῖσθαι.

17. Sumuntur etiam ex subjecto et fine. Subjectum quidem est, circa quod definitum occupatur; finis autem quo collineat seu respicit, ut: Medicina est ars quæ circa humana corpora occupatur, quorum sanitatem asserit. Medicinæ enim subjecta sunt humana corpora; finis autem est, sanitatem ipsis asserere, et vel præsentem conservare, vel absentem revocare.

ιη'. Λαμβάνονται καὶ ἐξ ὑποκειμένου μόνου καὶ ἐκ τέλους μόνου, ὅταν ἐκ θατέρου τούτων δυνατὸν ᾖ C ἐηλοῦσθαι τὸ πρᾶγμα. Ἐξ ὑποκειμένου μόνου ὁρισμὸς, ὡς ὅτε λέγει τις, Ὑαλουργική ἐστι τέχνη καταγινομένη περὶ τὴν ὕαλον· ἐκ δὲ τοῦ τέλους μόνου, ὡς τὸ, Μαγειρική ἐστι τέχνη ἐδεσμάτων κατασκευαστική.

18. Sumuntur etiam ex subjecto solo et fine solo, cum ex horum altero res declarari potest. Definitio ex subjecto solo est, ut cum dicit aliquis, Vitraria est ars quæ circa vitrum occupatur. Ex fine autem solo, ut Culinaria seu coquinaria est ars quæ cibos apparat.

ιθ'. Θεωροῦνται δὲ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὁρισμοῖς τὰ γένεσιν ἀναλογοῦντα καὶ διαφοραῖς ταῖς συστατικαῖς· ὥσπερ κἀν τοῖς προσεχῶς εἰρημένοις ἡ τέχνη μὲν ὡς γένος ἐστὶν, ὡς διαφοραὶ δὲ συστατικαὶ τὰ λοιπά.

19. Spectantur vero etiam in hujuscemodi omnibus definitionibus, quæ generibus et differentiis constituentibus sunt analogæ, quemadmodum etiam in illis quæ modo ante dictæ sunt, ars quidem ut genus; cætera autem sunt, ut constituentes differentiæ.

κ'. Τὴν κλῆσιν δ' ἔχουσιν οἱ ὁρισμοὶ ἐκ μεταφορᾶς τῶν τῆς γῆς ὁροθεσίων· ὡς γὰρ δι' ἐκείνων χωρίζεται τὰ χωρία ἀπ' ἀλλήλων, οὕτω καὶ διὰ τῶν ὁρισμῶν ἀπ' ἀλλήλων τὰ πράγματα διακρίνεται.

20. Appellationem sortiti sunt ὁρισμοί, id est, definitiones 15 ex translatione terræ ὁροθεσίων, id est limitum. Quemadmodum enim per hos fundi a se invicem separantur, sic etiam res a se invicem mediantibus definitionibus discernuntur.

κα'. Λέγονται δὲ καὶ ὁρισμοὶ καὶ ὅροι διά τε τὸ περιορίζειν καὶ περικλείειν, καὶ οὕτω διαχωρίζειν ἐξ ἀλλήλων τὰ ὁριστὰ, καὶ διὰ τὸ εὐόρατα καὶ εὐσύνοπτα καὶ σαφῆ ποιεῖν τὰ πράγματα. Δηλοῦσι μὲν γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα φύσεις πραγμάτων, ὡς ἔφημεν. Διὸ καὶ τινες ὅρους συνεσταλμένους ταῦτα κεκλήκασιν, ὥσπερ οὖν ὀνόματα ἐξηπλωμένα τοὺς ὁρισμούς· πλὴν ὁ δηλοῦσι τὰ ὀνόματα, σκοτεινῶς τε καὶ ἀσαφῶς καὶ ἀδιακρίτως δηλοῦν πεφύκασιν· οἱ δὲ ὅροι καθαρῶς καὶ σαφῶς καὶ διακεκριμένως, διὰ τὸ χρῆσθαι διαφοραῖς καὶ ταύταις οὐσιώδεσι, τουτέστιν

21. Dicuntur autem etiam ὁρισμοὶ καὶ ὅροι, id est definitiones et fines, quod circumquaque finiant et undique claudant, ac sic a se invicem definita disseparent, quodque res aspectui obvias et perspicuas manifestasque faciant. Nam et nomina quidem etiam naturas rerum, ut diximus, explicant: quapropter etiam ipsa aliqui contractas definitiones vocarunt; quemadmodum definitiones, explicata nomina. Verumtamen id quod declarant nomina, obscure et inevidenter indiscreteque declarare solent: definitiones contra pure et eviden-

Digitized by Google

ter et discrete, propterea quod differentiis utantur, iisque essentialibus, hoc est, quæ essentias et naturas rerum a se invicem disseparare queant.

22. Descriptio autem hanc appellationem sortita est quod umbratili picturæ similis sit. Perfectæ enim picturæ definitio quidem similis est, quæ ipsam rei naturam declarat ; descriptio autem umbratilem aliquam picturam **16** imitatur. Cum enim ea quæ circa rei naturam sunt intercipiat, ex illis rem conjectandam concedit. Descriptoria autem definitio umbratili, nec perfectæ picturæ, sed intermedio alicui similis est : propius tamen accedit sive ad definitionem sive ad descriptionem pro essentialibus vel adventitiis differentiis.

23. Sciendum denique quod etiam proprium cum in definitionibus tum in descriptionibus differentiæ rationem habeat : essentialis quidem, id quod pure essentiale est, quod etiam, ut diximus, monoidem seu unius speciei vocant differentiam, quia de pluribus speciebus non dicitur, velut in homine, intelligentiæ et scientiæ capax. Essentiam autem sequentis differentiæ rationem obtinet reliquum proprium, ut in homine ridendi, in equo hinniendi, in cane latrandi facultatem habens. Quod proprium est si tale est, ut essentiam consequatur, omni tamen accidente tanto est præstantius, quanto magis totam speciem quam omne accidens imprimere et insignire potest.

A οὐσίας καὶ φύσεις πραγμάτων δυναμέναις ἀπ' ἀλλήλων διαχωρίζειν.

κβ'. Ἡ δὲ ὑπογραφὴ ταύτης τῆς κλήσεως ἔτυχε διὰ τὸ ἐοικέναι σκιαγραφίᾳ. Τελείᾳ μὲν γὰρ γραφῇ ὁ ὅρος ἔοικε, δηλῶν αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. Ἡ δ' ὑπογραφὴ σκιαγραφίαν μιμεῖταί τινα. Τὰ γὰρ περὶ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος διαλαμβάνουσα δίδωσιν ἐκ τούτων εἰκάζειν τὸ πρᾶγμα. Ὁ δὲ ὑπογραφικὸς ὁρισμὸς οὔτε σκιαγραφίᾳ ἔοικεν, οὔτ' αὖ ἐντελογραφίᾳ, ἀλλὰ μεσότητί τινι. Προσεγγίζει δὲ μᾶλλον εἴτε τῷ ὁρισμῷ, εἴτε τῇ ὑπογραφῇ, κατὰ τὰς οὐσιώδεις ἢ ἐπουσιώδεις διαφοράς, ἐξ ὧν ὁμοῦ καὶ συνέστηκεν.

B κγ'. Ἰστέον δ' ὅτι καὶ τὸ ἴδιον ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τε καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς λόγον ἔχει διαφορᾶς, οὐσιώδους μὲν τὸ καθαρῶς οὐσιῶδες, ὃ καὶ διαφορὰν μονοειδῆ καλοῦσιν, ὡς εἴπομεν, ὡς μὴ κατὰ πλειόνων εἰδῶν λεγόμενον, οἷον ἐν ἀνθρώπῳ τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· ἐπουσιώδους δὲ διαφορᾶς λόγον ἔχει τὸ λοιπὸν ἴδιον· οἷον ἐν ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν, ἐν ἵππῳ τὸ χρεμετιστικόν, καὶ ἐν κυνὶ τὸ ὑλακτικόν. Ὅπερ ἴδιον κἂν ἐπουσιῶδες εἴη, πλὴν ἀλλὰ συμβεβηκότος παντὸς προτιμότερον, ὅτῳ καὶ εἶδος ὅλον χαρακτηρίζειν δύναται πλέον ἢ ἅπαν συμβεβηκός.

*Αἱ διαιρέσεις τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ σοφωτάτου Βλεμμίδου καθ' ἕκαστον κεφάλαιον.*

Ὁ ὅρος
- ἢ ἐκ γένους καὶ συστατικῆς διαφορᾶς·
- ἢ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους·
- ἢ ἐξ ὑποκειμένου καὶ τοῦ τέλους.

**17** *Divisiones prioris libri doctissimi Blemmidæ per singula capita.*

Ὅρος significat
1. Limitem.
2. Extremitatem, ut sunt principium et finis.
3. Terminum logicum quomodo Aristoteles dicit ὅρος, **id est, terminum voco** in quem resolvitur propositio.
4. Statum rhetoricum.
5. Caput statui homonymum.
6. Dogmatum comprehensionem.
7. Omnem brevem et compendiosam orationem.
8. Securitatem et cautionem.
9. Definitionem, quæ definitur oratio concisa naturam rei subjectæ declarans,

Definitio conficitur vel ex
- Genere et differentia constituente,
- Materia et forma,
- Subjecto et fine (sive conjunctis sive conjunctis).

Definitio / Definitio descriptoria / Descriptio — conficitur ex genere et
- differentiis essentialibus,
- differentiis aliquibus essentialibus, aliquibus essentiam consequentibus,
- propriis et inseparabilibus accidentibus.

Definitio / Descriptio / Definitio descriptoria — similis est picturæ
- perfectæ,
- umbratili,
- intermediæ.

## **18** SYNOPSIS CAPITIS II,

QUOD EST DE DIVISIONE.

**1.** *Præmissis aliquot divisionibus et subdivisionibus rerum divisionis modos investigat.* — **2.** *Octo enumerat in universum, eosdemque exemplis declarat.* — **3.** *A genere in species.* — **4.** *A specie in individua.*

Digitized by Google

— 5. *A totis in partes, quas dividit in similares et dissimilares, et utrasque describit.* — 6. *Ab uno et ad unum.* — 7. *A voce homonyma seu æquivoca in sua significata.* — 8. *A substantia in accidentia.* — 9. *Ab accidentibus in substantias.* — 10. *Ab accidentibus in accidentia.* — 11. *Censet ex his octo modis tres tantum esse proprie dividendi modos, reliquos abusive sic dici.* — 12. *Ostendit a specie in individua non esse divisionem, sed enumerationem saltem, quia ipsa infinita sunt.* — 13. *Nec ab accidentibus esse in substantias divisionem, sed esse eam potius a substantia in alias substantias.* — 14. *Nec a substantia in accidentia, sed saltem a substantia in alias substantias vicissim accidentia habentes.* — 15. *Nec ab accidentibus in accidentia, sed vel a genere in species, vel a substantia in alias substantias.* — 16. *Nec in illis quæ ab uno et ad unum dicuntur quod eorum uti infinitorum sit tantum enuntiatio.* — 17. *Divisio, subdivisio et superdivisio* (ἐπιδιαίρεσις) *quid differant, et quando hæc fieri debeat.* — 18. *Causa quare ex eodem genere sectæ species dicantur Græcis* ἀντιδιαιρούμενα. — 19. *Alia appellationis causa.* — 20. *Quid natura prius.* — 21. *In speciebus inter se collatis et individuis non esse natura prius, qua de causa illæ* ἀντιδιαιρούμενα *dicantur.* — 22. *Nec magis et minus in illis esse, secus quam in his quæ ab uno et ad unum dicuntur.*

—

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ διαιρέσεως.*

α'. Πᾶν πρᾶγμα ἢ διαιρετόν ἐστιν ἢ ἀδιαίρετον. Τὸ δὲ διαιρετὸν ἢ καθ' αὑτὸ διαιρεῖται, ἢ κατὰ συμβεβηκός. Καὶ τὸ μὲν καθ' αὑτὸ διαιρούμενον ἢ ὡς πρᾶγμα διαιρεῖται ἢ ὡς φωνή. Καὶ εἰ μὲν ὡς πρᾶγμα, γίνεται ἀπὸ γένους εἰς εἴδη διαίρεσις, καὶ ἀπὸ εἴδους εἰς ἄτομα, καὶ ἀπὸ ὅλων εἰς μέρη, καὶ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν. Ταῦτα γὰρ ὡς πράγματα διαιροῦνται. Εἰ δὲ ὡς φωνὴ, γίνεται ἡ διαίρεσις ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα. Τὸ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ διαιρούμενον, τοιαύτην ἐπιδέχεται τὴν διαίρεσιν· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἢ ὡς ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα ἔχει τὴν διαίρεσιν, ἢ ὡς ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς οὐσίας, ἢ ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς συμβεβηκότα. Ταῦτα γὰρ πάντα κατὰ συμβεβηκός εἰσιν.

β'. Ἐντεῦθεν τοίνυν φαίνονται τρόποι διαιρετικοὶ ὀκτώ·

γ'. Ὁ ἀπὸ γένους εἰς εἴδη· οἷον τὸ ζῶον διαιρεῖται εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον.

δ'. Ὁ ἀπὸ εἴδους εἰς ἄτομα, οἷον ὁ ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς Πέτρον καὶ Παῦλον, καὶ τοὺς λοιποὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους.

ε'. Ὁ ἀπὸ ὅλων εἰς μέρη, ὁμοιομερῆ τε καὶ ἀνομοιομερῆ. Καὶ ὁμοιομερῆ μὲν λέγονται τὰ δεχόμενα καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὅρον τοῦ ὅλου τε καὶ ἀλλήλων· ὡς ὅταν τέμωμεν τὴν σάρκα εἰς πολλὰς σάρκας. Καὶ γὰρ ἕκαστον τῶν μερῶν σὰρξ λέγεται, καὶ τὸν ὁρισμὸν τῆς σαρκὸς ἐπιδέχεται. Αἷμα γάρ ἐστι πεπηγὸς ὑπὸ φύσεως. Ἀνομοιομερῆ δέ εἰσι τὰ μήτε ὀνόματος μήτε ὁρισμοῦ κοινωνοῦντα ἢ τῷ ὅλῳ, ἢ ἀλλήλοις· ὡς ὅταν διέλωμεν τὸν Πέτρον εἰς κεφαλὴν, χεῖρας καὶ πόδας· οὐδὲν γὰρ ἐκ τούτων, οὔτε τὸ ὄνομα, οὔτε τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχεται τοῦ ὅλου ἢ τῶν λοιπῶν μερῶν.

ς'. Ὁ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν· ἀφ' ἑνὸς μὲν, ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ἰατρικὸν βιβλίον, ἰατρικὸν ἐργαλεῖον. Ταῦτα γὰρ ἀφ' ἑνός εἰσιν, ἐπείπερ ἀπὸ μιᾶς τῆς ἰατρικῆς ὠνομάσθησαν· πρὸς ἓν δὲ ὡς ὑγιεινὸν φάρμακον, ὑγιεινὸν βρῶμα. Πρὸς ἓν γὰρ βλέπουσι, τὴν ὑγίειαν.

ζ'. Ὁ ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα, εἴτε ὅλα εἴτε μέρη· ὅλα μὲν ὡς, ὅταν ἡ κύων φωνὴ διαιρῆται εἴς τε τὸν ἀστρῷον κύνα, τὸν χερ-

## CAPUT II.

*De divisione.*

1. Omnis res vel dividi potest vel non potest dividi. Quæ autem dividi potest aut secundum se dividitur aut secundum accidens. Et quidem quæ secundum se dividitur, aut ut res aut ut vox dividitur. Et siquidem ut res dividitur, divisio fit a genere in species et a specie in individua, et a totis in partes, et ab uno et ad unum. Hæc enim ut res dividuntur. Sin vero ut vox dividitur a voce homonyma (quam æquivocam vocant) in diversa significata fit divisio. Quod igitur secundum se dividitur, hujusmodi divisionem suscipit. Quod autem secundum accidens dividitur vel ut a substantia in accidentia, vel ut ab accidentibus in substantias, vel ut ab accidentibus in accidentia divisionem habet. Quippe hæc omnia sunt secundum accidens.

2. Hinc igitur octo dividendi modi oriuntur.

3. A genere in species, velut animal dividitur in rationale et irrationale.

4. A specie in individua, velut homo dividitur in Petrum et Paulum et cæteros particulares homines.

5. A totis in partes cum similares, tum dissimilares. Et similares quidem dicuntur, quæ recipiunt et nomen et definitionem cum totius tum sui invicem; ut cum carnem in multas carnes secuerimus. Quælibet enim partium et caro dicitur, et definitionem carnis recipit. Sanguis enim est a natura concretus. Dissimilares autem sunt, quæ neque nomine neque definitione vel cum toto vel secum invicem communicant; ut cum Petrum in caput, manus et pedes diviserimus. Nulla enim ex his neque nomen neque definitionem totius aut cæterarum partium suscipit.

6. Ab uno et ad unum. Ab uno quidem, ut a medicina medicus liber, officina medica. Hæc enim ab uno sunt, quandoquidem ab una medicina nominata sunt. Ad unum vero, ut salubre medicamentum, salubris cibus. Ad unum enim, salutem seu sanitatem respiciunt.

7. A voce homonyma in diversa significata, sive tota sive partes; tota quidem, ut cum vox canis dividitur et in sidereum et terrestrem et marinum

Digitized by Google

canem. Partes autem ut cum γλώσσης (linguæ) nomen de extremitate, id est, lingula, calceamenti; et de extremitate, id est, lingula tibiæ; et de gustatoria animalium particula effertur, quæ partes, non tota sunt.

8. A substantia in accidentia, ut cum dixerimus: Hominum alii albi, alii nigri sunt.

9. Ab accidentibus in substantias, ut Alborum alia animata, alia inanimata sunt.

10. Ab accidentibus in accidentia, ut Alborum alia calida, alia frigida sunt, calida quidem, ut in calce viva; frigida vero, ut in nive (videre est).

11. Sciendum autem quod modi divisorii proprie sint tres: a genere in species, a totis in partes, et a voce homonyma in diversa significata: cæteri autem modi magis abusive divisorii nominantur.

12. A speciebus enim in individua non est divisio, sed enumeratio. Individua enim cum infinita sint, divisioni subjici non possunt.

13. Sed nec ab accidentibus in substantias fit divisio. Qui enim dicit alborum alia animata, alia inanimata esse, quasi a corporibus quæ albedinem receperunt, quæ substantiæ sunt, divisionem efficit. Neque enim accidens in substantias dividi potest, quia quod ut res dividitur, in similia vult dividi, non in dissimilia.

14. Neque vero etiam a substantia in accidentia fit divisio. Dicere enim, hominum alios esse albos, alios nigros, non est divisio a substantia in accidentia, sed a substantia in substantias quæ vicissim habent accidentia. In homines enim nigros et albos facta est divisio, qui sunt substantiæ.

15. Sed nec ab accidentibus in accidentia fit divisio. Nam vel a genere in species est talis divisio, ut cum colorem in album et nigrum divisero (color enim albi et nigri genus est), vel a substantia in substantias. Dicere enim alborum alia calida, alia frigida esse, nihil aliud est, quam quod corporum albedine præditorum alia calorem habeant, alia frigus. Ipsa enim per se albedo quæ accidens est, neque calida neque frigida est, quoniam nullum accidens alii accidenti ad exsistentiam subjectum est; sed sola substantia omnibus accidentibus, ut hæc sint, subjicitur.

16. Neque vero in illis quæ ab uno et ad unum sunt divisio spectatur, sed enumeratio. Nam et hæc infinita sunt et comprehendi non possunt, quemadmodum sane etiam individua. Dicere enim potest aliquis, librum medicum et vas medicum et emplastrum medicum, et infinita alia. Eodem modo salubre vinum, salubrem diætam, salubrem aerem et hujusmodi.

17. Sciendum autem quod divisio, addivisio seu

σαῖσν καὶ τὴν θαλάσσιον· ταῦτα γὰρ ὅλα εἰσί. Μέρη δὲ ὡς ὅταν τὸ τῆς γλώττης ὄνομα φέρηται κατὰ τοῦ ἄκρου τοῦ ὑποδήματος, τοῦ ἄκρου τοῦ αὐλοῦ, καὶ τοῦ γευστικοῦ μορίου τῶν ζώων· ἄτινα μέρη εἰσὶ καὶ οὐχ ὅλα.

η'. Ὁ ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα, ὡς ὅταν εἴπωμεν· Τῶν ἀνθρώπων οἱ μέν εἰσι λευκοὶ, οἱ δὲ μέλανες.

θ'. Ὁ ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς οὐσίας, ὡς Τῶν λευκῶν τὰ μὲν ἔμψυχα, τὰ δὲ ἄψυχα.

ι'. Ὁ ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς συμβεβηκότα, οἷον, Τῶν λευκῶν τὰ μὲν θερμὰ, τὰ δὲ ψυχρά· θερμὰ μὲν ὡς ἐπὶ τῆς ἀσβέστου, ψυχρὰ δὲ ὡς ἐπὶ τῆς χιόνος.

ια'. Ἰστέον δ' ὅτι κυρίως διαιρετικοὶ τρόποι τρεῖς εἰσιν· ὁ ἀπὸ γένους εἰς εἴδη, ὁ ἀπὸ ὅλων εἰς μέρη, καὶ ὁ ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα· οἱ δὲ ἄλλοι τρόποι καταχρηστικώτερον διαιρετικοὶ ὀνομάζονται.

ιβ'. Ἀπὸ γὰρ εἰδῶν εἰς ἄτομα διαίρεσις οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀπαρίθμησις. Ἄπειρα γὰρ ὄντα τὰ ἄτομα διαιρέσει καθυποβληθῆναι οὐ δύναται.

ιγ'. Ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς οὐσίας γίνεται διαίρεσις. Ὁ γὰρ λέγων, ὅτι τῶν λευκῶν τὰ μὲν ἔμψυχα, τὰ δὲ ἄψυχα, ὡς ἀπὸ σωμάτων ἐπιδεδεγμένων λευκότητα ποιεῖται τὴν διαίρεσιν, ἄτινα οὐσίαι εἰσίν. Οὐδὲ γὰρ δύναται τὸ συμβεβηκὸς εἰς οὐσίας διαιρεθῆναι, ὅτι τὸ διαιρούμενον ὡς πρᾶγμα εἰς ὅμοια θέλει διαιρεῖσθαι, οὐ μὴν εἰς ἀνόμοια.

ιδ'. Οὔτε δὲ ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα γίνεται διαίρεσις. Τὸ γὰρ λέγειν ὅτι τῶν ἀνθρώπων οἱ μέν εἰσι λευκοὶ, οἱ δὲ μέλανες, οὐκ ἔστι διαίρεσις ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα, ἀλλὰ ἀπὸ οὐσίας εἰς οὐσίας πάλιν ἐχούσας συμβεβηκότα. Εἰς ἀνθρώπους γὰρ μέλανας καὶ λευκοὺς ἐγένετο ἡ διαίρεσις, οἵτινες οὐσίαι εἰσίν.

ιε'. Ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς συμβεβηκότα γίνεται διαίρεσις. Ἡ γὰρ ἀπὸ γένους εἰς εἴδη ἐστὶν ἡ τοιαύτη διαίρεσις· ὡς ὅταν εἰς λευκὸν καὶ μέλαν διαιρήσω τὸ χρῶμα· γένος γάρ ἐστι τὸ χρῶμα τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος· ἢ ἀπὸ οὐσίας εἰς οὐσίας. Τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι τῶν λευκῶν τὰ μέν εἰσι θερμὰ, τὰ δὲ ψυχρὰ, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὅτι τῶν σωμάτων τῶν ἐπιδεδεγμένων λευκότητα τὰ μὲν ἔχει θερμότητα, τὰ δὲ ψυχρότητα. Καὶ γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ λευκότης, ἥτις ἐστὶ συμβεβηκὸς, οὔτε θερμή ἐστιν, οὔτε ψυχρά. Ἐπεὶ οὐκ ἔστι τι συμβεβηκὸς ἑτέρῳ συμβεβηκότι πρὸς ὕπαρξιν ὑποκείμενον· μόνη δὲ ἡ οὐσία πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσι πρὸς τὸ εἶναι ταῦτα ὑπόκειται.

ις'. Οὔτε δὲ ἐν τοῖς ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν θεωρεῖται διαίρεσις, ἀλλ' ἀπαρίθμησις. Ἄοριστα γὰρ καὶ ταῦτα καὶ ἀπερίληπτα, ὥσπερ δὴ καὶ ἄτομα. Δύναται γὰρ εἰπεῖν τις ἰατρικὸν βιβλίον, καὶ ἰατρικὸν σκεῦος, ἰατρικὸν ἔμπλαστρον, καὶ ἄλλα μυρία· ὡσαύτως ὑγιεινὸν οἶνον, ὑγιεινὴν δίαιταν, ὑγιεινὸν ἀέρα, καὶ τὰ τοιαῦτα.

ιζ'. Ἰστέον δὲ ὅτι διαίρεσις, ἐπιδιαίρεσις, κατὰ

Digitized by Google

τοῦτο διαφέρουσιν ἀλλήλων, καθότι ἡ μὲν διαίρεσις πρώτως τέμνει τὸ πρᾶγμα· ἡ δὲ ἐπιδιαίρεσις κατὰ δευτέραν ἐπιβολὴν τέμνει τὸ αὐτὸ πρᾶγμα· ἡ δέ γε ὑποδιαίρεσις ἓν τῶν τμημάτων παραλαβοῦσα τέμνει αὐτό· οἷον Ὁ ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ· τοῦτο διαίρεσις· καὶ πάλιν Ὁ ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα· τοῦτο ἐπιδιαίρεσις, ἥτις τότε μόνον ὀφείλει γίνεσθαι, ὅτε καθ' ἕκαστον τῶν τμημάτων τῆς πρώτης διαιρέσεως, τὰ τῆς δευτέρας διαιρέσεως, εἴτουν ἐπιδιαιρέσεως, θεωροῦνται τὰ τμήματα. Ἰδοὺ γὰρ ἐν τῷ ἄρρενι καὶ ἐν τῷ θήλει θεωρεῖται ψυχὴ καὶ σῶμα. Ὅταν δὲ εἰπὼν ὅτι ἡ οὐσία διαιρεῖται εἰς σῶμα καὶ ἀσώματον, εἶπω πάλιν, ὅτι τὸ σῶμα διαιρεῖται εἰς ἔμψυχον καὶ ἄψυχον, ἐποίησα ὑποδιαίρεσιν.

A superdivisio et subdivisio secundum hoc differunt, quatenus divisio quidem rem primario 24 secat; addivisio altero aggressu eamdem rem dividit; subdivisio denique unum membrum assumptum partitur: velut Homo dividitur in marem et feminam. Hoc divisio est. Et rursus Homo dividitur in animam et corpus; hoc addivisio est, quæ tum modo fieri debet, cum in quolibet primæ divisionis membro, membra secundariæ divisionis, sive addivisionis considerantur et spectantur. Ecce enim in mare et in femina cum anima tum corpus consideratur. Quando autem primum dixero substantiam dividi in corpus et incorporeum et denuo dicam corpus in animatum et inanimatum dividi, subdivisionem effeci.

ιη'. Λέγονται δὲ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τμηθέντα εἴδη ἀντιδιαιρούμενα ὡς ἀντίθεσίν τινα πρὸς ἄλληλα φέροντα, κἂν ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἶεν καὶ ἑνός· οἷον τὸ σῶμα καὶ τὸ ἀσώματον ἐκ τῆς οὐσίας διαιρεθέντα, καὶ μετέχοντα τῆς οὐσίας ἐπίσης, ἀντίκεινται θάτερον θατέρῳ κατὰ τὰς οὐσιώδεις διαφοράς· τὸ μὲν γὰρ τριχῇ διαστατόν· τὸ δὲ τοῦ τριχῇ διαστατὸν εἶναι πόρρω καθέστηκε. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

B 18. Dicuntur porro species quæ ex eodem genere sectæ sunt (εἴδη ἀντιδιαιρούμενα), id est species contradivisæ ut quæ mutuam oppositionem secum trahant, tametsi ex uno et eodem sint: veluti, corpus et incorporeum divisa ex substantia et substantiam ex æquo participantia quoad essentiales differentias sibi opponuntur, alterum alteri. Illud enim trina dimensione constat; hoc autem ab eo ut trifariam in dimensiones pateat, longe remotum est. Et in aliis similem in modum res se habet.

ιθ'. Λέγοιντο δ' ἂν ἀντιδιαιρούμενα, καὶ ὡς ὁμοτίμως μετέχοντα τοῦ γένους ἐξ οὗ διῄρηται, καὶ ὡς ἂν εἶποι τις ὄντα ἰσοδιαιρούμενα καὶ ἀντὶ θατέρου θάτερον κατὰ τὸ ἰσοδιαίρετον λογιζόμενα. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ἔστι τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον μετέχον τοῦ γένους· οὔτε γὰρ τὸ σῶμα τυγχάνει οὐσίᾳ μᾶλλον τοῦ ἀσωμάτου, οὔτε τὸ ἀσώματον οὐσίᾳ μᾶλλον τοῦ σώματος· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. Οὔτε δὲ τὸ φύσει πρότερον ἐν τοῖς ἀντιδιαιρουμένοις εὑρίσκεται· κατὰ πάντας γὰρ τοὺς τρόπους τῶν διαιρέσεων ἄπεστιν ἐκ τῶν τμημάτων τό τε μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ τὸ φύσει πρότερον, πλὴν τῶν ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν.

C **25** 19. Sed et dici queant εἴδη ἀντιδιαιρούμενα et quod pari honoris gradu participent genus ex quo divisæ sunt et quod sint, quasi dicat aliquis, ἰσοδιαιρούμενα, id est, æqualiter in divisionem venientes et tales qualium altera ut altera quoad divisionis æqualitatem reputetur. In his enim non est, quod genus participet magis et minus. Nec enim corpus magis est substantia quam incorporeum, nec incorporeum magis est substantia quam corpus. Et in aliis eodem modo res se habet. Neque vero etiam quod natura prius est ἐν τοῖς ἀντιδιαιρουμένοις, id est in iis quæ e regione, sive æqualiter dividantur, reperitur. In omnibus enim divisionum modis cum τὸ magis et minus tum τὸ natura prius a membris, exceptis eorum quæ ab uno et ad unum (sunt dicunturque) longe remotum est.

κ'. Φύσει δὲ πρότερον λέγεται τὸ συναναιροῦν καὶ μὴ συναναιρούμενον· καὶ συνεισφερόμενον καὶ μὴ συνεισφέρον, οἷον τὸ ζῷον φύσει πρότερον τοῦ ἀνθρώπου, διότι ἀναιρούμενον συναναιρεῖ τὸν ἄνθρωπον· ζώου γὰρ μὴ ὄντος, οὐδὲ ἄνθρωπος ἔσται· συνεισφερόμενον δὲ οὐ συνεισφέρει· ἐπεὶ συνεισφέρεται μὲν τῷ ἀνθρώπῳ (ἀνθρώπου γὰρ ὄντος καὶ ζῷόν ἐστιν ἐξ ἀνάγκης), οὐ συνεισφέρει δὲ τὸν ἄνθρωπον. Ζώου γὰρ ὄντος οὐκ ἤδη καὶ ἄνθρωπος ἔσται, ἀλλ' ἵππος τυχόν, ἢ βοῦς ἢ κύων, ἢ ἄλλο τι ζῷον. Φύσει γοῦν πρότερόν ἐστι τὸ γένος τοῦ εἴδους, καὶ τὸ εἶδος τῶν ἀτόμων.

D 20. Natura autem prius dicitur, cum quod simul alterum tollit nec ab illo simul tollitur; tum quod simul infertur ab altero, nec infert alterum: veluti animal natura prius est homine, propterea quod cum tollitur, hominem secum tollit (quippe si non est animal, neque homo erit); **26** cum autem simul infertur, non simul infert; quandoquidem simul quidem cum homine infertur (homine enim exsistente et animal est necessario), non tamen simul infert hominem. Animali enim exsistente non protinus etiam homo erit, sed equus fortasse aut bos, aut canis, aut aliud aliquod animal. Natura proinde prius est genus specie, et species individuis.

κα'. Ἐν δὲ τοῖς εἴδεσιν ἢ τοῖς ἀτόμοις οὐ θεωρεῖται τὸ φύσει πρότερον. Οὐ γὰρ τὸ λογικὸν φύσει πρότερον τοῦ ἀλόγου ἐπεὶ οὐδὲ συναναιρεῖ, οὐδὲ συνεισ-

21. In speciebus autem vel individuis id quod natura prius est, non spectatur. Non enim rationale natura prius est quam irrationale seu brutum

Digitized by Google

(neque enim simul tollit, neque infertur simul), nec rursus Petrus quam Paulus natura prior est.

separabilia cum subsistentia, tum mentis notione, qualia sunt corpora naturalia; aut (prorsus) sunt a **57** materia separabilia et subsistentia et mentis notione; ut quæ supra naturam sunt et incorporea, aut partim quidem inseparabilia a materia, partim vero separabilia, ut quæ quidem quoad subsistentiam in materia, quoad mentis vero notionem, materiæ expertia sunt, velut numeri et figuræ. Neque enim numerus denarius, exempli gratia, aut triangulum sine materia subsistere potest; sed vel in lignis, vel in lapidibus, vel in aliis quibusdam materialibus exsistentiam habeat numerus quidem, quoad discretionem, figura vero, quoad continuitatem. Quando enim aliquis imaginatur et ipsos numeros vel figuras per se recolit; quemadmodum cera quæ sigillum abstergit et exprimit, nihil de lapide signatorio aufert: eodem modo et hic nihil tum de materia absumit, sed solas figuras et numeros sine materia in dianœa exprimit et effingit.

σει καὶ τῇ ἐπινοίᾳ, ὁποῖα τὰ φυσικὰ σώματα· ἢ (παντελῶς) τῆς ὕλης χωριστὰ καὶ τῇ ὑποστάσει καὶ τῇ ἐπινοίᾳ, οἷα τὰ ὑπὲρ φύσιν (τε) καὶ ἀσώματα· ἢ κατά τι μὲν ἀχώριστα τῆς ὕλης, κατὰ τὶ δὲ χωριστά· κατὰ μὲν τὴν ὑπόστασιν ἔνυλα ὄντα, κατὰ δὲ τὴν ἐπίνοιαν ἄϋλα· ὥσπερ οἱ ἀριθμοὶ καὶ τὰ σχήματα. Οὐδὲ γὰρ ὁ δέκα τυχὸν ἀριθμὸς, ἢ τὸ τρίγωνον ἄνευ ὕλης ὑποστῆναι δύναται. Ἀλλ' ἢ ἐν ξύλοις, ἢ ἐν λίθοις, ἢ ἔν τισιν ἄλλοις ὑλικοῖς τὴν ὕπαρξιν ἔχουσιν· ὁ μὲν ἀριθμὸς κατὰ διορισμὸν, τὸ δὲ σχῆμα κατὰ συνέχειαν· τῇ μέντοι ἐπινοίᾳ δύνανται τῆς ὕλης χωρίζεσθαι. Καὶ γὰρ ἡνίκα τις φαντάζεται καὶ ἀναπολεῖ τοὺς ἀριθμοὺς αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς, ἢ τὰ σχήματα, καθὼς ὁ κηρὸς ἀναματτόμενος τὴν σφραγῖδα, οὐδέν τι τοῦ σφραγιστηρίου ἀφαιρεῖται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτος οὐδέν τι τῆς ὕλης λαμβάνει τότε, μόνα δὲ τὰ σχήματα καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἄϋλα, ἐν τῇ διανοίᾳ διατυποῖ.

5. Quoniam ergo contemplativæ (philosophiæ parti) omnia entia ad cognitionem subjecta sunt, triplicia autem sunt entia: hujus gratia et contemplativæ (philosophiæ pars) in tria (tres partes) dividitur. Et physiologia quidem circa ea occupatur **58** quæ prorsus sunt in materia, theologia vero circa ea quæ per omnia materia sunt expertia: mathematica denique circa ea quæ et materiam et immortalitatem participant.

ε'. Ἐπεὶ γοῦν τῷ θεωρητικῷ πάντα τὰ ὄντα πρὸς γνῶσιν ὑπόκειται, τὰ δὲ ὄντα τριττά· τούτου χάριν καὶ τὸ θεωρητικὸν εἰς τρία διαιρεῖται. Καὶ τὸ μὲν φυσιολογικὸν περὶ τὰ πάντη ἔνυλα καταγίνεται, τὸ δὲ θεολογικὸν περὶ τὰ πάντη ἄϋλα· τὸ δέ γε μαθηματικὸν περὶ τὰ μετέχοντα καὶ ὕλης καὶ ἀϋλίας.

6. Et prima quidem quoad nos est physiologia ut quæ nobis qui in materia sumus, propinquet; secunda, mathematica quæ veluti conjunctio quædam est materiæ et immortalitatis: tertia et ultima est theologia, quæ materiæ per omnia est expers.

ς'. Καὶ πρῶτον μὲν ἔστι πρὸς ἡμᾶς τὸ φυσιολογικὸν, ὡς πλησιάζον τοῖς ἐνύλοις ἡμῖν· δεύτερον, τὸ μαθηματικὸν, οἷόν τις σύνδεσμος ὑπάρχων ὕλης καὶ ἀϋλίας· τρίτον καὶ τελευταῖον τὸ θεολογικὸν, ἀμέτοχον ὂν τῆς ὕλης παντάπασι.

7. Physiologia igitur, quod circa naturam et corruptibilia occupetur, propterea sic nominata est: theologia vero, quod circa divina et incorruptibilia versetur, vocata est theologia. Quoniam autem per mathematicam ex aliis alia discimus, et a sensibus ea quæ supra sensum sunt, edocemur, et per hanc veluti quodam ponte et scala utentes ad immaterialitatem ex materia transcendimus, et ab humilibus terrenisque ad sublimem et cœlestem contemplationem transferimur; eapropter ipsa est mathematica nuncupata. Mathesis enim seu doctrina est non cognitorum apprehensio et veluti ex ignoratione ad cognitionem transpositio.

ζ'. Τὸ μὲν οὖν φυσιολογικὸν, ὡς περὶ τὰ φυσικὰ καταγινόμενον καὶ φθαρτὰ, διὰ τοῦθ' οὕτως ὠνόμασται. Τὸ δὲ θεολογικὸν, ὡς περὶ τὰ θεῖα καὶ ἄφθαρτα, κέκληται θεολογικόν. Ἐπεὶ δὲ διὰ τοῦ μαθηματικοῦ ἐξ ἄλλων ἄλλα μανθάνομεν, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν διδασκόμεθα, καὶ οἱονεί τινι γεφύρᾳ καὶ κλίματι χρώμενοι τούτῳ, πρὸς τὴν ἀϋλίαν ἐκ τῆς ὕλης δι' αὐτοῦ μεταβαίνομεν, καὶ ἀπὸ τῶν χθαμαλῶν καὶ γηΐνων πρὸς θεωρίαν ὑψηλὴν μετατιθέμεθα καὶ οὐράνιον, διὰ τοῦτο μαθηματικὸν αὐτὸ προσηγόρευται. Μάθησις γάρ ἐστι τῶν μὴ ἐγνωσμένων κατάληψις, καὶ οἷον ἐξ ἀγνωσίας εἰς γνῶσιν μετάθεσις.

**59** 8. Hæc mathematica in arithmeticam, musicam, geometriam et astronomiam dividitur. Etenim circa quantum occupatur. Quantum autem aliud quidem est continuum, aliud vero discretum. Et continuum quidem est cujus partes communi quodam termino conjunguntur, veluti linea.

η'. Τοῦτο τὸ μαθηματικὸν διαιρεῖται εἰς ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν· καὶ γὰρ περὶ ποσὸν γίνεται· τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μὲν ἔστι συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον. Καὶ συνεχὲς μὲν ἔστι, οὗ τὰ μόρια πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει, οἷον ἡ γραμμή.

9. Omnes enim partes illius conjunctæ sunt sibi invicem ut punctis quæ sunt in ipsa nihil a conjunctione impediantur. Punctum enim quod mediæ partis, lineæ, exempli gratia, extremitas est, reliquæ mediæ partis in hac est principium. Discretum autem quantum est, quod partes suas ad

θ'. Καὶ γὰρ πάντα τὰ μέρη αὐτῆς συνημμένα ἐστὶν ἀλλήλοις, μὴ παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ σημείων διεργόμενα τὴν συνάφειαν. Τὸ γὰρ σημεῖον, ὃ πέρας ἐστὶ τοῦ ἡμίσους μέρους τυχὸν τῆς γραμμῆς, ἀρχὴ τοῦ λοιποῦ ἡμίσους μέρους ταύτης καθέστηκε. Διωρισμένον δὲ ποσόν ἐστι, ὁ τὰ μόρια πρός τινα

Digitized by Google

καινὸν ὅρον οὐ συνάπτει· οἷον ὁ ἀριθμός· οὐ γὰρ τοῦ ἓξ τυχὸν τὸ ἥμισυ μέρος ἤτοι τὰ τρία, κοινὸν ὅρον ἔχει τινὰ μετὰ τοῦ λοιποῦ ἡμίσους ἤτοι τῶν ἄλλων τριῶν, πρὸς ὃν ὅρον ταῦτα δὴ τὰ μέρη συναφθεῖεν ἄν· ἀλλὰ ταῖς μονάσιν ἀπ' ἀλλήλων ἅπαντα μέρη παντὸς ἀριθμοῦ διακέκριται. Τοῦ μὲν οὖν διωρισμένου ποσοῦ, τὸ μὲν ἔστι καθ' αὑτό, οἷον τὸ ἄρτιον, τὸ περιττὸν, τὸ τέλειον, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ σχέσιν ἔχον πρὸς ἄλλο τι, οἷον διπλάσιον, ἥμισυ, μεῖζον, ἔλαττον, ἐπίτριτον, ἡμιόλιον, καὶ τὰ ὅμοια. Τοῦ δὲ συνεχοῦς ποσοῦ τὸ μὲν ἔστιν ἐν μονῇ καὶ στάσει, τὸ δ' ἐν κινήσει καὶ περιφορᾷ.

A communem terminum non conjungit, veluti numerus. Neque enim senarii, exempli gratia, pars dimidia, sive ternarius, communem quemdam terminum habet cum reliquo dimidio, sive cæteris tribus quo termino hæ scilicet partes conjunctæ essent; sed unitatibus a se invicem omnes partes omnis numeri discretæ sunt. Quapropter discretum quidem quantum aliud est per se, veluti par, impar, perfectum, et quæ sunt hujus generis: aliud vero affectionem seu respectum habet ad aliud; veluti duplum, dimidium, majus, minus, **60** sesquitertium, sesquialterum, et similia. Continuum autem quantum aliud est in mansione et statu, aliud in motu et conversione.

ι'. Ἡ τοίνυν ἀριθμητικὴ καταγίνεται περὶ ποσὸν διωρισμένον καθ' ἑαυτό, ἡ δὲ μουσικὴ περὶ ποσὸν διωρισμένον ἐν σχέσει. Καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἀριθμητικὴ γνῶσις ποσοῦ διωρισμένου καθ' αὑτό, ἡ δὲ μουσικὴ γνῶσις ποσοῦ διωρισμένου ἐν σχέσει. Ἡ γεωμετρία καταγίνεται περὶ ποσὸν συνεχὲς ἀκίνητον, ὁποῖον ἡ γῆ. Καὶ ἔστιν ἡ γεωμετρία γνῶσις ποσοῦ συνεχοῦς ἀκινήτου, ἡ δὲ ἀστρονομία περὶ ποσὸν συνεχὲς ἀεικίνητον, ὁποῖον ὁ οὐρανός. Καὶ ἔστιν ἡ ἀστρονομία γνῶσις ποσοῦ συνεχοῦς ἀεικινήτου.

B 10. Arithmetica quidem igitur circa quantum discretum per se occupatur, musica vero circa quantum discretum in respectu. Estque arithmetica quidem notitia quanti discreti per se musica vero notitia quanti discreti in respectu. Geometria circa quantum continuum immobile occupatur, quale terra est. Estque geometria notitia quanti continui immobilis. Astronomia vero circa quantum continuum semper mobile versatur, quale cœlum est. Estque astronomia notitia quanti continui quod semper movetur.

ια'. Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τῆς φιλοσοφίας θεωρητικοῦ.

11. Hæc quidem de contemplativa philosophiæ parte.

ιβ'. Τὸ δὲ πρακτικὸν διαιρεῖται εἰς ἠθικὸν, οἰκονομικὸν καὶ πολιτικόν. Καὶ ἠθικὸς μὲν ἔστι φιλόσοφος ὁ τὰ ἑαυτοῦ ἤθη καὶ ἄλλου ῥυθμίζειν δυνάμενος· οἰκονομικὸς δὲ ὁ καὶ οἶκον ὅλον ἐκπαιδεύειν καλῶς ἐπιστάμενος. Ὁ δέ γε πόλιν ἢ καὶ πόλεις διεξάγων καὶ διακυβερνῶν ἀρίστως πολιτικός.

12. Porro activa (philosophiæ pars) in ethicam, œconomicam et politicam dividitur. Et ethicus (seu moralis) quidem philosophus est, qui suos et alterius mores concinne conformare potest: œconomicus autem qui etiam totam domum probe novit erudire: politicus denique qui civitatem aut etiam civitates dirigit et gubernat optime.

ιγ'. Κατορθοῦται δὲ τὸ πᾶν πρακτικὸν διά τε τοῦ νομοθετικοῦ καὶ δικαστικοῦ. Καὶ γὰρ νομοθετεῖ ὁ πρακτικὸς φιλόσοφος καὶ πόλει καὶ οἴκῳ καὶ μαθητῇ καὶ ἑαυτῷ τὰ συνοίσοντα. Ὡσαύτως δὲ καὶ δικάζει, τοὺς μὲν καλῶς πράττοντας τῶν ἀγομένων ἐπαινῶν καὶ τιμῶν, καὶ τῶν προσηκουσῶν ἀμοιβῶν ἀξιῶν, τοὺς δὲ κακῶς ἐλέγχων καὶ φαυλίζων καὶ τιμωρούμενος. Γίνεται δὲ καὶ ἑαυτῷ δικαστὴς ὁ φιλόσοφος, καὶ τέρπεται μὲν πράττων τὰ ἀγαθὰ καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἐνηδύνεται· παραβαίνων δέ τι τῶν δεόντων πενθεῖ, καὶ ἑαυτὸν ἐπιπλήττει καὶ διόρθωσιν τῶν ἐσφαλμένων ἐργάζεται.

13. Omnes autem totius activæ (philosophiæ) **61** partes implentur per legum ferendarum et judiciorum officium. Activus enim philosophus et civitati et domui et discipulo et sibi ipsi de profuturis leges fert. Eodem modo etiam judicat, dum subditorum recte quidem agentes laudat et honore et convenientibus præmiis dignatur; male vero (se gerentes) reprehendit, negligit et punit. Sed et sibi ipsi etiam philosophus fit judex, et bona quidem agens oblectatur et in virtutibus voluptatem capit; sed aliquid officiorum transgrediens, dolet, seque ipsum castigat, et lapsuum correctionem allaborat.

ιδ'. Ὥσπερ τοίνυν τοῦ σώματος τελείωσίς ἐστιν ἡ ἰατρική· οὕτω δὴ τῆς ψυχῆς ἡ φιλοσοφία τελείωσις, ἰατρικὴ γινωσκομένη ψυχῆς. Ἐπεὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ μὲν ἔστιν ὀρεκτικὸν, τὸ δὲ γνωστικόν· καὶ τὸ μὲν ἄλογον, τὸ δὲ λογικόν· καὶ τοῦ γνωστικοῦ τε καὶ λογικοῦ τὸ μὲν συνεργοῦν τῷ ὀρεκτικῷ, οἷος ὁ δυνάμει νοῦς, ἡ διάνοια, τὸ δὲ χωριστὸν καὶ ἐξῃρημένον παντάπασιν, οἷος ὁ κατ' ἐνέργειαν νοῦς· ὅσον μὲν τῆς φιλοσοφίας τελειωτικόν ἐστι τοῦ ὀρεκτικοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ αὐτοῦ δὴ δυνάμει νοῦ, τοῦ συνεργοῦντος τῷ ὀρεκτικῷ, τοῦτο πρακτικὸν ὀνομάζεται περὶ πρᾶξιν ἠσχολημένον, καὶ τέλος ἔχον τὴν αἵρεσιν καὶ ἐπίτευξιν τοῦ ἀγαθοῦ· ὅσον δὲ τοῦ

C 14. Quemadmodum igitur medicina corporis est perfectio, ita sane animæ perfectio philosophia est, quæ animæ medicina agnoscitur. Quoniam autem animæ pars alia est quæ appetit, alia quæ cognoscit; et rursus hujus alia quidem rationis particeps, alia rationis expers est: cumque ejus quæ cognoscit, quæque rationis particeps est, una quidem cooperetur appetenti (parti), qualis est mens potestate, ipsa dianœa; altera vero separabilis et prorsus exempta sit, qualis est mens actu; quanta quidem philosophiæ pars **62** appetentem animæ partem, et ipsam scilicet mentem potestate, quæ appetenti cooperatur, perficit,

Digitized by Google

hæc activa nominatur, cum circa actionem sit occupata, finemque habeat boni apprehensionem et consecutionem; quanta vero cognoscentem (animæ partem) perficit, veritatem pro fine habens, hæc communiter contemplativa dicitur.

15. Cæterum quanta quidem notitiam mentis potestate perficit, eam nimirum quæ cum sensu et imaginatione circa formas materiatas et a materia inseparabiles occupatur, hæc physiologia vocatur, quod circa has et in his natura sit; quanta vero puram mentis actu operationem perficit, eamque mentis potestate quæ ad mentem actu provehitur, siquidem notitia est circa formas eas quæ omni modo sunt a materia separabiles, talis theologia vocatur et prima philosophia et metaphysica, quod supra naturalia sit collocata; sin vero circa formas est partim quidem a materia separabiles, partim vero inseparabiles, quæ talis est, mathematica nominatur et de anima. Nam et mathematica essentia, media (quædam) est quodammodo materiæ et **63** immaterialitatis: per universale quidem habens, ut a materia separari possit; per id vero quod in dimensiones patet ac discreta est, ut a materia separari non possit. Simili modo etiam anima quoad sensus quidem et imaginationes, et mentem potestate, inseparabilis est a materia; quoad vero mentem actu, quæ suprema et purissima animæ pars est, anima a materia prorsus separata est.

A γνωστικοῦ τελειωτικὸν, τέλος ἔχον τὴν ἀλήθειαν, τοῦτο λέγεται κοινῶς θεωρητικόν.

ιε'. Ἀλλ' ὅσον μὲν τὴν γνῶσιν τοῦ δυνάμει νοῦ τελειοῖ, τὴν μετ' αἰσθήσεως καὶ φαντασίας περὶ τὰ ἔνυλα εἴδη καὶ ἀχώριστα τῆς ὕλης καταγινομένην, τοῦτο καλεῖται φυσιολογικὸν, ὅτι περὶ ταῦτα ἡ φύσις καὶ ἐν τούτοις ἐστίν· ὅσον δὲ τὴν τοῦ ἐνεργείᾳ νοῦ καθαρὰν ἐνέργειαν τελειοῖ, καὶ τὴν τοῦ δυνάμει νοῦ τὴν συνεπαιρουμένην τῷ ἐνεργείᾳ νῷ, εἰ μὲν περὶ τὰ πάντη χώριστα τῆς ὕλης ἡ γνῶσίς ἐστι, τὸ τοιοῦτον θεολογικὸν καλεῖται, καὶ πρώτη B φιλοσοφία, καὶ μετὰ τὰ φυσικὰ, ὡς ἐπέκεινα τεταγμένον τῶν φυσικῶν· εἰ δὲ περὶ τὰ πῇ μὲν χωριστὰ τῆς ὕλης εἴδη, πῇ δὲ ἀχώριστα, τὸ τοιοῦτον μαθηματικὸν ὀνομάζεται καὶ περὶ ψυχῆς. Ἥ τε γὰρ μαθηματικὴ οὐσία μέση (τις) πώς ἐστιν ὕλης καὶ ἀϋλίας· τῷ μὲν καθόλου τὸ χωριστὸν ἔχουσα τῆς ὕλης, τῷ δὲ διαστατῷ καὶ διακεκριμένῳ τὸ ἀχώριστον. Καὶ ἡ ψυχὴ ὁμοίως· κατὰ μὲν τὰς αἰσθήσεις καὶ φαντασίας, καὶ τὸν δυνάμει νοῦν, ἀχώριστός τῆς ὕλης ἐστί· κατὰ δὲ τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν, ὅς ἐστι τῆς ψυχῆς τὸ ἀκρότατόν τε καὶ καθαρώτατον, παντάπασιν ἡ ψυχὴ τῆς ὕλης κεχώρισται.

*Σχῆμα κεφαλ. ζ', Τίς ἡ τῆς φιλοσοφίας διαίρεσις.*

- Ἡ φιλοσοφία (διαιρεῖται)
  - εἰς θεωρητικὸν
    - φυσιολογικὸν,
    - μαθηματικὸν
      - γεωμετρία,
      - ἀστρονομία,
      - ἀριθμητική,
      - μουσική.
    - καὶ θεολογικὸν.
  - καὶ πρακτικὸν
    - ἠθικὸν
    - οἰκονομικὸν,
    - πολιτικόν.

*Tabula capitis 7, Quæ sit philosophiæ divisio.*

- philosophia dividitur in
  - contemplativam (ut sunt)
    - physiologia
    - mathematica (ut sunt)
      - geometria,
      - astronomia,
      - arithmetica,
      - musica.
    - theologia (seu metaphysica)
  - et activam (ut sunt)
    - ethica,
    - œconomia,
    - politica.

## **64** SYNOPSIS CAPITIS VIII,

QUOD EST DE UNIVOCIS, DIVERSIVOCIS, ET DIVERSIS, ÆQUIVOCIS ITEM ET MULTIVOCIS ET DENOMINATIVIS.

1. *Eorum quæ in mundo exsistunt quodvis et unum et multa est : et quidem ut unum, nomine ; ut multa, vel definitione vel descriptione declaratur. — 2. Ex utriusque nominis et definitionis tum convenientia, tum discrepantia quatuor oriuntur syzygiæ. prima eorum quæ nomine et definitione communicant : secunda eorum quæ utroque discrepant ; tertia eorum quæ nomine conveniunt et definitione discrepant ; quarta eorum quæ definitione communicant, et nomine discrepant. — 3. Ex prima syzygia sunt univoca, ut eorum definitione et exemplis auctor probat. — 4. Ex secunda syzygia et diversivoca et diversa sunt, quorum discrimen per definitiones et exempla indicat. — 5. Ex tertia syzygia sunt æquivoca, quæ iti-*

Digitized by Google

*dem definit. — 6. Indicat cur in superiorum definitionibus ubique adjiciatur, τὸ secundum nomen. — 7. Quid in illis ratio significet. — 8. Quid essentiæ nomen declaret. — 9. Quid nomen philosophis et hic et alibi sæpe significet, quodque etiam verba et aliæ partes orationis homonymως nomina dicantur. — 10. Tria in æquivocis quærenda esse, et quæ sint illa. — 11. Ex quarta syzygia sunt multivoca, quæ describit. — 12. Denominativa inter univoca et æquivoca medio loco constituta sunt, magis tamen pro pinquant univocis, quia majorem habent communitatem quam differentiam. — 65 13. Per occupationem docet quid denominativa requirant et æquivocorum etiam octo requisita enumerat. — 14. Singula singulis exemplis declarat. — 15. Concludit dissertationem de æquivocis. — 16. Redit ad denominativa quæ definit. — 17. Exponit quomodo in definitione vox casus accipiatur. — 18. Quatuor requisita denominativorum assignat, quorum si unum desit, non sit verum denominativum, ut exemplis manifestum facit. — 19. Primum exemplum in quo deest tertium requisitum communitas rei. — 20. Secundum, in quo deest quartum requisitum, differentia rei. — 21. Occasione secundi exempli etymologiam vocabuli πιρθένος enucleat. — 22. Tertium in quo desideratur primum requisitum, nominis communitas. — 23. Quartum, a quo abest secundum requisitum, nominis differentia. — 24. Denominativorum et vocabulorum ab uno discrimen evolvit.*

—

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ συνωνύμων, ἑτερωνύμων, καὶ ἑτέρων, ὡμωνύμων τε καὶ πολυωνύμων, καὶ παρωνύμων.*

α'. Ἕκαστον τῶν ὄντων ἐν κόσμῳ καὶ ἕν τί ἐστι καὶ πολλά· οἷον ὁ ἄνθρωπος καὶ ἕν (τί) ἐστι καθὸ ἄνθρωπος, καὶ πολλὰ καθὸ ζῶον, καὶ λογικὸν καὶ θνητὸν, καὶ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Ἐπεὶ οὖν ἕκαστον τῶν ὄντων ἐν κόσμῳ, καὶ ἕν τί ἐστι καὶ πολλὰ, ὡς μὲν ἓν δηλοῦται ὑπὸ τοῦ ὀνόματος, ὡς δὲ πολλὰ δηλοῦται ὑπὸ τοῦ ὁρισμοῦ, ἢ τῆς ὑπογραφῆς. Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ἓν ὢν καὶ πολλὰ, ὡς μὲν ἓν ὑπὸ τῆς ἀνθρωπος δηλοῦται φωνῆς, ἥτις ἁπλοῦν ἐστιν ὄνομα· ὡς δὲ πολλὰ, ὑπὸ τοῦ ὅρου τοῦ λέγοντος, ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· ὃς δὴ ὅρος λόγος ὑπάρχει τῶν ὧν ἔχει ὁ ἄνθρωπος ἕκαστον ἐπεξιών.

β'. Ἔστωσαν οὖν δύο τινὰ πράγματα ἢ καὶ πλείω, καὶ ταῦτα ἢ καὶ κατὰ τὸ ὄνομα καὶ κατὰ τὸν λόγον κοινωνείτωσαν ἀλλήλοις· ἢ καὶ κατ' ἄμφω διαφερέτωσαν· ἢ (καὶ) κατὰ μὲν τὸ ὄνομα κοινωνείτωσαν, κατὰ δὲ τὸν λόγον διαφερέτωσαν· ἢ τὸ ἀνάπαλιν, κατὰ μὲν τὸν λόγον κοινωνείτωσαν, κατὰ δὲ τὸ ὄνομα διαφερέτωσαν, ὡς εἶναι τέσσαρας τὰς διαφοράς.

γ'. Εἰ μὲν οὖν καὶ κατ' ἄμφω κοινωνοῦσι, κατὰ τὸ ὀνομά φημι, καὶ (κατὰ) τὸν λόγον καλοῦνται συνώνυμα, ὡσανεὶ μεταδιδόντα ἀλλήλοις σὺν τῷ ὀνόματι καὶ τοῦ λόγου· συνώνυμα γάρ εἰσιν, ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτὸς, οἷον ζῶον, ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς κατὰ τὸ ζῶον ὄνομα συνώνυμα ὄντα· καὶ γὰρ ἄμφω καὶ ζῶα προσαγορεύονται, καὶ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται λόγον, καθὸ ζῶα· ἔστι γὰρ ἑκάτερον οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, μεταβατική.

δ'. Εἰ δὴ κατὰ τὸ ὄνομα, καὶ κατὰ τὸν λόγον διαφέρουσιν, εἰ μὲν ἔχουσιν ἐν ὑποκείμενον, λέγονται ἑτερώνυμα, ὥσπερ ἀνάβασις καὶ κατάβασις. Ἔχουσι γὰρ ἓν ὑποκείμενον τὴν κλίμακα· ὁμοίως καὶ σπέρμα καὶ καρπός. Θεωροῦνται γὰρ περὶ τὸν αὐτὸν σῖτον, ὃς πρὸς μὲν τὸ εἶναι καὶ ἀπηρτίσθαι λέγεται καρπὸς, πρὸς δὲ τὸ μέλλειν καὶ πεφυκέναι λέγεται σπέρμα. Εἰ δὲ διάφορα ἔχουσι τὰ ὑποκείμενα, λέγονται ἕτερα, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος,

## CAPUT VIII.

*De univocis, diversivocis et diversis, æquivocis item et multivocis et denominativis.*

1. Quodvis eorum quæ sunt in mundo et unum aliquid et multa est : velut homo et unum quid est quatenus homo, et multa, quatenus animal, et rationale et mortale 66 et intelligentiæ scientiæque capax. Quoniam igitur quodvis eorum quæ sunt in mundo, et unum aliquid et multa est : ut unum quidem a nomine declaratur, ut multa autem a definitione seu descriptione declaratur. Homo enim cum sit unum et multa, ut unum quidem a voce declaratur, quæ simplex nomen est : ut multa vero, a definitione quæ dicit : animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Quæ sane definitio est oratio singula quæ habet homo persequens.

2. Sint igitur duæ quæpiam res vel etiam plures, et hæ vel secundum nomen et definitionem inter se communicent ; vel etiam quoad utrumque differant ; vel quoad nomen quidem communicent, quoad definitionem autem differant ; vel contra quoad definitionem quidem communicent, quoad nomen autem differant, ut quatuor sint differentiæ.

3. Quod siquidem igitur quoad etiam utrumque communicent, quoad nomen inquam et definitionem, univoca vocantur, ut quæ sibi invicem cum nomine etiam definitionem impertiant. Univoca enim sunt, quorum et nomen commune et ratio essentiæ secundum 67 nomen eadem : veluti animal est et homo et bos, quæ secundum nomen animal univoca sunt. Ambo enim et animalia appellantur, et eamdem quatenus animalia definitionem suscipiunt. Utrumque enim est substantia animata, sentiens, progressiva.

4. Sin vero quoad nomen et quoad definitionem differant, siquidem unum habeant subjectum, diversivoca dicuntur, quemadmodum ascensio et descensio. Unum enim subjectum, scalam habent. Simili ratione et semen et fructus. In uno enim tritico considerantur, quod ea ratione qua est, et perfectum est, fructus dicitur ; qua ratione vero futurum est, et aliud per naturam fieri potest, dicitur semen. Sin vero differentia subjecta habeant

Digitized by Google

diversa dicuntur : velut homo et equus, non quatenus animalia (quoad hoc enim sunt univoca), sed quatenus homo et equus sunt. Differentia enim habent nomina, sed et differentes quoad nomina definitiones (habent). Homo enim quatenus homo, est animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Equus autem, quatenus equus, est animal irrationale, quadrupes, hinnicndi facultate **68** præditum. Sed et differentia subjecta habent. Alia enim hominis est substantia, et alia est substantia equi. Dicuntur autem diversivoca quidem, quorum et nomen diversum est, et essentiæ ratio secundum nomen diversa est, cum unum subjectum habeant ; diversa vero, quorum et nomen diversum et quoad nomen essentiæ ratio diversa est, cum differentia subjecta habeant.

A οὐ καθὸ ζῶα (κατὰ τοῦτο γὰρ συνώνυμά εἰσιν), ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος καὶ ἵππος. Διάφορα γὰρ ἔχουσι καὶ τὰ ὀνόματα καὶ λόγους. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἢ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· ὁ δὲ ἵππος ἢ ἵππος ζῶον ἄλογον, τετράπουν, χρεμετιστικόν. Ἀλλὰ καὶ τὰ ὑποκείμενα διάφορα· ἄλλη γὰρ ἡ οὐσία τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἄλλη ἡ οὐσία τοῦ ἵππου. Λέγεται δὲ ἑτερώνυμα μὲν ὧν τό τε ὄνομα ἕτερον καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος ἐν ἐχόντων τὸ ὑποκείμενον· ἕτερα δὲ, ὧν τό τε ὄνομα ἕτερον, καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος διάφορα ἐχόντων τὰ ὑποκείμενα.

5. Si porro quoad nomen quidem communicent, quoad definitionem autem differant, æquivoca nuncupantur. Æquivoca enim sunt, quorum nomen solum commune, sed quoad nomen essentiæ ratio diversa est : quemadmodum duo Ajaces. Hi enim unum quidem commune nomen habent, quod est Ajax ; sed quoad Ajacis nomen, definitionem non eamdem (habent). Alter enim eorum est is Ajax qui Telamonis filius, et ex Salamine oriundus fuit, et singulari certamine cum Hectore decertavit : alter est is Ajax, qui Oilei filius, Locrus et pedibus celer fuit, et siquid aliud habet.

B ε'. Εἰ δὲ κατὰ μὲν τὸ ὄνομα κοινωνοῦσι, κατὰ δὲ τὸν λόγον διαφέρουσι, καλοῦνται ὁμώνυμα. Ὁμώνυμα γάρ εἰσιν, ὧν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος· ὥσπερ οἱ δύο Αἴαντες. Οὗτοι γὰρ ἓν μὲν ὄνομα κοινὸν ἔχουσι τὸ Αἴας, τὸν δὲ κατὰ τὸ Αἴας λόγον οὐ τὸν αὐτόν. Ὁ μὲν γάρ ἐστιν Αἴας ὁ τοῦ Τελαμῶνος υἱὸς ὁ ἐκ Σαλαμῖνος, ὁ μονομαχήσας τῷ Ἕκτορι· ὁ δὲ Αἴας ὁ τοῦ Ὀϊλέως υἱὸς, ὁ Λοκρὸς, ὁ τοὺς πόδας ταχὺς, καὶ εἴ τι ἕτερον ἔχει.

6. Bene autem ubique adjicitur τὸ secundum nomen. Æquivoca enim quoad aliud aliquid univoca deprehendentur ; et univoca, æquivoca. Ac **69** in aliis simili ratione comparatum est. Vide C enim et duo Ajaces quatenus quidem Ajaces æquivoci sunt : quatenus autem homines, univoci sunt utique.

ς'. Πρόσκειται δὲ τὸ κατὰ τοὔνομα καλῶς παντταχοῦ. Κατ' ἄλλο γάρ τι τὰ ὁμώνυμα συνώνυμα εὑρεθήσονται, καὶ τὰ συνώνυμα· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ δύο Αἴαντες καθὸ μὲν Αἴαντες ὁμώνυμοί εἰσι, καθὸ δὲ ἄνθρωποι πάντως συνώνυμοι. 172

7. Porro ratio, scilicet essentiæ, in his omnibus et de definitione et de descriptione dicta est.

ζ'. Ὁ δὲ λόγος ἐν τούτοις ἅπασι κατά τε τοῦ ὁρισμοῦ καὶ τῆς ὑπογραφῆς εἴρηται.

8. Essentiæ autem nomen τὸ simpliciter esse declarat. Etenim duo Ajaces, quatenus uterque Ajax est, hactenus definitionem diversam habent ; quoad vero naturam, unam et eamdem habent.

η'. Τὸ δὲ τῆς οὐσίας ὄνομα τὸ ἁπλῶς εἶναι δηλοῖ. Οἱ γὰρ δύο Αἴαντες καθό εἰσιν Αἴας ἑκάτεροι, κατὰ τοῦτο τὸν λόγον ἔχουσιν ἕτερον, κατὰ δὲ τὴν φύσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτόν.

9. Sciendum autem et hoc, philosophos nomen de omni significativa voce accipere. Quod si hoc, igitur et verba erunt æquivoca : velut τὸ ἐρῶ. Significat enim et *dicam*, et *amantium modo affectus sum*. Et in aliis vero etiam orationis partibus æquivocationem aliquis inveniet.

θ'. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ ὄνομα οἱ φιλόσοφοι καὶ κατὰ πάσης φωνῆς σημαντικῆς ἐκλαμβάνουσιν. Εἰ τοῦτο, τοίνυν καὶ ῥήματα ὁμώνυμα ἔσονται, οἷον τὸ ἐρῶ. Ἔστι γὰρ τὸ λέξω, καὶ τὸ ἐρωτικῶς ἔχω. D Καὶ ἐφ' ἑτέρων δὲ τοῦ λόγου μερῶν ὁμωνυμίαν εὑρήσει τις.

10. Tria autem in æquivocis quærenda sunt : num sit e numero æquivocorum id de quo sermo est ; et quot de significatis nomen ejusmodi usurpetur ; et quo de significatorum sermo sit.

ι'. Τρία δὲ δεῖ ἐπὶ τῶν ὁμωνύμων ζητεῖν· εἰ ἔστι τῶν ὁμωνύμων τὸ περὶ οὗ ὁ λόγος· καὶ κατὰ πόσων σημαινομένων τὸ τοιοῦτον ὄνομα φέρεται· καὶ περὶ ποίου τῶν σημαινομένων ὁ λόγος ἐστίν.

11. Cæterum si quoad definitionem quidem res communicent, quoad nomen autem differant, multivoca dicuntur, nempe quando eadem res multis nominibus appellatur, velut ensis, spatha, gladius, **70** framea. Hæc enim omnia unam definitionem suscipiunt : quippe ferrum utrinque incidens (seu anceps) sunt. Definitio autem multivocorum est, plurima nomina quæ de una re dicuntur.

ια'. Εἰ δὲ κατὰ μὲν τὸν λόγον κοινωνοῦσι τὰ πράγματα, κατὰ δὲ τὸ ὄνομα διαφέρουσι, πολυώνυμα λέγονται, ἤγουν ὅταν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα πολλοῖς καλῆται ὀνόμασιν, οἷον φάσγανον, σπάθη, ξίφος, ἄορ. Ἕνα γὰρ λόγον ἐπιδέχονται ταῦτα πάντα. Σίδηρος γὰρ ἀμφήκης εἰσίν. Ἔστι δὲ ὁ τῶν πολυωνύμων λόγος πλεῖστα ὀνόματα καθ' ἑνὸς λεγόμενα πράγματος.

12. Porro sunt etiam quædam medio loco con-

ιβ'. Εἰσὶ δὲ καί τινα μεταξὺ τῶν ὁμωνύμων καὶ

Digitized by Google

των συνωνύμων, κοινωνοῦντα καὶ διαφέροντα τῷ τε ὀνόματι καὶ τῷ κατὰ τοὔνομα λόγῳ· πλησιάζουσι δὲ ταῦτα μᾶλλον τοῖς συνωνύμοις· πλείονα γὰρ ἔχουσι τὴν κοινωνίαν, ἢ τὴν διαφοράν, ἅπερ καλοῦνται παρώνυμα, ὡς ἀπό τινων παρωνομασμένα· οἷον ἀπὸ τῆς γραμματικῆς γραμματικός, καὶ ἀπὸ τῆς μουσικῆς ὁ μουσικός. Καὶ γὰρ τῷ ὀνόματι κοινωνοῦσι καὶ διαφέρουσι, μὴ τὴν αὐτὴν κατάληξιν ἔχοντα τοῦ ὀνόματος· καὶ τῷ κατὰ τοὔνομα λόγῳ κοινωνοῦσι πάλιν καὶ διαφέρουσιν.

A stituta inter æquivoca et univoca quæ communicant et differunt cum nomine, tum definitione quoad nomen ; magis tamen ad univoca accedunt (quam æquivoca), quippe plus communitatis habent quam differentiæ ; quæ denominativa vocantur, quasi ab aliquibus denominata, velut a grammatica grammaticus, a musica musicus. Partim enim nomine et communicant et differunt, ut quæ eamdem nominis terminationem non habeant : partim iterum definitione quoad nomen communicant et differunt,

Grammatica enim et musica sunt notitiæ : grammaticus autem et musicus substantiæ, in quibus sunt notitiæ.

ιγ΄. Ἡ μὲν γὰρ γραμματικὴ καὶ ἡ μουσικὴ γνώσεις εἰσίν· ὁ δὲ γραμματικὸς καὶ ὁ μουσικὸς οὐσίαι, ἐν αἷς αἱ γνώσεις. Ἡ γραμματικὴ δὲ γυνὴ, καὶ ἡ μουσικὴ γυνὴ οὐκ εἰσὶ παρώνυμα, ἀλλ' ὁμώνυμα. Χρὴ γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν παρωνύμων ἐξ ἀνάγκης παρηλλάχθαι τὴν κατάληξιν τοῦ ὀνόματος, ἐπὶ δὲ τῶν ὁμωνύμων σώζεσθαι κατὰ πάντα τὸ ὄνομα ἀπαράλλακτον· μὴ μόνον κατὰ τὴν κατάληξιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ πνεῦμα, καὶ κατὰ τὸν τόπον, καὶ κατὰ τὴν πτῶσιν, καὶ κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν, καὶ κατὰ τὸ γένος, καὶ κατὰ τὸ τοῦ λόγου μέρος, καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν.

13. Grammatica autem mulier, et musica mulier, non sunt denominativa, sed æquivoca. In denominativis enim necessario terminationem nominis mutatam esse oportet, et in æquivocis nomen ab immutatione immune conservari **71** oportet ; non secundum terminationem duntaxat, sed etiam secundum spiritum, et secundum tonum, et secundum casum, et secundum scripturam, et secundum numerum, et secundum genus, et secundum partem orationis, et secundum consuetudinem.

ιδ΄. Τὸ γὰρ οἷος, δασυνόμενον μὲν δηλοῖ τὸ *ὁποῖος*, ψιλούμενον δὲ, τὸ *μόνος*. Καὶ ἡ τοῦ πνεύματος διαφορὰ χωρίζει τῶν ὁμωνύμων αὐτό. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ Ἄργος, καὶ τὸ *ἀργὸς*, ὁμώνυμά εἰσι διὰ τὴν τοῦ τόνου διαφοράν. Τὸ μὲν γὰρ Ἄργος παροξυτόνως δηλοῖ τὸν Ἄργον ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἑρμῆς, καὶ ἄλλων ὀνόματα· τὸ δὲ ἀργὸς ὀξυτόνως δηλοῖ τὸν βραδὺν καὶ λευκόν. Τὸ *ἐλάτης*, διαφέρον κατὰ τὴν πτῶσιν, οὐκ ἔστιν ὁμώνυμον. Ὅτε γὰρ τὴν ἐλάτην δηλοῖ τὸν ἡνίοχον, εὐθεῖά ἐστιν· ὅτε δὲ τὴν ἐλάτην τὸ δένδρον, γενικὴ· ἐνταῦθα δὲ κατὰ τὸ γένος ἐστὶν ἡ διαφορά· τὸ καινὸν καὶ κατὰ τὴν γραφὴν διαφέρον οὐκ ἔστιν ὁμώνυμον· ψιλούμενον γὰρ σημαίνει τὸ μάταιον καὶ τὸ κοῦφον, διφθογγιζόμενον δὲ, τὸ νέον καὶ τὸ παράδοξον. Τὸ *εἶπον*, ἐπεὶ διαφέρει τῷ ἀριθμῷ καὶ ἐνικῶς μὲν δηλοῖ τὸ εἶπον ἐγὼ, πληθυντικῶς δὲ τὸ εἶπον ἕτεροι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁμώνυμον. Τὸ *φάρος* ὅτε διαφέρει τὸ γένος οὐκ ἔστιν ὁμώνυμον. Ἀρσενικῶς μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ κτίσμα δηλοῖ, θηλυκῶς δὲ τὴν πόλιν· οὐδετέρως δὲ τὸ ἱμάτιον. Τὸ ἔχεις μέρει λόγου διαφέρει. Καὶ ὅτε μὲν ὀνομά ἐστι, γένος ὄφεων σημαίνει πληθυντικῶς, ὅτε δὲ ῥῆμα, ἐπὶ δευτέρου προσώπου τὸ *κέκτησαι*· διὸ καὶ τῆς ὁμωνυμίας ἐξέπεσε. Τὸ *ἅρμα*, συνηθείᾳ μὲν Ἑλληνικῇ ταττόμενον ἐπὶ τοῦ ἱππικοῦ ζεύγους, ἐπὶ τῶν ὅπλων δὲ τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει φερόμενον, τῶν ὁμωνύμων ἀπηλλοτρίωται.

14. Etenim (nomen) οἷος aspero spiritu affectum, *qualis* ; leni præditum, *solus* declarat. Atque (ita) spiritus differentia ipsum ab æquivocis separat. Sed neque Ἄργος et ἀργός propter toni differentiam sunt æquivoca. Etenim τὸ Ἄργος, tono in priore syllaba affectum, significat Argum quem Mercurius interfecit et aliorum nomina : at ἀργός tono acuto in ultima affectum, tardum et album declarat. Τὸ ἐλάτης quod casu differt, non est æquivocum. Quando enim aurigam declarat, ag tatorem (nimirum) frena tenentem, rectus est (nominandi causa) : quando autem abietem, arborem, gigneudi est (casus). Hic autem (etiam) quoad genus est differentia. Τὸ καινὸν quod etiam scriptura differt, non est æquivocum. Cum enim per ε scribitur, vanum et leve significat ; cum diphthongo signatur, novum et quod præter opinionem **72** est. Τὸ εἶπον quia numero differt, et singulariter quidem significat, *Ego dixi* ; pluraliter autem, *Alii dixerunt* ; hac de causa non est æquivocum. Τὸ φάρος quia genere differt, non est æquivocum. Masculino enim quidem genere ipsam structuram (seu turrim) ; feminino autem, urbem ; neutro denique vestimentum declarat. Τὸ ἔχεις parte orationis differt. Et quando quidem nomen est numero multitudinis genus serpentum declarat : quando vero verbum est in secunda persona, τὸ *habes* (seu *possides*) denotat. Proinde etiam ab æquivocatione excidit. Τὸ ἅρμα quandoquidem Græca consuetudine pro jugo equestri ponitur , Romanorum autem more pro armis profertur, ab æquivocis liberatum est.

ιε΄. Τοσαῦτα περὶ τῶν ὁμωνύμων.

15. Et tantum quidem de æquivocis.

ις΄. Τὰ δὲ παρώνυμα ὑπογράφουσιν οὕτως· παρώνυμά εἰσιν, ὅσα ἀπό τινος ἀποφέροντα τῇ πτώσει, τὴν κατὰ τοὔνομα προσηγορίαν ἔχει. Οἷον ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνδρείας ὁ ἀνδρεῖος.

16. Denominativa autem sic describunt : Denominativa sunt quæ ab aliquo differentia casu, quoad nomen appellationem habent, velut a grammatica grammaticus et a fortitudine fortis.

Digitized by Google

17. In hac denominativorum descriptione casus A vocatur dictionis terminus.

18. Quatuor autem quibusdam (requisitis) opus est ut demonstrativa 73 fiant : communitate et differentia nominis et communitate differentiaque rei.

19. Unde τὸ Helenus et Helena non sunt denominativa. Communitatem enim quidem et differentiam nominis habent ; rei autem communitatem non habent. Helenus enim qui ex Troja (oriundus) Priamides, vates fuit, alius est. Rursumque alia est Helena Lacæna Ledæ ex Tyndaro filia, quæ infinitarum calamitatum Phrygibus et Achivis causa fuit ; nec ut a scientia sciens ita ab Helena Helenus (dicitur).

20. Sed neque etiam παρθενικὴ et παρθένος denominativa sunt. In his enim rei non est differentia. Idem enim etiam ambæ dictiones significant.

21. Παρθένος autem (id est virgo) nobis (Græcis) ex eo quod παρὰ θεῷ, id est πλησίον Θεοῦ apud Deum, hoc est prope Deum sit, propter sanctitatem dicta est, siquidem per omnia virgo sit, animaque etiam cum corpore virginitatem servet.

22. Neque vero virtus et vir bonus denominativa sunt. Ab his enim abest nominis communio.

23. Neque vicissim musica mulier et scientia musica sunt denominativa, propterea quod differentiam 74 aliquam nominis non habeant.

24. Differunt autem denominativa ab illis quæ ab uno dicuntur, quod denominativa continent ea a quibus denominata sunt ; quemadmodum grammaticus grammaticam et justus justitiam continent. At quæ ab uno sunt, non etiam. Neque enim instrumentum medicum medicinam continet, neque liber grammaticus grammaticam ; quoniam id quidem ex seipso mederetur, hic autem scriberet et legeret.

ιζ'. Ἐν ταύτῃ τῇ τῶν παρωνύμων ὑπογραφῇ πτῶσις καλεῖται πέρας τῆς λέξεως.

ιη'. Τεσσάρων δέ τινων χρεία, ἵνα γίνωνται τὰ παρώνυμα· κοινωνίας καὶ διαφορᾶς ὀνόματος καὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς πράγματος.

ιθ'. Ὅθεν τὸ Ἕλενος καὶ Ἑλένη παρώνυμα οὐκ εἰσί. Κοινωνίαν μὲν γὰρ καὶ διαφορὰν ὀνόματος ἔχουσι· πράγματος δὲ κοινωνίαν οὐκ ἔχουσιν. Ὁ μὲν γὰρ Ἕλενος ὁ ἐκ Τροίας ὁ Πριαμίδης ὁ μαντικὸς ἕτερος· ἄλλη δὲ πάλιν ἡ Ἑλένη ἡ Λάκαινα, ἡ τῆς Λήδης ἐκ Τυνδάρεω παῖς, ἡ μυρίων συμφορῶν Φρυξὶν αἰτία καὶ Ἀχαιοῖς· καὶ οὐχ ὡς ἐξ ἐπιστήμης ὁ ἐπιστήμων, ἐκ τῆς Ἑλένης ὁ Ἕλενος.

B κ'. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ *παρθενικὴ* καὶ *παρθένος* παρώνυμα. Πράγματος γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ἔστι διαφορά· ταυτὸ γὰρ αἱ λέξεις καὶ ἄμφω σημαίνουσι.

κ'. Παρθένος δ' ἡμῖν ἐκ τοῦ παρὰ θεῷ εἶναι, τουτέστι πλησίον Θεοῦ, διὰ τὴν ἁγνείαν ἠτυμολόγηται· εἴγε τὸ ὅλον παρθένος εἴη καὶ τῆς ψυχῆς παρθενευούσης μετὰ τοῦ σώματος.

κβ'. Οὔτε δὲ τὸ ἀρετὴ καὶ σπουδαῖος παρώνυμα. Καὶ γὰρ ἄπεστιν ἐκ τούτων ἡ κοινωνία τοῦ ὀνόματος.

κγ'. Οὔτ' αὖ μουσικὴ γυνὴ, καὶ μουσικὴ ἐπιστήμη παρώνυμα· διὰ τὸ μὴ κεκτῆσθαί τινα διαφορὰν τοῦ ὀνόματος.

C κδ' Διαφέρουσι δὲ τὰ παρώνυμα τῶν ἀφ' ἑνός· ὅτι τὰ μὲν παρώνυμα περιέχουσι τὰ ἀφ' ὧν παρωνομάσθησαν, ὡς ὁ γραμματικὸς τὴν γραμματικὴν, καὶ ὁ δίκαιος τὴν δικαιοσύνην· τὰ δὲ ἀφ' ἑνὸς οὐκ ἔτι. Οὐδὲ γὰρ περιέχει τὸ ἰατρικὸν ἐργαλεῖον τὴν ἰατρικὴν, οὐδὲ τὸ γραμματικὸν βιβλίον τὴν γραμματικήν· ἐπεὶ τὸ μὲν ἂν ἰάτρευεν ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ δ' ἔγραφε καὶ ἀνεγίνωσκε.

*Σχῆμα κεφαλ. η', Περὶ συνωνύμων, ἑτερωνύμων, ἑτέρων ὁμωνύμων τε καὶ πολυωνύμων, καὶ παρωνύμων.*

Δύο τινὰ

- ἢ καὶ κατὰ τοὔνομα καὶ κατὰ τὸν λόγον κοινωνοῦσι· καὶ εἰσι συνώνυμα, οἷον ζῶον, ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς κατὰ τὸ ζῶον ὄνομα·
- ἢ καὶ κατὰ τοὔνομα, καὶ κατὰ τὸν λόγον διαφέρουσιν,
  - ἢ ἐν ἔχουσιν ὑποκείμενον, καὶ εἰσιν ἑτερώνυμα, ὡς ἀνάβασις καὶ κατάβασις·
  - ἢ διαφορὰ, καὶ εἰσιν ἕτερα, ὡς ἄνθρωπος καὶ ἵππος, καθὸ ἄνθρωπος καὶ ἵππος·
- ἢ κατὰ μὲν τὸ ὄνομα κοινωνοῦσι, κατὰ δὲ τὸν λόγον διαφέρουσι καὶ εἰσιν ὁμώνυμα· ὡς οἱ δύο Αἴαντες κατὰ τὸ Αἴας ὄνομα·
- ἢ κατὰ μὲν τὸν λόγον κοινωνοῦσι, κατὰ δὲ τὸ ὄνομα διαφέρουσι καὶ εἰσι πολυώνυμα, ὡς ἄορ, ξίφος, μάχαιρα·
- ἢ κοινωνοῦσι καὶ διαφέρουσι καὶ κατὰ τοὔνομα καὶ κατὰ τοὔνομα λόγον, καὶ εἰσι παρώνυμα, ὡς γραμματικὸς καὶ γραμματική.

Digitized by Google

*Tabula capitis 8, de univocis, diversivocis, diversis, æquivocis item et multivocis et denominativis*

**75** Duo aliqua

- vel et quoad nomen et quoad definitionem communicant et sunt univoca; velut animal (est) et homo et bos quoad nomen animal.
- vel quoad nomen et quoad definitionem differunt: (et)
  - vel unum habent subjectum et sunt diversivoca ut ascensio et descensio,
  - vel differentia (subjecta habent) et sunt diversa, ut homo et equus quatenus homo et equus.
- vel secundum nomen quidem communicant, secundum definitionem autem differunt, et sunt æquivoca: ut dico Ajaces quoad nomen Ajacis,
- vel quoad definitionem quidem communicant, quoad nomen autem differunt, et sunt multivoca, ut ensis, gladius, machæra.
- vel communicant et differunt cum quoad nomen tum quoad definitionem secundum id nomen, et sunt denominativa ut grammaticus et grammatica.

—

## **76** SYNOPSIS CAPITIS IX,

QUOD EST DE QUINQUE VOCIBUS.

1. *Methodo divisoria per divisiones et subdivisiones vocis numerum quinque vocum erudite colligit.* — 2. *Subdivisio prima.* — 3. *Secunda.* — 4. *Tertia.* — 5. *Quarta.* — 6. *Quinta.* — 7. *Sexta.* — 8. *Septima.* — 9. *Octava.*—10. *Hinc numerum quinarium prædicabilium conficit.*— 11. *Ostendit quare genus præcedat differentiam.* — 12. *Quare differentia speciem.* —13. *Quare species proprium.* — 14. *Quare proprium accidens.* — 15. *Quare proprium essentiæ adjunctum accidente etiam melius adeoque prius sit.* — 16. *Et accidens postremo constituatur loco.* — 17, *Quinque vocum seu prædicabilium collationem instituit.* — 18. *Docet proprium esse ut plurimum* ἐπουσιῶδες *saltem, reperiri tamen etiam alicubi essentiale, ut in homine intelligentiæ et scientiæ capax.*—19. *Probat* τὸ *risibile esse proprium hominis* ἐπουσιῶδες *saltem.* — 20. *Judicat etiam propria in definitionibus assumi.*—21. *Monet interim ut essentiale* ἐπουσιῶδες *præferatur.* — 22. *In defectu tamen essentialis et* τὸ ἐπουσιῶδες *adhibeatur.* — 23. *Quare bruta proprium* ἐπουσιῶδες *saltem, homo et essentiale et* ἐπουσιῶδες *habeat.*

—

### ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ τῶν πέντε φωνῶν.*

α'. Ἡ φωνὴ ἢ ἔναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἀνάρθρου φωνῆς, ἐπείπερ οὐκ ἐγγράμματος αὕτη, λόγος οὐδείς.

β'. Ἡ δ' ἔναρθρος φωνὴ καὶ ἐγγράμματος; ἢ σημαντικὴ ἐστιν, ἢ ἄσημος. Ἄσημος μὲν οὖν ἐστιν ἡ μὴ δηλοῦσά τι πρᾶγμα. Τοιαύτην ἄσημον ἔφασάν τινες εἶναι τὸ βλίτυρι καὶ τὸ σκινδαψός· ἥτις φωνὴ καὶ ἀκατηγόρητος λέγεται, ὡς μὴ κατά τινος πράγματος ἀγορευομένη, τουτέστι λεγομένη. Σημαντικὴ δὲ καὶ κατηγορικὴ φωνή ἐστιν ἡ σημαίνουσα πρᾶγμα· οἷον ζῶον, ἄνθρωπος, λίθος· ἥτις λέγεται καὶ ἁπλῶς κατηγορική, ὡς ἀγορευομένη καὶ λεγομένη κατὰ πράγματος ὁπωσοῦν.

γ'. Αὕτη (τοίνυν) ἡ ἁπλῶς κατηγορικὴ λεγομένη (φωνὴ) ἢ μερική ἐστιν, ἢ καθόλου. Καὶ μερικὴ μὲν ἔστιν ἡ ἐπὶ τῶν ἀτόμων παραλαμβανομένη· περὶ ὧν οὐ διαλαμβάνουσιν οἱ φιλόσοφοι, διὰ τὸ ἄπειρα ὑπάρχειν αὐτά.

δ'. Ἡ δὲ ἁπλῶς κατηγορικὴ καθόλου φωνὴ ἢ οὐσιωδῶς κατηγορεῖται ὧν κατηγορεῖται, ἢ ἐπουσιωδῶς.

ε'. Καὶ εἰ μὲν οὐσιωδῶς κατηγορεῖται, ἢ πολλαῖς φύσεσιν ἁρμόζει, ἢ μιᾷ.

ς'. Καὶ εἰ μὲν πολλαῖς φύσεσιν ἁρμόζει, ἢ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται καὶ ποιεῖ γένος, ἢ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ ποιεῖ τὴν διαφοράν.

### CAPUT IX.

*De quinque vocibus.*

**77** 1. Vox aut articulata est aut inarticulata. Et de inarticulata quidem voce, quandoquidem hæc scribi non potest, nullus sermo.

2. Articulata autem vox quæ etiam scribi potest, aut significativa est, aut non significativa. Ergo non significativa quidem est, quæ rem aliquam non declarat. Ejusmodi non significativam vocem aliqui dixerunt esse τὸ blityri et τὸ scindapsus; quæ vox etiam acategoretos, quasi dicas, imprædicabilis dicitur, ut quæ de re aliqua non prædicetur, hoc est dicatur. Significativa autem et prædicativa vox est quæ rem significat: velut animal, homo, lapis: quæ etiam simpliciter prædicativa dicitur, ut quæ de re quoquo modo prædicetur et dicatur.

3. Hæc (igitur) quæ simpliciter prædicativa (vox) dicitur, aut particularis est, aut universalis. Et particularis quidem est, quæ de individuis assumitur, de quibus philosophi non disserunt propterea quod ipsa infinita exsistant.

4. Ea autem quæ simpliciter prædicativa universalis vox est, aut essentialiter prædicatur de quibus prædicatur, aut in modum adjunctorum essentiæ.

5. Et siquidem essentialiter prædicatur, aut multis naturis congruit, aut uni.

6. **78** Et cum quidem multis naturis congruit, aut in quid est prædicatur, et efficit genus: aut in quale quid est, et facit differentiam.



Digitized by Google

7. Sin autem uni naturæ congruit, aut in quid est prædicatur et speciem facit : aut in quale quid est, et facit proprium essentiale.

ζ'. Εἰ δὲ μιᾷ φύσει ἁρμόζει, ἢ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται καὶ ποιεῖ τὸ εἶδος· ἢ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι καὶ ποιεῖ τὸ οὐσιῶδες ἴδιον.

8. Et ita quidem se habet vox universalis quæ essentialiter prædicatur. Quæ autem in modum adjunctorum essentiæ prædicatur, ipsa quoque aut uni naturæ congruit, aut multis. Et si quidem uni naturæ congruit, proprium facit adjunctum essentiæ : constat quippe de eo, quod etiam in quale quid est prædicetur. In iis enim quæ essentiæ adjuncta sunt, ipsum quid est nullum locum habet. Si autem multis naturis congruit, efficit accidens.

η'. Καὶ οὕτω μὲν ἡ οὐσιωδῶς κατηγορουμένη καθόλου φωνή. Ἡ δ' ἐπουσιωδῶς κατηγορουμένη ἢ μιᾷ φύσει ἁρμόζει καὶ αὕτη ἢ πολλαῖς. Καὶ εἰ μὲν μιᾷ φύσει ἁρμόζει, ποιεῖ τὸ ἐπουσιῶδες ἴδιον· δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορεῖται. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἐπουσιωδῶν οὐδεμίαν χώραν ἔχει τὸ τί ἐστιν. Εἰ δὲ πολλαῖς φύσεσιν ἁρμόζει, ποιεῖ τὸ συμβεβηκός.

9. Et si quidem in tale quid est prædicatur, inseparabile facit accidens. Sin vero, quomodo aliquid se habeat, separabile facit accidens.

θ'. Καὶ εἰ μὲν ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορεῖται, ποιεῖ τὸ ἀχώριστον συμβεβηκός. Εἰ δ' ἐν τῷ πῶς ἔχον ἐστί, ποιεῖ τὸ χωριστὸν συμβεβηκός.

10. Hinc igitur voces universales simpliciter prædicativæ, sive significativæ quinque colliguntur : genus, differentia, species, proprium et accidens. Et de his apud philosophos sermo est.

ι'. Συνάγονται τοίνυν ἐντεῦθεν καθόλου φωναὶ κατηγορικαὶ ἁπλῶς ἤτοι σημαντικαὶ πέντε· γένος, διαφορά, εἶδος, ἴδιον καὶ συμβεβηκός· (καὶ) περὶ τούτων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ὁ λόγος.

11. Genus quidem igitur prius est differentia, quia differentias continet. Etenim animal, cum genus sit, rationale et irrationale in seipso continet.

ια'. Τὸ μὲν οὖν γένος προτερεύει τῆς διαφορᾶς, ὅτι περιεκτικόν ἐστι τῶν διαφορῶν. Τὸ γὰρ ζῷον, γένος ὄν, περιέχει ἐν ἑαυτῷ τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον.

12. Differentia autem præcedit speciem, quandoquidem specie est universalior. Rationale enim homine est universalius. Non enim de homine tantum, sed etiam de angelo effertur.

ιβ'. Ἡ διαφορὰ δὲ προτερεύει τοῦ εἴδους, ἐπεὶ καθολικωτέρα τοῦ εἴδους ἐστί. Καὶ γὰρ τὸ λογικὸν καθολικώτερόν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου. Φέρεται γὰρ οὐ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ ἀγγέλου.

13. Species autem præcedit proprium, quandoquidem species quidem duntaxat essentialis est, proprium vero etiam essentiæ adjunctum. Essentialia autem adjunctis essentiæ honoratiora sunt. Illa enim cum adsunt quidem, speciem conservant; cum vero absunt, corrumpunt eam. At essentiæ adjuncta, neque cum adsunt, conservant; neque cum absunt, corrumpunt (speciem). Et vero alio modo speciem oportet priorem esse et sic habere proprium quod aliis speciebus sit incommunicabile.

ιγ'. Τὸ δὲ εἶδος προτερεύει τοῦ ἰδίου· ἐπειδὴ τὸ μὲν εἶδος μόνον οὐσιῶδές ἐστι, τὸ δὲ ἴδιον καὶ ἐπουσιῶδες. Τὰ οὐσιώδη δὲ καὶ ἐπουσιωδῶν τιμιώτερα. Ταῦτα γὰρ παρόντα μὲν σώζουσι τὸ εἶδος, ἀπόντα δὲ φθείρουσιν αὐτό. Τὰ δὲ ἐπουσιώδη οὔτε παρόντα σώζουσιν, οὔτε ἀπόντα φθείρουσι. Καὶ ἄλλως δὲ δεῖ πρότερον εἶναι τὸ εἶδος καὶ οὕτως ἔχειν τὸ ἴδιον εἴδεσιν ἄλλοις ἀμέθεκτον.

14. Proprium autem accidente prius est : quandoquidem accidens tantum essentiæ adjunctum est, proprium autem et essentiale et essentiæ adjunctum est.

ιδ'. Τὸ δὲ ἴδιον προτερεύει τοῦ συμβεβηκότος· ἐπειδὴ τὸ μὲν συμβεβηκὸς μόνον ἐπουσιῶδές ἐστι, τὸ δὲ ἴδιον καὶ οὐσιῶδες καὶ ἐπουσιῶδες.

15. Sed ipsum etiam essentiæ adjunctum proprium accidente est honoratius. Illud enim animalis quædam facultas **80** est quæ interius consideratur et speciem designat seu certa quadam nota insignit. Soli enim speciei et omni et semper inest : unde etiam convertitur. Si quid enim homo est, risibile est : et si quid risibile est, homo est. Accidens autem extrinsecus circa corpus, et in ipsa magis est superficie, nec etiam soli speciei inest, ut eam ab aliis speciebus discernat. Etenim cygnus quidem albus est, sed non etiam convertitur : quandoquidem non siquid album, hoc jam etiam cygnus est. Multa enim præter cygnum animalia volatilia conspeximus alba et magis in oris maritimis. Sed et nix et gypsum et alia multa quæ alba sunt,

ιε'. Ἀλλὰ δὲ αὐτὸ τὸ ἐπουσιῶδες ἴδιον τιμιώτερόν ἐστι τοῦ συμβεβηκότος. Τὸ μὲν γὰρ ψυχική τίς ἐστι δύναμις ἐντὸς θεωρουμένη καὶ τὸ εἶδος χαρακτηρίζουσα. Μόνῳ γὰρ ὑπάρχει τῷ εἴδει καὶ παντὶ καὶ ἀεί· ὅθεν καὶ ἀντιστρέφει. Καὶ γὰρ εἴ τι ἄνθρωπος, γελαστικόν· καὶ εἴ τι γελαστικόν, ἄνθρωπος. Τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἐκτός ἐστι περὶ τὸ σῶμα, καὶ πρὸς αὐτὴν μᾶλλον τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ οὐδὲ μόνῳ τῷ εἴδει ὑπάρχει, ἵνα διαχωρίσῃ αὐτὸ τῶν ἄλλων εἰδῶν. Καὶ γὰρ λευκὸς μὲν ὁ κύκνος ἐστίν, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀντιστρέφει· ἐπείπερ οὐκ εἴ τι λευκόν, τοῦτο ἤδη καὶ κύκνος. Πολλὰ γὰρ παρὰ τὸν κύκνον πτηνὰ ζῶα κατείδομεν λευκὰ καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς. Ἀλλὰ καὶ ἡ χιών, καὶ ἡ τίτανος, καὶ ἄλλα πολλὰ λευκὰ ὄντα, οὐκ εἰσὶ κύκνοι. Καὶ

Digitized by Google

κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον εἰκότως καὶ τὸ ἐπουσιώδες ἴδιον προτέτακται τοῦ συμβεβηκότος. A

ις'. Τὸ δὲ συμβεβηκὸς τὴν ἐσχάτην εἴληχε ταξιν.

ιζ'. Τὸ μὲν οὖν γένος, ἡ διαφορὰ καὶ τὸ εἶδος, οὐσιώδη πάντοτέ εἰσι, τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἐπουσιῶδες ἀεί. Τὸ δέ γε ἴδιον ἐπαμφοτερίζει.

ιη'. Καὶ τὰ πολλὰ μὲν ἐπουσιῶδές ἐστιν· εὑρίσκεται δέ που καὶ οὐσιῶδες· οἷον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο διαφορά. Κατὰ πλειόνων γὰρ εἰδῶν, οὐ καθ' ἑνὸς ἡ διαφορά. Τὸ δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν ἰδίως μόνῳ τῷ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει· μόνος γὰρ ὁ ἄνθρωπος δέχεται τὸν θύραθεν νοῦν τὸν ἐκ τῆς μαθήσεως, καὶ μόνος τὰς ἐπιστήμας διδάσκεται. B

ιθ'. Λέγεται δὲ οὐσιῶδες (καὶ) τὸ τοιοῦτον ἴδιον, ὅτι καὶ παρὸν σώζει τὸ εἶδος· ὁ γὰρ ἄνθρωπος τοῦτο ὅλον ἐστὶ ζῷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· καὶ ἀπὸν φθείρει. Εἰ μὴ γὰρ ὑπάρχει νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, οὐκ ἔσται ἄνθρωπος. Ἐπεὶ γοῦν τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν καὶ παρὸν σώζει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπὸν φθείρει, λέγεται δὲ καὶ καθ' ἑνὸς εἴδους μόνου τοῦ ἀνθρωπείου καὶ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορεῖται· διὰ ταῦτα οὐσιῶδες ἴδιον εἴρηται.

κ'. Τὸ δὲ γελαστικὸν ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου ἐπουσιώδές ἐστι. Παρὸν μὲν γὰρ οὐ σώζει· καὶ γὰρ οὐ χρῄζομεν τοῦ γελαστικοῦ πρὸς συμπλήρωσιν τῆς φύσεως ἡμῶν· τοῦ δέ γε νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικοῦ χρῄζομεν διὰ τὴν ἔξωθεν γνῶσιν καὶ τὰς ἐπιστήμας, ὡς εἴρηται· ἀπὸν δὲ πάλιν τὸ τοιοῦτον ἐπουσιῶδες ἴδιον οὐ φθείρει. Δύναται γὰρ καὶ μὴ ἔχων τὸ γελαστικὸν ὁ ἄνθρωπος οὐδὲν ἧττον εἶναι ἄνθρωπος· μὴ ἔχων δὲ καὶ τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν οὐ δύναται εἶναι ἄνθρωπος, μήτε γνῶσιν, μήτε ἐπιστήμην δυνάμενος δέξασθαι. C

κα'. Παραλαμβάνονται δὲ καὶ τὰ ἴδια ἐν τοῖς ὁρισμοῖς, χαρακτηριστικὰ τυγχάνοντα τῶν εἰδῶν. D

κβ'. Καὶ ὅπου μὲν ἔστιν οὐσιῶδες ἴδιον, τοῦ ἐπουσιώδους προκρίνεται (χαρακτηρίζειν γὰρ μᾶλλον δύναται), καὶ εἰς τὸν ὁρισμὸν τοῦτο παραλαμβάνεται· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. Λέγομεν γὰρ, Ἄνθρωπός ἐστι ζῷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· καὶ οὐ λέγομεν γελαστικόν.

κγ'. Ὅπου δὲ οὐσιῶδες ἴδιον οὐχ εὑρίσκεται, τὸ ἐπουσιῶδες εἰσάγεται, ὡς ἐπὶ τοῦ ἵππου. Λέγομεν γὰρ, Ἵππος ἐστὶ ζῷον ἄλογον, τετράπουν, χρεμετιστικόν. Καὶ ἔστι τὸ χρεμετιστικὸν ἴδιον ἐπουσιῶδες τοῦ ἵππου.

κδ'. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐπουσιῶδες

cygni non sunt. Et quoad hanc igitur rationem proprium etiam essentiæ adjunctum accidenti præpositum est.

16. Accidens autem postremum ordinem sortitum est.

17. Proin genus quidem differentia et species semper sunt essentialia ; accidens vero semper essentiæ ; adjunctum est : proprium denique utriusque naturæ est particeps.

18. Et quidem ut plurimum adjunctum est essentiæ ; reperitur autem alicubi etiam essentiale, velut in homine intelligentiæ et scientiæ capax. **81** Nec enim hoc differentia est. Differentia namque de pluribus speciebus, non de una (prædicatur). Atqui τὸ intelligentiæ et scientiæ capax proprie soli homini inest. Solus enim homo intelligentiam, quæ forinsecus ex institutione est, recipit, et solus scientias docetur.

19. Dicitur autem (etiam) hoc proprium essentiale : quod et cum adest, conservat speciem (homo enim totum, hoc est animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax), et cum abest, corrumpit. Nisi enim intelligentiæ et scientiæ capax exsistat, non erit homo. Quoniam igitur τὸ intelligentiæ et scientiæ capax et cum adest, conservat hominem, et cum abest, corrumpit, de una autem etiam sola humana specie dicitur et in quale quid est prædicatur : propterea essentiale proprium dictum est.

20. Risibile autem proprium hominis est essentiæ adjunctum. Cum enim adest quidem, non conservat speciem (neque enim indigemus risibili ad completionem naturæ nostræ. At ejus quod est intelligentiæ et scientiæ capax indigemus propter extrinsecus (advenientem) notitiam et scientias, ut dictum est) ; **82** iterum autem cum abest ejusmodi proprium essentiæ adjunctum, non corrumpit (speciem). Potest enim homo, etiamsi non habeat τὸ risibile, nihilominus esse homo. At si τὸ intelligentiæ et scientiæ capax non habeat, non potest esse homo, ut qui neque notitiam neque scientiam recipere possit.

21. Assumuntur porro etiam propria in definitionibus ut quæ species certo aliquo charactere seu nota insigniendi vim habeant.

22. Ac ubi quidem essentiale est proprium, ei quod essentiæ adjunctum est præfertur (magis enim species charactere insignire potest), ideoque in definitionem assumitur : quemadmodum in homine. Dicimus enim, Homo est animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax : nec dicimus risibile.

23. Ubi autem essentiale proprium non reperitur, id quod essentiæ adjunctum est, substituitur, ut in equo. Dicimus enim, Equus est animal irrationale, quadrupes, hinniendi facultate præditum. Estque τὸ hinniendi facultatem habens, proprium quod essentiæ equi adjunctum est.

24. Itaque in cæteris quidem animalibus proprium

Digitized by Google

duntaxat essentiæ adjunctum est. Homo autem **83** quoniam et irrationalem naturam vitamque participat, et animam rationalem præ omnibus animalibus singularem habet, propterea duplex proprium habet : τὸ risibile quidem, quod cum brutis communicat; τὸ intelligentiæ vero et scientiæ capax, quod intellectualis et rationalis est, et modo quodam cum angelis conjungitur et angelus est cum corpore.

μόνον τὸ ἴδιον · ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ τῆς ἀλόγου μετέχει φύσεως καὶ ζωῆς, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν ἐξαίρετον ἔχει παρὰ πάντα τὰ ζῶα, διὰ τοῦτο διττὸν φέρει τὸ ἴδιον · τὸ μὲν γελαστικὸν, ὡς κοινωνῶν τοῖς ἀλόγοις · τὸ δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ὡς νοερός τε καὶ λογικὸς, καὶ τοῖς ἀγγέλοις τρόπον τινὰ συναπτόμενος καὶ ἄγγελος ὢν μετὰ σώματος.

*Σχῆμα κεφαλ. θ', Περὶ τῶν πέντε φωνῶν.*




—

**84** *Tabula capitis* 9. *De quinque vocibus.*




—

## **85** SYNOPSIS CAPITIS X.

QUOD EST DE GENERE ET SPECIE ; UBI ETIAM DE SCHESI SEU HABITUDINE.

A οὐσία, εἴη ἂν καὶ συμβεβηκὸς ἐξ ἀνάγκης. Δυνατὸν γὰρ καὶ χωρὶς συμβεβηκότος οὐσίαν θεωρεῖσθαι κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως λόγον. Ὥστε καὶ οὕτως οὐκ ἔστι γένος τῶν κατηγοριῶν τὸ ὄν.

23. Spectatur autem etiam in cæteris prædicamentis natura prius et posterius. Etenim quantum quali est prius; et quale illis quæ sunt ad aliquid; materia enim formæ expers prius quantitatem et postea modo qualitatem accipit. Rursus quale cum sit per se prius est iis quæ sunt ad aliquid : **139** quippe hæc habitudines (seu respectus) sunt; quæ autem per se sunt, habitudinibus priora sunt. Quæ cum ita se habeant priora sunt quæ oriuntur ex substantia et quanto, illis, quæ oriuntur ex substantia et quali. Et iterum hæc priora sunt illis quæ ex substantia et iis quæ sunt ad aliquid oriuntur. Quare etiam hoc modo accidens novem prædicamentorum genus non est.

κγ'. Θεωρεῖται δὲ κἀν ταῖς λοιπαῖς κατηγορίαις τὸ φύσει πρότερόν τε καὶ ὕστερον. Τὸ γὰρ ποσὸν πρότερον τοῦ ποιοῦ· καὶ τὸ ποιὸν τῶν πρός τι· ἡ γὰ ἀνείδεος ὕλη πρότερον ποσοῦται, καὶ ὕστερον ποιοῦται. Τὸ ποιὸν δὲ πάλιν καθ' αὑτὸ ὂν πρότερόν ἐστ τῶν πρός τι· ταῦτα γὰρ σχέσεις ἐστί· τὰ δὲ κα ἑαυτὰ ὄντα τῆς σχέσεως πρότερα. Τούτων οὕτω ἐχόντων, πρότερα τὰ ἐξ οὐσίας καὶ ποσοῦ τῶν ἐ οὐσίας καὶ ποιοῦ. Καὶ ταῦτα πάλιν πρότερα τῶν ἐ B οὐσίας καὶ τῶν πρός τι. Τοίνυν καὶ οὕτως οὐκ ἔστι οὐδὲ τὸ συμβεβηκὸς γένος τῶν ἐννέα κατηγοριῶν

24. Dividitur autem ens in decem prædicamenta nullo alio divisionis modo quam qui est eorum quæ ab uno et ad unum dicuntur. Sola enim hæc divisio ex omnibus prius et posterius natura, quod in sectionibus spectetur, habet.

κδ'. Διαιρεῖται δὲ τὸ ὂν εἰς τὰς δέκα κατηγορίας κατ' ἄλλον οὐδένα τῶν διαιρετικῶν τρόπων, ἢ ὡς τ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν. Μόνη γαρ ἡ διαίρεσις αὕτη τὸ φύσει πρότερόν τε καὶ ὕστερον ἔχει θεωρούμενον ἐν τοῖς τμήμασι.

*Σχῆμα κεφαλ. ιδ', ἔστι περὶ κατηγοριῶν.*

Τῶν ὄντων

- τὰ μὲν καθ' ὑποκειμένου λέγεται
  - τὰ μὲν ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν, ὡς τὸ καθολικὸν συμβεβηκός·
  - τὰ δ' ἐν ὑποκειμένῳ οὐκ ἔστιν, ὡς ἡ καθολικὴ οὐσία.
- τὰ δ' οὐ λέγεται καθ' ὑποκειμένου
  - τὰ μὲν ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν, ὡς τό τι λευκόν·
  - τὰ δ' ἐν ὑποκειμένῳ οὐκ ἔστιν, ὡς ἡ μερικὴ οὐσία καὶ ἄτομον.

τὰ ὄντα

καθ' ὑποκειμένου — ἀσύστατον — οὐ καθ' ὑποκειμένου




τὸ καθολικὸν συμβεβηκὸς, οἷον ποσὸν, ποιὸν, λευκὸν, δίπηχυ.

ἡ μερικὴ οὐσία οἷον ὅ τις ἄνθρωπος.

ἐν ὑποκειμένῳ — ἀσύστατον — οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ

Τὸ ὄν

- ἢ ἐν ὑποκειμένῳ
  - ἢ καθ' αὑτὴ
    - ἢ μεριστόν ἐστι καὶ ποιεῖ τὸ ποσόν·
    - ἢ ἀμέριστον καὶ ποιεῖ τὸ ποιόν.
  - καὶ οὐ καθ' αὑτὸ
    - ἢ σχέσις μόνον ἐστὶ, καὶ ποιεῖ τὰ πρός τι.
    - ἢ κατὰ σχέσιν ἄλλων νοεῖται.
      - ἢ οὐσίας καὶ ποσοῦ — ποῦ, πότε
      - ἢ οὐσίας καὶ ποιοῦ — ποιεῖν, πάσχειν·
      - ἢ οὐσίας καὶ πρός τι — ἔχειν, κεῖσθαι.
- ἢ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ, καὶ ποιεῖ τὴν οὐσίαν.

Digitized by Google

**140** *Tabula capitis* 15, *item de prædicamentis.*

**Eorum quæ sunt**

- quædam equidem de subjecto dicuntur, (quorum quidem)
  - alia in subjecto sunt, ut universale accidens;
  - alia in subjecto non sunt, ut universalis substantia.
- quædam vero de subjecto non dicuntur (quorum quidem)
  - alia in subjecto sunt, ut hoc aliquid album (particulare seu singulare accidens);
  - alia in subjecto non sunt, ut particularis substantia et individuum (substantiale, ut hic homo Petrus, Paulus, etc.)

Quæ sunt

| de subjecto dicuntur | inconsistens | non dicuntur de subjecto |
|---|---|---|
| universale accidens velut quantum quale album bicubitum. | substantia universalis velut animal, planta / accidens particulare velut hoc aliq. album | substantia particularis, velut homo quidam (Petrus etc.). |
| in subjecto sunt | inconsistens | non sunt in subjecto |

**141** Ens

- vel in subjecto est
  - aut per se
    - aut in partes dividitur, et quantum efficit;
    - aut in partes non dividitur, et quale non constituit.
  - aut non per se
    - aut habitudo tantum est, et efficit ea quæ sunt ad aliquid;
    - aut secundum aliorum habitudinem intelligitur
      - vel substantiæ et quanti: ubi, quando;
      - vel substantiæ et qualis: agere, pati;
      - vel substantiæ et eorum quæ sunt ad aliquid: habere, situm esse.
- vel non est in subjecto et substantiam efficit.

## SYNOPSIS CAPITIS XVI,

QUOD EST DE IIS QUÆ PRÆDICANTUR; UBI ETIAM DE IIS QUÆ SUNT IN ALIQUO.

1. *Prædicatio duplex.* — 2. *Prædicatio majoris seu latioris prædicati de subjecto, quæ et qualis.* — 3. *Prædicatio æqualis prædicati, quæ et qualis.* — 4. *Regula anteprædicamentalis prior.* — 5. *Probatio regulæ et alia prædicationis divisio.* — 6. *Prædicatio de subjecto quæ:* — 7. *Exemplis regula declaratur.* — **142** 8. *Prædicatio in subjecto quæ.* — 9. *De prædicatione in subjecto, id est accidentali, regula anteprædimentalis non est vera.* — 10. *Idem tribus exemplis ostenditur.* — 11. *Discrimen prædicationis de subjecto et in subjecto, quarum illa semper est univoca, hæc nunquam, sed partim æquivoca, partim denominativa, partim diversivoca.*—12. *Essentiæ et essentialis itemque accidentis et accidentalis discrimen, quorum illa res sunt, hæc modi inexsistentiæ.* — 13. *Essentia et accidens quid.* — 14. *Essentia et accidentale quid.* — 15. *Modi undecim quibus aliquid in aliquo esse dicitur.* — 16. *Omnes ad prædicamentum ubi reducuntur.*

### ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Περὶ τῶν κατηγορουμένων· ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἔν τινι.*

α'. Πᾶσα κατηγορία ἢ ἐπίσης ἐστὶ τοῦ ὑποκειμένου, ἢ ἐπὶ πλέον· ἐπ' ἔλαττον δὲ οὐδέποτε.

β'. Καὶ ἐπὶ πλέον μέν, ὅτε τὰ καθολικώτερα κατηγοροῦνται τῶν μερικωτέρων. Οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος ζῷόν ἐστιν. Ἴδοὺ τὸ ζῷον ἐπὶ πλέον ὂν τοῦ ἀνθρώπου, κατηγορήθη αὐτοῦ μερικωτέρου ὑπάρχοντος. Οὐκ ἔστι δὲ ἀντιστρέψαντας εἰπεῖν, ὅτι· Πᾶν ζῷον

### CAPUT XVI.

*De iis quæ prædicantur; ubi etiam de iis quæ sunt in aliquo.*

1. Omnis prædicatio aut æqualiter se habet ad subjectum aut latius : nulla angustius.

2. Ac latius quidem cum universaliora de particularioribus prædicantur. Velut : Omnis homo est animal. Ecce animal cum latius sit homine, prædicatum est de eo qui est aliquid particularius. Non licet autem conversione facta dicere : Omne ani-

Digitized by Google

mal est homo. Cum enim homo sit animali angustius quid, prædicari de eo non potest; animal enim continet hominem : homo autem non continet animal. Neque enim solus homo est **143** animal, sed etiam bruta animalia. Atque ita quidem prædicatio fit quæ latius ad subjectum se habet ; nequaquam autem (fit prædicatio) quæ angustius se habeat (ad subjectum).

3. Fit autem aliquando prædicatio etiam æqualiter (se habens ad subjectum) , ut in speciebus et propriis, in definitionibus et definitis. Velut : Omnis homo est aptus ad ridendum ; et, Omne aptum ad ridendum est homo. Similiter, Omnis homo est animal rationis particeps, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Et, Omne animal rationis particeps, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, est homo. Atque hæc quæ æqualiter se habent, convertibilia et reciprocam prædicationem habentia dicuntur.

4. Sciendum est autem quod cum alterum de altero ut de subjecto, hoc est, essentialiter prædicatur, quæcunque de prædicato essentialiter dicuntur, hæc etiam de subjecto efferri possint.

5. Cum enim duplex sit prædicatio, una de subjecto, altera in subjecto.

6. De subjecto est, cum universaliora de particularioribus prædicantur essentialiter et quoad rem; et, ut totum dicam, univoce : quando videlicet et prædicata et subjecta ad **144** unum idemque commune genus referuntur ; verbi causa ad substantiam, aut quantum, aut aliquod aliud ex decem generalissimis generibus. Tunc enim quæcunque de aliquo prædicantur, ut dixi, etiam de subjecto illius prædicabuntur.

7. Velut homo prædicatur essentialiter de Petro, et vero de homine animal essentialiter prædicatur (etenim ambo in uno prædicamento sunt substantiæ), proin etiam de Petro animal prædicabitur. Etenim Petrus est homo : sed etiam animal est. Rursum de quinque prædicatur numerus essentialiter, et de numero discretum etiam ipsum essentialiter prædicatur. Etenim ambo etiam sub quanto sunt ; ergo etiam de quinque discretum prædicabitur. Etenim quinque et numerus et discretum est. Et hæc quidem de subjecto est prædicatio.

8. Prædicatio autem in subjecto est, cum aliquid de aliquo in modum essentiæ adjunctorum (seu accidentaliter) dicitur ; quando nimirum etiam ad unum et idem commune genus prædicatum et subjectum non referuntur.

9. Non enim tunc, quæcunque de subjecto sive essentialiter sive accidentaliter dicuntur, **145** ea jam etiam de subjecto efferentur.

10. Veluti de cygno prædicatur album accidentaliter, de albo autem color essentialiter. Cygnus enim in substantia est ; at album et color sub quali. Color igitur non dicetur de cygno : nam cygnus, et cerussa, et gypsum et nix alba quidem sunt, sed colores non

ἄνθρωπός ἐστιν. Ἐπ' ἔλαττον γὰρ τοῦ ζώου ὁ ἄνθρωπος ὢν οὐ δύναται κατηγορηθῆναι αὐτοῦ· τὸ μὲν γὰρ ζῶον περιέχει τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐ περιέχει τὸ ζῶον. Οὐδὲ γὰρ μόνος ὁ ἄνθρωπός ἐστι ζῶον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα. Καὶ οὕτως ἐπὶ πλέον μὲν γίνεται κατηγορία· ἐπ' ἔλαττον δὲ οὐδαμῶς.

γ'. Γίνεται δέ ποτε καὶ ἐπίσης κατηγορία· ὡς ἐν τῶν εἰδῶν τε καὶ τῶν ἰδίων, ἐπὶ τῶν ὁρισμῶν τε καὶ τῶν ὁριστῶν. Οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος γελαστικός ἐστι· καὶ, Πᾶν γελαστικὸν ἄνθρωπός ἐστιν. Ὁμοίως Πᾶς ἄνθρωπος ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν ἐστι. Καὶ, Πᾶν ζῶον λογικὸν, θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἄνθρωπός ἐστι. Ταῦτα δὲ τὰ ἐπίσης ἀντιστρέφοντα, καὶ ἀντικατηγορούμενα λέγεται.

δ'. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς ὅταν ἕτερον ἑτέρου κατηγορῆται ὡς καθ' ὑποκειμένου, τουτέστιν, οὐσιωδῶς, ὅσα κατὰ τοῦ κατηγορουμένου λέγεται οὐσιωδῶς, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου ῥηθήσεται.

ε'. Διττῆς γὰρ οὔσης τῆς κατηγορίας, τῆς μὲν καθ' ὑποκειμένου, τῆς δ' ἐν ὑποκειμένῳ.

ς'. Καθ' ὑποκειμένου μέν ἐστιν, ὅτε τὰ καθολικώτερα κατηγοροῦνται τῶν μερικωτέρων οὐσιωδῶς καὶ πραγματικῶς, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν συνωνύμως· ὁπότε δηλαδὴ, καὶ τὰ κατηγορούμενα καὶ τὰ ὑποκείμενα, ὑφ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ γένος κοινὸν ἀναφέρονται, ὑπὸ τὴν οὐσίαν τυχὸν, ἢ τὸ ποσὸν, ἢ ἄλλο τι τῶν δέκα γενικωτάτων γενῶν. Τότε γὰρ ὅσα τινὸς κατηγοροῦνται, καθὼς εἴπομεν, καὶ τοῦ ὑποκειμένου αὐτῷ κατηγορηθήσονται.

ζ'. Οἷον ὁ ἄνθρωπος οὐσιωδῶς κατηγορεῖται τοῦ Πέτρου, καὶ τοῦ ἀνθρώπου δ' οὐσιωδῶς κατηγορεῖται τὸ ζῶον (ὑπὸ μίαν γὰρ κατηγορίαν τὴν οὐσίαν καὶ ἀμφότερα), καὶ τοῦ Πέτρου τοίνυν τὸ ζῶον κατηγορηθήσεται. Ὁ γὰρ Πέτρος ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ ζῶόν ἐστι. Πάλιν τοῦ πέντε κατηγορεῖται οὐσιωδῶς ὁ ἀριθμός· καὶ τοῦ ἀριθμοῦ κατηγορεῖται τὸ διωρισμένον οὐσιωδῶς καὶ αὐτό. Καὶ γὰρ ὑπὸ τὸ ποσὸν καὶ ἀμφότερα, καὶ τοῦ πέντε γοῦν κατηγορηθήσεται τὸ διωρισμένον. Ὁ γὰρ πέντε καὶ ἀριθμός ἐστι, καὶ διωρισμένον ἐστί. Καὶ αὕτη μὲν ἡ καθ' ὑποκειμένου κατηγορία.

η'. Ἐν ὑποκειμένῳ δὲ κατηγορία ἐστὶν ὅταν κατά τινος λέγηταί τι ἐπουσιωδῶς· ὁπόταν δηλονότι μηδ' ὑφ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ γένος κοινὸν ἀναφέρονται τὸ κατηγορούμενον καὶ τὸ ὑποκείμενον.

θ'. Τότε γὰρ οὐχ ὅσα κατὰ τοῦ κατηγορουμένου λέγεται, εἴτε οὐσιωδῶς, εἴτε ἐπουσιωδῶς, ταῦτα ἤδη καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου ῥηθήσεται.

ι'. Οἷον τοῦ κύκνου κατηγορεῖται τὸ λευκὸν ἐπουσιωδῶς· τοῦ δὲ λευκοῦ τὸ χρῶμα οὐσιωδῶς. Ὁ μὲν γὰρ κύκνος ὑπὸ τὴν οὐσίαν ἐστί· τὸ δὲ λευκὸν καὶ τὸ χρῶμα ὑπὸ τὸ ποιόν. Οὐ τοίνυν τὸ χρῶμα κατὰ τοῦ κύκνου ῥηθήσεται· ὁ γὰρ κύκνος, καὶ τὸ

Digitized by Google

ψιμμίθιον, καὶ ἡ τίτανος καὶ ἡ χιὼν λευκὰ μέν εἰσι· χρώματα δὲ οὐκ εἰσί. Πάλιν τοῦ ἀνθρώπου κατηγορεῖται τὸ ζῶον οὐσιωδῶς· τοῦ δὲ ζώου τὸ δισύλλαβον ἐπουσιωδῶς· ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ζῶον, ὑπὸ τὴν οὐσίαν εἰσί· τὸ δὲ δισύλλαβον ὑπὸ τὸ ποσόν. Οὐ τοίνυν καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ δισύλλαβον κατηγορηθήσεται· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ζῶον μέν ἐστι, δισύλλαβον δὲ οὐκ ἔστι. Πάλιν κατὰ τοῦ Σωκράτους ἐπουσιωδῶς λέγεται τὸ φιλόσοφον· κατὰ δὲ τοῦ φιλοσόφου ὁμοίως ἐπουσιωδῶς τὸ τετρασύλλαβον· ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ὑπὸ τὴν οὐσίαν ἐστὶ, τὸ δὲ φιλόσοφον ὑπὸ τὸ ποιόν· τὸ δὲ τετρασύλλαβον ὑπὸ τὸ ποσόν. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ κατὰ τοῦ Σωκράτους ῥηθείη ἂν τὸ τετρασύλλαβον. Φιλόσοφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ Σωκράτης, οὐ μὴν δὲ καὶ τετρασύλλαβον.

sunt. Rursus de homine animal essentialiter prædicatur; de animali autem trisyllabum accidentaliter; homo enim et animal sub substantia sunt: trisyllabum autem sub quanto est. Non igitur etiam de homine trisyllabum prædicabitur; etenim homo animal quidem est, sed non est trisyllabum. Iterum de Socrate accidentaliter dicitur philosophum; sed de philosopho quadrisyllabum simili ratione accidentaliter dicitur; Socrates enim sub substantia: at philosophum sub quali est: quadrisyllabum denique sub quanto. Sed non etiam de Socrate quadrisyllabum dicetur. Socrates enim quidem est philosophus, sed non etiam quadrisyllabum est.

ια'. Ὥσπερ δὲ πάντοτε τῇ καθ' ὑποκειμένου κατηγορίᾳ ἐμφαίνεται τὸ συνώνυμον, οὕτως τῇ ἐν ὑποκειμένῳ οὐδέποτε· ἀλλ' ὁτὲ μὲν τὸ ὁμώνυμον· ὡς ὅταν εἴπῃ τις τήνδε τὴν γυναῖκα μουσικὴν ἢ γραμματικήν· ὁτὲ δὲ τὸ παρώνυμον· ὡς ὅταν ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας παρονομάσῃ τις τὸν Ἀριστοτέλη φιλόσοφον· ποτὲ αὖ τὸ ἑτερώνυμον· ὡς ὅταν ἐκ τῆς ἀρετῆς σπουδαῖον τὸν Σωκράτην καλέσῃ τις. Τὸ γὰρ ἐνάρετον ἐν τῇ τοῦ Ἑλληνισμοῦ συνηθείᾳ οὐχ εὕρηται.

11. Quemadmodum enim in prædicatione de subjecto univocum semper conspicitur: sic in prædicatione in subjecto (nunquam deprehenditur); sed interdum quidem æquivocum, ut cum aliquis hanc mulierem musicam aut grammaticam dicit; nonnunquam vero demonstrativum, ut cum a philosophia **146** Aristotelem aliquis denominaverit philosophum; interdum denique diversivocum, ut cum aliquis Socratem a virtute virum bonum dixerit. Etenim in Græcæ linguæ consuetudine τὸ ἐνάρετον (ut etiam in Latina lingua virtuosum) non reperitur.

ιβ'. Οὐσία δὲ καὶ οὐσιῶδες διαφέρουσιν ἀλλήλων· ὡσαύτως συμβεβηκός τε καὶ ἐπουσιῶδες.

12. Differunt autem inter se substantia et substantiale, similiter accidens et essentiæ adjunctum (seu accidentale).

ιγ'. Ἡ μὲν γὰρ οὐσία πρᾶγμά ἐστιν αὐθύπαρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν. Τὸ δὲ συμβεβηκὸς πρᾶγμά ἐστιν ἐν τῇ οὐσίᾳ ὑπάρχον, μὴ ὡς μέρος, καὶ μὴ δυνάμενον εἶναι τῆς οὐσίας χωρίς.

13. Substantia enim quidem res est per se exsistens non indigens alia ad sui constitutionem. Accidens autem res est, quæ in substantia non ut pars exsistit, nec seorsim a substantia esse potest.

ιδ'. Τὸ οὐσιῶδες δὲ καὶ ἐπουσιῶδες τρόποι εἰσὶν ὑπάρξεώς τινων ἔν τισι. Καὶ τὸ μὲν οὐσιῶδες τὸ οἰκεῖον καὶ γνήσιον τοῦ ἐνυπάρχοντος παρίστησι πράγματος πρὸς ἐκεῖνο ᾧ ἐνυπάρχει. Τὸ δὲ ἐπουσιῶδες τὸ ἀλλότριον δηλοῖ καὶ τὸ ἐπείσακτον. Ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις τὸ οὐσιῶδές τε καὶ τὸ ἐπουσιῶδες λαμβάνεσθαι δύναται.

14. Substantiale autem et accidentale modi sunt exsistentiæ aliquorum in aliquibus. Et essentiale quidem proprietatem et germanam convenientiam rei inexsistentis declarat, ad illam in qua exsistit. Accidentale autem alienum et adventitium denotat. Quare etiam in omnibus prædicamentis et essentiale et essentiæ adjunctum (seu accidentale) accipi potest.

ιε'. Τὸ δ' ἔν τινι λέγεται ἑνδεχαχῶς· ὡς γένος ἐν εἴδει· οἷον τὸ ζῶον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Τὸ γὰρ γένος ἐξῃρημένην ἔχον τὴν ὕπαρξιν, ὅλον ἐν ἑκάστῳ γίνεται τῶν εἰδῶν, καὶ κοινὸν τοῖς εἴδεσιν ἅπασι καὶ ἰδικὸν ἑνὶ ἑκάστῳ εἴδει ἐστί. Καθὼς ἡ φωνὴ τοῦ κήρυκος τοῖς ἀκούουσι, καὶ ἡ ὕλη τοῖς ἐν κόσμῳ, καὶ τὸ τοῦ κύκλου κέντρον ταῖς ἐξ αὐτοῦ δὴ τοῦ κέντρου ἀρχομέναις εὐθείαις· ὡς εἶδος ἐν γένει, οἷον ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ ζώῳ. Περιέχεται γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ ζώῳ, καὶ πᾶν εἶδος ἐν τῷ οἰκείῳ γένει, ὡς ὅλον ἐν μέρεσι, καθάπερ ὁ Σωκράτης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, κεφαλῇ, χερσὶ, ποσὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις· καὶ τοῦτο δ' ἔν τισίν ἐστι, καὶ οὐκ ἔν τινι. Λέγεται δὲ μέρος μὲν ὅλου· ὅλον δὲ μερῶν οὐδαμῶς, ἀλλ' ὅλων ἐν μέρεσιν. Ὡς μέρος ἐν ὅλῳ· καθάπερ χεὶρ ἢ ποῦς ἐν Σωκράτει. Ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ· καθὰ τὸ εἶδος τοῦ ἀνδριάντος ἐν τῷ χαλκῷ, καὶ τὸ σημεῖον ἐν τῇ γραμμῇ· εἰδοποιεῖ γὰρ καὶ τὸ σημεῖον τὴν πεπε-

15. Cæterum quod est in aliquo, undecim modis dicitur; ut genus in specie, velut animal in homine. **147** Genus enim cum ex abstractione habeat exsistentiam, totum est in quavis specie, et omnibus speciebus commune et cuique speciei proprium est: Quemadmodum vox præconis audientibus, et materia iis quæ in mundo sunt, et centrum circuli rectis quæ ex eo (scilicet centro) incipiunt; ut species in genere, veluti homo in animali. Continetur enim homo in animali et omnis species in proprio genere; ut totum in partibus: quemadmodum Socrates in suis partibus, capite, pedibus, manibus et aliis; et vero hæc in aliquibus est et non in aliquo. Ac dicitur pars quidem totius: totum autem partium nequaquam, sed totum in partibus. Ut pars in toto: quemadmodum manus aut pes in Socrate. Ut forma in materia: quemadmodum forma statuæ in ære, et punctum

Digitized by Google

in linea ; nam et punctum informat finitam lineam. In tempore, ut Noe in tempore diluvii. In loco, ut sacerdos in templo; in vase, ut aqua in poculo. Et fuerit vas quidem locus translatilis ; locus autem, vas intranslatile. In causa efficiente, ut omnia in Deo, et in artifice eorum quæ ab ipso fiunt rationes; et in principe res subditorum. **148** In causa finali, ut lectus in quiete hominum, et in sanitate exercitium. In subjecto, ut accidens in substantia.

A ρασμένην γραμμήν. Ἐν χρόνῳ, ὡς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κατακλυσμοῦ Νῶε. Ἐν τόπῳ, ὡς ἱερεὺς ἐν τῷ ναῷ· ἐν ἀγγείῳ, ὡς ὕδωρ ἐν ἐκπώματι. Καὶ εἴη ἂν τὸ μὲν ἀγγεῖον τόπος μεταφορητός· ὁ δὲ τόπος ἀγγεῖον ἀμεταφόρητον. Ἐν τῷ ποιητικῷ αἰτίῳ, ὡς τὰ πάντα ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν τῷ τεχνίτῃ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων οἱ λόγοι· καὶ ἐν τῷ ἄρχοντι, τῶν ἀρχομένων τὰ πράγματα. Ἐν τῷ τελικῷ αἰτίῳ, ὡς ἐν τῇ ἀναπαύσει τῶν ἀνθρώπων ἡ κλίνη, καὶ ἐν τῇ ὑγιείᾳ ἡ γυμνασία. Ἐν ὑποκειμένῳ, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκός

16. Reducuntur autem ad prædicamentum ubi, quæ sunt in aliquo. Et enumerata quidem ejus sunt, quod secundum naturam est : ejus autem quod præter naturam est, ut corruptio in animali et ignis in ligno. Nam in universum corruptio est in eo quod præter naturam corrumpitur. Neque enim naturæ est intentio ut ipsius opus pereat, sed ut potius conservetur et permaneat.

ις'. Ἀνάγονται δὲ ὑπὸ τὴν ποῦ κατηγορίαν τὰ ἔν τινι. Καὶ τὰ μὲν ἀπηριθμημένα τοῦ κατὰ φύσιν ἐστί· τοῦ δὲ παρὰ φύσιν, ὡς ἡ φθορὰ ἐν τῷ ζώῳ, καὶ τὸ πῦρ ἐν τῷ ξύλῳ. Καθόλου γὰρ ἡ φθορὰ ἐν B τῷ φθειρομένῳ παρὰ φύσιν ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ὁ τῆς φύσεως σκοπὸς τὸ ταύτης [ἔργον] ἀπόλλυσθαι· συντηρεῖσθαι δὲ μᾶλλον καὶ διαμένειν.

*Σχῆμα κεφαλ. ις', περὶ τῶν κατηγορουμένων· ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἔν τινι.*

**Πᾶσα κατηγορία**
- ἢ ἐπὶ πλέον, ὡς τὸ ζῷον τοῦ ἀνθρώπου·
- ἢ ἐπίσης, ὡς τὸ γελαστικὸν τοῦ ἀνθρώπου.

**Τὰ ἔν τινι**
- ὡς γένος ἐν εἴδει· οἷον τὸ ζῷον ἐν ἀνθρώπῳ·
- ὡς εἶδος ἐν γένει· οἷον ἄνθρωπος ἐν τῷ ζώῳ·
- ὡς ὅλον ἐν μέρεσιν· οἷον ὁ Σωκράτης ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσι·
- ὡς μέρος ἐν ὅλῳ· οἷον γὰρ ἡ χεὶρ ἢ ποῦς ἐν Σωκράτει·
- ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ· ὡς τὸ εἶδος τοῦ ἀνδριάντος ἐν τῷ χαλκῷ·
- ἐν χρόνῳ· ὡς Νῶε ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κατακλυσμοῦ·
- ἐν τόπῳ· ὡς ἱερεὺς ἐν τῷ ναῷ, ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ·
- ἐν τῷ ποιητικῷ αἰτίῳ· ὡς τὰ πάντα ἐν τῷ Θεῷ·
- ἐν τῷ τελικῷ αἰτίῳ, ὡς ἡ γυμνασία ἐν τῇ ὑγιείᾳ·
- ἐν ὑποκειμένῳ, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκός.

*Tabula capitis* 16, *de iis quæ prædicantur; ubi etiam de iis quæ sunt in aliquo.*

**Omnis prædicatio**
- aut latius se habet ad subjectum, ut animal ad hominem ;
- aut æqualiter, ut risibile ad hominem.

**149** Quæ sunt in aliquo (dicuntur undecim modis) :
- ut genus in specie, velut animal in homine ;
- ut species in genere, velut homo in animali ;
- ut totum in partibus, velut Socrates in propriis partibus ;
- ut pars in toto, velut manus aut pes in Socrate ;
- ut forma in materia, velut forma statuæ in ære ;
- in tempore, velut Noe in tempore diluvii ;
- in loco, ut sacerdos in templo ;
- in vase, ut aqua in poculo ;
- in causa efficiente, ut omnia in Deo ;
- in causa finali, ut exercitium in sanitate ;
- in subjecto, ut accidens in substantia.

## **150** SYNOPSIS CAPITIS XVII

DE UNO, EODEM ET DIVERSO ; UBI ETIAM DE HYPOSTASI.

*1. Unum et idem tribus modis dici. — 2. Diversum totidem. — 3. Diversa seu differentia numero, id est individua, cur heterohypostata dicantur, et quid ab homohypostatis differant. — 4. Quatuor porismata ex superioribus illata. — 5. Quæ maxime dici possint heteroidea. — 6. Regula anteprædicamentalis posterior.— 7. Regulæ posterioris anteprædicamentalis appendix, vel, ut alii volunt, regula tertia anteprædicamentalis. — 8. Homogenea et homoidea a Patribus pro iisdem, nempe pro homousiis, accipi. — 9. Hypostaseos duo significata. — 10. Anhypostati item. — 11. Enhypostati quatuor. — 12. Ejusdem quintum. — 13. Hypostasim, individuum, personam apud Patres pro eodem haberi.*

### CAPUT XVII.

*De uno, eodem et diverso ; ubi etiam de hypostasi.*

1. Tribus modis dicitur unum et idem. Aut ge-

### ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ ἑνὸς, ταυτοῦ καὶ ἑτέρου· ἐν ᾧ καὶ περὶ ὑποστάσεως.*

α'. Τριχῶς λέγεται τὸ ἓν καὶ ταυτόν. Ἢ γὰρ τῷ

Digitized by Google

γένει, καὶ ποιεῖ τὰ ὁμογενῆ· οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος· ταῦτα γὰρ ἓν καὶ ταυτὸν γένος ἔχουσι τὸ ζῶον. Ἢ τῷ εἴδει, καὶ ποιεῖ τὰ ὁμοειδῆ· οἷον Πέτρος καὶ Παῦλος· τούτοις γὰρ ἓν καὶ ταυτὸν εἶδος ὑπάρχει ὁ ἄνθρωπος. Ἢ τῷ ἀριθμῷ, καὶ ποιεῖ τὸ ἄτομον καθ' αὐτὸ νοούμενον, τῶν λοιπῶν ἀτόμων κεχωρισμένον· οἷον Σωκράτης. Ἓν γὰρ ὑπάρχει καὶ ταυτὸν, εἰ καὶ πλείστοις ἴσως καλοῖτο ὀνόμασι· Σωκράτης, Σωφρονίσκου υἱὸς, φιλόσοφος. Τὸ δ' αὐτὸ κἀπὶ τῶν ἰδίως λεγομένων πολυωνύμων ἐστίν. Ἓν γὰρ καὶ ταυτὸν ὑπάρχει τῷ ἀριθμῷ, τὸ ξίφος, καὶ τὸ ἄορ, καὶ ἡ σπάθη, καὶ τὸ φάσγανον.

β'. Ὁσαχῶς δὲ λέγεται τὸ ἓν καὶ ταυτὸν, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἕτερον. Ἢ γὰρ τῷ γένει καὶ τοῦτο λέγεται, καὶ ποιεῖ τὰ ἑτερογενῆ, οἷον ζῶον καὶ ἐπιστήμη· τοῦ μὲν γὰρ ζώου γένος ἡ οὐσία, τῆς ἐπιστήμης δὲ τὸ ποιόν. Ἢ τῷ εἴδει, καὶ ποιεῖ τὰ ἑτεροειδῆ· οἷον ἵππος καὶ βοῦς· ἄλλο γὰρ εἶδος ἵππου, καὶ ἄλλο τοῦ βοὸς, εἰ καὶ γένος οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο. Ἢ τῷ ἀριθμῷ καὶ ποιεῖ (τὰ) ἄτομα· καὶ γὰρ τῷ ἀριθμῷ διαφέρουσιν, ὅσα τῇ συνδρομῇ τῶν συμβεβηκότων τὴν ἰδιότητα τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀφωρίσαντο.

γ'. Ταῦτα δὲ λέγονται καὶ ἑτεροϋπόστατα, ὡς ἐσχηκότα τὴν ἀνὰ μέρος καθ' ἑαυτὰ ὕπαρξιν. Τούτῳ γὰρ καὶ τῶν ὁμοϋποστάτων διενηνόχασιν. Ὁμοϋπόστατα γάρ εἰσιν, ὅταν δύο φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει ἑνωθῶσι, καὶ μίαν σχῶσιν ὑπόστασιν σύνθετον, καὶ ἓν πρόσωπον· ὡς ψυχὴ καὶ σῶμα.

δ'. Πάντα μὲν οὖν τὰ ὁμοειδῆ ἐξ ἀνάγκης εἰσὶ καὶ ὁμογενῆ· οὐ πάντα δὲ τὰ ὁμογενῆ ἀναγκαίως καὶ ὁμοειδῆ. Οὕτως καὶ ἑτερογενῆ μὲν ὁμολογουμένως πάντα ἑτεροειδῆ· οὐ πάντα δὲ τὰ ἑτεροειδῆ ἤδη καὶ ἑτερογενῆ. Καὶ τὰ μὲν τῷ γένει ἕτερα καὶ τῷ εἴδει καὶ τῷ ἀριθμῷ διαφέρουσι· τὰ δὲ τῷ εἴδει ἕτερα τῷ μὲν ἀριθμῷ διαφέρουσιν, οὐ μὴν δὲ ἀεὶ καὶ τῷ γένει. Οὔτε δὲ τῷ ἀριθμῷ διαφέροντα ἐξ ἀνάγκης καὶ τῷ εἴδει, καὶ τῷ γένει ἕτερά ἐστιν.

ε'. Ἑτεροειδῆ δὲ λέγοιντ' ἂν μάλιστα τὰ ἐκ διαφόρων εἰδικωτάτων εἰδῶν ἄτομα. Καθάπερ γὰρ Σωκράτης καὶ Πλάτων ὁμοειδῆ (καὶ ἄμφω γὰρ ἄνθρωποι) τὸν αὐτὸν τρόπον Πήγασος καὶ Κέρβερος, ἑτεροειδῆ. Τὸν μὲν γὰρ ἵππον λέγουσιν εἶναι τὸν Πήγασον, τὸν δὲ κύνα τὸν Κέρβερον.

ς'. Τῶν ἑτερογενῶν δὲ καὶ μὴ ὑπάλληλα τεταγμένων ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ αἱ διαφοραί· οἷον ζώου καὶ ἐπιστήμης. Ἄλλαι γὰρ διαφοραὶ τοῦ ζώου καὶ ἄλλαι τῆς ἐπιστήμης. Τοῦ μὲν γὰρ ζώου συστατικαὶ διαφοραὶ, τὸ ἔμψυχον, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ μεταβατικόν· διαιρετικαὶ τὸ λογικὸν, τὸ ἄλογον, τὸ πεζὸν, τὸ πτηνὸν, τὸ ἔνυδρον, καὶ ἕτερα. Τῆς δὲ ἐπιστήμης συστατικαὶ μὲν τὸ τοῖς λογικοῖς ἐνυπάρχειν ζώοις, τὸ δυσμετάβλητον, τὸ ἀπταιστον τῶν ὑποκειμένων· διαιρετικαὶ δὲ τὸ θεωρητικὸν, τὸ πρακτικόν· καὶ αὖθις τὸ γεωμετρικόν τε καὶ ἀστρονομικὸν καὶ τὰ

A nere et facit homogenea (quæ sunt ejusdem generis), ut homo et equus ; etenim hæc unum et idem genus habent, animal. Aut specie, et facit homoidea (quæ sunt ejusdem specici) : ut Petrus et Paulus ; horum enim una et eadem est species, homo. Aut numero, et facit individuum, quod per se intelligitur a reliquis individuis separatum, velut Socrates. Etenim unum et idem est (numero), licet plurimis forte nominibus vocetur : **151** Socrates, Sophronisci filius, philosophus. Atque idem etiam in his quæ proprie multivoca dicuntur, est. Etenim unum et idem numero sunt mucro, ensis, spatha, gladius.

2. Quot autem modis unum et idem dicitur, tot modis etiam diversum dicitur. Nam et hoc vel B genere dicitur, et efficit heterogenea (quæ sunt diversi generis), velut animal et scientia ; animalis enim genus est substantia ; scientiæ autem qualitas. Aut specie, et facit heteroidea (quæ sunt diversæ species), velut equus et bos ; alia enim species est equi, alia bovis, tametsi genus non est aliud atque aliud. Aut numero, et facit individua ; etenim numero differunt quæcunque accidentium concursu peculiaris hypostaseos proprietatem separarunt.

3. Dicuntur autem hæc etiam heterohypostata, quod seorsim habeant per se exsistentiam. In hoc enim etiam ab illis differunt, quæ sunt homohypostata. Etenim homohypostata sunt, cum duæ naturæ in una hypostasi unitæ fuerint, et unam hypostasin compositam unamque personam habuerint ; ut C anima et corpus.

4. Omnia igitur homoidea quidem sunt necessario **152** etiam homogenea : non autem omnia homogenea, necessario etiam sunt homoidea. Ita etiam heterogenea quidem omnia omnium consensu sunt heteroidea : non autem omnia heteroidea sunt jam etiam heterogenea. Et quæ quidem genere diversa sunt, etiam specie et numero differunt : quæ autem specie diversa sunt, numero quidem, non semper autem etiam genere differunt. Neque vero numero differentia, necessario etiam specie et genere diversa sunt.

5. Heteroidea autem maxime dici possint individua quæ sunt ex differentibus speciebus specialissimis. Quemadmodum enim Socrates et Plato D sunt homoidea (ambo enim sunt homines), eodem modo Pegasus et Cerberus sunt heteroidea. Illum enim equum, hunc canem esse ferunt.

6. Cæterum heterogeneorum, hoc est, sub diversis generibus exsistentium et non subalternatim positorum, diversæ etiam sunt specie differentiæ : velut animalis et scientiæ. Aliæ enim animalis, aliæ scientiæ sunt differentiæ. Animalis enim constituentes differentiæ sunt, animatum, sentiens, progressivum : dividentes, rationis particeps, rationis expers, gradiens, **153** volatile, aquatile, et alia. Scientiæ autem, constituentes quidem (differentiæ) sunt, animalibus ratione præditis inesse, difficulter mutari, non excidere subjectis : dividentes

Digitized by Google

vero, contemplativum, activum ; et iterum geometricum et astronomicum, et similia. Cujus enim prædicamenti genus, illius etiam species est : sed et convenientes differentiæ. Heterogeneorum igitur, hoc est, eorum quæ sub diversis generibus exsistunt, diversæ sunt etiam specie differentiæ cum constituentes tum dividentes.

A τοιαῦτα. Καὶ γὰρ ἧς κατηγορίας ὑπάρχει τὸ γένος, ἐκείνης καὶ τὸ εἶδος· κατάλληλοι δὲ καὶ αἱ διαφοραί. Τῶν τοίνυν ἑτερογενῶν ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ αἱ διαφοραὶ αἱ συστατικαί τε καὶ αἱ διαιρετικαί.

7. Eorum autem, quæ subalternatim ponuntur dividentes quidem non semper sunt eædem. Si enim corpus dividatur in animatum et inanimatum, non etiam animatum iterum in animatum et inanimatum dividetur, sed in sentiens et sensus expers : eritque etiam corpus divisum in sentiens et sensus expers. Rursus animati et sentientis communes differentiæ dividentes reperientur, et rationis particeps et rationis expers. Atque sic generum subalternatim positorum differentiæ dividentes alias quidem eædem, alias vero non eædem erunt. Ut autem constituentes differentiæ B **154** semper sint eædem, nihil est quod prohibeat. Cum enim subalternatim posita sint homogenea (ejusdem generis), et univoca fiat prædicatio, quotquot prædicati sunt differentiæ, omnes etiam subjecti erunt.

ζ'. Τῶν δέ γε ὑπάλληλα τεταγμένων, διαιρετικαὶ μὲν οὐ πάντοτε αἱ αὐταί. Τοῦ γὰρ σώματος διαιρουμένου εἰς ἔμψυχον σῶμα καὶ ἄψυχον, οὐ διαιρεθήσεται καὶ τὸ ἔμψυχον εἰς ἔμψυχον πάλιν καὶ ἄψυχον, ἀλλ' εἰς αἰσθητικὸν καὶ ἀναίσθητον· ἔσται δὲ καὶ τὸ σῶμα διῃρημένον εἰς αἰσθητικὸν καὶ ἀναίσθητον. Πάλιν τοῦ ἐμψύχου καὶ τοῦ αἰσθητικοῦ (εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον) εὑρεθήσονται κοιναὶ διαφοραὶ διαιρετικαί, τὸ λογικόν τε καὶ ἄλογον. Καὶ οὕτως ἔσονται τῶν ὑπάλληλα γενῶν διαφοραὶ διαιρετικαὶ ποτὲ μὲν αἱ αὐταί, ποτὲ δ' οὐχ αἱ αὐταί. Τὰς δὲ συστατικὰς εἶναι πάντοτε τὰς αὐτὰς τὸ κωλύον οὐδέν. Ὁμογενῶν γὰρ ὄντων τῶν ὑπάλληλα, καὶ συνωνύμου γενομένης τῆς κατηγορίας, ὅσαι τοῦ κατηγορουμένου διαφοραί εἰσι, πᾶσαι δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἔσονται.

8. Scire autem oportet quod sancti Patres eadem dicunt homogenea et homoidea, homousia (coessentialia) videlicet, hypostases nimirum quæ sub eadem specie sunt.

η'. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὡς οἱ θεῖοι Πατέρες ὁμογενῆ καὶ ὁμοειδῆ τὰ αὐτὰ λέγουσι, τὰ ὁμοούσια δηλαδή, ἤγουν τὰς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ὑποστάσεις.

9. Atqui hypostasis duo significat. Declarat enim et simpliciter exsistentiam, quatenus etiam aliqui ex Patribus nomen hypostasis ad significandam naturam assumpserunt. Denotat etiam individuum, quod etiam proprie hypostasis dicitur, propterea quod per se revera subsistat. Essentia enim C acceptis accidentibus in individuis reipsa subsistit.

θ'. Ἡ δ' ὑπόστασις δύο σημαίνει. Δηλοῖ γὰρ καὶ τὴν ἁπλῶς ὕπαρξιν, καθὸ καί τινες τῶν Πατέρων, ὡς δηλωτικὸν φύσεως παρειλήφασι τὸ τῆς ὑποστάσεως ὄνομα. Δηλοῖ καὶ τὸ ἄτομον ὅ καὶ κυρίως ὑπόστασις λέγεται, διὰ τὸ καθ' αὐτὸ ὑφεστάναι πραγματικῶς. Ἐν γὰρ τοῖς ἀτόμοις ἡ οὐσία ἐνεργείᾳ ὑφέστηκε, προσλαβοῦσα τὰ συμβεβηκότα.

10. Et vero anhypostaton duo significat. Nam et id (significat), quod nullo modo uspiam est : et accidens ut quod propriam hypostasin sive exsistentiam non habeat, sed in substantia subsistat.

ι'. Καὶ τὸ ἀνυπόστατον δὲ δύο σημαίνει. Τό τε γὰρ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄν, καὶ τὸ συμβεβηκὸς, ὡς μὴ ἔχον ἰδίαν ὑπόστασιν, εἴτουν ὕπαρξιν, ἀλλ' ἐν τῇ οὐσίᾳ ὑφεστηκός.

11. Enhypostaton autem interdum quidem id quod simpliciter exsistit declarat ; quo significato non tantum simpliciter substantia, sed etiam accidens enhypostaton dicitur, **155** cum magis heterohypostaton (id est, in alio habens subsistentiam) sit ; interdum autem etiam individuum declarat. Sed tamen nec ipsum proprie enhypostaton est, sed hypostasis. Proprie enim enhypostaton est, vel quod D per se quidem non subsistit, sed in hypostasibus consideratur, ut species, nempe natura (communis scilicet, etenim natura hominum non secundum seipsam, sed in particularibus hominibus subsistit), vel quod cum altero quodam differente secundum substantiam congreditur ad unam compositam hypostasin complendam. Quemadmodum anima et corpus secum invicem congressa hunc aliquem hominem absolverunt.

ια'. Τὸ δὲ ἐνυπόστατον ποτὲ μὲν τὸ ἁπλῶς ὕπαρχον δηλοῖ, καθὸ σημαινόμενον οὐ μόνον τὴν ἁπλῶς οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐνυπόστατον λέγομεν, ἑτεροϋπόστατον μᾶλλον ὑπάρχον· ποτὲ δὲ δηλοῖ καὶ τὸ ἄτομον. Οὐδ' αὐτὸ δὲ κυρίως ἐνυπόστατόν ἐστιν, ἀλλ' ὑπόστασις. Κυρίως γὰρ ἐνυπόστατόν ἐστιν ἢ τὸ καθ' αὐτὸ μὲν μὴ ὑφιστάμενον, ἀλλ' ἐν ταῖς ὑποστάσεσι θεωρούμενον, ὥσπερ τὸ εἶδος, ἤγουν ἡ φύσις· καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις οὐ καθ' ἑαυτὴν, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἀνθρώποις ὑφέστηκεν· ἢ τὸ συνερχόμενον ἑτέρῳ τινὶ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς μιᾶς ὑποστάσεως συνθέτου ἐκπλήρωσιν· ὡς ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συνελθόντα ἀλλήλοις τόν τινα ἄνθρωπον ἀπετέλεσαν.

12. Hæc quidem igitur enhypostata dici quiverint ; quod autem ex illis compositum est, hypostasis. Sed et ea natura quæ ab alia hypostasi assumpta in ipsa exsistentiam habet, et hæc, inquam,

ιβ'. Τὰ μὲν οὖν ἐνυπόστατα λεχθεῖεν ἄν· τὸ δ' ἐξ αὐτῶν ἀλλήλων συντεθειμένον ὑπόστασις. Ἀλλὰ καὶ ὑφ' ἑτέρας ὑποστάσεως προσληφθεῖσα φύσις, καὶ ἐν αὐτῇ ἐσχηκυῖα τὴν ὕπαρξιν καὶ αὕτη καλῶς

Digitized by Google

ἐνυπόστατος λέγεται· ὅθεν καὶ τοῦ Κυρίου ἡ σὰρξ, μηδὲ πρὸς καιροῦ ῥοπὴν ἀκαριαίαν ὑποστᾶσα καθ' ἑαυτὴν, οὐχ ὑπόστασις, ἀλλ' ἐνυπόστατος καὶ λέγεται καὶ ἔστιν. Ἐν γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑποστάσει ὑπέστη προσληφθεῖσα ὑπ' αὐτῆς, καὶ ταύτην ἔσχε καὶ ἔχει ὑπόστασιν.

A recte ennypostatos dicitur. Unde etiam Domini caro quæ neque ad exiguum temporis momentum per se subsistit, non hypostasis, sed enhypostatos et dicitur et est. Etenim in Dei Verbi hypostasi subsistit assumpta ab ea, atque hanc habuit habetque hypostasin.

ιγ'. Ἰστέον δ' ὅτι οἱ ἅγιοι Πατέρες τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἐκάλεσαν ὑπόστασίν τε καὶ ἄτομον καὶ πρόσωπον, τὸ διὰ τῶν ἑαυτοῦ ἰδιωμάτων ἀρίδηλον καὶ περιωρισμένην ἀπὸ τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρεχόμενον ἡμῖν τὴν οἰκείαν ἐμφάνειαν.

13. Sciendum **156** autem sanctos Patres unum et idem et hypostasin et individuum et personam vocasse ; id nimirum quod per attributa sua manifestam et ab aliis secum ejusdem naturæ circumfinitam nobis propriam apparitionem exhibet.

*Σχῆμα κεφαλ. ιζ', περὶ ἑνὸς ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, ἐν ᾧ καὶ περὶ ὑποστάσεως.*

Τὸ ἓν καὶ ταυτὸν
- ἢ γένει, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος·
- ἢ εἴδει, ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος·
- ἢ ἀριθμῷ, ὡς λώπιον καὶ ἱμάτιον·

Τὸ ἕτερον
- ἢ γένει, ὡς ζῶον καὶ ἐπιστήμη·
- ἢ εἴδει, ὡς ἵππος καὶ βοῦς·
- ἢ ἀριθμῷ, ὡς Συκράτης καὶ Πλάτων·

Ὑπόστασις
- ἢ ἁπλῶς ὕπαρξις·
- ἢ καὶ τὸ ἄτομον·

Ἀνυπόστατον
- ἢ τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄν·
- ἢ τὸ συμβεβηκός.

Τὸ ἐνυπόστατον
- τὸ ἁπλῶς ὑπάρχον·
- τὸ ἄτομον·
- τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ θεωρούμενον, ὡς τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἐν τοῖς κατὰ μέρος· καὶ τὸ συνεργόμενον διαφόρως κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς μιᾶς ὑποστάσεως σύστασιν.

—

*Tabula capitis* **17**, *de uno eodem et diverso, ubi etiam de hypostasi* (*anhypostato et enhypostato*).

Unum et idem (dicitur)
- aut genere, velut homo et equus,
- aut specie, ut Petrus et Paulus,
- aut numero, ut indumentum et vestimentum.

Diversum (dicitur)
- aut genere, ut animal et scientia,
- aut specie, ut equus et bos,
- aut numero, ut Socrates et Plato.

Hypostasis (dicitur)
- aut simpliciter exsistentia,
- aut individuum.

**157** Anhypostaton (dicitur)
- aut quod prorsus nuspiam est,
- aut accidens.

Enhypostaton (dicitur)
- quod simpliciter exsistit,
- individuum,
- quod per se non consideratur, ut species hominis in particularibus,
- quod congreditur cum differente quoad substantiam ad unius hypostaseos constitutionem.

—

## SYNOPSIS CAPITIS XVIII.

### QUOD EST DE PRIORE ET POSTERIORE ET SIMUL.

1. *Quinque modi prioris.* — 2. *Primus est a tempore.* — 3. *Secundus a natura.* — 4. *Tertius ab ordine.* — 5. *Quartus a dignitate.* — 6. *Quintus a notione seu conceptu mentis.* — 7. *Posterioris totidem modi.* 8. *Prioris et posterioris hæc divisio, qualis sit.* — 9. *Eorum quæ simul dicuntur tres modi, quorum primus est a tempore.* — 10. *Secundus a natura.* — 11. *Tertius a divisione.* — 12. *His tribus additur quartus a dignitate.*

—

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'. Β CAPUT XVIII.

*Περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου, καὶ περὶ τοῦ ἅμα.* *De priore et posteriore et simul.*

α'. Κατὰ πέντε τρόπους τὸ πρότερον λέγεται. 1. Prius quinque modis dicitur.



Digitized by Google

2. Uno quidem modo a tempore, quo aliud alio antiquius et vetustius dicimus. Usurpatur autem antiquius quidem proprie in animatis, 158 maxime in hominibus : in inanimatis autem (et) simul omnibus vetustius. Manifestum autem est oportere cum alio conferentem facere comparationem, ne quis seipso secundum juvenilem ætatem, quæ tempore prior est, antiquior (seu senior) deprehendatur.

3. Alio modo prius dicitur, quod secundum naturam est. Est autem natura prius quod simul tollit et simul non tollitur ; quodque juxta infertur, nec juxta infert. Velut unum prius est duobus. Etenim sublatum secum tollit duo. Si enim unum non sit, quomodo duo erunt? Si autem duo sublata fuerint, non juxta unum tollitur. Unum enim est, si duo non sint. Rursus cum duobus unum simul infertur. Ubi enim duo, ibi etiam unum est. Etenim duo sunt unum et unum. Non autem unum simul infert duo. Unum enim si sit, non est necesse etiam duo esse. Hoc modo genera suis speciebus priora sunt et species individuis suis; et simpliciter universaliora particularioribus quæ in eodem prædicamento sunt.

4. Tertius modus est is, qui est secundum ordinem, ut exordium narratione prius est, et miles duce exercitus.

5. Quartus est qui 159 secundum dignitatem est, ut princeps prior est subdito, dignitate videlicet et honore. Hunc modum Aristoteles non recipit. Pro eo autem ponit illum qui secundum causam est, velut, Homo est ; et dicimus etiam nos veram esse orationem, quod sit homo. Quare esse hominem causa est veræ hujus orationis quæ est quod homo sit. Quoad hoc significatum Patrem qui sine principio est, primum et majorem Unigenito dicimus, quod exsistentiæ illius causa sit essentialiter.

6. Adjiciunt aliqui modis prioris eum qui secundum notionem mentis est : velut ædificaturi murum fundamentum jacimus, dicimusque, quia prius cogitantes murum propter murum fundamentum jacimus, murum fundamento priorem esse. Reducitur autem modus hic ad eum qui secundum dignitatem est, quo id quod melius et honoratius est, prius dicitur. Et quemadmodum prior dignitate, ordine posterior deprehenditur (etenim principe prius est subditus, et posterius princeps constituitur), simili modo etiam id quod notione mentis prius est, posterius absolvitur et perficitur.

7. Quot autem modis prius, tot etiam 160 modis posterius (dicitur), si apposite et convenienter modis prioris fiat oppositio.

8. Dividunt autem prius et posterius secundum magis et minus, ut ea quæ ab uno.

9. Simul porro uno quidem modo sunt, quorum generatio est in eodem tempore, ut cum uno momento duos nasci contigerit. Hic modus primo modo prioris qui est a tempore opponitur.

A β'. Καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἀπὸ τοῦ χρόνου, καθ' ὃ πρεσβύτερον καὶ παλαιότερον ἕτερον ἑτέρου φαμέν. Τάττεται δὲ τὸ μὲν πρεσβύτερον κυρίως ἐπὶ τῶν ἐμψύχων καὶ μάλιστα ἐπ' ἀνθρώπων, ἐπὶ δὲ τῶν ἀψύχων (καὶ) ὁμοῦ πάντων τὸ παλαιότερον. Δῆλον δ' ὅτι πρὸς ἕτερον χρὴ παραβάλλοντα πάντοτε ποιεῖσθαι τὴν σύγκρισιν, ἵνα μή τις ἑαυτοῦ κατὰ τὴν νέαν ἡλικίαν, ὡς τῷ χρόνῳ προτέραν, εὑρεθείη πρεσβύτερος.

γ'. Καθ' ἕτερον τρόπον λέγεται πρότερον, τὸ κατὰ φύσιν. Φύσει δὲ πρότερόν ἐστι τὸ συναναιροῦν καὶ μὴ συναναιρούμενον, καὶ συνεισφερόμενον καὶ μὴ συνεισφέρον. Οἷον τὸ ἓν πρότερον φύσει τῶν δύο. Καὶ γὰρ ἀναιρουμένου, συναναιρεῖ τὰ δύο. Μὴ ὄντος B γὰρ ἑνὸς, πῶς ἔσονται δύο; τῶν δύο δ' ἀναιρεθέντων, οὐ συναναιρεῖται τὸ ἕν. Ἔστι γὰρ ἕν, δύο μὴ ὄντων. Πάλιν τοῖς μὲν δύο συνεισφέρεται τὸ ἕν· ἔνθα γὰρ δύο, ἐκεῖ καὶ τὸ ἕν· ἓν γάρ καὶ ἓν τὰ δύο· οὐ συνεισφέρει δὲ τὸ ἓν τὰ δύο· ἑνὸς γὰρ ὄντος, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι καὶ δύο. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὰ γένη πρότερα τῶν οἰκείων εἰδῶν, καὶ τὰ εἴδη τῶν ἀτόμων, καὶ ἁπλῶς τὰ καθολικώτερα τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν κατηγορίαν μερικωτέρων.

δ'. Τρίτος τρόπος ὁ κατὰ τάξιν, ὡς τὸ προοίμιον πρότερον τῆς διηγήσεως, καὶ ὁ στρατιώτης τοῦ στρατηγοῦ.

ε'. Τέταρτος ὁ κατ' ἀξίαν· ὡς ὁ ἄρχων πρότερος τοῦ ἀρχομένου, τῇ ἀξίᾳ δηλονότι καὶ τῇ τιμῇ. Τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Ἀριστοτέλης οὐ δέχεται. Τίθησι δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸν κατὰ τὸ αἴτιον· οἷον, Ἔστιν ἄνθρωπος, καὶ λέγομεν καὶ ἡμεῖς ἀληθῆ λόγον, ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος. Τὸ εἶναι γοῦν ἄνθρωπον αἴτιον γίνεται τοῦ λόγου τούτου τοῦ ἀληθοῦς, τοῦ, ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος. Κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον λέγομεν τὸν ἄναρχον Πατέρα πρῶτον καὶ μείζονα τοῦ Μονογενοῦς, ὡς αἴτιον τῆς αὐτοῦ ὑπάρξεως οὐσιωδῶς.

ς'. Προστιθάσί τινες τοῖς τρόποις τοῦ προτέρου τὸν κατ' ἐπίνοιαν· ὡς ὅταν βουλόμενοι τοῖχον δείμασθαι θεμέλιον καταβάλλωμεν· καὶ λέγομεν, Ἐπεὶ πρότερον τὸν τοῖχον ἐπινοήσαντες διὰ τὸν τοῖχον τιθέμεθα τὸν θεμέλιον, ὁ τοῖχός ἐστι πρότερος τοῦ θεμελίου. Συνάγεται δ' οὗτος ὁ τρόπος τῷ κατ' D ἀξίαν· καθ' ὃν τὸ βέλτιον καὶ τιμιώτερον λέγεται πρότερον. Καὶ ὥσπερ ὁ κατ' ἀξίαν πρότερος ὕστερος εὑρίσκεται κατὰ τάξιν (ὁ γὰρ ἄρχων πρότερόν ἐστιν ἀρχόμενος καὶ ὕστερον ἄρχων καθίσταται)· τοιοντοτρόπως καὶ τὸ κατ' ἐπίνοιαν πρότερον ὕστερον ἀπαρτίζεται καὶ τελειοῦται.

ζ'. Ὁσαχῶς δὲ τὸ πρότερον, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ὕστερον, προσφυῶς τοῖς τρόποις καὶ καταλλήλως γινομένης τῆς ἀντιθέσεως.

η'. Διαιροῦσι δὲ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, ὥσπερ τὰ ἀφ' ἑνός.

θ'. Ἅμα δέ ἐστι καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ· ὡς ὅταν ἐν μιᾷ ῥοπῇ τύχῃ γεννηθῆναι δύο τινάς· οὗτος ὁ τρόπος τῷ πρώτῳ τρόπῳ τοῦ προτέρου ἀντίκειται, τῷ ἀπὸ τοῦ χρόνου.

Digitized by Google

ι'. Καθ' ἕτερον τρόπον ἅμα λέγονται τὰ κατὰ φύσιν ἅμα ὑπάρχοντα. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ συναναιροῦντα καὶ συναναιρούμενα, συνεισφερόμενά τε καὶ συνεισφέροντα· οἷον τὰ πρός τι. Οὗτος δὲ ὁ τρόπος ἀντίκειται τῷ τοῦ προτέρου δευτέρου τρόπῳ, τῷ κατὰ φύσιν· καί γε τῷ πέμπτῳ τῷ κατὰ τὸ αἴτιον. Τῷ δευτέρῳ μὲν οὖν καθ' ὅσον ἀντιστρέφει, ἀντίκειται τῷ μὴ ἀντιστρέφοντι· τῷ πέμπτῳ δ' αὖθις, ἢ μὴν τετάρτῳ, καθ' ὅσον οὐκ ἔστι θάτερον αἴτιον τοῦ λοιποῦ. Τοιαῦτα γὰρ τὰ πρός τι, καθὸ πρός τι. Τὸ γὰρ πατὴρ καὶ υἱὸς ἅμα ἐστὶ καὶ οὐδέτερον αἴτιον, κατ' αὐτὸ (τοῦτο, τὸ πατὴρ καὶ υἱός)· μᾶλλον μὲν οὖν αἴτιον ἑκατέρου ἑκάτερόν ἐστι. Αἴτιον γὰρ τοῦ πατέρα εἶναι τὸ υἱὸν εἶναι· καὶ τοῦ υἱὸν εἶναι τὸ πατέρα εἶναι. Κἂν ἄλλως αἴτιος τῆς τοῦ υἱοῦ ὑπάρξεως ὁ πατήρ, οὐ μὴν τῆς τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ἐγέννησεν, ὁ δὲ υἱὸς ἐγεννήθη. Καὶ γέγονεν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός· οὐ μὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ.

ια'. Τρίτον τοῦ ἅμα σημαινόμενον, τὰ ἀντιδιαιρούμενα εἴδη· ὡς ὅταν διαιροῦντες τὸ ζῷον εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον, ἅμα λέγομεν εἶναι τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον· καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δ' ὕστερον. 422 Ἀντίκειται δὲ τῶν ἀντιδιαιρουμένων ὁ τρόπος τῷ τρίτῳ τρόπῳ τοῦ προτέρου τῷ κατὰ τάξιν. Ἰσόστοιχα γὰρ τὰ ἀντιδιαιρούμενα, καὶ τὴν αὐτὴν ἀλλήλοις ἔχοντα τάξιν.

ιβ'. Δοκεῖ δέ τι τοῦ ἅμα καὶ τῷ κατ' ἀξίαν ἀντικεῖσθαι τρόπῳ τοῦ προτέρου. Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ἰσάξιόν τε καὶ ὁμότιμον.

10. Alio modo simul dicuntur, quæ secundum naturam simul exsistunt. Hæc autem sunt ea, quæ juxta tollunt et juxta tolluntur, quæque juxta inferuntur et juxta inferunt. Velut ea quæ sunt ad aliquid. Hic autem modus opponitur secundo prioris modo qui est secundum naturam, quin etiam quinto qui est secundum causam : secundo quidem qui non convertitur opponitur in quantum convertitur ; rursum vero quarto aut etiam quinto, quatenus alterum non est causa alterius. Talia enim sunt, quæ sunt ad aliquid quatenus sunt ad aliquid. Pater enim et filius sunt simul, et neuter secundum hoc ipsum (quod pater et filius sunt) causa est. Magis igitur alteruter alterutrius causa est. Etenim ejus quod est patrem esse causa est, esse filium, **161** et ejus quod est esse filium causa est esse patrem : tametsi alias pater exsistentiæ filii nec patris (exsistentiæ) filius causa est. Pater enim genuit ; filius autem genitus est : et ex patre filius, non ex filio pater est natus.

11. Tertium (ejus quod dicitur) simul significatum sunt species e regione divisæ ; ut cum animal dividentes in rationis particeps et rationis expers ; rationis particeps et rationis expers simul esse dicimus, nec illud prius, hoc posterius. Opponitur autem hic e regione divisorum modus tertio modo prioris qui secundum ordinem est. Etenim ejusdem seriei sunt et eumdem inter se invicem habent ordinem quæ e regione dividuntur.

12. Videtur autem amplius aliquid (de eo quod dicitur) simul, opponi ei modo prioris qui secundum dignitatem est ; fueritque hoc id quod æqualis dignitatis et ejusdem honoris est.

*Σχῆμα κεφαλ. ιη, περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου καὶ περὶ τοῦ ἅμα.*

**Τὸ πρότερον καὶ ὕστερον**
- τὸ κατὰ χρόνον·
- τὸ τῇ φύσει πρότερον·
- τὸ κατὰ τάξιν, ὡς τὸ προοίμιον τῆς διηγήσεως·
- τὸ κατ' ἀξίαν, ὡς ὁ ἄρχων τοῦ ἀρχομένου·
- τὸ κατὰ τὸ αἴτιον, ὡς τὸ εἶναι ἄνθρωπον τοῦ ἀληθοῦς περὶ αὐτοῦ λόγου τοῦ ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος.

**Ἅμα λέγεται**
- τὰ κατὰ χρόνον, οἷον εἰ γεννηθῶσι δύο τινὲς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον·
- τὰ κατὰ φύσιν, ὡς τὰ πρός τι·
- τὰ ἀντιδιαιρούμενα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, ὡς τὸ λογικὸν καὶ ἄλογον.

*Tabula capitis* 18, *de priore et posteriore et eo quod est simul.*

**162 Prius et posterius (dicitur)**
- quod secundum tempus est;
- quod natura est;
- quod est secundum ordinem, ut exordium narratione;
- quod secundum dignitatem est, ut princeps subdito;
- quod secundum causam est, ut esse hominem veræ de ipso orationis hujus quod sit homo.

**Simul dicuntur**
- quæ secundum tempus sunt, veluti si duo aliqui eodem tempore geniti fuerint ;
- quæ secundum naturam sunt, ut quæ sunt ad aliquid,
- quæ ex eodem genere velut e regione dividuntur, ut rationis particeps et rationis expers.

Digitized by Google

## SYNOPSIS CAPITIS XIX,

QUOD EST DE SUBSTANTIA.

*1. Homonymia substantiæ, ejusdemque in altera significatione descriptio et cum accidente comparatio. — 2. Divisio substantiæ. — 3. Plantæ definitio ex tradita divisione constituitur, et per partes probatur. — 4. Animalis item* 163 *et plantanimalis definitiones inde colliguntur. — 5. Itemque hominis. — 6. Individua seu hypostases ab Aristotele proprissime et primo et maxime substantias appellari. — 7. Aliorum alia sententia, qui hæc elogia substantiæ speciebus infimis tribuunt. — 8. Species specialissimas quare aliqui substantiam et naturam et formam appellarint. — 9. Quatenus illis individua sint substantiæ.*

—

### CAPUT XIX.

*De substantia.*

**1.** Essentia significat quidem aliquando etiam simpliciter exsistentiam, cum etiam de omnibus entibus effertur ; proprie autem prædicamentum accidentibus contradivisum declarat ; quod est res per se exsistens, non indigens alia ut sit. Huic enim etiam ipsum ens primo convenit ; post hanc vero accidentibus.

**2.** Hæc substantia in corpus et incorporeum dividitur, corpus in animatum et inanimatum ; animatum in sentiens et sensus expers : sentiens in progressivum et progressionis expers : progressivum in rationale et irrationale ; rationale quidem, hominem ; irrationale autem, præter hominem animalia.

**3.** Planta quidem igitur est substantia animata sensus expers ; substantia, quia ipsa planta per se est, nec habet esse in alio, sed alia **164** potius in ipsa exsistentiam habent. Exsistit enim in planta et quantum (etenim bicubita forte vel tricubita est hæc planta), et quale (etenim nigra vel alba est), et ad aliquid (major enim est alia planta, et alia vicissim minor), et ubi (in loco enim est), et quando (quia etiam in tempore), et agere (floret enim et fructum fert), et pati (secatur enim forte aut refrigeratur aut calefit), et situm esse (stat enim erecta aut ad terram inclinata), et habere : erit enim fortasse munimentum aliquod plantæ radicem ipsius quodammodo aut stipitem attingens. Ita igitur planta est substantia. Animata autem quia nutritur et augetur et simile sibi generat. Atqui animæ facultates sunt : nutrix, auctrix et generatrix (vis). Quia autem planta est animata, nimirum etiam corporata est. Corpus enim animatum id dicitur quod habet animam. Non autem est appositum definitioni, corporatum ; ut quod animo subaudiatur et subintelligatur. Ita igitur planta etiam animata est. At sensus expers est, quia nullo quinque sensuum regitur, non visu, non auditu, non olfactu, non gustu, **165** non tactu. Manifestum autem est quod etiam progressionis sit expers. Dico autem progressionis expers, quod facultatem de loco in locum progrediendi in se non habet ; quemadmodum progressivum id quod interius a seipso secundum locum moveri potest.

**4.** Planta igitur est substantia animata sensus expers. At animal et plantanimal simul sunt substantia animata sentiens. Ut igitur a se invicem

### ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

*Περὶ οὐσίας.*

α'. Ἡ οὐσία σημαίνει μὲν ποτὲ καὶ τὴν ἁπλῶς ὕπαρξιν, ὅτε καὶ κατὰ πάντων τῶν ὄντων φέρεται· κυρίως δὲ τὴν ἀντιδιαιρουμένην τοῖς συμβεβηκόσι, κατηγορίαν δηλοῖ, ἥτις ἐστὶ πρᾶγμα αὐθύπαρκτον μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ ὂν πάρεστι πρώτῃ· μετὰ ταύτην δὲ τοῖς συμβεβηκόσιν.

β'. Αὕτη ἡ οὐσία διαιρεῖται εἰς σῶμα καὶ ἀσώματον· τὸ σῶμα εἰς ἔμψυχον καὶ ἄψυχον· τὸ ἔμψυχον εἰς αἰσθητικὸν καὶ ἀναίσθητον· τὸ αἰσθητικὸν εἰς μεταβατικὸν καὶ ἀμετάβατον· τὸ μεταβατικὸν εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον· λογικὸν μὲν τὸν ἄνθρωπον, ἄλογον δὲ, τὰ παρὰ τὸν ἄνθρωπον ζῶα.

γ'. Οὐσία μὲν οὖν ἔμψυχος ἀναίσθητος τὸ φυτόν· οὐσία, ἐπείπερ αὐτὸ καθ' αὑτό ἐστι τὸ φυτὸν, καὶ οὐκ ἐν ἑτέροις ἔχει τὸ εἶναι· ἀλλ' ἕτερα μᾶλλον ἐν αὐτῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσιν. Ὑπάρχει γὰρ ἐν τῷ φυτῷ καὶ ποσὸν (δίπηχυ γάρ ἐστιν ἴσως ἢ τρίπηχυ τοῦτι τὸ φυτόν)· καὶ ποιὸν (μέλαν γὰρ ἐστιν ἢ λευκὸν) καὶ πρός τι (μεῖζον γάρ ἐστιν ἑτέρου φυτοῦ, καὶ ἄλλου πάλιν μικρότερον)· καὶ που (ἐν τόπῳ γάρ ἐστι) καὶ ποτε, διότι καὶ ἐν χρόνῳ· καὶ ποιεῖν (ἀνθεῖ γὰρ ἢ καρποφορεῖ)· καὶ πάσχειν (τέμνεται γὰρ τυχὸν, ἢ ψύχεται, ἢ θερμαίνεται)· καὶ κεῖσθαι (ἵσταται γὰρ ἢ ὄρθιον, ἢ πρὸς γῆν νενευκός)· καὶ ἔχειν· ἔσται γὰρ ἴσως καί τι ὀρύγωμα τῷ φυτῷ τῆς αὐτοῦ πως ῥίζης ἢ τοῦ στελέχους ἁπτόμενον. Οὕτω μὲν οὖν οὐσία ἐστὶ τὸ φυτόν· ἔμψυχον δὲ, διότι τρέφεται καὶ αὔξεται, καὶ γεννᾷ ὅμοιον ἑαυτῷ. Δυνάμεις δὲ ψυχῆς τὸ θρεπτικὸν, καὶ αὐξητικὸν, καὶ γεννητικόν. Ἐπεὶ δὲ ἔμψυχον τὸ φυτὸν, δηλονότι καὶ σεσωματωμένον ἐστίν. Ἔμψυχον γάρ λέγεται τὸ σῶμα τὸ ἔχον ψυχήν. Οὐ προστέθειται δὲ τὸ σεσωματωμένον τῷ ὅρῳ, ὡς τῷ ἐμψύχῳ συνυπακουόμενόν τε καὶ συννοούμενον. Οὕτω μὲν καὶ ἔμψυχον τὸ φυτόν· ἀναίσθητον δὲ, διὰ τὸ μηδεμιᾷ διοικεῖσθαι τῶν πέντε αἰσθήσεων· οὐχ ὁράσει, οὐκ ἀκοῇ, οὐκ ὀσφρήσει, οὐ γεύσει, οὐχ ἁφῇ. Δῆλον δ' ὅτι καὶ ἀμετάβατον. Ἀμετάβατον δέ φημι τὸ μὴ ἔχον ἐν ἑαυτῷ δύναμιν μεταβατικὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον· ὥσπερ μεταβατικὸν τὸ ἔνδοθεν ἀφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι κατὰ τόπον δυνάμενον.

δ'. Ἔστι μὲν οὖν τὸ φυτὸν οὐσία ἔμψυχος ἀναίσθητος· οὐσία δ' ἔμψυχος αἰσθητικὴ τὸ ζῶον ὁμοῦ καὶ ζωόφυτον. Ἵνα γοῦν ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα δια-

Digitized by Google

κριθείη, προσθέτεον τῷ μὲν ὄρῳ τοῦ ζώου τὸ μεταβατικὸν, τῷ δὲ τοῦ ζωοφύτου τὸ ἀμετάβατον. Μεταβατικὸν δὲ λέγομεν τὸ ζῶον, καὶ οὐχ ἁπλῶς κίνησιν ἔχον· ἐπείπερ ἐκ τῶν ὅλων κινήσεων τὴν μετάβασιν ἔχει πλείονα παρὰ τὸ ζωόφυτον, ἤγουν τὴν κατὰ τόπον μεταβολήν. Πᾶσα γὰρ ἄλλη κίνησις καὶ τῷ ζωοφύτῳ ἔνεστι καὶ αὐτῷ τῷ φυτῷ. Γίνονται γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ φθείρονται, καὶ αὔξονται, καὶ μειοῦνται, καὶ ἀλλοιοῦνται, θερμαινόμενα καὶ ψυχόμενα, καὶ καθ' ἕτερα πάθη διάφορα τὴν ἀλλοίωσιν ὑπομένοντα τῇ οἰκείᾳ φύσει καταλλήλως ἑκάτερον. Ἔστι μὲν οὖν τὸ ζῶον οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ μεταβατική· τὸ δὲ ζωόφυτον οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ ἀμετάβατος. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ἁπτικὴν αἴσθησιν τὸ ζωόφυτον πλεονεκτεῖ τοῦ φυτοῦ. Διὰ δὲ τὸ μὴ μεταβαίνειν, ὑστερεῖται τοῦ ζώου· καὶ οὕτω μὲν ἔχει τὸ ζῶον καὶ τὸ ζωόφυτον.

1. *Materiam propositionum dividit in necessariam, contingentem et impossibilem, et divisionem probat.* — 2. *Singulas species exemplis declarat.* — 3. *Causam reddit quare a philosophis materiæ appellentur.* — 4. *Quid a modis differant, ostendit.* — 5. *Docet quod Aristoteles materiam contingentem subdividat in* ὑπάρχουσαν, *id est existentem, et proprie contingentem.* — 6. *Posteriorem capitis partem aggreditur et propositiones dividit in imprædefinitas et prædefinitas.* — 7. *Prædefinitiones enumerat, et bifariam dividit.* — **277** 8. *Docet prædefinitiones subjectis semper adjungi, non prædicatis; et quam significationem seu potestatem habeant, exemplis declarat.* — 9. *Per epiphoram concludit, quod prædefinitiones seu signa ostendant duntaxat differentiam multitudinis partium subjecti, quatenus prædicatum participant vel non participant.* — 10. *Consequenter ostendit quod et cur logici propositiones universales appellent universales ut universales seu ut universaliter acceptas; et particulares, universales ut particulares seu ut particulariter sumptas.* — 11. *Per occupationem quasi indicat, quid particulares propositiones a singularibus differant.* — 12. *Subjicit tandem quomodo prædefinitæ propositiones a prædefinitionibus denominentur.* — 13. *Porro ostendit quod et quare prædefinitiones apud Græcos absolute feminino genere proferuntur.* — 14. *Quod universalis affirmans et universalis negans propositiones sint contrariæ, cæteris tamen paribus.* — 15. *Rationem reddit quare contrariæ dicantur, quod nimirum contraria simplicia imitentur.* — 16. *Explicat rationem etiam in specie, ac primo quidem quod contrariæ propositiones in materia necessaria et impossibili contrariis simplicibus immediatis sint similes.* — 17. *Occupatio* — 18. *Deinde etiam quod in materia contingente contrariis mediatis sint similes.* — 19. *Aliam etiam rationem assignat, quare contrariæ propositiones sic dictæ esse possunt.* — **278** 20. *Dissertationem de contrariis propositionibus concludit.* — 21. *Ostendit quod particularis affirmans et particularis negans appellentur subcontrariæ et quare sic appellentur.* 22. *Ostendit quod affirmantes propositiones, universalis et particularis, itemque negantes similiter,* ὑπάλληλοι, *id est subalternæ, vocentur, ubi etiam ratio nominis cum falsa tum vera indicatur.* — 25. *Aliam etiam rationem appellationis hujus per præcisionem insinuat.* — 24. *Per* ἀνακεφαλαίωσιν *repetit quæ contrariæ, subcontrariæ, et subalternæ sint propositiones, et deinde etiam ostendit (ex definitis quidem propositionibus), solas universalem affirmantem et particularem negantem, itemque particularem affirmantem et universalem negantem, esse contradictorie oppositas et semper verum falsumque dividere.* — 25. *Probat hoc ipsum.* — 26. *Occupatio de particulari negatione in materia impossibili, utrum cum universali affirmatione simul falsum dicat, cum responsione duplici.* — 27. *Necessarium dividit in proprie et non proprie necessarium.* — 28. *Impossibile etiam in proprie et improprie impossibile dividit.* — 29. *Duplex necessarium et duplex impossibile ratione materiarum etiam logicarum distinguit, sive singula ad suas materias logicas refert.* — 30. *Contingens etiam in tres species subdividit et singulas exemplis declarat.*—**279** 31. *Singulis speciebus suas causas efficientes assignat.*

—

## CAPUT XXVIII.

*De materiis quæ in propositionibus considerantur, et de prædefinitione seu signo.*

1. Tres sese offerunt propositionum materiæ, necessaria, contingens, impossibilis. Quoniam enim in omni propositione et subjectus et prædicatus inest: terminus, habitudo prædicati ad subjectum tales materias progenerat. Prædicatus enim vel semper inest subjecto vel nunquam; vel quandoque quidem inest, quandoque vero non inest. Si

## A ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Περὶ τῶν ἐν ταῖς προτάσεσι θεωρουμένων ὑλῶν καὶ περὶ προσδιορισμοῦ.*

α'. Τρεῖς ὕλαι τῶν προτάσεων φαίνονται, ἀναγκαία, ἐνδεχομένη, ἀδύνατος. Ἐπεὶ γὰρ πάσῃ προτάσει, καὶ ὑποκείμενος ἔνεστι καὶ κατηγορούμενος, ἡ σχέσις τοῦ κατηγορουμένου πρὸς τὸν ὑποκείμενον, τὰς τοιαύτας ὕλας ἀπογεννᾷ. Καὶ γὰρ ὁ κατηγορούμενος ἀεὶ ὑπάρχει τῷ ὑποκειμένῳ ἢ οὐδέποτε· ἢ ποτὲ μὲν ὑπάρχει, ποτὲ δ' οὐχ ὑπάρχει. Εἰ

Digitized by Google

μὲν οὖν ἀεὶ ὑπάρχει τῷ ὑποκειμένῳ, τὴν ἀναγκαίαν ὕλην ποιεῖ· εἰ δὲ οὐδέποτε, τὴν ἀδύνατον· εἰ δὲ ποτὲ μὲν ὑπάρχει, ποτὲ δ' οὐχ ὑπάρχει, τὴν ἐνδεχομένην. A

quidem igitur semper inest subjecto, necessariam efficit materiam; sin nunquam, impossibilem: quod si autem aliquando quidem inest, aliquando vero non inest, contingentem.

β'. Ἀναγκαίας μὲν οὖν ὕλης τὸ εἰπεῖν, Ὁ ἄνθρωπος ἀναπνεῖ, ἀεὶ γὰρ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀναπνεῖν. Ἀδυνάτου δὲ τὸ εἰπεῖν· Ὁ ἄνθρωπος ἵπταται· οὐδέποτε γὰρ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἵπτασθαι· ἐνδεχομένης δὲ τὸ εἰπεῖν, Παῦλος δημηγορεῖ, ποτὲ μὲν γὰρ ὑπάρχει τῷ Παύλῳ τὸ δημηγορεῖν, ποτὲ δ' οὐχ ὑπάρχει.

2. Necessariæ igitur materiæ est dicere, Homo respirat. Semper enim homini respirare inest. Impossibilis autem est dicere: Homo volat: nunquam enim homini volare inest. Contingentis denique, ut dicere: Paulus concionatur: concionari enim Paulo alias inest quidem, alias vero non inest.'

γ'. Τὰς τοιαύτας δὲ σχέσεις ὕλας οἱ φιλόσοφοι προσηγόρευσαν· ὡς μὴ λαμβανομένας ἐκ τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἢ κατηγορίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων αὐτῆς.

3. Appellaverunt autem philosophi habitudines ejuscemodi materias: quod non ex nostra opinione aut prædicatione, sed ex ipsa rerum natura assumantur.

δ'. Διαφέρουσι δὲ τῶν τρόπων, τοῦ ἀναγκαίου δηλαδὴ καὶ ἀδυνάτου καὶ ἐνδεχομένου· τῷ τοὺς μὲν τρόπους ἐν τῷ ἐκφωνεῖσθαι μόνον, καὶ τοῖς ὅροις προστίθεσθαι τῶν προτάσεων ἔχειν τὴν ὑπόστασιν· τὰς δέ γε ὕλας ἐν αὐτῇ θεωρεῖσθαι τῶν πραγμάτων τῇ φύσει τῶν παραλαμβανομένων ἐν ταῖς προτάσεσιν. B

4. At a modis necessario videlicet et impossibili et contingente differunt, quod modi quidem in hoc tantum quod efferuntur et propositionum terminis apponuntur, suam constitutionem habent: materiæ autem in ipsa rerum in propositionibus assumptarum natura considerantur.

ε'. Τριῶν οὖν οὐσῶν, ὡς εἴρηται, τῶν ὑλῶν, ἀναγκαίας, ἀδυνάτου καὶ ἐνδεχομένης, τὴν ἐνδεχομένην Ἀριστοτέλης εἰς δύο διαιρεῖ· εἴς τε τὴν ἐκβεβηκυῖαν, ἣν ὀνομάζει ὑπάρχουταν, καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν, ἣν καὶ κυρίως ἐνδεχομένην φησί.

5. Cum ergo tres, ut dictum est, sint materiæ, necessaria, impossibilis et contingens; Aristoteles contingentem in duas dividit, et in eam quæ evenit, quam exsistentem nominat; et in futuram, quam etiam proprie contingentem dicit.

ς'. Τῶν δὲ προτάσεων αἱ μέν εἰσι χωρὶς διορισμῶν, εἴτουν προσδιορισμῶν, ὅθεν καὶ ἀδιόριστοι καὶ ἀπροσδιόριστοι λέγονται· αἱ δὲ μετὰ διορισμῶν, τῶν καὶ προσδιορισμῶν. Διὸ καὶ διωρισμένας καὶ προσδιωρισμένας ταύτας φαμέν. C

6. Porro propositionum aliæ sunt absque definitionibus sive prædefinitionibus (unde etiam indefinitæ et imprædefinitæ dicuntur), aliæ cum definitionibus, quæ etiam prædefinitiones appellantur. Quare etiam has definitas et prædefinitas dicimus.

ζ'. Τέσσαρες δέ εἰσιν οἱ διορισμοὶ οὗτοι καὶ προσδιορισμοί· πᾶς, οὐδείς, τις, οὐ πᾶς, καὶ πᾶς μὲν καὶ οὐδείς, καθόλου εἰσί· τις δὲ καὶ οὐ πᾶς μερικοί. Πάλιν, πᾶς καὶ τις καταφατικοί· οὐδεὶς δὲ καὶ οὐ πᾶς ἀποφατικοί.

7. Quatuor autem sunt hæ definitiones et prædefinitiones: omnis, nullus, aliquis, non omnis. Ac omnis quidem et nullus, universales sunt: aliquis autem et non omnis, particularis. Rursum omnis et aliquis, affirmativæ: nullus et non omnis negativæ.

η'. Πάντοτε δὲ τοῖς ὑποκειμένοις συνὰσσονται πρὸ τῶν ὑποκειμένων τιθέμενοι· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος ἀναπνεῖ· τουτέστι, πάντα τὰ ὑπὸ τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἄτομα τὸ ἀναπνεῖν ἔχουσι. Τὸ γὰρ πᾶς οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου· τουτέστι τὸ εἰπεῖν, Πᾶς ἄνθρωπος, ἢ πᾶν ζῶον, οὐ σημαίνει τὴν τοῦ εἴδους ἢ τὴν τοῦ γένους φύσιν τὴν συλληπτικὴν καὶ ἑνοποιὸν πάντων τῶν ὑπ' αὐτά· ἀλλ' ὅτι καθόλου φέρεται τὸ κατηγορούμενον κατὰ πάντων τῶν μερικωτέρων, ἃ περιλαμβάνει τὸ ὑποκείμενον. Οὐδεὶς ἄνθρωπος ἵπταται, τουτέστιν, οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἄνθρωπον ἀτόμων ὑπάρχει τὸ ἵπτασθαι· ἤγουν οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸ ὑποκείμενον ὑπάρχει τὸ κατηγορούμενον. Τὶς ἄνθρωπος φιλοσοφεῖ, τουτέστι, τινὶ τῶν ὑπὸ τὸ ὑποκείμενον, ἤτοι τὸν ἄνθρωπον ἀτόμων, ὑπάρχει τὸ κατηγορούμενον, τὸ φιλοσοφεῖν δηλονότι. Οὐ πᾶς ἄνθρωπος γεωμετρεῖ, τουτέστιν, οὐ παντὶ τῶν ὑπὸ τὸ ὑποκείμενον ἀτόμων ὑπάρχει τὸ κατηγορούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ γεωμετρεῖν.

8. Semper autem cum subjectis junguntur, dum subjectis præponuntur, **281** velut, Omnis homo respirat: hoc est, omnia sub specie hominis individua tò respirare habent. Tò omnis enim non universale significat, sed quod universaliter (universale accipiatur), hoc est, dicere, Omnis homo aut omne animal, non significat speciei aut generis naturam comprehendentem et unientem omnia quæ sub ipsis sunt, sed quod prædicatum universaliter effertur de omnibus particularioribus quæ subjectum complectitur. Nullus homo volat, hoc est, nulli hominis individuo volare inest, quippe nulli eorum quæ subjecto subsunt prædicatum inest. Aliquis homo philosophatur, hoc est, alicui eorum quæ subjecto sive homini subsunt, individuum inest, philosophari scilicet. Non omnis homo terram metitur: hoc est, non omnibus individuis quæ subsunt homini prædicatum inest, quod est terram metiri. D

θ'. Ἔργον τοίνυν τῶν προσδιορισμῶν τὸ μόνην σημαίνειν τὴν κατὰ (τὸ) πλῆθος διαφορὰν τῶν ὑπὸ τὸ

9. Munus igitur prædefinitionum est solam significare differentiam multitudinis eorum quæ ad



Digitized by Google

subjectum referuntur, quod vel communicent vel non communicent prædicato.

10. Cæterum universales propositiones sive eas quæ universales præ definitiones habent, **232** etiam universales ut universales, seu universaliter (acceptas) vocant; propterea quod in his cum universalibus subjectis universales prædefinitiones conjunguntur; particulares autem propositiones, eas puta quæ particulares prædefinitiones habent, etiam universales ut particulares (seu particulariter acceptas) nominant. In his enim particulares prædefinitiones universalibus subjectis conjunguntur. Homo enim universale subjectum est, ut quod omnia sub ipso individua contineat. At aliquis et non omnis particulares prædefinitiones sunt.

11. Differunt autem a propositionibus singularibus particulares, quod singulares quidem de re aliqua finita una, exempli gratia, de Petro, enuntiationem faciant, velut, Petrus edit miracula: particulares vero nihil finitum significent, sed de aliquo, quidquid id est, enuntiationem, velut, Aliquis homo est justus

12. Jam autem prædefinitarum propositionum quotquot prædefinitionem τὸ omnis habent, universales affirmativæ propositiones et affirmationes sunt; **283** quotquot eam, quæ est nullus, universales negativæ et negationes: quotquot eam quæ est aliquis, particulares affirmativæ et affirmationes; quotquot eam quæ est, non omnis, particulares negativæ et negationes sunt.

15. Efferuntur autem absolute dictæ prædefinitiones nomine feminino (in Græco quidem), velut ἡ πᾶς, omnis; ἡ οὐδείς, nullus; ἡ τις, aliquis, et ἡ οὐ πᾶς, non omnis.

14. Universalis igitur affirmativa propositio et universalis negativa, nempe ἡ πᾶς, omnis, et ἡ οὐδείς, nullus (secundum relationem enim ad propositiones femininum nomen prædefinitiones assumpserunt), hæ inquam universales, contrariæ sunt, iisdem terminis quoad eumdem ordinem custoditis, ut nimirum in omni propositionum oppositione fieri debet, solis prædefinitionibus variantibus.

15. Contrariæ autem dicuntur propterea quod contraria imitentur. Nam et plurimum a se invicem distant: siquidem una affirmat universaliter, altera negat universaliter.

16. Et cum immediatis tum mediatis contrariis sunt similes: immediatis quidem in materia necessaria et impossibili. Nam et contrariorum immediatorum ex necessitate adest alterum subjecto; **284** et ejusmodi propositionum ex necessitate altera vera est, altera falsa in dictis materiis: in necessaria quidem affirmativa, velut, Omnis homo respirat: in impossibili autem, negativa, velut, Nullus homo volat.

17. Omnino autem exsistentiæ quidem verum, inexsistentiæ vero falsum proportione respondet. In

A ὑποκείμενον ἀναφερομένων, ἢ ὡς μετεχόντων, ἢ ὡς μὴ μετεχόντων τοῦ κατηγορουμένου.

ι'. Καλοῦσι δὲ τὰς καθόλου προτάσεις, ἤτοι τὰς ἐχούσας τοὺς καθόλου προσδιορισμοὺς, καὶ καθόλου ὡς καθόλου· διότι ἐπὶ τούτων τοῖς καθόλου ὑποκειμένοις οἱ καθόλου συντάττονται προσδιορισμοί· τὰς δὲ μερικὰς προτάσεις, ἤγουν τὰς ἐχούσας τοὺς μερικοὺς προσδιορισμοὺς, ὀνομάζουσι (καὶ) καθόλου ὡς μερικάς. Ἐπὶ τούτων γὰρ οἱ μερικοὶ προσδιορισμοὶ τοῖς καθόλου ὑποκειμένοις συντάττονται. Καθόλου μὲν γὰρ ὑποκείμενον ὁ ἄνθρωπος, ὡς περιέχον πάντα τὰ ὑπ' αὐτὸν ἄτομα· τὸ δὲ τις καὶ τὸ οὐ πᾶς μερικοὶ προσδιορισμοί

B ια'. Διαφέρουσι δὲ τῶν καθέκαστα προτάσεων αἱ μερικαὶ τῷ τὰς μὲν καθέκαστα ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφανσιν ἐπί τινος ὡρισμένου ἑνὸς τοῦ Πέτρου τυχόν· οἷον, Πέτρος θαυματουργεῖ. Τὰς δὲ μερικὰς μηδὲν ὡρισμένον σημαίνειν, ἀλλ' ἐπί τινος τοῦ τυχόντος ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφανσιν· οἷον, Τις ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι.

ιβ'. Τῶν δὲ προσδιορισμένων προτάσεων, ὅσαι μὲν ἔχουσι τὸν πᾶς προσδιορισμὸν, καθόλου καταφατικαὶ προτάσεις καὶ καταφάσεις εἰσίν· ὅσαι δὲ τὸν οὐδείς, καθόλου ἀποφατικαὶ καὶ ἀποφάσεις· ὅσαι δὲ τὸν τις, μερικαὶ καταφατικαὶ καὶ καταφάσεις· ὅσαι δὲ τὸν οὐ πᾶς, μερικαὶ ἀποφατικαὶ καὶ ἀποφάσεις.

C ιγ'. Ἐκφέρονται δὲ ἀπολύτως οἱ ῥηθέντες προσδιορισμοὶ ὀνόματι θηλυκῷ· οἷον ἡ πᾶς, καὶ ἡ οὐδείς, καὶ ἡ τις, καὶ ἡ οὐ πᾶς.

ιδ'. Ἡ μὲν οὖν καθόλου καταφατικὴ πρότασις, καὶ ἡ καθόλου ἀποφατικὴ, ἤγουν ἡ πᾶς, ἡ οὐδείς (κατὰ γὰρ τὴν εἰς τὰς προτάσεις ἀναφορὰν τὸ θηλυκὸν οἱ προσδιορισμοὶ προσέλαβον ὄνομα), αὗται δὴ αἱ καθόλου ἐναντίαι εἰσὶ τῶν αὐτῶν ὅρων κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν φυλαττομένων· δηλονότι κατὰ πᾶσαν ἀντίθεσιν τῶν προτάσεων, μόνων δ' ἐναλλαττομένων τῶν προσδιορισμῶν.

D ιε'. Ἐναντίαι δὲ λέγονται διὰ τὸ τἀναντία μιμεῖσθαι. Πλεῖστόν τε γὰρ διεστήκασιν ἀπ' ἀλλήλων· εἴ γε ἡ μὲν καταφάσκει καθόλου, ἡ δὲ ἀποφάσκει καθόλου.

ις'. Καὶ τοῖς ἀμέσοις καὶ τοῖς ἐμμέσοις ἐναντίοις ἐοίκασι· τοῖς μὲν ἀμέσοις, ἐπὶ τῆς ἀναγκαίας ὕλης καὶ ἀδυνάτου. Τῶν τε γὰρ ἀμέσων ἐναντίων, ἐξ ἀνάγκης τῷ ὑποκειμένῳ πάρεστι θάτερον. Καὶ τῶν τοιούτων προτάσεων ἐξ ἀνάγκης ἡ ἑτέρα καθέστηκεν ἀληθὴς ἐπὶ τῶν εἰρημένων ὑλῶν· ἐπὶ μὲν τῆς ἀναγκαίας ἡ καταφατική· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος ἀναπνεῖ· ἐπὶ δὲ τῆς ἀδυνάτου ἡ ἀποφατική· οἷον, Οὐδεὶς ἄνθρωπος ἵπταται.

ιζ'. Πάντως δὲ τῇ μὲν ὑπάρξει τὸ ἀληθὲς ἀναλογεῖ· τῇ δ' ἀνυπαρξίᾳ τὸ ψεῦδος. Κατὰ μὲν οὖν ταύτας

Digitized by Google

τὰς ὕλας ἡ πᾶς, καὶ ἡ οὐδείς, τοῖς ἀμέσοις ἐναντίοις ἐοίκασι.

A his igitur materiis, omnis et nullus, contrariæ propositiones immediatis contrariis sunt similes.

ιη'. Κατὰ δὲ τὴν ἐνδεχομένην τοῖς ἐμμέσοις ὧν δυνατὸν μηδ' ἕτερον παρεῖναι τῷ ὑποκειμένῳ. Καὶ ἄμφω αἱ προτάσεις κατὰ τὴν ἐνδεχομένην ὕλην συμψεύδονται· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν, Οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν.

18. At vero in contingenti materia mediatis contrariis, quorum neutrum subjecto adesse est possibile; et ambæ propositiones in materia contingenti simul mentiuntur: velut, Omnis homo justus est, Nullus homo justus est.

ιθ'. Ἢ καὶ ὅτι αἱ δηλωθεῖσαι προτάσεις οὐδέποτε μὲν συναληθεύουσι, ποτὲ δὲ καὶ συμψεύδονται· καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐναντίαι κατονομάζοιντο. Τὰ γὰρ ἐναντία συνυπάρχειν μὲν ἀλλήλοις κατ' ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου ἀδύνατον· ἅμα δ' ἀπεῖναι αὐτοῦ δυνατόν.

19. Aut vero etiam quod declaratæ propositiones nunquam equidem simul verum dicunt, aliquando autem etiam simul falsum aiunt; hac etiam de causa merito contrariæ denominabuntur. Contraria enim coexsistere quidem invicem actu in eodem subjecto impossibile, simul autem ab eodem abesse possibile est.

κ'. Καὶ ὅτι μὲν αἱ ῥηθεῖσαι προτάσεις ἐναντίαι, καὶ διότι δεδήλωται.

20. Et quod igitur dictæ propositiones sint contrariæ et quare, declaratum est. B

κα'. Ἡ δὲ μερικὴ καταφατική, καὶ ἡ μερικὴ ἀποφατική, καλοῦνται ὑπεναντίαι· ὡς ὑπὸ ταῖς ἐναντίαις τεταγμέναι κἀκείναις ἑπόμεναι. Καὶ γὰρ ὅταν ἡ ἑτέρα τῶν καθόλου ἀληθεύῃ, τότε συναληθεύει καὶ ἡ ὑπ' αὐτὴν μερική· ὡς οἷον μέρος αὐτῆς οὖσα, καὶ ὑπ' αὐτῆς περιεχομένη.

21. Jam vero particularis affirmativa et particularis negativa **285** subcontrariæ vocantur, ut quæ sub contrariis positæ sint et illas sequantur. Cum enim altera universalium verum dicit, tum etiam particularis quæ sub ea est, verum profitetur, ut quæ velut pars sit illius et ab ipsa contineatur.

κβ'. Διὸ καὶ τὰς καταφατικὰς προτάσεις, τὴν καθόλου λέγω δὴ καὶ τὴν μερικὴν, τὴν πᾶς καὶ τὴν τὶς, καὶ αὖθις τὰς ἀποφατικὰς, τὴν οὐδεὶς καὶ οὐ πᾶς, ὑπαλλήλους καλοῦσιν· οὐχ ὅτιπερ ὡς ἡ τὶς ὑπὸ τὴν πᾶς. οὕτω δὴ καὶ ἡ πᾶς ὑπὸ τὴν τίς· καὶ ὡς ἡ οὐ πᾶς ὑπὸ τὴν οὐδείς, οὕτω καὶ ἡ οὐδεὶς ὑπὸ τὴν οὐ πᾶς (τοῦτο γὰρ ψεῦδος ὁμοῦ καὶ ἀδύνατον)· ἀλλ' ὅτι τὸ ὑπὸ τὴν πᾶς εἶναι τὴν τὶς, καὶ συναληθεύειν αὐτῇ, δίδωσι μὲν ἡ πᾶς, ὡς καθόλου· λαμβάνει δὲ ἡ τὶς, ὡς μέρος τῆς πᾶς, καὶ οὕτως ἐκ τῆς πᾶς τῇ τὶς ὄντος τοῦ ὑποκεῖσθαι, ὡς τῇ ὑπὸ, ἐν ἀλλήλοις θεωρουμένης· ἐν μὲν τῇ πᾶς ἐνεργητικῶς· ἐν δὲ τῇ τὶς τὸ ὑποκεῖσθαι· τῆς δὲ τὶς δεχομένης αὐτὸ διὰ τὴν ἀλληλουχίαν καὶ ἄμφω ὑπάλληλοι κέκληνται. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑπάλληλοι, καὶ ἡ οὐδεὶς καὶ ἡ οὐ πᾶς.

22. Propterea etiam affirmativas propositiones, universalem inquam et particularem, omnis et aliquis; et iterum negativas et non omnis ὑπαλλήλους, id est subalternas, vocant, non equidem quod sicut aliquis sub omnis, ita etiam omnis sub aliquis: et sicut non omnis sub nullus, ita etiam nullus sub non omnis sit (hoc enim falsum juxta C et impossibile est), sed quod τὸ aliquis esse sub τῷ omnis et simul cum eo verum dicere, concedit quidem omnis ut universales; accipit autem etiam aliquis ut pars ipsius τοῦ omnis: atque ita cum ipsum subjici sit τῷ aliquis ex τῷ omnis quasi præpositio, ὑπὸ, ἐν ἀλλήλοις, id est in alterius, consideretur et accipiatur, in omnis quidem active, in aliquis autem passive; hoc est, ut τὸ omnis quidem τῷ aliquis præbeat ipsum subjectum esse, id autem τὸ aliquis recipiat propter mutuam cohærentiam; ideo ambæ ὑπάλληλοι, id est, **286** subalternæ vocatæ sunt. Iisdem rationibus subalternæ sunt etiam τὸ nullus et non omnis.

κγ'. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ὑπαλλήλοις γένεσιν οἱ παρόντες ἁρμόζουσι λόγοι, σκοπείτω ὁ ἐξεταστικός.

23. Utrum autem quæ hic dicuntur generibus subalternis congruant, accuratus rei indagator consideret.

κδ'. Ἡ μὲν οὖν πᾶς καὶ ἡ οὐδεὶς ἐναντίαι· ἡ τὶς καὶ οὐ πᾶς ὑπεναντίαι· ἡ πᾶς καὶ τὶς, καὶ αὖθις ἡ οὐδεὶς καὶ ἡ οὐ πᾶς ὑπάλληλοι· μόναι δὲ τῶν ἄλλων προτάσεων ἀντιφατικῶς ἀλλήλαις ἀντίκεινται, καὶ διαιροῦσιν ἀεὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ ψεῦδος ἡ καθόλου καταφατικὴ καὶ ἡ μερικὴ ἀποφατική· καὶ πάλιν ἡ μερικὴ καταφατικὴ καὶ ἡ καθόλου ἀποφατική· ἤγουν ἡ πᾶς καὶ οὐ πᾶς· καὶ ἡ τὶς καὶ οὐδείς· καὶ τοῦτο εἰκότως.

24. Τὸ omnis igitur et nullus contrariæ; aliquis et non omnis subcontrariæ; omnis et aliquis, ac iterum nullus et non omnis, subalternæ sunt propositiones. Solæ autem ex aliis propositionibus contradictoriæ sibi invicem opponuntur, et verum falsumque semper dividunt universalis affirmativa et particularis negativa, et iterum particularis affirmativa et universalis negativa, hoc est, omnis et non omnis, ac aliquis et nullus; idque merito. D

κε'. Αἱ μὲν γὰρ ἐναντίαι κατὰ τὸ ποιὸν διαφέρουσαι (καταφατικὴ γὰρ ἡ μία καὶ ἡ ἑτέρα ἀποφατική) ποσὸν ἔχουσι τὸ αὐτό. Καὶ ἄμφω γὰρ καθόλου· αἱ ὑπεναντίαι ὡσαύτως τῷ ποιῷ διαφέρουσαι τὸ αὐτὸ ποσὸν ἔχουσι. Μερικαὶ γὰρ καὶ ἄμφω· αἱ ὑπάλληλοι τοὐναντίον κατὰ τὸ ποσὸν διαφέρουσαι, ποιὸν ἔχουσι τὸ αὐτό. Ἡ μὲν γὰρ μία συζυγία τὸ καταφατικὸν

25. Etenim contrariæ secundum qualitatem differentes (una quippe affirmativa, altera negativa est) eamdem quantitatem habent: nimirum ambæ universales sunt. Eodem modo subcontrariæ qualitate differentes eamdem quantitatem habent, quippe etiam ambæ particulares sunt. Subalternæ contra quantitate differentes eamdem qualitatem

Digitized by Google

habent : una enim conjugatio affirmativum, altera negativum habet : in utraque autem conjugatione **287** sola quantitas diversa est. Etenim τὸ omnis universalis ; et τὸ aliquis particularis : ac iterum, τὸ nullus universalis ; et non omnis particularis est. Qualitas igitur quidem est affirmativum et negativum : quantitas autem, universale aut particulare. Omnes igitur propositionum conjugationes, in quibus contrarium, in quibus subcontrarium, in quibus subalternum est, secundum quid communicant, et secundum quid differunt. Atqui universalis affirmativa et particularis negativa cum qualitate tum quantitate pugnantes perfectam ad se invicem differentiam habent : quemadmodum sane etiam particularis affirmativa et universalis negativa. Propterea etiam ipsas simul verum aut falsum unquam dicere est impossibile. Nam in materia quidem necessaria verum dicentibus affirmationibus negationes falsæ sunt : in impossibili autem vice versa. In contingente una affirmatio quæ est universalis falsa ; et huic contradicens negatio particularis, vera : ac una affirmatio quæ est partiularis, vera ; et huic contradicens negatio uniuersalis, falsa est.

**288** 26. Cæterum haud existimandum est particularem negationem in materia impossibili cum universali negatione simul falsum dicere, velut cum ea Omnis homo volat, hanc, Non omnis homo volat. Neque enim τὸ non omnis, ex necessitate simul infert τὸ aliquis, ut hæc, Non omnis homo volat, idem ei dicat, Aliquis homo volat. Etenim τὸ non omnis, ipsum per seipsum duntaxat accipimus, quasi propriam habens potestatem, qua prædefinitionem τοῦ omnis tollat, ut nihil aliud attrahat. In quibus igitur rebus τὸ omnis mentitur, in illis τὸ non omnis verum dicit, ut quod τοῦ omnis tollendi facultatem habeat. Nihil enim aliud ait dicens : Non omnis homo volat, quam, non est hoc verum, quod omnis homo volet. Præterea quemadmodum particularis affirmatio pars est universalis affirmationis : ita etiam particularis negatio universalis negationis pars est. Quoniam igitur particularis affirmatio partim quidem propter seipsam verum dicit, ut in contingente materia : partim autem propter universalem negationem, cujus pars est, ut in materia necessaria (si enim omnis homo respirat, etiam aliquis homo respirat). **289** Erit hoc etiam in particulari negatione. Nam et ipsa partim quidem propter seipsam verum dicit, ut in contingente materia : partim autem propter universalem negationem, ut in impossibili. Si enim nullus homo volat : etiam non omnis homo volat. Itaque ἡ non omnis in impossibili materia propter τὴν nullus verum dicit, quemadmodum etiam ἡ aliquis propter τὴν omnis.

27. Cæterum duplex est necessarium ; unum quidem proprie quod subjecto semper inest, ut soli moveri et homini respirare : alterum vero non proprie, quod ex necessitate est, quantisper prædicatum subjecto inest : velut obscurari solem a

A ἔχει, ἡ δ' ἑτέρα τὸ ἀποφατικόν. Ἐν ἑκατέρᾳ δὲ τῶν συζυγιῶν, τὸ ποσὸν μόνον διάφορον. Ἡ πᾶς γὰρ καθόλου, καὶ ἡ τὶς μερική. Καὶ αὖθις ἡ οὐδεὶς καθόλου, καὶ ἡ οὐ πᾶς μερική. Ποιὸν μὲν οὖν ἐστι τὸ καταφατικὸν ἢ ἀποφατικόν· ποσὸν δὲ, τὸ καθόλου ἢ μερικόν. Πᾶσαι τοίνυν αἱ συζυγίαι τῶν προτάσεων, ἐν αἷς τὸ ἐναντίον, ἐν αἷς τὸ ὑπεναντίον, ἐν αἷς τὸ ὑπάλληλον κατά τι μὲν κοινωνοῦσι, κατά τι δὲ διαφέρουσιν. Ἡ δὲ καθόλου καταφατικὴ καὶ ἡ μερικὴ ἀποφατικὴ, καὶ κατὰ τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν μαχόμεναι, τελείαν ἔχουσι τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφοράν· ὥσπερ δὴ καὶ ἡ μερικὴ καταφατικὴ καὶ ἡ καθόλου ἀποφατική. Διὸ καὶ ἀδύνατον συναληθεύειν αὐτὰς ἢ συμψεύδεσθαι πώποτε. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀναγκαίας ὕλης ἀληθευουσῶν τῶν καταφάσεων αἱ B ἀποφάσεις ψευδεῖς εἰσιν, ἐπὶ τῆς ἀδυνάτου δὲ τὸ ἔμπαλιν· ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης μία κατάφασις ψευδὴς ἡ καθόλου, καὶ ἡ ἀντιφάσκουσα ταύτῃ ἀπόφασις ἡ μερικὴ ἀληθής· καὶ μία κατάφασις ἀληθὴς, ἡ μερικὴ, καὶ ἡ ἀντιφάσκουσα ταύτῃ ἀπόφασις ἡ καθόλου ψευδής.

κς'. Οὐ χρὴ δ' ὑπολαμβάνειν τὴν μερικὴν ἀπόφασιν ἐπὶ τῆς ἀδυνάτου ὕλης τῇ καθόλου καταφάσει συμψεύδεσθαι. Οἷον τῇ, Πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται, τὴν, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται. Οὐδὲ γὰρ ἡ, Οὐ πᾶς, ἐξ ἀνάγκης συνεισάγει τήν τις ὥστε τὴν, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται, ταυτὸ λέγει τῇ, Τὶς ἄνθρωπος ἵπταται. Τὸ γὰρ, Οὐ πᾶς, αὐτὸ καθ' αὑτὸ C λαμβάνομεν μόνον, ὡς ἰδίαν ἔχον δύναμιν, καθ' ἣν τὸν πᾶς προσδιορισμὸν ἀναιρεῖ, μηδὲν ἐπισυρόμενον ἕτερον. Ἐφ' ὧν οὖν πραγμάτων τὸ πᾶς ψεύδεται, ἐπ' ἐκείνων ἀληθεύει τὸ οὐ πᾶς, ὡς τοῦ πᾶς ἀναιρετικόν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν φησιν ὁ λέγων, ὅτι, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται, ἢ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται. Ἔτι ὥσπερ ἡ μερικὴ κατάφασις τῆς καθόλου καταφάσεως μέρος ἐστίν· οὕτω καὶ ἡ μερικὴ ἀπόφασις τῆς καθόλου ἀποφάσεως μέρος ἐστίν. Ἐπεὶ γοῦν ἡ μερικὴ κατάφασις πῇ μὲν δι' ἑαυτὴν ἀληθεύει, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης ὕλης, πῇ δὲ διὰ τὴν καθόλου κατάφασιν, ἧς μέρος ἐστὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀναγκαίας ὕλης (εἰ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ἀναπνεῖ, καὶ τὶς ἄνθρωπος D ἀναπνεῖ), τοῦτ' ἔσται καὶ ἐπὶ τῆς μερικῆς ἀποφάσεως. Καὶ αὕτη γὰρ πῇ μὲν ἀληθεύει δι' ἑαυτὴν, ὡς ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης ὕλης, πῇ δὲ διὰ τὴν καθόλου ἀπόφασιν ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀδυνάτου. Εἰ γὰρ οὐδεὶς ἄνθρωπος ἵπταται, καὶ οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἵπταται. Ἀληθεύει ἄρα ἡ οὐ πᾶς ἐπὶ τῆς ἀδυνάτου διὰ τὴν οὐδείς· ὥσπερ καὶ ἡ τὶς ἐπὶ τῆς ἀναγκαίας διὰ τὴν πᾶς.

κζ'. Διττὸν δὲ τὸ ἀναγκαῖον· τὸ μὲν κυρίως, ὅπερ τῷ ὑποκειμένῳ ὑπάρχει ἀεί· ὡς τῷ ἡλίῳ τὸ κινεῖσθαι, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀναπνεῖν· τὸ δὲ μὴ κυρίως, ὅπερ ἐστὶν ἐξ ἀνάγκης ἔστ' ἂν τῷ ὑποκειμένῳ τὸ κατηγορούμενον ᾖ· οἷον τὸ ἐπιπροσθεῖσθαι τὸν

Digitized by Google

ἥλιον ὑπὸ τῆς σελήνης ἢ τοῦ νέφους, ἔστ' ἂν ἐπιπροσθῆται ἀναγκαῖόν ἐστιν· ἁπλῶς δ' ἀναγκαῖον οὐκ ἔστι. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τὸν βαδίζοντα βαδίζειν ἐξ ἀνάγκης· καὶ τὸ τὸν ἱστάμενον, ἵστασθαι.

κη'. Διττὸν δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὄν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀδύνατον· τὸ μὲν κυρίως, ὡς τῷ πυρὶ τὸ ψύχειν, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἵπτασθαι· τὸ δὲ μὴ κυρίως, ἀλλ' ἔστ' ἂν μὴ ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ τὸ κατηγορούμενον, ὡς τὸ βαδίζειν τῷ μὴ βαδίζοντι καὶ τῷ μὴ ἱσταμένῳ τὸ ἵστασθαι.

κθ'. Τὸ μὲν οὖν κυρίως ἐξ ἀνάγκης ὂν τῆς ἀναγκαίας ὕλης ἐστί· τὸ δὲ κυρίως ἐξ ἀνάγκης μὴ ὂν τῆς ἀδυνάτου· τὸ δ' ἔστ' ἂν ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ τὸ κατηγορούμενον ὄν· ἔστ' ἂν δὲ μὴ ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ τὸ κατηγορούμενον, μὴ ὂν τῆς ἐνδεχομένης ὕλης ἐστίν.

λ'. Εἰς τρία δὲ διαιρεῖται τὸ ἐνδεχόμενον· εἰς τὸ ἐπιπολὺ, τὸ ἐπίσης, καὶ τὸ ἐπ' ἔλαττον. Ἐπὶ πολὺ μὲν, ὡς τὸ τὸν ἄνθρωπον πενταδάκτυλον εἶναι· ἐπίσης, ὡς τὸ ἀναγνῶναι καὶ μὴ ἀναγνῶναι· ἐπ' ἔλαττον, ὡς τὸ τὸν σκάπτοντα θησαυρῷ περιτυχεῖν.

λα'. Τὸ μὲν οὖν ἐπιπολὺ ἐνδεχόμενον φύσεως καὶ τέχνης ἐστίν· ἐπείπερ ἥ τε φύσις ἐν τοῖς οἰκείοις ἀποτελέσμασιν ὡς ἐπιπολὺ κατορθοῖ. Σπάνια γὰρ τὰ τέρατα, καὶ ἡ τέχνη τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνει ὡς ἐπιπολύ· τὸ δ' ἐπίσης ἐνδεχόμενον προαιρέσεως ἔργον ἐστίν. Ἐφ' ἡμῖν γὰρ, καὶ ἀναγνῶναι καὶ μὴ ἀναγνῶναι, καὶ λούσασθαι καὶ μὴ λούσασθαι. Τοῦτο δὲ τοῦ ἐνδεχομένου τὸ εἶδος καλεῖται καὶ ὁπότερον ἔτυχε· διότι κατὰ τοῦτο οὐδὲν πλέον τῆς ἀνυπαρξίας ἢ ὕπαρξις ἔχει, οὔτ' ἔλαττον· ἀλλ' ὁμοίως ἐκβῆναι δυνατὸν, ὁπότερον ἔτυχε τῆς ἀντιφάσεως μόριον. Τὸ δ' ἐπ' ἔλαττον ἐνδεχόμενον τύχης καὶ αὐτομάτου ἐστί. Καὶ κατὰ τύχην μὲν λέγομεν, ἃ τοῖς κατὰ προαίρεσιν γινομένοις παρυφίσταται· καθὰ τῷ σκάπτειν ἡ εὕρεσις τοῦ θησαυροῦ. Τύχη γάρ ἐστιν αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν· κατὰ δὲ τὸ αὐτόματον λέγομεν, ἃ τοῖς κατὰ φύσιν γινομένοις καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν παρυφίσταται· ὡς τὸ σεισμοῦ γεγονότος, καί τινος διαστάντος μέρους τῆς γῆς, ὕδατος ἀναῤῥαγῆναι πηγήν. Αὐτόματον γάρ ἐστιν αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς μὴ κατὰ προαίρεσιν.

A luna vel nube quantisper obscuratur necessarium est: simpliciter autem necessarium non est. Tale est etiam hoc, ambulantem ambulare ex necessitate; et hoc, stantem stare.

28. Duplex etiam est, quod ex necessitate non est, quod est impossibile: unum quidem proprie, ut ignem refrigerare et hominem volare; alterum vero non proprie, sed donec prædicatum subjecto non inest, ut ambulare non ambulanti; et stare non stanti.

29. Quod quidem igitur proprie est ex necessitate materiæ est necessariæ; quod vero proprie ex necessitate non est, impossibilis; quod denique donec prædicatum inest subjecto est; et contra donec prædicatum non inest subjecto, non
B ens, contingentis est materiæ.

30. Jam vero contingens in tria dividitur; in id quod ut plurimum, quod ex æquo, et ut minimum (est contingens); ut plurimum quidem, ut hominem esse quinque digitis præditum: ex æquo, ut legere et non legere: ut minimum, velut fodientem incidere in thesaurum.

31. Quod igitur quidem ut plurimum contingens est naturæ et artis est: quandoquidem et natura in propriis effectis et operibus recte fungitur suo munere: monstra enim rara sunt; et, ars proprium finem ut plurimum consequitur. Quod autem ex æquo contingens est, electionis opus est. Etenim penes nos est et legere et non legere, et lavare et non lavare. Et hæc contingentis species vocatur
C etiam, utrumvis acciderit; propterea quod secundum id exsistentia præ inexsistentia nihil neque plus neque minus habet, sed similiter evenire potest, utravis contradictionis pars contigerit. **291** Quod denique ut minimum contingens est, fortunæ et casus est. Et secundum quidem fortunam dicimus, quæ subsistunt cum iis quæ secundum electionem fiunt, ut inventio thesauri cum fossione. Fortuna enim causa est per accidens in iis quæ secundum electionem fiunt. Secundum casum autem dicimus ea quæ cum illis subsistunt, quæ secundum naturam fiunt, non secundum electionem: velut terræ motu facto et aliqua terræ parte scissa aquæ fontem erupisse. Casus enim causa est per acci-
D dens in iis quæ secundum electionem non fiunt.

*Σχῆμα κεφαλ. κη', περὶ τῶν ἐν ταῖς προτάσεσι θεωρουμένων ὑλῶν καὶ προσδιορισμῶν.*

Ὕλαι τῶν προτάσεων { ἀναγκαία, οἷον, ἄνθρωπος ἀναπνεῖ· ἐνδεχομένη, οἷον, Παῦλος δημηγορεῖ· ἀδύνατος, οἷον, ἄνθρωπος ἵπταται.

Digitized by Google

*Προσδιορισμοί.*




| | |
|---|---|
| Τῶν προτάσεων | αἱ μὲν προσδιωρισμέναι · οἷον, πᾶς ἄνθρωπος ἀναπνεῖ · αἱ δὲ ἀπροσδιόριστοι · οἷον, ἵππος τρέχει. |
| Τὸ ἀναγκαῖον | ἢ κυρίως, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀναπνεῖν· ἢ μὴ κυρίως, ὡς τὸ τὸν βαδίζοντα βαδίζειν ἀνάγκης. |
| Τὸ ἀδύνατον | ἢ κυρίως, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ ἵππασθαι · ἢ μὴ κυρίως, ἀλλ' ἔστ' ἂν μὴ ᾖ τὸ κατηγορούμενον, ὡς τὸ βαδίζειν τῷ μὴ βαδίζοντι. |
| Τὸ ἐνδεχόμενον διαιρεῖται | εἰς τὸ ἐπιπολύ, ὡς τὸ τὸν ἄνθρωπον πενταδάκτυλον εἶναι· εἰς τὸ ἐπίσης, ὡς τὸ ἀναγνῶναι καὶ μὴ ἀναγνῶναι . εἰς τὸ ἐπ' ἔλαττον, ὡς τὸ σκάπτοντα θησαυρῷ περιτυχεῖν. |

—

*Tabula capitis* 28, *de materiis quæ in propositionibus considerantur, et præfinitionibus.*

| | |
|---|---|
| Materia propositionum (sunt) | necessaria, velut, homo respirat,<br>contingens, velut, Paulus concionatur,<br>impossibilis, velut, homo volat. |

**292** *Prædefinitiones*




| | |
|---|---|
| Necessarium (est) aut | proprie, ut homini respirare,<br>non proprie, ut ambulantem ambulare ex necessitate. |
| Impossibile (est) aut | proprie, ut homini volare,<br>improprie, sed donec prædicatum non inest, ut ambulare non ambulanti. |
| Contingens dividitur in | id quod ut plurimum, ut hominem esse quinque digitis præditum,<br>id quod ex æquo, ut legere et non legere,<br>id quod est minimum, ut fodientem invenire thesaurum. |

—

## [293] SYNOPSIS CAPITIS XXIX,

QUOD EST DE IMPRÆDEFINITIS PROPOSITIONIBUS.

1. *Quæ propositiones Græcis imprædefinitæ sint.* — 2. *Cur a propositionibus imprædefinitis apud Græcos etiam articulus abesse debeat; ubi de articuli significatione et potestate quædam adjiciuntur; et quod cum ad universalium, tum ad singularium, quin et ad præcellentium rerum significationem assumatur.*

Digitized by Google

*— 3. Quæ propositiones imprædefinitæ sint per epiphoram repetit. — 4. Easdem definitis particularibus æquipollere ex Aristotele ostendit. — 5. Probat per partes tam de affirmationibus quam negationibus indefinitis, quanquam hæ sæpius universalibus æquipolleant quam particularibus definitis. — 6. A consequente probat quod indefinitæ perinde ut definitæ in materia contingenti simul verum dicant, et tamen etiam ut contradictoriæ accipi possint, quatenus negans indefinita pro universali accipitur. — 7. De indefinita affirmatione per epiphoram idem repetit, quod quinto membro proposuit. — 8. Probat exemplo particularis definitæ negationis factæ ex particulari affirmatione negationem indefinitam modo particulari, modo universali negationi æquipollere. — 9. Idem ostendit exemplo particularis negationis factæ ex universali affirmatione. —* **294** *10. Explicat quomodo propositiones definitæ, indefinitæ, singulares in oppositionibus quoad verum et falsum dividendum conveniant et differant. — 11. Per occupationem discrimen* τοῦ μέλλοντος καὶ ἐσομένου *explicat.*

—

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

### *Περὶ ἀπροσδιορίστων προτάσεων.*

α'. Ἀπροσδιόριστοι προτάσεις εἰσὶν, ὅσαι καθόλου ἔχουσαι τοὺς ὑποκειμένους χωρίς τε προσδιορισμοῦ καὶ χωρὶς ἄρθρου προφέρονται.

β'. Τὸ γὰρ ἄρθρον δηλοῖ μὲν καὶ τὴν τοῦ ὑποκειμένου μεθ' οὗ τάττεται φύσιν, δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὸ τοιοῦτον ὑποκείμενον μερικὰ, ὅτε καὶ τὴν δύναμιν ἔχει τοῦ πᾶς προσδιορισμοῦ· οἷον, εἰ μὲν εἴπομεν, Ὁ ἄνθρωπος εἶδός ἐστι, τὸ ἐνιαῖον τοῦ καθόλου ἀνθρώπου σημαίνομεν, τὸ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων συλληπτικόν· εἰ δέ γε φήσομεν, Ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι, τότε δηλοῦμεν πάντα τὰ ὑπὸ τὸν ἄνθρωπον, ἤτοι τὸ ἀνθρώπειον εἶδος ἄτομα, καὶ οὐδὲν ἄλλο φαμὲν, ἢ ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ζῶόν ἐστιν. Ἐπεὶ γοῦν τὸ ἄρθρον καὶ πολλὰ συνεμφαίνει καὶ ἕν, διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν τῶν καθολικῶν πραγμάτων συμπαραλαμβάνεται δήλωσιν· ὡς ὅταν λέγωμεν, Ὁ ἄνθρωπος, τὸ ζῶον, ἡ αἴσθησις. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν μοναδικῶν· ὡς ὅταν λέγωμεν, Ὁ ἥλιος, ἡ σελήνη, καὶ ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος. Ἐνίοτε δὲ κἀπὶ τοῦ ὑπερέχοντος τῶν ὁμοστίχων λαμβάνεται· καθὸ τὸν Παῦλον δηλῶσαι βουλόμενοί φαμεν, ὁ Ἀπόστολος, καὶ τὸν Δαβὶδ, ὁ Προφήτης.

γ'. Ὅσαι τοίνυν τῶν προτάσεων ἔχουσαι καθόλου τοὺς ὑποκειμένους ἄνευ προσδιορισμοῦ ἢ ἄρθρου προτείνονται, καλοῦνται ἀπροσδιόριστοι, ἢ ἀδιόριστοι· οἷον, Ἄνθρωπος περιπατεῖ, Ἄνθρωπος οὐ περιπατεῖ.

δ'. Ταύτας δέ φησιν ὁ Ἀριστοτέλης τοῖς προσδιωρισμέναις μερικαῖς ἰσοδυναμεῖν.

ε'. Ἀλλ' αἱ μὲν καταφάσεις ἀναμφιλέκτως ἰσοδυναμοῦσι ταῖς διωρισμέναις μερικαῖς καταφάσεσιν· αἱ δ' ἀποφάσεις ποτὲ μὲν ἰσοδυναμοῦσι ταῖς μετὰ προσδιορισμοῦ μερικαῖς ἀποφάσεσι, ποτὲ δὲ ταῖς καθόλου· καὶ μάλιστα ταῖς καθόλου. Σχεδὸν γὰρ οὐδεὶς τῶν παλαιῶν ἀντὶ τῆς μερικῆς διωρισμένης ἀποφάσεως τῇ ἀδιορίστῳ χρησάμενος φαίνεται. Ὅμως ταῖς διαφόροις ἀποφαινομένων ἐννοίαις ἀκολουθεῖ καὶ ἡ μὴ διωρισμένη ἀπόφασις.

ς'. Ὅθεν ἐπὶ τῆς ἐνδεχομένης ὕλης, ἐφ' ἧς αἱ μερικαὶ προσδιωρισμέναι συναληθεύουσιν, ἤ τις δηλονότι καὶ ἡ οὐ πᾶς· ἐπὶ ταύτης καὶ αἱ μὴ προσδιωρισμέναι συναληθεύουσι, καὶ πάλιν ἀντιφατικῶς ἀντικεῖσθονται.

ζ'. Ἡ μὲν οὖν ἀδιόριστος κατάφασις ἰσοδυναμεῖ

## CAPUT XXIX.

### *De imprædefinitis propositionibus.*

1. Imprædefinitæ propositiones sunt, quotquot universalia subjecta habentes et sine prædefinitione et sine articulo proferuntur.

2. Etenim articulus et subjecti cum quo ponitur naturam declarat; et vero etiam particularia sub ejusmodi subjecto declarat, quando etiam prædefinitionis, ipsius omnis scilicet, vim habet. Velut si dixerimus, Ὁ ἄνθρωπος (homo) est species, unam naturam universalis hominis omnes particulares homines comprehendentem significamus. Sin autem dixerimus, Ὁ ἄνθρωπος est animal, tunc omnia sub homine seu humana specie individua declaramus, et nihil aliud dicimus, quam quod omnis homo sit animal. Quoniam igitur articulus et multa simul patefacit et unum, eapropter etiam ad universalium rerum declarationem coassumitur. Veluti si dicamus, Ὁ ἄνθρωπος (homo), τὸ ζῶον (animal), ἡ αἴσθησις (sensus). Sed et **295** ad solitariarum (rerum cum earum quæ sui juris sunt, tunc individuarum declarationem articulus coassumitur): ut si dicamus, Ὁ ἥλιος (sol), ἡ σελήνη (luna), et ὁ Πέτρος (Petrus) et ὁ Παῦλος (Paulus). Interdum etiam de præcellente inter eos qui ejusdem sunt ordinis sumitur: quatenus Paulum indicare volentes dicimus, ὁ Ἀπόστολος (Apostolus), et Davidem ὁ Προφήτης (Propheta).

3. Quotquot igitur propositiones universalia subjecta habent et sine prædefinitione aut articulo proponuntur, imprædefinitæ aut indefinitæ vocantur; velut Ἄνθρωπος (homo) ambulat: Ἄνθρωπος (homo) non ambulat.

4. Porro has Aristoteles prædefinitis particularibus æquipollere ait.

5. Verumtamen affirmationes citra controversiam definitis particularibus affirmationibus æquipollent. Negationes vero, alias cum prædefinitione particularibus negationibus, alias universalibus et maxime universalibus (æquipollent). Nemo enim fere ex veteribus pro particulari definita negatione usus esse videtur indefinita. Nihilominus tamen ad differentes enuntiantium notiones consequitur **296** etiam non definita (seu indefinita) negatio.

6. Unde in contingente materia in qua particulares prædefinitæ simul verum dicunt, ἤ aliquis scilicet et ἡ non omnis: in hac etiam non prædefinitæ simul verum aiunt, et rursus contradictorie opponentur.

7. Indefinita igitur affirmatio sine ambiguitate

Digitized by Google

definitæ particulari affirmationi æquivalet : velut hæc, Homo est justus, huic, Aliquis homo est justus.

8. Quemadmodum ergo in definita particulari affirmatione, siquidem posita fuerit particula negativa, alias particularem negationem, alias universalem efficit : veluti cum hoc audiverimus, Aliquis homo non est justus, siquidem negandi particulam ad τὸ aliquis exaudiverimus, idem huic significare putamus : non aliquis, sive nullus, quod manifestius apparet, si τὸ, Non est ante aliquis fuerit positum : veluti hoc non est aliquis homo immortalis ; sin autem negandi particulam ad prædicatum exaudiverimus, idem significare putamus cum quod est, non omnis, hoc est, non omnis homo est justus : sic etiam in indefinita negatione pro enuntiantium dianœa (seu sententia) **297** et particulare et universale significatur, dum inficiatio vel ut cum τῷ aliquis, quod potentia in indefinita negatione continetur vel ut cum prædicato conjungitur. Magis igitur etiam hæc ad universale declinat, cum ab inficiatione negationis fecerimus initium, dicentes : Non est homo justus.

9. Sic vero etiam in universali affirmatione si ponatur inficiatio ante est, et vel ad τὸ omnis vel ad prædicatum subintelligi possit ; evenit ut propositio quatenus quidem (prædefinitionem) τὸ omnis tollit, idem cum particulari negatione valeat, quod manifestius apparet, si τὸ non est in principio propositionis ponatur. Velut : Non est omnis homo sapiens : quatenus vero prædicatum removet, universali negationi æquale robur habeat : ut, Omnis homo non est sapiens, quod idem est cum hoc : Nullus homo est sapiens.

10. Cum autem tres sunt propositionum species, nempe prædefinitæ, et imprædefinitæ et singulares : prædefinitæ quidem et imprædefinitæ quoad omne tempus ad dividendum verum et falsum pariter se habent ; singulares autem in necessaria et impossibili materia quoad omne **298** quidem tempus definite verum et falsum dividunt ; in contingente vero quoad præsens et præteritum definite, quoad futurum indefinite : velut, Socrates disputabit, aut, Socrates non disputabit. Quod enim quidem aut disputaturus aut non disputaturus sit, manifestum est. Ultra autem contradictionis pars sive affirmatio sive negatio verum dicat, de futuro tempore non licet definite dicere.

11. Differunt denique τὸ μέλλον et τὸ ἐσόμενον. Nam τὸ ἐσόμενον est, quod certo eventurum est ; velut, Æstas erit, Hiems erit. Τὸ μέλλον autem quod evenire et non evenire potest : velut, Hic infans erit grammaticus. Etenim infantem fieri et non fieri grammaticum est possibile.

A τῇ διωρισμένῃ μερικῇ καταφάσει χωρὶς ἀμφιβολίας ὡς εἴρηται· οἷον ἡ, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, τῇ, Τ ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν.

η'. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς διωρισμένης μερικῆς καταφάσεως, εἴ γε τεθῇ τὸ ἀρνητικὸν μόριον, ποτὲ μὲν μερικὴν ἀπόφασιν, ποτὲ δὲ καθόλου ποιεῖ· οἷον τὸ, Τίς ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν, ἀκούσαντες, εἰ μὲν πρὸς τὸ τὶς τὴν ἄρνησιν ἐξακούσαιμεν, ταυτὸν οἰώμεθα σημαίνειν τῷ οὔτις εἶτουν οὐδείς· ὅπερ φαίνεται σαφέστερον, εἰ τὸ Οὐκ ἔστι τεθῇ πρὸ τοῦ τίς· ὡς τὸ, Οὐκ ἔστι τις ἄνθρωπος ἀθάνατος. Εἰ δὲ πρὸς τὸν κατηγορούμενον τὴν ἄρνησιν ἐξακούσαιμεν, ταυτὸν οἰώμεθα σημαίνειν τῷ οὐ πᾶς, ἤγουν, οὐ πᾶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν· οὕτω κἀπὶ τῆς ἀδιορίστου ἀποφάσεως, κατὰ τὴν τῶν ἀποφαινομένων B διάνοιαν, καὶ τὸ μερικὸν καὶ τὸ καθόλου σημαίνεται, τῆς ἀρνήσεως συνταττομένης, ὡς πρὸς τὸ τὶς τὸ δυνάμει περιεχόμενον ἐν τῇ ἀδιορίστῳ καταφάσει, ἢ ὡς πρὸς τὸ κατηγορούμενον. Μᾶλλον μὲν οὖν ἀποκλίνει καὶ αὕτη πρὸς τὸ καθόλου, ὅταν ἀπὸ τῆς ἀρνήσεως ποιώμεθα τῆς ἀποφάσεως τὴν ἀρχὴν, Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος δίκαιος, λέγοντες.

θ'. Οὕτω καὶ κἂν τῇ καθόλου καταφάσει τῆς ἀρνήσεως τιθεμένης πρὸ τοῦ ἐστι, καὶ δυναμένης ἢ πρὸς τὸ πᾶς ἢ πρὸς τὸ κατηγορούμενον ἐξακούεσθαι, συμβαίνει τὴν πρότασιν, ὡς μὲν ἀναιροῦσαν ταῖς πᾶς, τῇ κατὰ μέρος ἀποφάσει ταυτὸν ἰσχύειν· ὅπερ σαφέστερον φαίνεται τιθεμένου τοῦ οὐκ ἔστι κατ' C ἀρχὰς τῆς προτάσεως· οἷον, Οὐκ ἔστι πᾶς ἄνθρωπος σοφός· ὡς δὲ τὸ κατηγορούμενον ἀναιροῦσαν, τῇ καθόλου ἀποφάσει ἰσοσθενεῖν· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος σοφὸς οὐκ ἔστιν· ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ, Οὐδεὶς ἄνθρωπος σοφός ἐστι.

ι'. Τριῶν δ' ὄντων εἰδῶν τῶν προτάσεων, ἤτοι τῶν προσδιωρισμένων, τῶν ἀπροσδιορίστων, καὶ τῶν καθέκαστα, αἱ μὲν προσδιωρισμέναι καὶ ἀπροσδιόριστοι κατὰ πάντα χρόνον ὁμοίως ἔχουσι πρὸς τὸ διαιρεῖν τὸ ψεῦδος καὶ τὴν ἀλήθειαν· αἱ δὲ καθέκαστα κατὰ πάντα μὲν χρόνον ἐπὶ τῆς ἀναγκαίας ὕλης καὶ ἀδυνάτου διαιροῦσιν ὡρισμένως τὸ ψεῦδος καὶ τὴν ἀλήθειαν· ἐπὶ δὲ τῆς ἐνδεχομένης κατὰ πάντα μὲν τὸν ἐνεστῶτα καὶ παρεληλυθότα ὡρισμένως, κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα ἀορίστως· οἷον, Σωκράτης διαλέξεται, ἢ, Σωκράτης οὐ διαλέξεται. Ὅτι μὲν γὰρ ἢ διαλέξεται, ἢ οὐ διαλέξεται, δῆλον· ὁπότερον δὲ τῆς ἀντιφάσεως ἀληθεύει μόριον, εἴτε ἡ κατάφασις, εἴτε ἡ ἀπόφασις, ὡρισμένως οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἐπὶ μέλλοντος.

ια'. Διενήνοχε δὲ τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐσόμενον. Ἐσόμενον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξάπαντος ἐκβησόμενον· οἷον, Ἔσται θέρος, Ἔσται χειμών· μέλλον δὲ τὸ ἐκβῆναι καὶ μὴ ἐκβῆναι δυνάμενον· οἷον, Τόδε τὸ βρέφος ἔσται γραμματικόν. Δυνατὸν γὰρ γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι τὸ βρέφος γραμματικόν.

Digitized by Google

*Σχῆμα κεφαλ. κθ', περὶ ἀπροσδιορίστων προτάσεων.*

Τῶν προτάσεων
- αἱ μὲν προτδιωρισμέναι, οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λογικός·
- αἱ δὲ ἀπροσδιόριστοι, οἷον, Ἵππος τρέχει·
- αἱ δὲ καθέκαστα, οἷον, Παῦλος δημηγορεῖ.

*Tabula capitis 29, de imprædefinitis propositionibus.*

Propositionum
- aliæ quidem prædefinitæ, ut, omnis homo est rationalis,
- aliæ vero imprædefinitæ, ut, equus currit,
- aliæ denique singulares, ut, Paulus concionatur.

## 299 SYNOPSIS CAPITIS XXX,

QUOD EST DE AFFIRMATIONE ET NEGATIONE.

*Affirmationem describit. — 2. Negationem item. — 3. Regulas exponit quomodo negationes faciendæ sint; et primo quidem in propositionibus ex subjecto et prædicatione affirmationes infinitæ fiant. — 4. Occupatio, quare τὸ non dixerit, exempli gratia non faciat affirmationem ex infinito prædicato. — 5. Per epiphoram repetit quod membro tertio proposuit, et ostendit deinde quomodo in propositionibus ex tertio apprædicato negationes faciendæ sint, ne fiant affirmationes transpositæ. — 6. Causas exponit cur affirmatio ex transpositione seu transposita sic dicta sit. — 7. Confirmat propositionem hanc, exempli gratia, Homo est non animal, non esse negationem, sed affirmationem transpositam. — 8. Pluribus exemplis declarat, quomodo in propositionibus ex tertio apprædicato fieri debeat negatio, ne fiat affirmatio transposita. — 9. Juxta monstrat quomodo in propositionibus, ex tertio apprædicato affirmatio ex transpositione facienda sit. — 10. Conclusio superiorum et ad sequentia transitio. — 11. Tertiam regulam tradit, quomodo in propositionibus modalibus sit facienda negatio. — 12. Occupatio. — 13. Nomina et verba in propositionibus transposita idem significare, nisi quod in rhythmo et perspicuitate aliquid se offerat discriminis — 300 14. Itidem negandi particulam cum termino cui conjuncta est, transpositam idem significare. — 15. Ipsam tamen per se transpositam variare propositiones, prout vel subjecto vel prædicato vel apprædicato, vel signis aliquibus adjungitur. — 16. Causam reddit cur Græci in propositionibus pro οὔτις usurpent οὐδείς. — 17. Prædefinitiones seu signa instar particulæ negandi si per se translocentur, propositiones variare, et interdum evertere. — 18. Sed si cum terminis quibus a principio fuerunt adjunctæ transferantur, easdem propositiones servare. — 19. Regula proponitur secundum quam propositiones consequentes faciendæ sint. — 20. Cautio ne pro prædicato tota propositio accipiatur. — 21. Declarat hanc regulam exemplis et primum quidem propositionum definitarum exemplo. 22. Regulam supra membro 19 propositam uberius explicat. — 23. Dein eamdem exemplo singularium propositionum explicat. — 24. Denique indefinitarum. — 25. Rationem reddit de indefinitis negationibus transpositis, cur ad indefinitas affirmationes simplices non ita evidenter consequantur.*

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως.*

α. Κατάφασίς ἐστιν, ὡς προείρηται, τὸ εἰπεῖν, τί τινι ὑπάρχει, εἴτε κατ' οὐσίαν, οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ζῷόν ἐστι (κατ' οὐσίαν γὰρ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ζῷον εἶναι), εἴτε κατὰ συμβεβηκός, ὡς, Πλάτων διαλέγεται. Δυνατὸν γὰρ αὐτὸν καὶ διαλέγεσθαι καὶ μὴ διαλέγεσθαι· τὸν ἄνθρωπον δὲ μὴ εἶναι ζῷον ἀδύνατον.

β'. Ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀναίρεσις καταφάσεως. Ἡ κατάφασις γὰρ τὸ ἀρνητικὸν προσλαβοῦσα μόριον, ἀπόφασις γίνεται.

γ'. Χρὴ δὲ τὸ τοιοῦτον ἀρνητικὸν μόριον ἐπὶ μὲν τῶν ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου προτάσεων τῷ κατηγορουμένῳ συνάπτεσθαι, ἤγουν τῷ ῥήματι. Τῆς γὰρ, Πλάτων διαλέγεται, καταφάσεως ἀπόφασίς ἐστιν, οὐχ ἡ λέγουσα, Οὐ Πλάτων διαλέγεται (κατάφασις γάρ ἐστι καὶ αὕτη, τὸν ὑποκείμενον ἀόριστον ἔχουσα), ἀλλ' ἡ λέγουσα, Πλάτων οὐ διαλέγεται.

δ'. Τὸ δὲ, οὐ διαλέγεται, καθ' αὑτὸ μὲν ὡς ἕν τι θεωρούμενον, λέγεται ἀόριστον ῥῆμα, διὰ τὸ μηδενὸς ὡρισμένου εἶναι σημαντικόν· ἐν δὲ τῇ προτάσει παραλαμβανόμενον, ὡς τοῦ ὑποκειμένου ἀποφασκόμενον, ὡρισμένον ἐστίν. Οὐκέτι γὰρ ὡς ἕν, ἀλλ' ὡς

### CAPUT XXX.

*De affirmatione et negatione.*

1. Affirmatio est, ut ante dictum, dicere quid insit alicui, sive secundum substantiam, ut, Homo est animal (etenim homini 301 inest secundum substantiam esse animal), sive secundum accidens: ut, Plato disputat. Illum enim disputare et non disputare est possibile. At hominem non esse animal, impossibile est.

2. Negatio autem affirmationis remotio (seu peremptio). Affirmatio enim assumpta negativa particula fit negatio.

3. Cæterum hanc negandi particulam in propositionibus ex subjecto et prædicato conjungi oportet prædicato sive verbo. Etenim affirmationis, Plato disputat, non est negatio quæ dicit, Non Plato disputat (nam et hæc est affirmatio infinitum subjectum habens), sed hæc quæ dicit, Plato non disputat.

4. At τὸ non disputat si per se ut unum aliquid consideretur, verbum infinitum dicitur, propterea quod finitum nihil significet: sed cum in propositione assumitur ut de subjecto negetur finitum est. Non enim amplius ut unum, sed ut duo sumitur,

Digitized by Google

negativa particula ipsum prædicatum a subjecto discretum esse ostendente.

5. In propositionibus ergo quidem ex subjecto et prædicato si fiat negatio, prædicato particula inficiationis conjungenda est. At vero in propositionibus ex **302** tertio apprædicato ejusmodi inficiationis particula, apprædicato, nempe ipsi Est, et non alii alicui adjungenda est. Affirmationis enim hujus, Homo est animal, negatio est quæ dicit, Homo non est animal, non hæc quæ dicit, Homo est non animal.

6. Hæc enim affirmatio ex transpositione dicitur, propterea quod transposita negandi particula ex apprædicato in prædicatum, per hujusmodi transpositionem negatio fiat affirmatio : aut quod pro finito prædicato transposito infinito, finito nimirum sublato, ex ejusmodi transpositione prædicati declarata fiat affirmatio.

7. Propositio igitur hæc, Homo est non animal, affirmatio est, non negatio. Qui enim dixerit, Homo est non animal, dixit hominem esse non animal, sed aliud quid præter animal. Qui autem dixerit, Homo non est animal, ille de homine negavit eum esse animal, et indicavit non inesse hoc homini, esse animal. Dictum autem est quod enuntiativarum orationum, quæ dicit aliquid alicui inesse, est affirmatio ; quæ autem dicit non inesse, est negatio. Affirmatio igitur est **303** hoc, Homo est non animal ; negatio autem hujus, hoc : Homo non est non animal.

8. Eodem modo etiam hujus affirmationis, Socrates est justus, negatio est, Socrates non est justus, non hæc, Socrates est non justus. Hæc enim ex transpositione est affirmatio, et hujus negatio est, Socrates non est non justus. Similem in modum etiam hujus, Aristoteles est philosophans ; negatio est, Aristoteles non est philosophans. At hoc, Aristoteles est non philosophans, affirmatio est transposita, cujus negatio est, Aristoteles non est non philosophans.

9. In affirmationibus enim ex tertio apprædicato si negandi particula prædicato simpliciter apponatur, ex transpositione affirmationes facit. Et si etiam ex pluribus prædicatum sit compositum, sive omnia ex quibus ejusmodi est compositum, de subjecto dicantur essentialiter, quemadmodum in definitionibus ; sive ex his aliquid secundum accidens, ut cum dixerimus, Socrates est homo albus, oportet negandi particulam omni seu toti prædicato anteponi, ut affirmationem ex transpositione faciamus. Velut, Homo est animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Hoc simplex est affirmatio. Ex transpositione autem affirmatio est, Homo **304** est non animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax. Et iterum, Socrates est homo philosophus, albus, simplex

A δύο λαμβάνεται, τοῦ ἀρνητικοῦ μορίου τὸ διακεκρίσθαι τὸ κατηγορούμενον ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου ἐμφαίνοντος.

ε'. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου προτάσεων, γινομένης τῆς ἀποφάσεως, τῷ κατηγορουμένῳ συναπτέον τὸ τῆς ἀρνήσεως μόριον· ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ τρίτου προσκατηγορουμένου προτάσεων τῷ προσκατηγορουμένῳ συναπτέον τὸ τοιοῦτον τῆς ἀρνήσεως μόριον, τῷ ἔστι δηλονότι καὶ οὐκ ἄλλῳ τινί. Τῆς γὰρ, Ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι, καταφάσεως ἀπόφασίς ἐστιν ἡ λέγουσα, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶόν ἐστιν.

ς'. Αὕτη γὰρ ἐκ μεταθέσεως κατάφασις λέγεται, διὰ τὸ, μετατεθέντος τοῦ ἀρνητικοῦ μορίου, ἐκ τοῦ προσκατηγορουμένου εἰς τὸν κατηγορούμενον, ἐκ B τῆς τοιαύτης μεταθέσεως τὴν ἀπόφασιν γενέσθαι κατάφασιν· ἢ καὶ ἀντὶ τοῦ ὡρισμένου κατηγορουμένου μετατεθέντος ἀορίστου, ἀρθέντος δηλονότι τοῦ ὡρισμένου, ἐκ τῆς τοιαύτης μεταθέσεως τοῦ κατηγορουμένου τὴν δηλωθεῖσαν γενέσθαι κατάφασιν.

ζ'. Ἡ τοίνυν, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶόν ἐστι, πρότασις κατάφασίς ἐστιν, οὐκ ἀπόφασις. Ὁ γὰρ εἰπὼν, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶόν ἐστιν, ἔφησε τὸν ἄνθρωπον εἶναι μὴ ζῶον, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τὸ ζῶον. Ὁ δὲ εἰπὼν, Ὁ ἄνθρωπος ζῶον οὐκ ἔστιν, ἐκεῖνος ἀπέφησε τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶναι ζῶον αὐτόν· καὶ ἐδήλωσεν ὅτι οὐχ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ζῶον εἶναι. Εἴρηται δ' ὅτι τῶν ἀποφαντικῶν λόγων ὁ μέν τινι ὑπάρχειν τι λέγων κατάφασίς ἐστιν· ὁ δὲ μὴ ὑπάρχειν ἀπόφασις. Κατάφασις ἄρα ἐστὶ τὸ, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶόν ἐστιν· ἀπόφασις δὲ τούτου τὸ, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶον οὐκ ἔστιν.

η'. Ὡσαύτως καὶ τῆς, Σωκράτης δίκαιός ἐστι, καταφάσεως ἀπόφασίς ἐστιν ἡ, Σωκράτης δίκαιος οὐκ ἔστιν· οὐ μὴν ἡ, Σωκράτης οὐ δίκαιός ἐστιν. Αὕτη γὰρ ἐκ μεταθέσεως ὑπάρχει κατάφασις. Ἀπόφασις δὲ ταύτης ἡ, Σωκράτης οὐ δίκαιος οὐκ ἔστιν. Ὁμοίως καὶ τοῦ, Ἀριστοτέλης φιλοσοφῶν ἐστιν, ἀπόφασις τὸ, Ἀριστοτέλης φιλοσοφῶν οὐκ ἔστι. Τὸ δὲ, Ἀριστοτέλης οὐ φιλοσοφῶν ἐστιν, ἐκ μεταθέσεως κατάφασίς ἐστιν· ἀπόφασις δὲ τούτου τὸ, Ἀριστοτέλης οὐ φιλοσοφῶν οὐκ ἔστιν.

θ'. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἐκ τρίτου προσκατηγορουμένου καταφάσεων ἁπλῶς τὸ ἀρνητικὸν μόριον προστιθέμενον τῷ κατηγορουμένῳ τὰς ἐκ μεταθέσεως καταφάσεις ποιεῖ· κἂν ἐκ πλειόνων δὲ σύνθετον εἴη τὸ κατηγορούμενον· εἴτε πάντων ἐξ ὧν συντέθειται τὸ τοιοῦτον κατὰ τοῦ ὑποκειμένου λεγομένων οὐσιωδῶς, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὁρισμῶν, εἴτε καί τινος ἐκ τούτων κατὰ συμβεβηκός· ὡς ὅταν εἴπωμεν, Ὁ Σωκράτης ἄνθρωπος λευκός ἐστι, χρὴ τὸ ἀρνητικὸν μόριον προτίθεσθαι τοῦ κατηγορουμένου παντὸς, ἵνα τὴν ἐκ μεταθέσεως κατάφασιν ποιήσωμεν· οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν ἐστι· τοῦτο ἁπλῆ κατάφασις. Ἐκ μεταθέσεως δὲ κατάφασις, Ὁ ἄνθρωπος οὐ ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν ἐστι. Καὶ πάλιν, Σωκράτης ἄνθρωπος φιλόσοφος λευκός ἐστιν,

Digitized by Google

ἁπλῆ κατάφασις· ἐκ μεταθέσεως δὲ κατάφασις, Σωκράτης οὐκ ἄνθρωπος φιλόσοφος λευκός ἐστι.

ι'. Πῶς μὲν οὖν γίνεται ἡ ἀπόφασις ἐν ταῖς ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου προτάσεσιν, ἀλλὰ δὴ κἀν ταῖς ἐκ τρίτου προσκατηγορουμένου διείληπται.

ια'. Ἵνα δὲ κἀν ταῖς μετὰ τρόπου προτάσεσιν ὡς δέον ἡ ἀπόφασις γίνηται, τῷ τρόπῳ συντακτέον τὴν ἄρνησιν. Τοῦ γὰρ, Ἐνδέχεται Σωκράτην βαδίζειν, ἀπόφασίς ἐστι τὸ, Οὐκ ἐνδέχεται Σωκράτην βαδίζειν. Τὸ δὲ, Ἐνδέχεται Σωκράτην μὴ βαδίζειν, ἐκ μεταθέσεώς ἐστι κατάφασις· ἀπόφασις δὲ τούτου τὸ, Οὐκ ἐνδέχεται Σωκράτην μὴ βαδίζειν.

ιβ'. Γίνεται μὲν γὰρ ἀπόφασις ἐπὶ τῶν τοιούτων προτάσεων, καὶ τῷ ἔστι συμπλεκομένης τῆς ἀρνήσεως, ὅταν αὐτὸ δὴ τὸ ἔτι λαμβάνωμεν κατ' ἐνέργειαν ἐν ταῖς τοιαύταις προτάσεσι τιθέντες πραγματικῶς μὴ μέντοι μόνον συννοοῦντες αὐτό· οἷον ὅταν οὐ λέγωμεν, Δυνατὸν τὸν Σωκράτην φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὅταν, Δυνατόν ἐστι τὸν Σωκράτην φιλοσοφεῖν. Ταύτης γὰρ τῆς καταφάσεως ἀπόφασις καὶ ἡ, Δυνατόν ἐστι τὸν Σωκράτην φιλοσοφεῖν· καὶ ἡ, Δυνατὸν οὐκ ἔστι τὸν Σωκράτην φιλοσοφεῖν. Ἀλλὰ κρεῖττον καὶ ἀσφαλέστερον τὸ κατὰ πάσας τὰς ἀποφάσεις ἐν ταῖς μετὰ τρόπου προτάσεσι προτιθέναι τοῦ τρόπου τὴν ἄρνησιν· εἴτ' ἔχουσιν, εἴτ' οὐκ ἔχουσι τὸ ἔστι προσκείμενον· καὶ τῆς, Δυνατόν ἐστι Σωκράτην φιλοσοφεῖν, καταφάσεως ἀπόφασιν τιθέναι τὴν, Οὐ δυνατόν ἐστι Σωκράτην φιλοσοφεῖν. Ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων ποιεῖν.

ιγ'. Ἐν δὲ ταῖς προτάσεσι τὰ ὀνόματα μετατιθέμενα καὶ τὰ ῥήματα ταυτὸ σημαίνει διὰ παντός. Περὶ μὲν γὰρ τὸ εὔρυθμον καὶ σαφὲς τῆς ἀπαγγελίας οὐκ ὀλίγην διαφορὰν ἡ τοιάδε τάξις τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν ῥημάτων ἐργάζεται· περὶ δὲ τὸ σημαινόμενον οὐδὲ μίαν ποιεῖ τὴν ἐναλλαγήν. Ταυτὸ γὰρ σημαίνει τὸ εἰπεῖν, Ἔστιν ἄνθρωπος δίκαιος, καὶ, Ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος, καὶ, Δίκαιος ἄνθρωπός ἐστι, καὶ, Ἄνθρωπός ἐστι δίκαιος.

ιδ'. Οὕτω δὲ καὶ ἀρνητικὸν μόριον, μετὰ τοῦ ὅρου ᾧ συνέζευκται μετατιθέμενον, ταυτὸ σημαίνει. Ταυτὸ γάρ ἐστιν εἰπεῖν, Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος δίκαιος, καὶ, Οὐκ ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος, καὶ, Δίκαιος ἄνθρωπος οὐκ ἔστι, καὶ, Ἄνθρωπος οὐκ ἔστι δίκαιος.

ιε'. Αὐτὸ μέντοι τὸ ἀρνητικὸν μόριον μετατιθέμενον καθ' αὑτὸ, παντάπασιν ἐξαλλάττει τὰς προτάσεις καὶ τῷ μὲν ὑποκειμένῳ συμπλεκόμενον ποιεῖ κατάφασιν ἐξ ἀορίστου ὑποκειμένου, οἷον, Οὐκ ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι· τῷ δὲ κατηγορουμένῳ κατάφασιν ἐκ μεταθέσεως, οἷον, Ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἐστι· τῷ δὲ προσκατηγορουμένῳ ἀπόφασιν, οἷον, Ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τισι προσδιορισμοῖς συμπλεκόμενον. Ἐπὶ γὰρ τοῦ, Πᾶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, τὸ τῆς ἀρνήσεως μόριον, τῷ πᾶς προσδιορισμῷ συμπλεκόμενον, ἀπόφασιν ποιεῖ τὴν, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι· τῷ δὲ, Τὶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, κατὰ τὸν τὶς προσδιορισμὸν

A affirmatio. At ex transpositione affirmatio est, Socrates est non homo, philosophus, albus.

10. Quomodo igitur in propositionibus ex subjecto et prædicato, sed et in propositionibus ex tertio apprædicato fiat negatio disceptatum est.

11. Ut autem etiam in propositionibus modalibus negatio fiat, quemadmodum oportet, negativa particula modo conjungenda est. Hujus enim, Contingit Socratem ambulare, negatio est, Non contingit Socratem ambulare. At τὸ, Contingit Socratem non ambulare, affirmatio est ex transpositione: cujus negatio est, Non contingit Socratem non ambulare.

B 12. Fit enim negatio in ejusmodi propositionibus, si etiam verbo *est* inficiationis particula applicetur, cum nimirum ipsum Est acta accipimus in ejusmodi propositionibus, et id reipsa ponimus, non tantum subintelligimus: velut cum non dicimus Possibile Socratem philosophari, sed cum dicimus Possibile est Socratem philosophari. Hujus enim affirmationis **305** negatio est et hæc, non possibile est Socratem philosophari: et hæc non est possibile Socratem philosophari. Sed melius est et tutius in omnibus negationibus propositionum modalium inficiationem modo præponere; sive ille τὸ Est adjectum sive non habeant; et hujus affirmationis, Possibile est Socratem philosophari, negationem constituere hanc, Non possibile est Socratem philosophari; et eodem modo in aliis similibus facere

C 13. Porro in propositionibus nomina et verba si transponantur, idem semper significant. Quoad quidem rhythmi venustatem et perspicuitatem pronuntiati, non exiguam differentiam talis nominum et verborum ordo causatur: at quoad significatum, nullam mutationem efficit. Idem enim significant dicere, Est homo justus, et, Est justus homo, et, Justus homo est, et, Homo est justus.

D 14. Ita vero etiam negandi particula cum termino cui conjugata est si transponatur, idem significat. Idem enim est dicere, Non est homo justus, et, Non est justus homo, et, Justus homo non est, et, Homo non est justus.

15. Ipsa tamen negandi particula si per se transponatur, **306** propositiones omnino immutat, et subjecto quidem conserta affirmationem facit ex infinito subjecto, velut, Non homo justus est: prædicato autem, affirmationem transpositam, velut, Homo est non justus: apprædicato denique negationem: ut, Homo non est justus. Simili ratione etiam si aliquibus prædefinitionibus applicetur (negandi particula, negationem facit). Nam in hoc, Omnis homo est justus, si negandi particula prædefinitioni omnis adjungatur, negationem facit hanc, Non omnis homo est justus: huic autem, Tis (aliquis) homo est justus, si juxta prædefinitio-

Digitized by Google

nem aliquis componatur (inficiationis particula) negationem efficit hanc, Οὔτις (non aliquis) homo est justus.

A συντιθέμενον, ἀπόφασιν ποιεῖ, τὴν, Οὔτις ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν.

16. Sed quia τὸ οὔτις (pro nullus) magis est poeticum (quam oratorium) pro illo quod communi usui familiare est, assumitur τὸ οὐδείς, quod æqualem τῷ οὔτις vim et robur habet. Quapropter in hac negatione, οὐ τὶς (non aliquis) homo est justus, siquidem τὸ οὐ τὶς proferatur accentu in ultima syllaba, primo quidem Græcorum usui minus notum est, et insuper etiam magis abusive (quam proprie) dicitur, **307** nihilque finitum in quantitate significat. Verum enim est hoc, οὐ τὶς (non aliquis) homo justus est, cum si plures, justi sint; tum si nullus, justus exsistat. Hinc etiam propter ejuscemodi infinitionem hoc τὸ οὐ τὶς, cum accentu in ultima, nequaquam in usu est.

ις'. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ οὔτις ποιητικώτερον, ἀντ' αὐτοῦ παραλαμβάνεται τὸ τῇ κοινῇ χρήσει σύνηθες, τὸ οὐδείς, ὅπερ ἔχει τὴν ἴσην τῷ οὔτις ἰσχύν. Διὸ καὶ ἡ ἀπόφασις, Οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν, ὀξυτόνως μέντοι τὸ οὐ τὶς προφερόμενον, πρῶτον μὲν τῇ Ἑλληνικωτέρᾳ χρήσει οὐκ ἔγνωσται. Πλὴν καὶ καταχρηστικώτερον λεγόμενον τὸ οὐ τὶς, οὐδὲν ὡρισμένον σημαίνει κατὰ ποσόν. Ἀληθὲς γὰρ τὸ, Οὐ τὶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, καὶ πλειόνων ὄντων δικαίων, καὶ μηδενὸς δικαίου ὑπάρχοντος. Ὅθεν καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἀοριστίαν οὐδόλως ἐν χρήσει τὸ τοιοῦτον ὀξύτονον οὐ τὶς γίνεται.

17. Quemadmodum autem negativa particula, si per se quidem transponatur, ex aliis alias propositiones efficit : sin autem cum particula propositionis, cui in principio conjuncta erat omnifariam transponatur, eamdem significationem retinet : ita sane etiam prædefinitiones si per se quidem translocentur propositiones, interdum evertant et ex veris falsas efficiant.

B ιζ'. Καθάπερ δὲ τὸ ἀποφατικὸν μόριον, καθ' αὑτὸ μὲν μετατιθέμενον, ἄλλας ἐξ ἄλλων τὰς προτάσεις ποιεῖ· μετὰ δέ γε τοῦ μορίου τῆς προτάσεως, ᾧτινι συμπεπλεγμένον ἦν ἐξ ἀρχῆς παντοδαπῶς μετατιθέμενον, τὴν αὐτὴν τηρεῖ πρότασιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ προσδιορισμοὶ καθ' αὑτοὺς μὲν μετατατόμενοι τὰς προτάσεις ἐνίοτε ἀναστρέφουσι, καὶ ψευδεῖς ποιοῦσιν ἐξ ἀληθῶν.

18. Sin vero cum terminis, quibus initio conserta fuerant, transferantur, easdem propositiones custodiunt : ut, Omnis homo est animal, Est animal omnis homo : Homo omnis, animal est : Animal, omnis homo est. Et quotquot aliis illa modis variegare contingit.

ιη'. Μετὰ μέντοι τῶν ὅρων οἷς ἐξ ἀρχῆς συνεπλάκησαν μεταβιβαζόμενοι, τὰς αὐτὰς προτάσεις φυλάττουσιν· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι, Ζῶον πᾶς ἄνθρωπός ἐστι, Ἄνθρωπος πᾶς ζῶόν ἐστι, Ζῶον πᾶς ἄνθρωπός ἐστι. Καὶ ὁσαχῶς ἄλλως ἐνδέχεται διαπλέκειν αὐτά.

19. Quod si autem consequentes, sive simul verum aut falsum dicentes omnes propositiones invenire volumus, tali utemur regula. In omni propositione quæ aut finitum habet subjectum, aut infinitum ; **308** et aut simplex est aut transposita : et secundum quantitatem quidem aut universalis aut particularis, aut singularis aut indefinita ; secundum qualitatem vero aut affirmativa aut negativa est : subjectum quidem terminum in consequentibus ad se invicem propositionibus eumdem ut et quantitatem servari, cætera vero omnia mutari oportet.

C ιθ'. Εἰ μέλλοιμεν δὲ καὶ τὰς συνακολουθούσας, εἴτουν συναληθευούσας ἢ καὶ συμψευδομένας εὑρίσκειν πασῶν τῶν προτάσεων, κανόνι τοιούτῳ χρησόμεθα πάσης προτάσεως, ἢ ὡρισμένον ἐχούσης τὸν ὑποκείμενον, ἢ ἀόριστον· καὶ ἢ ἁπλῆς οὔσης ἢ ἐκ μεταθέσεως· καὶ κατὰ μὲν τὸ ποσὸν ἢ καθόλου οὔσης ἢ μερικῆς ἢ ἀδιορίστου ἢ καὶ καθέκαστα· κατὰ δὲ τὸ ποιὸν ἢ καταφατικῆς ἢ ἀποφατικῆς· χρὴ τὸν μὲν ὑποκείμενον ὅρον φυλάττεσθαι τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν συνακολουθουσῶν ἀλλήλαις προτάσεων, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ ποσόν· πάντα δὲ τὰ λοιπὰ ἐναλλάττεσθαι.

20. Attendendum autem ne pro prædicato totam propositionem, sed propositionis partem accipiamus. Sit enim ut in hypothesi propositio hæc, Homo est justus, oportet τὸ homo, pro subjecto, τὸ justus est, pro prædicato accipere.

κ'. Προσεκτέον δὲ μὴ τελείαν λαμβάνειν πρότασιν τὸν κατηγορούμενον, ἀλλὰ μέρος προτάσεως. Ἔστω γὰρ ὡς ἐν ὑποθέσει πρότασις ἡ, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι. Δεῖ τὸ μὲν, ἄνθρωπος, ὑποκείμενον λαβεῖν, τὸ δὲ, δίκαιός ἐστι, κατηγορούμενον· καὶ μὴ ὅλον τὸ, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, κατηγορούμενον.

21. Huic regulæ si attendamus, consequentes propositiones omnes inveniemus : velut in prædefinitis huic, Omnis homo est animal, quæ simplex est universalis affirmatio, hæc ex transpositione universalis negatio consequens est : Nullus homo est non animal : et huic simplici particulari affirmationi, Aliquis homo est philosophus, particularis negatio ex transpositione consequens est, Non omnis homo est non philosophus.

κα'. Τούτῳ τῷ κανόνι προσέχοντες τὰς συνακολουθούσας προτάσεις ἁπάσας εὑρήσομεν· οἷον ἐπὶ τῶν προσδιωρισμένων τῇ, Πᾶς ἄνθρωπος ζῶόν ἐστιν, ἁπλῇ οὔσῃ καταφάσει καθόλου, ἡ ἐκ μεταθέσεως καθόλου ἀπόφασις συνακολουθεῖ, ἡ, Οὐδεὶς ἄνθρωπος οὐ ζῶόν ἐστι· καὶ τῇ, Τὶς ἄνθρωπος φιλόσοφός ἐστιν, ἁπλῇ οὔσῃ καταφάσει μερικῇ, ἡ ἐκ μεταθέσεως μερικὴ ἀπόφασις συνακολουθεῖ, ἡ, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος οὐ φιλόσοφός ἐστι.

22. Oportet enim in consequentibus propositio-

κβ'. Χρὴ γὰρ τὴν μὲν κατάφασιν γίνεσθαι ἀπό-

Digitized by Google

φασιν ἐπὶ τῶν συναχολουθουσῶν, καὶ τὴν ἀπόφασιν κατάφασιν, τὴν ἁπλῆν ἐκ μεταθέσεως, καὶ τὴν ἐκ μεταθέσεως ἁπλῆν· τἆλλα καὶ πάντα φυλάττεσθαι ἀπαράλλακτα· οἷον τὸ καθόλου μένειν καθόλου. Καὶ τὸ μερικὸν, μερικόν· τὸ προσδιωρισμένον, προσδιωρισμένον· καὶ τὸ ἀδιόριστον, ἀδιόριστον· καὶ τὸ καθέκαστα, καθέκαστα· καὶ τὸ ὑποκείμενον τὸ αὐτόν.

A nibus affirmationem quidem fieri negationem; et **309** negationem, affirmationem; simplicem, transpositam; et transpositam, simplicem; cætera vero omnia invariata servari: velut universale manere universale; particulare, particulare; prædefinitum, prædefinitum; indefinitum, indefinitum, et singulare, singulare; ac subjectum, idem.

κγ'. Ὅθεν τῇ, Σωκράτης δίκαιός ἐστι, συναχολουθήσει ἡ, Σωκράτης οὐ δίκαιος οὐκ ἔστι.

23. Unde huic, Socrates est justus, consequens erit hæc, Socrates non est non justus.

κδ'. Καὶ ἀνάπαλιν τῇ, Ἄνθρωπος πολυμαθής ἐστιν, ἡ, Ἄνθρωπος οὐ πολυμαθὴς οὐκ ἔστιν.

24. Et vicissim huic, Homo est multiscius, hæc, Homo non est non multiscius.

κε'. Ἀλλὰ δεῖ ἐνταῦθα, ἧγουν ἐν ταῖς ἀδιορίστοις προτάσεσι, μεμνῆσθαι οὗπερ εἰρήκαμεν πρότερον· ὅτι αἱ ἀποφάσεις αὗται οὐκ ἰσοδυναμοῦσιν ἀναμφιλέκτως ταῖς μερικαῖς. Ὥστε ἡ, Ἄνθρωπος οὐ πολυμαθὴς οὐκ ἔστιν, ἀπόφασις οὐκ ἐναργῶς συναχολουθήσει τῇ, Ἄνθρωπος πολυμαθής ἐστιν· ἐν τῷ ποσῷ θεωρουμένης ἐξαλλαγῆς· εἰ γε τῶν ἀπροσδιορίστων προτάσεων αἱ μὲν καταφάσεις ἰσοσθενοῦσιν ὁμολογουμένως ταῖς μερικαῖς, αἱ δ' ἀποφάσεις οὐχ οὕτως ἔχουσαι φαίνονται.

25. Sed hic nimirum in indefinitis propositionibus meminisse oportet ejus de quo ante diximus, quod hæ negationes haud absque controversia particularibus æquipolleant. Quare hæc negatio, Homo non est non multiscius, ad hanc, Homo est multiscius, evidenter non consequenter: cum in quantitate evariatio spectetur, siquidem imprædefinitarum propositionum affirmationes particularibus communi omnium consensu æqualem vim et robur habent, negationes autem non ita sese habere conspiciuntur.

**310** *Tabula capitis* 30, *de affirmatione et negatione.*

**Ut fiat negatio, adjungenda est negandi particula non**
- in propositionibus ex subjecto et prædicato constantibus, Ipsi prædicato; ut; Plato non disserit,
- in propositionibus ex tertio apprædicato, apprædicato, ut, Plato non est rudis;
- in propositionibus modalibus, modo, ut, non contingit Platonem ambulare.

**Negandi particula non**
- præposita apprædicato facit negationem simplicem, ut, homo non est animal,
- postposita facit affirmationem ex transpositione, ut, homo est non animal.

**311 Affirmatio ex transpositione dicitur vel quod**
- negandi particula ex apprædicati loco ponatur in loco prædicati,
- pro finito prædicato transponatur infinitum, finito sublato,
- ordo consecutionis sit transpositus: quippe ad simplicem negationem affirmatio transposita consequitur, et contra.

**Negandi particula adjuncta**
- nomini
- prædicatori
- apprædicato

signis, omnis et aliquis — facit
- affirmationem ex infinito subjecto,
- affirmationem ex transpositione vel negationem simplicem,
- affirmationem simplicem, negationem simplicem.

*Ordo consecutionis propositionum, cujus hæc regula.*

**312** Ad affirmationem simplicem quamcunque sequitur negatio transposita; et contra ad negationem simplicem sequitur affirmatio transposita. Exempli gratia:

| | *Affirmationes simplices.* | *Negationes transpositæ.* |
|---|---|---|
| Prædefinitæ | Omnis homo est justus | Nullus homo est non justus |
| | Aliquis homo est justus | Non aliquis homo est non justus |
| Singularis | Socrates est justus | Socrates non est non justus |
| Indefinita | Homo est multiscius | Homo non est non multiscius |

*Consequentes.*

| | *Negationes simplices.* | *Affirmationes transpositæ.* |
|---|---|---|
| Prædefinitæ | Nullus homo est justus | Omnis homo est non justus |
| | Aliquis homo non est justus | Aliquis homo est non justus |
| Singularis | Socrates non est justus | Socrates est non justus |
| Indefinita | Homo non est multiscius | Homo est non multiscius |

Digitized by Google

## SYNOPSIS CAPITIS XXXI

QUOD EST DE SYLLOGISMO ET CONVERSIONE.

**313** 1. *Syllogismum definit.* — 2. *Definitionem explicat secundum singulas particulas.* — 3. *Occupatio, cur in definitione ponatur* τὸ συμβαίνει, *id est evenit.* — 4. *Epiphora ex quot et quibus syllogismis constet.* — 5. *Quare conclusio sequatur ex necessitate in syllogismo ad præmissas.* — 6. *Syllogismus ἐμφανῶς usurpatur, et primo pro toto conserto ex præmissis et conclusione, quomodo etiam definitus fuit et duobus exemplis declaratur.* — 7. *Deinde etiam pro conclusione tantum.* — 8. *Syllogismi simplicis et compositi differentia indicatur.* — 9. *Omnem propositionem ex subjecto et prædicato constitui ex terminis.* — 10. *Quantum et prædicatum ad subjectum et subjectum ad prædicatum esse debeat in propositione.* — 11. *Quid sit in toto esse.* — 12. *Quid sit dici de omni.* — 13. *Quod est in toto esse et dici de omni in propositionibus affirmativis, idem est non in toto esse et dici de nullo in negativis.* — 14. *Qui non in toto esse.* — 15. *Quid dici de nullo.* — 16. *Proprie dictus syllogismus simplex, nimirum quot habeat propositiones seu præmissas.* — 17. *Quomodo hæ distinguantur.* — 18. *Utra major propositio dicatur.* — 19. *Utra minor.* — 20. *In compositis syllogismis quæ propositio analogice major et minor dicatur.* — 21. *Quæ propositio in syllogismo deterior, quæ melior cum in quantitate tum in qualitate.* — 22. *Quod deteriorem partem sequatur conclusio, quemadmodum inductione probatur modorum syllogisticorum.* — **314** 23. *Ex duabus negativis et duabus particularibus præmissis nullum syllogismum fieri.* — 24. *Ad secundam partem capitis acceditur, et conversio describitur.* — 25 *Dividitur ab objecto.* — 26. *Per præcisionem conversio terminorum simplicium tangitur.* — 27. *Conversio syllogismorum declaratur.* — 28. *In propositionibus quæ conversio contingens vocetur et quare.* — 29. *Quæ conversio cum contrapositione et cur ita indicatur et quam late pateat.* — 30. *Quæ conversio simplex et quomodo definiatur.* — 31. *Docetur in specie quomodo propositiones singulæ convertantur, et primo quidem universalis affirmativa.* — 32. *Quod universalis negans propositio in rebus contingentibus non convertatur in seipsam.*

## CAPUT XXXI.

*De syllogismo et conversione.*

1. Syllogismus est oratio in qua positis aliquibus aliud quid ab iis quæ posita sunt ex necessitate evenit, propterea quod hæc sunt.

2. Syllogismus enim est oratio ex nominibus et verbis composita : in qua sane oratione, positis, hoc est, consensis aliquibus (hæc autem sunt propositiones) quoad omnem necessitatem **315** evenit, propterea quod hæ scilicet propositiones sunt, aliud quid ab ejusmodi propositionibus, unum puta et finitum, quod est conclusio

3. Cum autem in definitione positum sit, ex necessitate, ne quis forte existimet, in sola materia necessaria conclusionem sequi ad propositiones, τὸ evenit, adjectum est. Hoc autem significat, naturaliter propositionibus concurrere (conclusionem) hoc est, cum ipsis (ut etymologia Græci verbi exprimatur) venire.

4. Omnis igitur simplex syllogismus ex duabus constat propositionibus et conclusione, quæ a propositionibus diversa est, una et finita, hoc est affirmante vel negante, universali aut particulari.

5. Necessario autem et irrefragabiliter in omni materia evenit ; quandoquidem idem est ac si diceretur : conclusio consequitur propositiones non propter naturam rerum, sed propter positum propositionum ; quæ scilicet propositiones sufficientes sunt ad conclusionem colligendam, nulla alia ad ipsam propositione indigentes.

6. Totum autem hoc, duæ propositiones videlicet cum conclusione, syllogismus, hoc est, ratiocinatio vocatur **316** quod ex ejusmodi propositionibus per conclusionem ratiocinemur, hoc est, cum ratione colligamus id quod ad ostensionem est pro-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

*Περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἀντιστροφῆς.*

α'. Συλλογισμός ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι.

β'. Λόγος γάρ ἐστιν ὁ συλλογισμὸς, ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκείμενος, ἐν ᾧ δὴ λόγῳ τεθέντων, εἴτουν ὁμολογηθέντων τινῶν (ταῦτα δέ εἰσι προτάσεις), κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην συμβαίνει, διὰ τὸ εἶναι ταύτας δὴ τὰς προτάσεις ἕτερόν τι τῶν τοιούτων προτάσεων, ἓν δηλονότι καὶ ὡρισμένον, ὅπερ ἐστὶ τὸ συμπέρασμα.

γ'. Τεθέντος δὲ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ἐν τῷ λόγῳ τοῦ συλλογισμοῦ, ἵνα μή τις ἴσως ἐπὶ μόνης ὑπολάβοι τῆς ἀναγκαίας ὕλης ἕπεσθαι τὸ συμπέρασμα ταῖς προτάσεσι, τὸ συμβαίνει προστέθειται. Τοῦτο δὲ δηλοῖ, τὸ συντρέχειν φυσικῶς ταῖς προτάσεσιν, ἤγουν σὺν αὐταῖς βαίνειν, ὡς ἂν εἴποι ἐτυμολογῶν.

δ'. Πᾶς τοίνυν ἁπλοῦς συλλογισμὸς ἐκ προτάσεων συνίσταται δύο, καὶ συμπεράσματος ἑτέρου παρὰ τὰς προτάσεις ὄντος, ἑνός τε καὶ ὡρισμένου, καταφατικοῦ, τουτέστιν ἢ ἀποφατικοῦ, καθόλου ἢ μερικοῦ.

ε'. Ἠναγκασμένως δὲ καὶ ἀπαραιτήτως ἐπὶ πάσης ὕλης συμβαίνει· ταυτὸν δ' εἰπεῖν, συνακολουθεῖ τὸ συμπέρασμα ταῖς προτάσεσιν, οὐ διὰ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ διὰ τὴν θέσιν τῶν προτάσεων. Αἱ δὴ προτάσεις αὐτάρκεις εἰσὶ πρὸς τὸ συναγαγεῖν τὸ συμπέρασμα, μηδεμιᾶς ἄλλης προτάσεως πρὸς τοῦτο δεόμεναι.

ς'. Τοῦτο δ' ὅλον, αἱ δύο προτάσεις δηλαδὴ μετὰ καὶ τοῦ συμπεράσματος, καλεῖται συλλογισμὸς, ὅτιπερ ἐκ τῶν τοιούτων προτάσεων διὰ τοῦ συμπεράσματος συλλογιζόμεθα· τουτέστι συνάγομεν λογικῶς τὸ εἰς δεῖξιν προκείμενον. Συλλογὴ γὰρ λόγων

Digitized by Google

ἐστὶν ὁ συλλογισμός. Πρόκειται γοῦν ἡμῖν ἴσως ἐπίδειξαι τὴν λογικὴν ψυχὴν ἀεικίνητον, καὶ λέγομεν οὕτως· Ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτοκίνητος· τοῦτο πρότασις· τὸ αὐτοκίνητον ἀεικίνητον· ἑτέρα πρότασις. Ταύταις οὖν ταῖς δυσὶ προτάσεσιν ἐξ ἀνάγκης συνέπεται (τὸ) συμπέρασμα, ὅτι ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀεικίνητος. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰς δεῖξιν προκείμενον. Ἄλλος πάλιν συλλογισμὸς δι' οὗ τὴν λογικὴν ψυχὴν ἀθάνατον δείκνυμεν. Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀεικίνητος· τὸ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· ἡ λογικὴ ψυχὴ ἄρα ἀθάνατος. Μία πρότασις. Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀεικίνητος· ἑτέρα πρότασις. Τὸ ἀεικίνητον ἀθάνατον. Συμπέρασμα δὲ, Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀθάνατος· ὅπερ ἐξ ἀνάγκης συνηκολούθησε ταῖς ληφθείσαις προτάσεσιν, ἕτερον ὂν παρ' αὐτάς.

A positum. Syllogismus enim orationum (seu rationum) est sylloge (seu collectio). Est nimirum nobis exempli gratia propositum ostendere, rationalem animam semper esse mobilem, et sic dicimus : Anima rationalis a se est mobilis. Hoc est propositio. Quod est a se mobile, est semper mobile ; altera propositio. Ad has igitur duas propositiones ex necessitate consequitur conclusio : animam rationalem esse semper mobilem. Hoc autem erat ad ostensionem propositum. Rursum alius syllogismus, quo animam rationalem immortalem esse ostendimus. Anima rationalis est semper mobilis ; quod est semper mobile est immortale ; ergo anima rationalis est immortalis. Una propositio, anima rationalis est semper mobilis. Secunda propositio, quod est semper mobile, est immortale. Conclusio denique, anima rationalis est immortalis : quæ ex necessitate ad sumptas propositiones consecuta est, cum ab ipsis diversa sit.

ζ'. Ποτὲ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ συμπέρασμα καλεῖται συλλογισμὸς, ὡς τὰ διεστῶτα ἐν τοῖς λόγοις, εἴτουν ἐν ταῖς προτάσεσι, τοὺς ἄκρους ὅρους φημὶ, συνάγον ὁμοῦ καὶ ὡς συλλέγον τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ὅροις διεσπαρμένην ἀπόδειξιν.

B 7. Nonnunquam autem etiam ipsa conclusio syllogismus **317** vocatur, ut quæ distantia in orationibus sive in propositionibus, extremos, inquam, terminos, in unum cogat, et dispersam in omnibus terminis demonstrationem quasi colligat.

η'. Ὁ τοίνυν κυρίως συλλογισμὸς ὁ ἁπλοῦς ἐκ προτάσεων συνίσταται δύο, καὶ τοῦ συμπεράσματος. Οἱ δὲ σύνθετοι συλλογισμοὶ ἐκ πλειόνων προτάσεων σύγκεινται. Δυνατὸν γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων συλλογισμῶν, ἕνα συνθέντας εἰπεῖν. Ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτοκίνητος· τὸ αὐτοκίνητον ἀεικίνητον· τὸ ἀεικίνητον ἀθάνατον· ἡ λογικὴ ψυχὴ ἄρα ἀθάνατος.

8. Qui igitur proprie est syllogismus, nempe simplex, ex duabus propositionibus et conclusione constituitur. Qui autem compositi sunt syllogismi, ex pluribus propositionibus constant. Possumus enim ex dictis syllogismis uno confecto dicere, anima rationalis est a se mobilis : quod a se est mobile, est semper mobile : quod est semper mobile, est immortale. Ergo anima rationalis est immortalis.

θ'. Πᾶσα δὲ πρότασις ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου συνίσταται· οἱ μόνοι καὶ ὅροι κυρίως C εἰσὶν. Εἰς αὐτοὺς γὰρ ἀναλύεται ἡ πρότασις, ὡς εἴς τινα στοιχεῖα καὶ πρώτας ἀρχάς.

9. Cæterum omnis propositio ex subjecto et prædicato constituitur, qui etiam soli proprie termini sunt. In ipsos enim, ut in elementa quædam et prima principia, resolvitur.

ι'. Καὶ ὁ μὲν κατηγορούμενος ἢ μείζων ὀφείλει εἶναι τοῦ ὑποκειμένου, ἢ ἴσος· ἐλάττων δὲ οὐδαμῶς· ὁ δέ γε ὑποκείμενος ἢ ἐλάττων ἢ ἴσος· μείζων δὲ οὐδαμῶς.

10. Et prædicatus quidem (terminus) aut major esse debet subjecto, aut æqualis, nequaquam autem minor. At vero subjectus, aut minor, aut æqualis, nequaquam autem major.

ια'. Ὅταν μὲν οὖν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου πρὸς τὸν κατηγορούμενον ἐρχώμεθα, λέγεται ἐν ὅλῳ, ὡς ὅταν εἴπωμεν· Ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτοκίνητος· ἤγουν ἡ λογικὴ ψυχὴ ἐν παντὶ τῷ αὐτοκινήτῳ, ἢ ἐν ὅλῳ τῷ αὐτοκινήτῳ. Ἐν ὅλῳ γὰρ αὐτοκινήτῳ ἡ λογικὴ ψυχὴ ὡς μέρος ἐστί. Ταυτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν, Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἐν ὅλῳ τῷ αὐτοκινήτῳ· καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτοκίνητος.

11. Cum igitur ex subjecto ad prædicatum venimus, in toto dicitur, ut cum dixerimus, Anima rationalis est a se mobilis, hoc est, anima rationalis est **318** in omni eo quod est a se mobile, aut anima rationalis est in toto, quod a se mobile est. In toto enim quod a se mobile est, anima rationalis ut pars est. Idem autem est dicere, anima rationalis in toto est, quod a se est mobile; et anima rationalis est a se mobilis.

ιβ'. Ὅταν δὲ πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἐρχώμεθα, τότε λέγεται κατὰ παντός· ὡς ὅταν εἴπωμεν, Τὸ αὐτοκίνητον κατὰ πάσης ψυχῆς λογικῆς· ἢ οὕτως, Τὸ αὐτοκίνητον πάσῃ ψυχῇ λογικῇ ὑπάρχει, τοῦτο λέγοντες, ὅτι τὰ ἄτομα πάντα τῆς λογικῆς ψυχῆς ἔχει τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι αὐτοκίνητα

12. Cum vero ex prædicato ad subjectum venimus, tunc de omni dicitur : ut cum dixerimus, quod est a se mobile, de omni anima rationali (dicitur), aut ita, quod est a se mobile, omni animæ rationali inest, hoc nimirum dicentes omnia individua animæ rationalis habere hoc quod sint et dicantur a se mobilia.

ιγ'. Ὥσπερ δὲ τὸ ἐν ὅλῳ, καὶ τὸ κατὰ παντὸς ἐν ταῖς καταφατικαῖς προτάσεσιν, οὕτως ἐν ταῖς ἀποφατικαῖς τὸ οὐκ ἐν ὅλῳ καὶ τὸ κατ' οὐδενός.

13. Quemadmodum autem in toto et de omni in affirmativis propositionibus : ita τὸ non in toto et de nullo in negativis propositionibus sunt.

ιδ'. Ὅταν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καταφατικῶν προτά-

14. Cum enim a subjecto ad prædicatum in pro-

Digitized by Google

positionibus negativis venimus, tunc dicitur non in toto. Velut, Homo non est inanimatum : aut, Homo non est in toto inanimato ; pro eo, Homo non est pars inanimati.

15. Cum autem ex prædicato ad subjectum venimus, tunc de nullo dicitur, velut, Inanimatum de nullo homine est, aut inanimatum nulli homini inest, hoc est, **319** nullum humanæ speciei individuum deprehendetur habere, quod sit aut dicatur inanimatum.

16. Duas igitur propositiones habet proprie dictus syllogismus, nempe simplex.

17. Sed una earum major, altera minor vocatur.

18. Et major quidem quæ illum terminum prædicatum habet, quem etiam conclusio.

19. Quæ autem restat, minor est : velut in hoc syllogismo : Anima est semper mobilis ; semper mobile est immortale ; ergo anima est immortalis. Major propositio est quæ dicit : Semper mobile est immortale. Habet enim immortale, prædicatum : quod etiam conclusioni similiter prædicatum est. Nam conclusio sic habet : Anima immortalis est. At minor propositio est quæ dicit, animam esse semper mobilem.

20. In compositis autem syllogismis secundum proportionem major est inter omnes proportiones, quæ prædicatum habet eumdem terminum, quem et conclusio; minor autem, quæ hunc terminum non habet. Et insuper minor propositio est quæ idem subjectum habet quod et conclusio.

21. Dicitur porro etiam deterior et melior propositio in syllogismo. Quoniam **320** enim omnis propositio et quantitatem habet (aut enim universalis aut particularis est) et qualitatem (aut enim affirmativa aut negativa est), deterior quidem est secundum quantitatem particularis universali, secundum qualitatem autem negativa deterior affirmativa ; relinquitur inde meliores esse universalem particulari et affirmativam negativa.

22. Deteriorem autem ex propositionibus sequitur conclusio. Si igitur ex duabus affirmativis constiterit syllogismus et ambabus universalibus, nulla in hoc propositio est deterior, et erit etiam conclusio affirmativa et universali. Sin vero ex duabus affirmativis propositionibus syllogismus fuerit, una universali, altera particulari, quoniam particularis universali est deterior, ut dictum est ; conclusio quæ hanc deteriorem sequitur erit particularis affirmativa. Quod si rursum ex una affirmativa, altera negativa, et vero ambabus universalibus syllogismus consertus fuerit, conclusio quidem universalis erit (quandoquidem nulla propositio particularis est), negativa tamen, ut quæ deteriorem in qualitate **321** propositionem sequatur. Sin denique ex particulari affirmativa et universali negativa, perfectus fuerit syllogismus, conclusio sequetur in quantitate quidem particularem, in qualitate autem ne-

σεων ἐκ τοῦ ὑποκειμένου πρὸς τὸν κατηγορούμενον ἐρχώμεθα, τότε λέγεται οὐκ ἐν ὅλῳ· οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ἄψυχον οὐκ ἔστιν· ἢ, Ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἐν ὅλῳ τῷ ἀψύχῳ ἐστίν· ἀντὶ τοῦ, Μέρος οὐκ ἔστι τοῦ ἀψύχου ὁ ἄνθρωπος.

ιε'. Ὅταν δὲ πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἐρχώμεθα, τότε λέγεται κατ' οὐδενός· οἷον, Τὸ ἄψυχον κατ' οὐδενὸς ἀνθρώπου ἐστίν· ἢ, Τὸ ἄψυχον οὐδενὶ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει· τουτέστιν, Οὐδὲν τοῦ ἀνθρωπείου εἴδους ἀτόμων ἔχον εὑρεθήσεται τὸ εἶναι ἢ λέγεσθαι ἄψυχον.

ις'. Δύο μὲν οὖν προτάσεις ὁ κυρίως ἔχει συλλογισμὸς ὁ ἁπλοῦς.

ιζ'. Ἀλλ' ἡ μὲν αὐτῶν καλεῖται μείζων, ἡ δ' ἐλάττων.

ιη'. Καὶ μείζων μὲν ἡ τὸν ὅρον ἐκεῖνον ἔχουσα κατηγορούμενον, ὅνπερ καὶ τὸ συμπέρασμα.

ιθ'. Ἐλάττων δέ ἐστιν ἡ λογική· οἷον ἐπὶ τοῦ δεῖ τοῦ συλλογισμοῦ· Ἡ ψυχὴ ἀεικίνητος· τὸ ἀεικίνητον ἀθάνατον· ἡ ψυχὴ ἄρα ἀθάνατος. Μείζων πρότασίς ἐστιν ἡ λέγουσα· Τὸ ἀεικίνητον ἀθάνατον, ἔχει γὰρ τὸ ἀθάνατον κατηγορούμενον· ὅπερ ἐστὶ καὶ τῷ συμπεράσματι ὁμοίως κατηγορούμενον. Τὸ συμπέρασμα γὰρ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος. Ἐλάττων δὲ πρότασίς ἐστιν ἡ λέγουσα ὅτι ἡ ψυχὴ ἀεικίνητος.

κ'. Ἐπὶ δὲ τῶν συνθέτων συλλογισμῶν ἀναλόγως μείζων μὲν ἔστι πασῶν προτάσεων ἡ ἔχουσα κατηγορούμενον τὸν αὐτὸν ὅρον, ὅνπερ καὶ τὸ συμπέρασμα· ἐλάττων δὲ ἡ τὸν τοιοῦτον ὅρον μὴ ἔχουσα· καὶ ἔτι ἐλάττων ἡ ἔχουσα τὸν αὐτὸν ὑποκείμενον, ὅνπερ καὶ τὸ συμπέρασμα.

κα'. Λέγεται δὲ καὶ χείρων πρότασις ἐν συλλογισμῷ, καὶ κρείττων· ἐπεὶ γὰρ πᾶσα πρότασις, καὶ ποσὸν ἔχει (ἢ γὰρ καθόλου ἢ μερική) καὶ ποιόν· (ἢ γὰρ καταφατική, ἢ ἀποφατική)· χείρων μὲν ἔστι κατὰ (τὸ) ποσὸν τῆς καθόλου ἡ μερική· χείρων δὲ καὶ κατὰ τὸ ποιὸν τῆς καταφατικῆς ἡ ἀποφατική. Λοιπὸν κρείττους ἡ καθόλου τῆς μερικῆς, καὶ ἡ καταφατικὴ τῆς ἀποφατικῆς.

κβ'. Τῇ χείρονι δὲ τῶν προτάσεων ἕπεται τὸ συμπέρασμα. Εἰ μὲν οὖν ἐκ δύο καταφατικῶν συστὰς ὁ συλλογισμὸς καὶ ἀμφοῖν καθόλου· οὐδεμία πρότασις ἐν τούτῳ χείρων ἐστί. Καὶ ἔσται τὸ συμπέρασμα καὶ καταφατικὸν καὶ καθόλου· ἂν δ' ἐκ δύο καταφατικῶν εἴη προτάσεων ὁ συλλογισμὸς, τῇ μὲν μιᾶς καθόλου, τῆς ἑτέρας δὲ μερικῆς· ἐπεὶ χείρων ἐστὶν, ὡς εἴρηται, τῆς καθόλου ἡ μερική· ταύτῃ δὴ τῇ χείρονι ἑπόμενον τὸ συμπέρασμα ἔσται μερικὸν καταφατικόν. Ἂν δ' ἐκ μιᾶς μὲν καταφατικῆς, ἑτέρας δὲ ἀποφατικῆς, καὶ ἀμφοῖν δὲ καθόλου συμπλακείη συλλογισμός· ἔσται τὸ συμπέρασμα καθόλου μὲν (ἐπείπερ οὐδεμία πρότασις μερική), ἀποφατικὸν δὲ τῇ χείρονι κατὰ τὸ ποιὸν προτάσει ἑπόμενον· ἂν δ' ἐκ μερικῆς καταφατικῆς, καὶ καθόλου ἀποφατικῆς ἀπαρτισθείη συλλογισμὸς, ἀκολουθήσει τὸ συμπέρασμα τῇ καταφατικῇ μὲν κατὰ τὸ ποσὸν, τῇ ἀποφατικῇ δὲ κατὰ τὸ ποιόν· καὶ ἔσται μερικὸν

Digitized by Google

ἀποφατικὴν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν προτάσεων τὸ χείριστον ἐκλεξάμενον.

gativam; critique particularis negativa, quæ ex ambabus propositionibus id quod deterrimum est elegerit.

κγ'. Ἐκ δύο δὲ ἀποφατικῶν προτάσεων, κἂν καθόλου εἶεν· ἢ ἐκ δύο μερικῶν, κἂν καταφατικαὶ εἶεν, οὐδέποτε δύναται γενέσθαι συλλογισμός.

23. Ex duabus autem negativis propositionibus, etsi universales fuerint: aut ex duabus particularibus, etsi affirmativæ fuerint, nunquam potest syllogismus fieri.

κδ'. Ἡ δ' ἀντιστροφή, οἱονεὶ στροφή τίς ἐστιν εἰς τοὔπίσω καὶ παλινδρόμησις.

24. Cæterum conversio veluti quædam in posteriora versio et recursus (seu reciprocatio) est.

κε'. Αὕτη ἡ ἀντιστροφὴ καὶ ἐν ὅροις θεωρεῖται, καὶ ἐν προτάσεσι, καὶ ἐν συλλογισμοῖς.

25. Hæc conversio in terminis spectatur et in propositionibus et in syllogismis.

κς'. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐν ὅροις ἀντιστροφῆς ἐν τῷ περὶ τῶν πρός τι κεφαλαίῳ διείληπται· ὅτι ὁ πατὴρ υἱοῦ πατήρ· καὶ ὁ υἱὸς πατρὸς υἱός, καὶ τὰ ἑξῆς.

26. Sed de conversione quidem in terminis in capite de iis quæ sunt ad aliquid disceptatum est; quod pater filii sit pater, et filius sit patris filius, et quæ deinceps sunt.

κζ'. Ἐν συλλογισμοῖς δὲ γίνεται ἀντιστροφή, ὅταν τὸ συμπέρασμα λαβόντες καὶ προσθέντες τὴν μείζω τῶν προτάσεων, τὴν ἐλάττω κατασκευάσωμεν· οἷον κείσθω συλλογισμὸς ὁ λέγων, Ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτοκίνητος· τὸ αὐτοκίνητον ἀεικίνητον· τὸ ἀεικίνητον ἀθάνατον· ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀθάνατος. Ἔχομεν οὖν τὸ αὐτὸ συμπέρασμα, ὅτι ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀθάνατος. Τοῦτο λαβόντες καὶ ποιήσαντες ἐλάττω πρότασιν, εἶτα προσθέντες τὰς λοιπὰς, ποιοῦμεν συμπέρασμα τὴν πρὶν οὖσαν ἐλάττω πρότασιν, λέγοντες οὕτως· Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀθάνατος· τὸ ἀθάνατον ἀεικίνητον· τὸ ἀεικίνητον αὐτοκίνητον· ἡ λογικὴ ψυχὴ ἄρα αὐτοκίνητος. Ἐνδέχεται δὲ καὶ τὴν ἐλάττω πρότασιν τῷ συμπεράσματι συμπλέξαντας ποιῆσαι συμπέρασμα τὴν ἐν τῷ προτέρῳ συλλογισμῷ μείζω πρότασιν· οἷον, Ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀθάνατος· τὸ ἀθάνατον αὐτοκίνητον· τὸ αὐτοκίνητον ἀεικίνητον· ἡ λογικὴ ψυχὴ ἄρα ἀεικίνητος. Οὕτω μὲν οὖν γίνεται ἡ ἐν συλλογισμοῖς ἀντιστροφή.

27. In syllogismis autem fit conversio, cum conclusione accepta et majore propositione apposita minorem confirmaverimus. Veluti ponatur syllogismus qui dicit: Anima rationalis est a se mobilis. Quod est a se mobile, est semper mobile. Quod est semper mobile, est immortale. **322** Anima igitur rationalis est immortalis. Habemus igitur eamdem conclusionem, animam rationalem esse immortalem. Hanc accipientes et minorem propositionem facientes, et inde cæteras adjicientes, conclusionem efficimus eam, quæ prius erat minor propositio, sic dicendo: Anima rationalis est immortalis; quod est immortale est semper mobile; quod est semper mobile est a se mobile; anima igitur rationalis est a se mobilis. Contingit autem et minore propositione conclusioni conjuncta facere conslusionem eam quæ in priore syllogismo erat major propositio. Velut, Anima rationalis est immortalis; quod est immortale est a se mobile; quod est a se mobile est semper mobile; rationalis igitur anima est semper mobilis. Sic quidem igitur in syllogismis fit conversio.

κη'. Ἡ δ' ἐν προτάσεσι γινομένη ἀντιστροφὴ ἢ τὴν μὲν τάξιν τῶν ὅρων φυλάττει τὸν αὐτὸν τηροῦσα κατηγορούμενον, καὶ τὸν αὐτὸν ὑποκείμενον· μόνην δὲ τὴν ποιότητα μεταβάλλει, ποιοῦσα τὴν ἀποφατικὴν πρότασιν καταφατικὴν, καὶ καταφατικὴν ἀποφατικήν. Καὶ λέγεται αὕτη ἐνδεχομένη ἀντιστροφὴ, ὡς ἐπὶ μόνης τῆς ἐνδεχομένης ὕλης συνισταμένη· οἷον, Τὶς ἄνθρωπος λούεται, Τὶς ἄνθρωπος οὐ λούεται. Αὕτη δ' οὐκ ἂν εἴη κυρίως ἀντιστροφή.

28. Quæ autem in propositionibus fit conversio, aut ordinem quidem terminorum conservat, eumdem prædicatum et eumdem subjectum retinens: solam autem qualitatem immutat, ex negativa propositione affirmativam, et ex affirmativa negativam efficiens. Et dicitur hæc contingens conversio, quod in **323** sola contingente materia consistat; velut, Aliquis homo lavat, Aliquis homo non lavat: quanquam hæc proprie non fuerit conversio.

κθ'. Εἰ δὲ μήτε τῶν ὅρων ἡ τάξις φυλάττοιτο, μήτε μὴν ἡ ποιότης, γίνεται ἡ καλουμένη σὺν ἀντιθέσει ἀντιστροφή. Καλεῖται δ' οὕτως, διὰ τὸ ἀντιστρέφειν ἡμᾶς ἐκ τοῦ κατηγορουμένου πρὸς τὸν ὑποκείμενον λαμβάνοντας τοὺς ἀντικειμένους τῶν ὅρων ἀντὶ καταφατικῶν ἀποφατικοὺς, καὶ ἀντὶ ἀποφατικῶν καταφατικούς. Οἷον, Εἰ ὁ ἄνθρωπος ζῷον, τὸ μὴ ζῷον οὐδὲ ἄνθρωπος. Καὶ εἰ τὸ πῦρ οὐ ψυχρὸν, τὸ ψυχρὸν οὐχὶ πῦρ. Ἀναγκαιοτάτη δέ ἐστιν ἐπὶ πάσης ὕλης ἡ τοιαύτη ἀντιστροφή.

29. Quod si autem neque terminorum ordo neque etiam qualitas servetur, conversio fit, quæ cum contrapositione vocatur. Sic autem vocatur, propterea quod nos ex prædicato ad subjectum convertamus, terminos oppositos accipiendo, pro negativis affirmativos, et pro affirmativis negativos. Velut, si homo est animal; quod non est animal non est homo. Et si ignis non est frigidus: quod frigidum est, non est ignis. Maxima autem necessaria est ejusmodi conversio in omni materia.

λ'. Εἰ δ' ἡ μὲν ποιότης ἡ αὐτὴ μένει τῶν προτάσεων, ἡ τάξις δὲ μόνη τῶν ὅρων ἐναλλάττοιτο, καὶ ὁ μὲν ὑποκείμενος γίνεται κατηγορούμενος, ὁ δὲ

30. Sin autem, qualitate propositionum eadem manente, solus terminorum ordo immutetur; et subjectus quidem fiat prædicatus, prædicatus vero sub-



Digitized by Google

jectus, simplex fit conversio. Simplex enim conversio est communio duarum propositionum quoad utrumque terminum, ut ordo quidem terminorum mutetur, sed qualitas eadem retineatur cum veritatis consensu.

31. Quoniam autem in specie quatuor sunt propositiones, universalis affirmans, universalis negans, **324** particularis affirmans, particularis negans : universalis quidem affirmativa in particularem affirmantem quoad dictam conversionem simplicem convertetur ; velut, Omnis homo est animal ; et, Quoddam animal est homo.

32. Universalis autem negativa in seipsam : velut, Nullus homo est rationis expers ; et, Nullum rationis expers est homo.

33. Et vero etiam particularis affirmativa in seipsam convertetur : velut, Aliquis homo est albus; et, Aliquid album est homo.

34. At particularis negativa in solis contingentibus rebus in seipsam convertitur. Velut, Non omnis homo quinque digitis est præditus, et, Non omne quod quinque digitis est præditum, homo est. In aliis autem (rebus) neque in seipsam neque in universalem negativam convertitur. Si enim dixerimus : Non omne animal est equus : non possumus etiam dicere, Non omnis equus est animal, aut, Nullus equus est animal. Omnis enim equus est animal. Hinc etiam reprobatur conversio ejus quæ est non omnis (particularis negativæ propositionis).

35. Sed neque universalis negans in contingentibus quidem rebus in seipsam **325** convertitur. Dicere enim licet quod contingat nullum hominem lavare ; non licet autem, conversione facta, dicere quod contingat nullum lavans esse hominem. Lavat enim equus et bos ; nec verum est dicere quod contingat ut equus et bos non sit homo. Necesse enim potius est hæc non esse hominem : hoc est, impossibile est equum aut bovem esse hominem. Quod enim necesse est non esse, hoc impossibile est esse. Quod autem potest et esse et non esse, hoc contingere dicimus.

A κατηγορούμενος ὑποκείμενος, γίνεται ἡ ἁπλῆ ἀντιστροφή. Ἁπλῆ γὰρ ἀντιστροφή ἐστι κοινωνία δύο προτάσεων κατ' ἀμφοτέρους τοὺς ὅρους, τῆς μὲν τάξεως τῶν ὅρων ἀμειβομένης, τοῦ δὲ ποιοῦ φυλαττομένου μετὰ τοῦ συναληθεύειν.

λα'. Ἐπεὶ δὲ κατ' εἶδος τέσσαρες αἱ προτάσεις εἰσὶ, καθόλου καταφατική, καθόλου ἀποφατική, μερικὴ καταφατική, μερικὴ ἀποφατική· ἡ μὲν καθόλου καταφατικὴ πρὸς τὴν μερικὴν καταφατικὴν ἀντιστρέφει κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἀντιστροφὴν τὴν ἁπλῆν· οἷον, Πᾶς ἄνθρωπος ζῶον· καὶ, Τι ζῶον ἄνθρωπος.

λβ'. Ἡ δὲ καθόλου ἀποφατικὴ πρὸς ἑαυτήν, οἷον, Οὐδεὶς ἄνθρωπος ἄλογός ἐστι· καὶ, Οὐδὲν ἄλογον ἄνθρωπός ἐστι.

B λγ'. Καὶ ἡ μερικὴ δὲ καταφατικὴ πρὸς ἑαυτὴν ἀντιστρέφει· οἷον, Τὶς ἄνθρωπος λευκὸς, καὶ, Τὶ λευκὸν ἄνθρωπος.

λδ'. Ἡ δέ γε μερικὴ ἀποφατικὴ ἐπὶ μόνων τῶν ἐνδεχομένων πραγμάτων ἀντιστρέφει πρὸς ἑαυτήν· οἷον, Οὐ πᾶς ἄνθρωπος πενταδάκτυλος· καὶ, Οὐ πᾶν πενταδάκτυλον ἄνθρωπος· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὔτε πρὸς ἑαυτὴν ἀντιστρέφει, οὔτε πρὸς τὴν καθόλου ἀποφατικήν. Εἰ γὰρ εἴποιμεν, Οὐ πᾶν ζῶον ἵππος, οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν καὶ, Οὐ πᾶς ἵππος ζῶον· ἢ, Οὐδεὶς ἵππος ζῶον· πᾶς γὰρ ἵππος ζῶόν ἐστιν. Ὅθεν καὶ ἀποδοκιμάζεται ἡ ἀντιστροφὴ τῆς οὐ πᾶς.

C

λε'. Ἀλλ' οὐδ' ἡ καθόλου ἀποφατικὴ ἐπί γε τῶν ἐνδεχομένων ἀντιστρέφει πρὸς ἑαυτήν. Ἔστι μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὡς ἐνδέχεται μηδένα ἄνθρωπον λούσασθαι· οὐκ ἔστι δὲ καὶ ἀντιστρέψαντας εἰπεῖν, ὅτι ἐνδέχεται μηδένα λουόμενον ἄνθρωπον εἶναι. Λούεται γὰρ καὶ ἵππος καὶ βοῦς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τὸ λέγειν τὸν ἵππον ἢ τὸν βοῦν ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι ἄνθρωπον. Ἀνάγκη γὰρ μᾶλλον ταῦτα μὴ εἶναι ἄνθρωπον· τουτέστιν ἀδύνατον εἶναι τὸν ἵππον ἢ τὸν βοῦν ἄνθρωπον. Ὃ γὰρ ἀνάγκη μὴ εἶναι, τοῦτ' ἀδύνατον εἶναι· ὃ δὲ δύναται καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, τοῦτ' ἐνδέχεσθαι λέγομεν.

*Tabula capitis* 31, *de syllogismo et conversione.*

Syllogismus vocatur { plerumque totum hoc, duæ propositiones cum conclusione ; quatenus definitur : syllogismus est oratio in qua positis aliquibus aliud quid ab iis quæ posita sunt ex necessitate evenit, propterea quod hæc sint ; interdum etiam ipsa conclusio.

**326** Syllogismus alius est { simplex, qui ex duabus propositionibus et conclusione constat ; compositus, qui ex pluribus propositionibus constat et in tot simplices syllogismos resolvitur, quot supra duas alias habet proportiones.

Prædicatum subjecto debet esse { aut minus, aut æquale ; non minus.

Subjectum prædicato debet esse { aut minus, aut æquale ; non majus.

In propositionibus affirmantibus si { ex subjecto ad prædicatum venimus / ex prædicato ad subjectum venimus } dicitur { in toto / de omni

Digitized by Google

In propositionibus negativis si { ex subjecto ad prædicatum venimus, / ex prædicato ad subjectum convertimur } dicitur { non in toto. / de nullo.

**327** Conversio spectatur vel in { terminis : ut, Pater est filii pater, et filius patris filius ; / propositionibus, de qua postea ; / syllogismis, cum conclusione accepta et altera præmissarum reliqua infertur.

In conversione propositionum { ordo terminorum servatur, sola qualitas mutatur, et est contingens conversio : ut, Aliquis homo lavat, Aliquis homo non lavat. Etimproprie conversio dicitur. / nec terminorum ordo nec qualitas servatur ; et est conversio per contrapositionem ; ut, Homo est animal ; et, Quod non est animal non est homo. / qualitas servatur, sed ordo terminorum mutatur ; et simplex appellatur ; estque vel { simplex homonymōs, ut, Nullus homo est lapis, et nullus lapis est homo, / per accidens, ut, Omnis homo est animal ; et, Quoddam animal est homo.

Propositio deterior est secundum { quantitatem { universali particulari { sed deteriorem partem seu præmissam sequitur conclusio. / qualitatem { affirmante negans

## **328** SYNOPSIS CAPITIS XXXII,

QUOD EST DE TRIBUS FIGURIS.

1. *Quod et quare in syllogismo simplici tres sint proprie termini.* — 2. *Illi termini qui et quales sint.* — 3. *Exemplaris declaratio.* — 4. *Communis et medius terminus in propositionibus trifariam disponitur.* — 5. *Hinc tres figuræ syllogismorum oriuntur.* — 6. *Prima figura.* — 7. *Secunda.* — 8. *Tertia.* — 9. *Singularum figurarum quot modi syllogistici in specie.* — 10. *Modi syllogistici cur etiam conjugationes syllogisticæ dicantur.* — 11. *Figurarum trium quot syllogisticæ conjugationes sint in universum.* — 12. *Trium figurarum quæ communia* — 13. *Quæ propria primæ figuræ.* — 14. *Quæ secundæ.* — 15. *Quæ tertiæ.* — 16. *Admonitio de communitatibus trium figurarum ubique observandis.* — 17. *Ordo figurarum.* — 18. *Ratio ordinis.* — 19. *Repetit quot modi syllogistici sint singularum figurarum, et causam variantis numeri explicat.*

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων.*

α'. Ἐν τῷ ἁπλῷ συλλογισμῷ τρεῖς κυρίως ὅροι εἰσί. Δύο γὰρ προτάσεις ὁ ἁπλοῦς ἔχει συλλογισμός, ὧν ἑκάστη δύο κέκτηται ὅρους· ἕνα ὑποκείμενον, καὶ ἕνα κατηγορούμενον. Ἀλλ' ἴδιον μὲν ἔχει τὸν ἕνα τῶν ὅρων, τὸν δὲ λοιπὸν τῇ ἑτέρᾳ προτάσει κοινόν.

β'. Ὥστε τρεῖς ὅροι τὸν ἁπλοῦν συνιστῶσι συλλογισμόν· οἱ δύο ἴδιοι, καὶ ὁ κοινός. Οἱ μὲν οὖν ἴδιοι ἄκροι· ὁ δὲ κοινὸς μέσος.

γ'. Οἷον ἔστω πρότασις, Ὁ ἄνθρωπος ζῷον. Ἑτέρα πρότασις, Τὸ ζῷον οὐσία. Ταύταις δὴ ταῖς δυσὶ προτάσεσι τὸ ζῷον ὅρος κοινός· ὁ δὲ αὐτὸς ὅρος καὶ μέσος ἐστίν. Ἴδιος δὲ καὶ ἄκρος ὅρος τῇ μὲν τῶν προτάσεων ὁ ἄνθρωπος, τῇ δὲ ἡ οὐσία. Συναγόμενοι δὲ οἱ ἄκροι τῶν ὅρων εἰς ταυτὸ, καὶ οἷον ἑνούμενοι συμπέρασμα γίνονται. Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ζῷον, καὶ τὸ ζῷον οὐσία, ὁ ἄνθρωπος οὐσία ἐστίν.

δ'. Ὁ τοίνυν κοινὸς καὶ μέσος ὅρος, ὁ δὶς ἐν τῇ συνθήκῃ τῶν προτάσεων λαμβανόμενος ἢ κατὰ μὲν τὴν μίαν τῶν προτάσεων ὑπόκειται, ταυτέστιν ὑποκείμενός ἐστι, κατὰ δὲ τὴν ἄλλην κατηγορεῖται, τουτέστι κατηγορούμενός ἐστιν· ἢ καὶ κατ' ἄμφω τὰς

## CAPUT XXXII.

*De tribus figuris.*

A 1. In simplici syllogismo tres proprie termini sunt. Duas enim propositiones simplex syllogismus habet, quarum utraque duos obtinet terminos, unum subjectum, et alterum prædicatum. Sed proprium quidem habet unum terminum, reliquum alteri propositioni communem.

2. **329** Quare tres termini simplicem syllogismum constituunt : duo proprii et communis. Proprii quidem igitur extremi : communis autem, medius.

3. Velut sit propositio : Homo est animal. Altera propositio : Animal est substantia. His sane duabus propositionibus, animal, communis est terminus. Sed et idem terminus etiam medius est. Proprius autem et extremus terminus illi quidem propositioni, homo : huic autem, substantia. Quod si extremi termini colligantur in unum et velut uniantur, conclusio ediciuntur. Si enim homo, animal : et animal, substantia ; homo (ergo) substantia est.

4. Communis igitur et medius terminus est qui bis in propositionum compositione accipitur, aut in una quidem propositione subjicitur, hoc est, subjectus est ; in altera vero prædicatur, hoc est, prædicatus est; aut etiam in ambabus propositio-

Digitized by Google

nibus prædicatur : aut etiam in ambabus subjicitur.

5. Et ita tres figuræ syllogismorum prodeunt.

6. Si enim communis et medius terminus in una propositione extremo uni subjicitur, in altera autem de extremo reliquo prædicatur, prima oboritur figura. Velut : Homo est animal ; animal est substantia ; homo est substantia.

7. Quod si autem etiam in utraque propositione idem communis et medius terminus **330** prædicatur etiam de utrisque extremis, secunda figura efficitur. Velut : Homo est animal ; lapis non est animal ; homo non est lapis.

8. Quod si denique etiam in ambabus propositionibus idem communis et medius terminus etiam utrique extremo subjiciter, tertia figura emergit. Velut : Homo est animal ; homo est rationale ; ergo animal est rationale.

9. Prima igitur figura syllogisticos modos quatuor obtinet, totidem etiam secunda ; tertia figura sex habet modos syllogisticos.

10. Syllogistici autem modi etiam syllogisticæ conjugationes denominantur. Duæ enim propositiones secundum unum terminum conjugatæ singulos horum modorum efficiunt.

11. Omnes proin syllogisticæ conjugationes trium figurarum, sive modi syllogistici, quatuordecim efficiuntur.

12. Communia quidem igitur trium figurarum sunt, quamlibet earum habere necessario unam propositionem affirmantem, et unam universalem. **331** In nulla enim figura syllogismus unquam aut ex duabus negativis aut ex duabus particularibus constiterit. Hæc igitur tribus figuris communia sunt.

13. Propria autem primæ quidem figuræ, minorem propositionem semper habere affirmantem, et majorem semper universalem, sive affirmantem sive negantem. Ac colligit hæc figura et affirmantes et negantes, et universales et particulares conclusiones.

14. Secundæ figuræ propria sunt, majorem propositionem semper universalem habere, sive affirmantem sive negantem. Quin potius hoc commune est et primæ et secundæ figuræ ; singulariter autem secundæ figuræ propria sunt minorem propositionem habere, vel affirmantem vel negantem, sive universalis sive particularis sit ; et propositiones dissimiles figura, sive qualitate dissimiles, hoc est, unam quidem, utravis fuerit, affirmantem, reliquam negantem. Colligit autem hæc figura et universales et particulares conclusiones, verumtamen negantes omnes, et nullam unquam affirmantem.

15. Tertiæ figuræ proprium habere semper mi-

A προτάσεις κατηγορεῖται· ἢ καὶ κατ' ἄμφω ὑπόκειται.

ε'. Καὶ οὕτω τρία σχήματα συλλογισμῶν ἀναφαίνεται.

ς'. Εἰ μὲν γὰρ ὁ κοινὸς καὶ μέσος ὅρος κατὰ μὲν τὴν μίαν τῶν προτάσεων τῷ ἄκρῳ ὑπόκειται, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν τοῦ λοιποῦ ἄκρου κατηγορεῖται, τὸ πρῶτον γίνεται σχῆμα· οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ζῶον· τὸ ζῶον οὐσία· ὁ ἄνθρωπος οὐσία.

ζ'. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἑκατέραν τῶν προτάσεων ὁ αὐτὸς κοινὸς καὶ μέσος ὅρος κατηγορεῖται καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων, τὸ δεύτερον γίνεται σχῆμα· οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ζῶον, ὁ λίθος οὐ ζῶον· ὁ ἄνθρωπος οὐ λίθος.

η'. Εἰ δὲ καὶ κατ' ἄμφω τὰς προτάσεις ὁ αὐτὸς B κοινὸς καὶ μέσος ὅρος καὶ τοῖς δυσὶν ἄκροις ὑπόκειται, τὸ τρίτον γίνεται σχῆμα· οἷον, Ὁ ἄνθρωπος ζῶον, ὁ ἄνθρωπος λογικόν· τὸ ζῶον λογικόν.

θ'. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον σχῆμα συλλογιστικοὺς τρόπους κέκτηται τέσσαρας· τοσούτους δὲ καὶ τὸ δεύτερον. Τὸ δὲ τρίτον σχῆμα τρόπους ἔχει συλλογιστικοὺς ἕξ.

ι'. Συλλογιστικοὶ δὲ τρόποι καὶ συλλογιστικαὶ συζυγίαι κατονομάζονται. Δύο γὰρ προτάσεις καθ' ἕνα ὅρον συνεζευγμέναι τῶν τοιούτων τρόπων ἕκαστον ἀπεργάζονται.

ια'. Πᾶσαι τοίνυν συζυγίαι συλλογιστικαὶ τῶν τριῶν σχημάτων, εἴτουν τρόποι συλλογιστικοί, ποσοῦνται τέσσαρες καὶ δέκα.

C ιβ'. Κοινὰ μὲν οὖν τῶν τριῶν σχημάτων εἰσί, τὸ μίαν τῶν προτάσεων ἔχειν ἕκαστον αὐτῶν καταφατικὴν ἐξ ἀνάγκης, καὶ μίαν καθόλου. Ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν σχημάτων συσταίη ποτὲ συλλογισμὸς ἢ ἐκ δύο ἀποφατικῶν προτάσεων, ἢ ἐκ δύο μερικῶν. Ταῦτα μὲν οὖν τῶν τριῶν σχημάτων κοινά.

ιγ'. Ἴδια δὲ τοῦ μὲν πρώτου σχήματος τὸ τὴν ἐλάττονα πρότασιν ἔχειν ἀεὶ καταφατικήν, εἴτε καθόλου, εἴτε μερικήν, καὶ τὸ τὴν μείζονα καθόλου διαπαντὸς, εἴτε καταφατικήν, εἴτε ἀποφατικήν· συνάγει δὲ τὸ τοιοῦτον σχῆμα καὶ καταφατικὰ καὶ ἀποφατικὰ συμπεράσματα, καὶ καθόλου καὶ

D μερικά.

1. *Elenchum definit.* — 2. *Singulas particulas definitionis elenchi explicat, et ostendit, quomodo secundum eas qui aliquem velit elencho convincere, oppositum colligere et contradictionem facere debeat.* — 3. *Quomodo in uno et eodem.* — 4. *Quomodo non in nomine, sed in re.*—5. *Quomodo nec in nomine synonymo.* — 6. *Quomodo ex datis necessario.* — 7. *Quomodo non annumerato eo quod in principio est propositum.*

Digitized by Google

*— 8. Quomodo secundum idem. — 9. Quomodo ad idem. — 10. Quomodo eodem modo et in eodem tempore.—11.* **385** *Concludit hæc omnia requisita scire debere eum qui vel falso elencho decipi nolit, vel decipientes convincere vero elencho velit. —12, 13. Ostendit quomodo sophismata in dictione ad ignorationem elenchi reducantur. — 14. Ex homonymia. — 15. Ex amphibolia. — 16. Ex compositione et divisione.— 17. Ex accentu. — 18. Ex figura dictionis. — 19. Concludit de sophismatis in dictione quomodo ad ignorationem elenchi reducantur. — 20. Transit ad sophismata extra dictionem, quomodo et ipsa ad ignorationem elenchi reducuntur, et primo quidem sophisma ex pluribus interrogationibus unam faciens. — 21. A dicto secundum quid et simpliciter. — 22. A non causa ut causa. — 23. Ex accidente et consequente. — 24. Ex petitione ejus quod in principio fuit propositum.—25. Concludit et concedit etiam aliis modis sophismata omnia ad ignorationem elenchi reduci posse.*

1292

## ΚΕΦΑΛ. Λϑ'.

*Περὶ ἐλέγχου, καὶ ὅτι πάντες οἱ παραλογισμοὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν ἀνάγονται.*

α'. Ἔλεγχός ἐστιν ἀντίφασις τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς μὴ ὀνόματος, ἀλλὰ πράγματος, καὶ ὀνόματος μὴ συνωνύμου, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς τὸ αὐτό, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ.

β'. Τοίνυν εἰ μέλλει τις μὴ καλῶς λέγοντα τὸν προσδιαλεγόμενον ἀνελέγχειν, ὀφείλει τὸ ἀντικείμενον συνάγειν, οὗπερ ἂν ὁ προσδιαλεγόμενος ἀποφαίνοιτο (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἀντίφασις).

γ'. Συνάγειν δὲ τὴν ἀντίφασιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνός, οὐ μὴν ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου. Τὸ γάρ, εἰπόντος τινὸς τὸν Ἀριστοτέλην τεχνολογεῖν, ἕτερον εἰρηκέναι τὸν Πλάτωνα μὴ τεχνολογεῖν, οὐκ ἔστιν ἔλεγχος. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ ὁρισμὸς ἀντίφασιν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς εἶναι τὸν ἔλεγχον.

δ'. Μὴ ὀνόματος δὲ, ἀλλὰ πράγματος, τουτέστι μὴ μόνον ὀνόματος, ἀλλὰ καὶ πράγματος. Εἰ γὰρ ἓν μὲν ὑπάρχει τοὔνομα, διάφορα δὲ τὰ ὑπ' αὐτοῦ δηλούμενα πράγματα, καὶ ὁ μὲν ἐπ' ἄλλου σημαινομένου δοίη τὸν λόγον, ὁ δ' ἐφ' ἑτέρου ποιήσοιτο τὴν ἀντίφασιν, οὐ γίνεται ἔλεγχος.

ε'. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦ συνωνύμου ὀνόματος ἡ ἀντίφασις ἔλεγχός ἐστι. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ζῶον περιπατεῖ, ζῶον οὐ περιπατεῖ, καὶ ἄμφω γε ἀληθῆ. Ἔλεγχος οὖν ἐστιν ἡ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὀνόματός τε καὶ πράγματος ἀντίφασις.

1291 ς'. Ἐκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης συναγομένη, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρων τινῶν.

ζ'. Μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, τουτέστι, δι' ἑτέρου ὀνόματος λαμβανομένου τοῦ ζητήματος ἀντὶ προτάσεως εἰς τὸν λόγον τῆς ἀποδείξεως. Τοῦτο γὰρ ὑπάρχει τὸ ἐν ἀρχῇ.

η'. Καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ χρὴ, μὴ μέντοι κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο μέρος τοῦ ὑποκειμένου γίνεσθαι τὴν ἀντίφασιν. Εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ ξύλον κατὰ μὲν τὸ μῆκος λέγοιτο δίπηχυ, κατὰ δὲ τὸ πλάτος οὐ δίπηχυ· καὶ Αἰθίοψ κατὰ μὲν τὴν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν μέλας, κατὰ δὲ τοὺς ὀδόντας οὐ μέλας, οὐδ' οὕτως γίνεται ἔλεγχος.

ϑ'. Καὶ πρὸς αὐτὸ δὲ μὴ μέντοι πρὸς ἄλλο δεῖ ἀντιφάσκειν. Οὐδὲ γὰρ ἐλέγχειν ἐστὶ τὸ τὸν δέκα λέγειν πρὸς τὸν πέντε διπλάσιον, οὐ διπλάσιον δὲ πρὸς ἕτερον ἀριθμόν.

ι'. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ

## CAPUT XXXIX.

*De elencho, et quod omnes paralogismi ad ignorationem elenchi reducantur.*

1. Elenchus est contradictio unius et ejusdem non nominis sed rei; et nominis non synonymi, sed ejusdem ex iis quæ data sunt ex necessitate, non annumerato eo quod est in principio secundum idem et ad idem, et eodem modo, et eodem tempore.

2. Si vult igitur aliquis, non recte dicentem eum qui secum **386** confert redarguere, debet oppositum colligere ejus quod enuntiat is qui confert cum ipso; quippe hoc est contradictio.

3. Colligere autem contradictionem in uno et eodem, non in alio atque alio. Si enim cum dixerit aliquis, Aristotelem artificiose disputare, alius inquiat, Platonem non disputare artificiose, non est contradictio. Propterea dicit definitio, contradictionem esse unius et ejusdem elenchum.

4. Non autem nominis, sed rei, hoc est, non tantum nominis, sed etiam rei. Si enim unum quidem nomen fuerit, et vero res diversæ quæ ab eo declarantur; et unus quidem in alio significato assignet orationem, alter autem in alio contradictionem faciat, non fit elenchus.

5. Sed neque synonymi nominis contradictio elenchus est. Dicere enim, Animal ambulat, animal non ambulat, etiam ambo vera sunt. Elenchus igitur est unius et ejusdem et nominis et rei contradictio.

6. Quæ ex datis necessario, non ex aliis aliquibus colligitur.

7. Non annumerato eo quod est in principio, hoc est ut non assumatur quæstio per aliud nomen loco propositionis in demonstrationis orationem. Hoc enim est id **387** quod fuit propositum in principio.

8. Sed et secundum eamdem, non secundum aliam atque aliam subjecti partem oportet contradictionem fieri. Si enim idem lignum secundum longitudinem, bicubitum; secundum latitudinem, non bicubitum dicatur; et Æthiops quoad corporis superficiem niger, quoad dentes non niger; neque ita fit elenchus.

9. Et ad idem quidem, non autem ad aliud contradicere oportet. Neque enim hoc est contradicere, cum dicit aliquis denarium duplum ad quinarium, ad alium autem numerum non duplum.

10. Non solum autem secundum idem et ad idem

Digitized by Google

perfici oportet contradictionem, sed etiam eodem modo, et in eodem tempore. Eodem quidem modo, ne dicamus infantem, grammaticum et non grammaticum; aut dormientem, videntem et non videntem : unum quidem actu, alterum autem potentia accipiendo. In eodem denique tempore, ne eumdem hominem, quoad aliud tempus malum; quoad aliud tempus, non malum dicamus.

11. Hæc omnia scire oportet eum, qui aliis non vult decipi et decipientes redarguere.

12. Inde manifestum est, **388** quod omnes paralogismi ad ignorationem elenchi referantur; cum sint falsi quidam et captiosi elenchi, et ea de causa sophistici elenchi vocentur, ut quod illis sophistæ utantur, quibus nihil aliud curæ est, quam eum cum quo conferunt, ejusmodi coloratis syllogismis decipere.

13. Si igitur verus elenchus contradictio est unius et ejusdem non tantum nominis, sed etiam rei : qui hoc sciverit, sophismatis in dictione non seducetur.

14. Nam et homonymia per diversam nominis significationem diversas res inducit.

15. Et amphibolia propter orationem et constructionem quæ unam formam non habent, circa unum non versatur.

16. Et vero compositio alias res composite, alias divise declarat. Atqui in proprie dicto elencho unum et idem prorsus et extra compositionem et in compositione declarari oportet.

17. Accentus autem præterquam quod diversas significationes infert, ne quidem unum idemque per omnia nomen servat.

18. Sed et dictionis figuratio significationem rerum immutat.

19. Atque hinc in nullis sophismatis in dictione unum idemque cum nomen tum rem invenire licet, **389** quemadmodum veri elenchi definitio requirit.

20. Ubi autem locum habebit id etiam quod plures interrogationes unam facit, ut etiam ad sophismata extra dictionem respiciamus, siquidem elenchus unius et solius rei tum nominis, nec diversorum contradictionem ratiocinatur?

21. Quomodo autem paralogismus a dicto secundum quid et simpliciter cum elencho jungetur, cum in una et eadem re contradictionem non ratiocinetur?

22. Quod si etiam ex datis necessario elenchus conficitur, utique qui non est ex datis necessario, haud elenchus fuerit, qualis est is qui non causam ut causam ponit.

23. Jam vero qui ex accidente et consequente sunt, etsi etiam ex datis concludere videntur, tamen nec ipsi ex necessitate concludunt. Neque enim quæ prædicato secundum essentiam non insunt, hæc de subjecto prædicari necesse est; unde accidentis syllogismus non est. At pars ejus qui est ex accidente, is etiam est qui est ex consequente :

A τελεῖσθαι χρὴ τὴν ἀντίφασιν, ἀλλὰ καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Ὡσαύτως μὲν, ἵνα μὴ λέγωμεν τὸ βρέφος γραμματικόν τε καὶ οὐ γραμματικόν· ἢ τὸν κοιμώμενον ὁρῶντα καὶ οὐχ ὁρῶντα, τὸ μὲν κατὰ τὸ δυνάμει, τὸ δὲ κατὰ τὸ ἐνεργείᾳ λαμβάνοντες· ἐν τῷ αὐτῷ δὲ χρόνῳ, ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον λέγωμεν κατ' ἄλλον μὲν χρόνον φαῦλον, κατ' ἄλλον δὲ πάλιν χρόνον οὐ φαῦλον.

ια'. Ταῦτα πάντα χρεὼν εἰδέναι τὸν μή τ' ἀπατᾶσθαι, καὶ τοὺς ἐπατῶντας ἐλέγχειν βουλόμενον.

ιβ'. Ἐντεῦθεν δῆλόν ἐστιν, ὡς οἱ παραλογισμοὶ πάντες εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν ἀναφέρονται. ψευδεῖς τινες ὄντες ἔλεγχοι καὶ ἀπατηλοὶ, καὶ διὰ τοῦτο σοφιστικοὶ καλούμενοι ἔλεγχοι, ὡς χρωμένων τούτοις τῶν σοφιστῶν, τῶν μηδὲν ἄλλο ἐσπουδακότων B ἢ τοιούτοις κεχρωματισμένοις συλλογισμοῖς τὸν προσδιαλεγόμενον ἀπατᾷν.

ιγ'. Εἰ τοίνυν ὁ ἀληθὴς ἔλεγχος ἀντίφασίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς μὴ μόνον ὀνόματος, ἀλλὰ καὶ πράγματος· ὁ τοῦτο εἰδὼς οὐκ ἂν παρασυρείη τοῖς παρὰ τὴν λέξιν σοφίσμασιν.

ιδ'. Ἥ τε γὰρ ὁμωνυμία διάφορα εἰσάγει τὰ πράγματα διὰ τῆς διαφόρου σημασίας τοῦ ὀνόματος.

ιε'. Καὶ ἡ ἀμφιβολία διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς συντάξεως τὸ μονοειδὲς οὐκ ἐχόντων οὐ περὶ ἓν καταγίνεται.

ις'. Καὶ ἡ σύνθεσις δὲ καὶ ἡ διαίρεσις ἄλλα μὲν συντεθειμένως, ἄλλα δὲ διῃρημένως δηλοῦσι πράγματα. Δεῖ δ' ἐπὶ τοῦ κυρίως ἐλέγχου τὸ αὐτὸ καὶ ἓν δηλοῦσθαι παντοίως καὶ χωρὶς καὶ μετὰ συνθέσεως. C

ιζ'. Ἡ δὲ προσῳδία, πρὸς τῷ διαφόρους φέρειν τὰς σημασίας, οὐδὲ τοὔνομα φυλάσσει τὸ αὐτὸ καὶ ἓν κατὰ πάντα.

ιη'. Καὶ ὁ τῆς λέξεως δὲ σχηματισμὸς τῶν πραγμάτων ἐναλλάττει τὴν δήλωσιν.

ιθ'. Κἀντεῦθεν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, καθὼς ὁ τοῦ ἀληθοῦς ἐλέγχου λόγος ἀπαιτεῖ.

κ'. Ποῦ δ' ἕξει χώραν καὶ ὁ τὰ πλείω ἐρωτήματα ποιῶν ἕν, ἵνα καὶ πρὸς τοὺς ἔξω τῆς λέξεως ἴδωμεν σοφισμοὺς, εἴπερ ὁ ἔλεγχος ἑνὸς καὶ μόνου πράγματός τε καὶ ὀνόματος, ἀλλ' οὐ διαφόρων ἀντίφασιν συλλογίζεται;

κα'. Πῶς δ' ἂν ὁ παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς παραλογισμὸς μετὰ τοῦ ἐλέγχου ταχθείη, μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς πράγματος συλλογιζόμενος τὴν ἀντίφασιν; D

κβ'. Εἰ δὲ κἀκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης ὁ ἔλεγχος γίνεται, πάντως ὁ μὴ ἐκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης οὐκ ἔλεγχος· ὁποῖος ὁ τὸ μὴ αἴτιον τιθεὶς ὡς αἴτιον.

κγ'. Ὁ δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον, εἰ καὶ δοκοῦσι συμπεραίνειν ἐκ τῶν δοθέντων, ἀλλ' οὐ συμπεραίνουσιν ἐξ ἀνάγκης οὐδ' αὐτοί. Οὐδὲ γὰρ ὅσα μὴ κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τῷ κατηγορουμένῳ, ταῦτ' ἀνάγκη τοῦ ὑποκειμένου κατηγορεῖσθαι· ὅθεν τοῦ συμβεβηκότος οὐκ ἔστι συλλογισμός. Μέρος δὲ τοῦ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς καὶ

Digitized by Google

ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον, μόνῳ διαλλάττων τῷ λαμβάνειν τὴν μείζω πρότασιν ἐκ διεψευσμένης ἀντιστροφῆς. Οὐδ' ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἄρα συλλογισμός, ὥσπερ οὐδ' ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκός· οὐδεὶς γὰρ ἔχει τὸ ἐξ ἀνάγκης. Οὔτε γὰρ, εἰ ὁ ἄνθρωπος ζῶον, τὸ δὲ ζῶον δισύλλαβον, ἀνάγκη τὸν ἄνθρωπον εἶναι δισύλλαβον· ἐπεὶ μηδὲ τῷ ζώῳ πρόσεστιν οὐσιωδῶς τὸ δισύλλαβον, ἵνα καὶ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου λεχθείη ζώου τυγχάνοντος. Οὔτ' αὖθις εἰ ὁ μαινόμενος φεύγει πρὸς ἔρημον, ἀληθὴς δήπου καὶ ἡ ἀντιστροφή, τὸν φεύγοντα πρὸς ἔρημον ἤδη καὶ μαίνεσθαι. Οὐδὲ γάρ ἐστιν (οὐκ ἔστι) τῷ διὰ φιλοσοφίαν ζητοῦντι τὰς ἐρήμους τὸ μαίνεσθαι, τοὐναντίον μενοῦνγε μᾶλλον τὸ σωφρονεῖν. Διὰ ταῦτ' ἄρα τῷ τοῦ ἐλέγχου ὅρῳ τὸ ἐξ ἀνάγκης προσκείμενον ἀναγκαίως ἀποτρέπει τούς τε τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον τιθέντας, τοὺς παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τοὺς παρὰ τὸ ἑπόμενον σοφισμούς.

A hoc solo evarians quod majorem propositionem ex falsa conversione accipit. Neque igitur qui ex consequente, syllogismus est; quemadmodum nec is qui ex **390** consequente (est paralogismus), syllogismus est; quemadmodum nec is qui ex accidente est; neuter enim id habet, quod ex necessitate est. Neque enim si homo est animal, animal autem est trisyllabum, necesse est ut homo sit trisyllabus; quandoquidem neque animali essentialiter convenit trisyllabum, ut etiam de homine diceretur, qui (homo) est animal. Neque rursus si insaniens fugit ad desertum, vera nimirum est conversio hæc, eum qui fugit ad desertum, jam etiam insanire. Neque enim inest, non inest, inquam, ei qui propter philosophiam quærit deserta, insanire; B sed contra potius sapere et moderatum esse. Eapropter igitur τὸ ex necessitate definitioni elenchi adjectum necessario avertit, et ea quæ non causam pro causa ponunt, et quæ ex accidente et consequente sunt sophismata.

κδ'. Τοὺς δὲ τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦντας ἀκροβολίζει τὸ μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ.

24. Illa denique quæ petunt id quod in principio est propositum, configit hoc, non annumerato eo quod est in principio.

κε'. Καὶ ἄλλως δ' ἂν ἴσως ἐκ διαφόρων μερῶν τοῦ τὸν ἀληθῆ δηλοῦντος ἔλεγχον ὁρισμοῦ, μὴ ὄντας ἐλέγχους, ἀπελέγξοι τοὺς σοφιστικοὺς ὁ ἐξεταστικός.

25. Et vero etiam aliter fortassis ex diversis partibus definitionis elenchum verum declarantis, sophisticos elenchos accuratus indagator non esse veros elenchos arguerit.

**391** *Tabula capitis* 39, *de elencho*, etc.




## SYNOPSIS CAPITIS XL,

### QUOD EST DE PROPOSITIONIBUS ET SYLLOGISMIS.

1. *Divisiones aliquot propositionis repetit.* — 2. *Privativam propositionem describit, ostendens simul quare cum simplex sit privativa tamen dicatur.* — 3. *Prædicatorum in propositionibus simplicibus sive habitum sive privationem significantibus et in transpositis diversam rationem explicat.* — **392** 4. *Monet, ne vro exemplis proposita, vro integris propositionibus accipiantur, sed pro prædicatis tantum et vro*

Digitized by Google

*propositionibus. — 5. Docet, ad simplicem affirmationem consequi negationem transpositam, et propterea etiam propositionem transpositam appellari. — 6. Movet quæstionem, quare non etiam propositiones privativæ, dictæ sint transpositæ, quia nimirum non par est earum ratio per omnia, et simul tabulam proponit consecutionis propositionum simplicium privativarum et transpositarum. — 7. Ostendit quatenus propositæ φάσεις æquipolleant propositionibus indefinitis et simul veræ sint. — 8. Quatenus contradicant et verum falsumque dividant. — 9. Singulos modos syllogisticos trium figurarum breviter repetit et hypotheticorum syllogismorum ac sophisticorum elenchorum summam assignat.*

## CAPUT XL.

*De propositionibus et syllogismis.*

1. Omnis propositio aut affirmatio est aut negatio. Omnis autem affirmatio et omnis negatio subjectum habet, et prædicatum, aut etiam tertium apprædicatum, aut etiam modum : et vel cum prædefinitione (signo), aut sine prædefinitione effertur ; et vel particularis est, vel universalis, vel singularis ; et **393** vel simplex est, vel cum transpositione : et vel habitum declarat, vel privationem.

2. Cæterum quæ privationem declarat, privativa denominata est : ut, Hic est injustus, aut insipiens, aut immisericors, aut imprudens, aut evirstus, aut intemperans. Est autem et hæc simplex ; sed propterea quod habitum non ostendit, sed privationem, peculiariter privativa vocata est.

3. Τὸ justus igitur unum declarat, sive τὸ homo, sive etiam proprium nomen adjectum habeat, siquidem affirmationis pars fuerit : eodemque modo et τὸ injustus. Sin negationis pars fuerit, siquidem etiam finitum nomen habet, iterum unum declarat : velut, Phalaris non est justus : aut Phalaris non est justus homo : aut Simon non est homo injustus. Si vero nomen non proprium, sed tantum τὸ homo adjectum habuerit negatio, non unum sed tria declarat. Etenim non est justus homo, injustus homo et modo infans, et si quid præter hominem equus, lapis, et non ens. Hæc enim neque homines, neque justi sunt. Similiter, non est injustus homo, et homo justus et puerulus, qui nec habitum nec privationem participavit ; et omne aliud quod homo non est. **394** Et ita quidem res se habet in simplicibus propositionibus habitum aut privationem declarantibus. Quæ autem ex transpositione est negatio, non habens nomen proprium, duo quædam significat : similiter et affirmatio. Namque non est homo non justus ; et justus homo, et siquid præter hominem. Bos enim, cum omnino non sit homo, quomodo sit homo non justus ? Quare contradictione oppositum non est, Homo non justus (de bove verum erit). Atqui est homo non injustus et injustus homo, et infans qui homo quidem est, sed æque justus neque injustus.

4. Sed hæc omnia scire oportet, non esse vere propositiones, sed partes propositionum, prædicata scilicet. Quapropter etiam subjecta extrinsecus accipiunt. Omnis autem propositio peculiare subjectum habet, et non extrinsecus ipsum accipit.

5. Proinde ad hanc simplicem affirmationem, Est homo justus, negatio ex transpositione consequitur, Non est homo non justus. Propterea enim etiam

## ΚΕΦΑΛ. Μ'.

*Περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν.*

α'. Πᾶσα πρότασις ἢ κατάφασίς ἐστιν, ἢ ἀπόφασις. Πᾶσα δὲ κατάφασις, καὶ πᾶσα ἀπόφασις, ὑποκείμενον ἔχει καὶ κατηγορούμενον, ἢ καὶ τρίτον προσκατηγορούμενον, ἢ καὶ τρόπον· καὶ ἡ μετὰ προσδιορισμοῦ ἐκφέρεται, ἢ χωρὶς προσδιορισμοῦ· καὶ ἡ μερική ἐστιν, ἢ καθόλου, ἢ καθέκαστα· καὶ ἡ ἁπλῆ ἐστιν, ἢ ἐκ μεταθέσεως· καὶ ἡ ἕξιν δηλοῖ, ἢ στέρησιν.

β'. Ἡ δηλοῦσα καὶ τὴν στέρησιν στερητικὴ κατωνόμασται· ὡς τὸ, Οὗτος ἄδικός ἐστιν, ἢ ἄσοφος, ἢ ἀνελεήμων, ἢ ἄφρων, ἢ ἀνανδρος, ἢ ἀκόλαστος. Ἁπλῆ δέ ἐστι καὶ αὕτη· διὰ δὲ τὸ μὴ δηλοῦν ἕξιν, ἀλλὰ στέρησιν, ἰδίως ἐκλήθη στερητική.

γ'. Τὸ μὲν οὖν δίκαιος ἓν δηλοῖ, κἂν τε τὸ ἄνθρωπος ἔχῃ προσκείμενον, κἂν τε καὶ κύριον ὄνομα, εἴ γε δὴ καταφάσεως εἴη μέρος· ὡσαύτως καὶ τὸ ἄδικος. Εἰ δ' ἀποφάσεως εἴη μέρος, εἰ μὲν ἔχει καὶ ὡρισμένον ὄνομα· πάλιν ἓν δηλοῖ οἷον, Ὁ Φάλαρις δίκαιος οὐκ ἔστιν· ἢ, Ὁ Φάλαρις ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν· ἢ, Ὁ Σίμων ἄνθρωπος ἄδικος οὐκ ἔστιν. Εἰ δ' οὐκ ἔχει κύριον ἡ ἀπόφασις ὄνομα, μόνον δὲ τὸ ἄνθρωπος προσκείμενον, οὐχ ἕν, ἀλλὰ τρία (τινὰ) δηλοῖ ἡ ἀπόφασις. Ἄνθρωπος γὰρ δίκαιος οὐκ ἔστιν, ὁ ἄδικος ἄνθρωπος καὶ τὸ ἀρτιγενὲς βρέφος, καὶ εἴ τι παρὰ τὸν ἄνθρωπον, ὁ ἵππος, ὁ λίθος, τὸ μὴ ὄν. Ταῦτα γὰρ οὔτ' ἄνθρωποί εἰσιν, οὔτε δίκαιοι. Ὡσαύτως ἄνθρωπος ἄδικος οὐκ ἔστιν, ὁ δίκαιος ἄνθρωπος, καὶ τὸ μήτε τῆς ἕξεως μήτε τῆς στερήσεως μετέχον παιδίον, καὶ πᾶν ἕτερον ὃ μηδ' ἄνθρωπος. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἕξιν ἢ στέρησιν δηλουσῶν προτάσεων ἁπλῶν. Ἡ δ' ἐκ μεταθέσεως ἀπόφασις μὴ κύριον ὄνομα ἔχουσα, δύο τινὰ δηλοῖ· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κατάφασις. Ἄνθρωπος γὰρ οὐ δίκαιος οὐκ ἔστι, καὶ ὁ δίκαιος ἄνθρωπος, καὶ εἴ τι παρὰ τὸν ἄνθρωπον. Ὁ γὰρ βοῦς, μὴ ὢν ὅλως ἄνθρωπος, πῶς ἂν εἴη οὐ δίκαιος ἄνθρωπος; Ὥστε τὸ ἀντιφατικῶς ἀντικείμενον, Ἄνθρωπος οὐ δίκαιος οὐκ ἔστιν· ἄνθρωπος δὲ οὐ δίκαιός ἐστιν, ὅ τε ἄδικος ἄνθρωπος, καὶ τὸ βρέφος, ὅπερ ἄνθρωπος μὲν ἔστιν, οὔτε δὲ δίκαιος, οὔτε ἄδικος.

δ'. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα δέον εἰδέναι, ὅτι προτάσεις οὐκ εἰσὶ κατ' ἀλήθειαν, ἀλλὰ μέρη προτάσεων τὰ κατηγορούμενα· διὰ τοῦτο καὶ ὑποκείμενα ἔξωθεν δέχονται. Πᾶσα δὲ πρότασις ἴδιον ὑποκείμενον ἔχει, καὶ οὐκ ἔξωθεν αὐτὸ δέχεται.

ε'. Τῇ μὲν οὖν ἁπλῇ καταφάσει τῇ, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν, ἡ ἐκ μεταθέσεως ἀπόφασις συνακολουθεῖ, ἡ Ἄνθρωπος οὐ δίκαιος οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο

Digitized by Google

γὰρ καὶ ὑπ' αὐτὴν τέτακται παρὰ τῷ τεχνολόγῳ καὶ ἐκ μεταθέσεως, ὡς τινες ἔφασαν, εἴρηται· διότι ὑπὸ τὴν κατάφασιν ἡ ἀπόφασις, καὶ ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ἡ κατάφασις. A

ς'. Ἀλλὰ πῶς οὐκ ἐκλήθησαν οὕτω καὶ αἱ στερητικαὶ, τὴν αὐτὴν τεταγμέναι τάξιν· οὕτω γὰρ ἔχει ἡ τάξις·

Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν.
Ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν.
Ἄνθρωπος ἄδικος οὐκ ἔστιν.
Ἄνθρωπος ἄδικός ἐστιν.
Ἄνθρωπος οὐ δίκαιος οὐκ ἐστιν.
Ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἔστιν

Ἡμεῖς μὲν οὖν διά τί ἐκ μεταθέσεως ὠνομάσθησαν, ὡς ὑπελάβομεν, προειρήκαμεν· ὅτι δὲ, ὃς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν, οὗτος ἄνθρωπος ἄδικος οὐκ ἔστι, καὶ ἄνθρωπος οὐ δίκαιός οὐκ ἔστι, φανερόν. Οὐ μὴν δὲ ὃς ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν, ἤδη καὶ ἄνθρωπος ἄδικός ἐστι. Τὸ γὰρ νεογνὸν ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν· οὐκ ἤδη δὲ καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἄδικος. Ἀλλ' ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἐστιν. Ὃς δὲ ἄνθρωπος ἄδικός ἐστιν, ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστι. Ταῦτα καὶ χωρὶς τῆς τεχνολογικῆς περιεργίας δῆλα τῷ νουνεχεῖ, τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ὑπαγορεύουσαν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν ἔχοντι. B

ζ'. Δεῖ δ' ἐφιστάνειν ὅλως, ὅτι τὸ ἄνθρωπος ὑποκείμενον λαμβάνοντες ἐπὶ τῶν προσεχῶς δεδηλωμένων φάσεων, προτάσεις αὐτὰς ἀδιορίστους ποιήσομεν· τὰς ἀδιορίστους δὲ προτάσεις, ἐπὶ διαφόρων τοῦ ὑποκειμένου μερῶν, ὁμοίως ταῖς μερικαῖς δυναμένας συναληθεύειν, Ἀριστοτέλης φησίν. Ὅθεν τὴν, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι, πρότασιν, καὶ τὴν, Ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν, ἐπὶ διαφόρων τοῦ καθόλου ἀνθρώπου μερῶν, ἤγουν ἐπὶ διαφόρων ἀτόμων λαμβανομένας, κατὰ τὴν τῶν ἀποφαινομένων ἔννοιαν ἰσχύειν συναληθεύειν οὐκ ἀπὸ λόγου. C

η'. Ὅταν μέντοι τὸ ἄνθρωπος ὡς ὑποκείμενον μὴ λαμβάνοι τις, ἀλλ' ὅλον τὸ, Ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν, ὡς κατηγορούμενον ἑτέρου ὑποκειμένου λαμβανομένου· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ, Ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔστιν· εἰκότως τότε τὸ ψεῦδος διαιροῖη καὶ τὴν ἀλήθειαν ἄτερ ἀμφιβολίας τινός. Ἀνάγκη γὰρ τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μὴ ὄντων ἕκαστον ἢ εἶναι τυχὸν ἄνθρωπον δίκαιον, ἢ μὴ εἶναι. Περιλαμβάνει γὰρ ἡ ἀντίφασις πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα· καὶ ἐφ' ὧν ἀληθεύει τὸ ἓν μόριον τῆς ἀντιφάσεως, ἐπ' ἐκείνων ψεύδεται θάτερον· ἐφ' ὧν δ' ἐκεῖνο ψεύδεται, τὸ λοιπὸν ἀληθεύει. Τοσαῦτα καὶ νῦν περὶ προτάσεων. D

θ'. Συλλογισμοὶ δὲ τοῦ πρώτου σχήματος, ἤγουν συλλογιστικοὶ τρόποι, τέσσαρες παραδίδονται. Πρῶτος ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ πᾶς συνάγων πᾶς· δεύτερος ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ οὐδεὶς συνάγων οὐδείς· τρίτος ὁ ἀπὸ τῆς τὶς καὶ πᾶς, συνάγων τίς. Τέταρτος, ὁ ἀπὸ τῆς τὶς καὶ οὐδεὶς, συνάγων οὐ πᾶς. Τέσσαρες τρόποι καὶ τοῦ δευτέρου σχήματος συλλογιστικοί· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς, καὶ οὐδεὶς, συνάγων οὐδείς· ὁ ἀπὸ τῆς οὐδεὶς καὶ πᾶς συνάγων καὶ αὐτὸς οὐδείς· ὁ ἀπὸ τῆς τὶς καὶ οὐδεὶς, συνάγων οὐ πᾶς· ὁ ἀπὸ τῆς οὐ πᾶς καὶ πᾶς, συνάγων καὶ αὐτὸς οὐ πᾶς. Ἐξ δὲ

sub ipsa collocata est apud artificem (logicum) et ut quidam dicunt ex transpositione dicta, quia sub affirmatione est negatio, et sub negatione affirmatio.

**395** 6. Sed quomodo non etiam privativæ sic vocatæ sunt quæ eodem collocantur ordine. Sic enim ordo habet :

Est homo justus.
Non est homo justus.
Non est homo non justus.
Non est homo justus.
Est homo justus.
Est homo non justus.

Nos igitur quare ex transpositione nominatæ sint ut existimavimus, ante diximus. Quod autem qui est justus homo, hic non sit homo injustus, et non sit homo non justus, manifestum est. Non autem qui non est justus homo, jam etiam est homo injustus. Nam recens natus infans, non est justus homo : non autem jam etiam est homo injustus, sed est homo non justus. Qui autem est homo injustus, est homo non justus, et non est homo justus. Hæc etiam absque operosa artis inquisitione cuivis intelligenti manifesta sunt, qui ipsam rerum naturam habet sibi verum denuntiantem.

7. Omnino autem hic adjiciendum est quod si τὸ homo in modo expositis dictionibus pro subjecto accipiamus, ipsas indefinitas propositiones facturi simus. Jam vero indefinitas propositiones de diversis subjecti partibus, perinde ut particulares, simul verum **396** dicere Aristoteles profitetur. Unde hanc, homo est justus, propositionem, et hanc, homo non est justus, de diversis universalis hominis partibus, hoc est, de diversis individuis acceptam pro enuntiantium conceptu simul verum posse dicere, non est a ratione alienum.

8. Quod si autem τὸ homo, ut subjectum non accipiat aliquis, sed totum hoc, Est homo justus, ut prædicatum alterius subjecti quod assumitur; et eodem modo, hoc ipsum, Non est justus homo; tunc merito verum et falsum citra ullam ambiguitatem diviserit. Necesse est enim quodvis cum entium, tum non entium, esse exempli gratia hominem justum vel non esse. Contradictio enim omnia complectitur et entia et non entia et in quibus una pars contradictionis verum dicit, de illis mentitur altera : de quibus autem illa mentitur, verum dicat reliqua. Et tantum etiam nunc de propositionibus.

9. Syllogismi autem primæ figuræ, hoc est modi syllogistici, quatuor fuere traditi. Primus ex (propositionibus) omnis et omnis colligens omnis : secundus ex omnis et nullus colligens nullus; tertius ex aliquis et omnis colligens **397** aliquis; quartus ex aliquis et nullus colligens non omnis. Quatuor modi etiam secundæ figuræ syllogistici, primus ex omnis et nullus colligens nullus; secundus ex nullus et omnis colligens nullus : tertius ex aliquis et nullus colligens non omnis; quartus ex non omnis et omnis colligens et ipse non omnis. Sex autem



Digitized by Google

tertiæ figuræ modi sunt syllogistici ; primus ex omnis et omnis colligens aliquis : secundus ex omnis et nullus colligens non omnis : tertius ex aliquis et omnis colligens aliquis ; quartus ex aliquis et nullus , colligens ut secundus modus , non omnis ; quintus ex omnis et aliquis colligens ut tertius modus, aliquis ; sextus , ex omnis et non omnis colligens juxta secundum et quartum modum, non omnis. Hypothetici sex sunt : et elenchi sophistici tredecim.

Α τοῦ τρίτου σχήματος τρόποι συλλογιστικοί· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ πᾶς, συνάγων τίς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ οὐδείς, συνάγων οὐ πᾶς· ὁ ἀπὸ τῆς τὶς καὶ πᾶς συνάγων τίς· ὁ ἀπὸ τῆς τὶς καὶ οὐδείς, συνάγων ὡς δεύτερος τρόπος οὐ πᾶς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ τὶς συνάγων ὡς ὁ τρίτος τρόπος τίς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ οὐ πᾶς, συνάγων κατὰ τὸν δεύτερον καὶ τὸν τέταρτον τρόπον οὐ πᾶς. Ὑποθετικοὶ ἕξ· καὶ σοφιστικοὶ ἔλεγχοι δεκα καὶ τρεῖς.

## μ'. *Περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν.*

Πᾶσα πρότασις { ἢ κατάφασις, ἢ ἀπόφασις.

Ἔτι ἡ πρότασις δήλοῖ { ἢ ἕξιν, ἢ στέρησιν.

Ἔτι ἡ πρότασις { ἢ ἁπλῆ, ἢ μεταθέσεως.

## *Tabula capitis* 40, *de propositionibus et syllogismis.*

Omnis propositio est aut { affirmatio, negatio.

**398** Præterea omnis propositio declarat aut { habitum, privationem.

Insuper propositio est aut { simplex, ex transpositione.

Non est justus homo et { injustus homo, infans modo natus, quidquid præter hominem est equus, lapis, chimæra.

Non est injustus homo et { justus homo, infans, quidquid est homo.

Est homo non justus { justus homo, infans, non etiam quidquid præter hominem est, equus, lapis.

**399** Non est homo non justus { justus homo, quidquid præter hominem est, non etiam infans.

Digitized by Google

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

## ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

## ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗΣ ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Β'.

—

# ΕΠΙΤΟΜΗ ΦΥΣΙΚΗ.

—

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

## EPITOMES ISAGOGICÆ LIBER II.

—

# EPITOME PHYSICA.

—

## JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

### PRÆFATIO

*Textui Græco, anno 1595 Augustæ Vindelicorum edito *, præmissa.*

Nobilissimo et magnifico, pietate, doctrina prudentia, spectatissimo viro, Domino, Alberto a Stetten in Bocksperg, reipubl. Augustanæ consuli, et ecclesiæ evangelicæ curatori, collegiique administratori, Domino suo plurimum honorando, salutem et gratiam a Deo.

Quibus a rebus alias artes et scientiæ commendari solent, nobilissime et magnifice vir, domine plurimum honorande, eæ in physica, hoc est, in illa scientia quæ circa corporum naturalium principia, causas, proprietates, vires et effectus versatur, copiosissime se offerunt. Cum enim origo primum et antiquitas eis laudem conciliare soleat, antiquissima est physica, quæ suam originem ab ipso habet Deo opt. maximo, qui eam primo homini, Adamo, cæteris creaturis quasi alteri in terris præfecto Deo, insevit ; cujus hic etiam beneficio omnibus ad se conditore adductis animalibus in paradiso convenientia naturæ nomina imposuit, et sine dubio etiam cæterarum substantiarum naturalium intima mysteria perspexit. Quanquam vero hæc illius naturalium rerum scientia per lapsum invidia Satanæ haud parum imminuta, non tamen prorsus sublata fuit. Nam aliquam ejus partem retinuit, et liberis suis tradidit : ut sinceriorem quidem physicæ notitia in patriarcharum aliorumque sanctorum, Sethi, Nohæ, Semi, Abrahami, Jacobi, Josephi, Mosis etc. familia permanserit, et ad eorum posteros, atque hinc per tot migrationes ad alios etiam infideles populos, Chaldæos imprimis, Babylonios et Ægyptios transmissa fuerit. De Salomone certe rege vetustissimo sacræ litteræ diserte testantur, quod non tantum aliis sapientiæ partibus, sed et hac ipsa quæ est rerum naturalium ita excelluerit ut disputarit de lignis a cedro quæ est in Libano usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, et disseruerit de jumentis et volucribus, et reptilibus et piscibus : adeo quidem, ut de universis popu-

* *Nicephori Blemmidæ Epitome physica, triginta et unius gravissimorum capitum cum fragmento insuper exegeseos in psalmum octavum : quibus non tantum physica, sed etiam geographica, astronomica, optica, astrologica et theologica multa pertractantur : quam ante annos 370 ab auctore conscriptam jamprimum e manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ edidit Joannes Wegelinus, Augustanus : præmissa commendatione physicæ et adjuncto sub finem libri Indice. Aug. Vindel. excudit David Francus a.* 1605.

Digitized by Google

lis et regibus terræ cum ad reliquam, tum etiam ad hanc ejus sapientiam audiendam concursum fuerit. Quid ? quod etiam ethnici qui moralem philosophiam a Socrate primum excultam et in urbibus collocatam, inque domos introductam aiunt, ut auctor est Aristoteles et Cicero, ante illum commemorant Thaletem Milesium, Anaxagoram, Empedoclem, Democritum, Pythagoram, et alios illustres philosophos, qui omnes in contemplatrice philosophia, adeoque etiam in naturali scientia insignes et clari fuerunt ; ut cuivis sit hinc facile colligere, naturalem scientiam morum disciplina quatenus quidem hæc certis præceptis comprehensa est, multo antiquiorem esse. Jam vero cum artibus et scientiis ipsa etiam suavitas et jucunditas tribuere laudem soleat ; et ab hac physica merito commendari potest. Quid enim suavius, adeoque homine dignius, quam ex humilitate terrenarum et angustarum caducarumque rerum in altitudinem et amplitudinem ascendere rerum cœlestium ? tot cœlorum orbes, magnitudines, distantias ; tot stellarum in iis pulcherrima corpora, tot eorumdem tamque varios nec tamen irregulares motus ; tam diversos luminis et cum lumine virtutum influxus in hæc inferiora ; imprimis vero solis et lunæ effectus in dierum et noctium vicissitudinibus, incrementis, decrementis ; in mensium, annorum, statorum temporum successionibus, contemplari ? Quid jucundius, quam a cœlis et igni qui supremum inter elementa locum obtinet, ad aerem decrescendo, tot et tam varia per diversas ejus regiones meteora, partim vere subsistentia, partim ita tantum propter umbræ et luminis commistiones radiorumque refractiones apparentia spectare, eorumdem causas, materiam, formam, efficientia, fines ; tot inquam inflammationum, chasmatum cometarum, pluviæ, roris, pruinæ, nivis, grandinis, tonitruorum, fulminum, halonum, iridum, pareliorum, ventorum, etc. considerare ? Quid voluptuosius, quam delatum ad aquas et terram fontium et fluviorum ortus, marium æstus, terræ concussiones, totidemque etiam in iis substantiarum, ut herbarum, fruticum, plantarum, lapidum item et metallorum, aliorumque fossilium proprietates et differentias scrutari ? Quid ad animi oblectationem magis comparatum, quam tot in aere, aqua, terra degentium animalium naturam, in primis vero hominis cognoscere ; qui non tantum ex corpore, cujus partium structura, et coagmentatio solertissima et divinissima est ; sed etiam ex anima intelligente constat, quæ facultates et operationes habet multiplices et plane admirabiles ? Quin imo ipsorum elementorum mutationes in se invicem itemque prima principia, materiam et formam, ac communissima omnium exinde constantium rerum attributa, motum infinitum, locum et tempus examinare ? Merito igitur gravissimus auctor Cicero dixit, considerationem contemplationemque naturæ naturale quoddam animorum ingeniorumque esse pabulum. Multi picturarum, et imaginum, alii etiam ædificiorum, basilicarum, theatrorum inspectione delectantur. Sed quid ista omnia humani ingenii inventa et opera ad totius universi picturatissimum opus, ad hoc naturæ amplissimum theatrum quod a Deo opt. max. ex nihilo productum est, et adhuc potentissime sustentatur regiturque ? Hic sane, hic inquam veræ ingeniis excelsioribus voluptates paratæ sunt, non quidem illæ in esu ac potu, in lusibus, in pecuniis, in sodalitatibus, in amoribus, adeoque in corporis titillationibus, sed in animorum deliciis et oblectationibus consistentes ; quæ nec ut illæ crassæ et corporeæ momentanea brevitate inanes relinquunt sectatores suos, nec diuturnitate molestiam creant, nec ipso usu damnum inferunt. Nimirum quod Cicero generatim dixit de studiis litterarum, hoc sigillatim de naturalium rerum scientia et contemplatione verissime affirmari potest, quod alat adolescentiam, senectutem oblectet, secundas res ornet, adversis perfugium et solatium præbeat, delectet domi, non impediat foris, pernoctet nobiscum, peregrinetur, rusticetur. Quis igitur non vel hujus suavitatis et jucunditatis nomine, qua plena est, physicam magnifaciendam putet ?

Verum enimvero non hæc tantum suavitas et jucunditas, sed etiam multiplex utilitas in commendationibus physicæ commemoranda venit. Nam licet etiam propter solam naturæ cognitionem et contemplationem, quam ut contemplatim scientia pro fine sibi propositam habet physica, minime contemnenda sit, quamplurimæ tamen illi etiam aliæ utilitates adjunguntur. Ad universam enim fere philosophiam multas et magnas utilitates affert. Ad metaphysicam quidem, quod ex continua moventium et mobilium serie quæ infinita esse non potest, ad primum motorem Deum opt. max. motus omnis et mutationis experiem quin et ad cœlestium intelligentiarum ab Aristotele sphæris ætheriis assignatarum cognitionem nos adducit, quod item animæ humanæ inchoatam explicationem metaphysicæ perficiendam et absolvendam tradit. Ad mathematicas vero etiam disciplinas, imprimis ad illas quæ minus pure et sincere mathematicæ vocantur, quod objecta sua ex physica mutuantur; astronomia quidem cœlum, musica sonum et vocem, optica radium visivum, quæ omnia ex physica desumuntur. Sed et astrologicis et physiognomonicis prædictionibus hactenus tantum fides adhibetur, quatenus illæ principiis physicis et hinc exstructis fundamentis nituntur.

Præterea ad moralem philosophiæ partem plurimum emolumenti affert physica. Ut enim de ethica in specie sic dicta saltem id ostendam, primo ad Nicomachum libro philosophus divisionem animæ facultatum ex physica repetit, ut subjectum felicitatis moralis adeoque etiam virtutis, cujus illa exercitio definitur, manifestum fiat ; secundo virtutem in intellectualem et moralem partitur; tertio de spontaneo et invito, quinto de jure naturali et talione agit ; sexto virtutes intellectuales explicat ; septimo de continentia et incontinentia itemque de voluptate, ut et decimo, disserit ; quæ omnia absque anima ejusque quoad

Digitized by Google

varias facultates variorum munerum et operum notitia recte explicari vel intelligi non possunt. Nihil jam dicam de aliis artibus mechanicis, quæ omnes in materiam naturalem operantur suasque formas introducunt; adeoque naturam vel imitantur vel perficiunt. Quod si igitur physica ad nihil aliud utilis esset amplius, propter has saltem commemoratas utilitates merito prædicanda et studiose discenda esset. Verum non has tantum philosophiæ præstat utilitates, sed etiam ad alias sublimiores facultates non minores affert commoditates. Medicina enim a physica sic dependet ut non tantum objectum, sed etiam prima principia, plurimasque demonstrationes ex ipsa desumat. Qua de causa etiam ipse Philosophus confines artes physicam et medicinam appellat, quod medici quidem elegantiores et diligentiores de natura dicant, et exinde suæ artis principia desumant: physici vero argutiores naturæ tractationem adusque medicinæ principia persequantur. Quod sane adeo verum est, ut etiam in proverbium abierit, quo dicitur, ubi desinit physicus, ibi medicum incipere. Omitto jam quod contemplatrix medicina, a qua etiam medici aliqui physici dicuntur, quæ versatur circa corporis humani partes, earumdemque temperamenta, facultates, operationes, itemque circa sanitatem et morbum quibus illæ sunt obnoxiæ; et circa alimenta ac medicamenta quibus morbus propulsatur, et sanitas vel conservatur acquisita vel amissa reparatur, tota est physica. Sed nec ad jurisprudentiam prorsus infructuosa est physicæ cognitio. Nam jus naturæ norma et mensura est juris civilis, adeo ut nisi cum lege naturæ, cum notitiis humanæ menti in prima creatione insitis et adhuc reliquis jus civile consentiat, non amplius juris appellationem mereatur, sed injuriæ accipiat. Et cum sibi hoc propositum habeat jurisprudentia ut civilem justitiam inter homines conservet, sine qua nulla potest consistere societas: majorem profecto justitiæ operam navabit is, qui pulcherrimum ipsius ideam in natura quoque inspexerit; quique animo suo perpenderit, quam omnia naturæ opera suo munere diligentissime fungantur; nullam sibi mutuo injuriam inferant, sed potius inserviant; superiora inferioribus suam virtutem impertiant, inferiora accipiant et vicissim superioribus obediant; adeoque omnia sine dissidio suavissima concordia, suas operationes eo referant, ne quid universitatis respublica detrimenti capiat, sed potius inviolata et illabefactata conservetur.

Quid vero jam de theologia dicam? Nonne cognitio et consideratio naturæ ad Dei optimi maximi ut causæ primæ et principis cognitionem adducit; quod nimirum eum non tantum æternam mentem, quæ ante res alias naturales fuerit omnes; sed etiam simplicem, quæ omnis compositionis et dissolutionis expers sit; sed etiam infinitam, quæ sua sapientia, potentia, bonitate cæterisque immensitatibus omnia finiat, et a nullo finiatur; sed etiam humani generis amantissimam esse oporteat, cujus gratia omnia alia, ipsum vero ad sui cognitionem et dilectionem condiderit? Certe Epicurus, si Ciceroni credimus, hac maxime de causa in adeo tetras opinionum absurditates vel potius profanitates, ut Dei providentiam negaret, incidit; quod et mathematicæ et physicæ ignarus fuit. Contra memorabile est quod Aristoteles de Heraclito refert, ipsum aliquando cum in casa furnaria caloris gratia sedisset, aliquos qui ipsum alloqui voluerant, sed tamen reveriti humilitatem loci constiterant, ad se ingredi jussisse ratione addita: Quoniam ne huic quoque loco desunt dii immortales. Quo sane Philosophus, unius veri Dei licet ignarus, indicare voluit, nullum in toto universo esse angulum, in quo Dei opt. max. bonitatis et potentiæ impressa non sint vestigia; nullum esse cespitem, in quo non aliquid mirandum videre liceat, quemadmodum sane etiam Aratus dixit:

Jovis omnia plena;

Sed rectius poeta Christianus:

Et levis est cespes qui probet esse Deum;

Et:

Præsentemque Deum quælibet herba facit.

Nimirum hoc est quod Paulus ad Romanos (I, 20) scribit, ex creatione mundi per ea quæ facta sunt, invisibilia Dei, ipsius scilicet sempiternam potentiam et divinitatem, intellecta conspici. Et quod ad Lystrenses inquit: Deum etiam olim gentibus expertem testimonii se non reliquisse, benefacientem ipsis, de cœlo dantem pluvias et tempora fructifera, implentem cibo et lætitia corda eorum. Quod ad Athenienses inquit, Bonitatis et potentiæ Dei adeo plena esse omnia, ut pene manibus contrectari possit, qui etiam non longe absit ab unoquoque nostrum, ut in quo vivamus et moveamur et simus. Quid? quod hæc naturæ consideratio non tantum notitiam Dei exhibet, sed ejusdem etiam amorem excitare potest. Quis enim in talem mentem æternam simplicissimam, infinitam, amantissimam humani generis, illi præsidentem et providentem non summo feratur amore et desiderio? quis eam profanitate morum ausit offendere? quis a se abalienare cupiat? Quæ tamen ita nemo interpretabitur, quasi hanc notitiam et dilectionem Dei quæ ex naturæ consideratione oboriri potest ad salutem et vitam æternam consequendam sufficere putem; quippe hoc saltem tine a me illa commemorantur, quod notitia et dilectio illa Dei quantulacunque est, ad salvificam notitiam collata, ex natura tamen haberi possit; quam etiam qui negligit, vel hac de causa apud Deum inexcusabilis futurus sit: quo ex principio Paulus quoque maximam gentilium partem accusat et damnat. Quanquam autem ingens est hæc physicæ utilitas, majores tamen ad ipsammet theologiam affert, siquidem ei se ut manifestam

Digitized by Google

humiliter submittat, non ut dominam imperiose præferat. Quis enim quamplurimos eosque difficillimos in doctrina Ecclesiæ locos sine physicæ scientia intelliget? Quis sine animæ notitia, quæ physica est, vel docebit alios, vel ipse feliciter percipiet doctrinam de imagine Dei, ad quam homo primum fuit conditus, cujus præcipua pars in anima, in mentis perspicientia, et voluntatis rectitudine, omniumque affectuum harmonia constitit? Quis eodem modo articulum de peccato originis, quod imagini illi Dei concreatæ, proh dolor! successit, explicabit? Quis item controversissimum de libero arbitrio, quod et ipsum cum in ratione tum in voluntate residet, enucleabit? et quomodo illud a Deo dictum ad Cainum: Sub te erit appetitus peccati, et tu dominaberis illi, intelligendum sit; qui item etiam ante conversionem homo locomotivam in externis regere possit, et quod voluntas non tantum elicitos, sed et imperatos actus habeat, quos inferioribus facultatibus, sentienti, moventi, appetenti præcipiat, et quamplurima hujus generis alia? Prætereo jam locum de contingentia et necessitate, cujus explicatio a doctrina causarum naturalium fere tota dependet. Ad ipsa sacrosancta Biblia, ad Mosis et prophetarum, ad Christi et apostolorum dicta et scripta si perveniendum sit, quis illa fideliter et solide interpretabitur sine accurata physicæ notitia? Quot enim passim res, quot similitudines, quot metaphoræ, quot aliæ phrases ex media natura desumptæ occurrunt? Imprimis vero in hexaemero Mosis, in Jobi posterioribus capitibus, in plurimis psalmis, in Proverbiis, Ecclesiaste, Cantico canticorum Salomonis, in Siracide, in Sapientia, in Apocalypsi, quis inoffenso pede progredietur, nisi naturalium rerum probe fuerit instructus scientia? Quod sane etiam veteres theologi cum Græci tum Latini consideranies, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Eusebius Cæsariensis, Damascenus, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Cyprianus, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, etc., cum aliis philosophiæ partibus, tum etiam physicæ diligentem operam impenderunt, quemadmodum ex eorum scriptis ad nos transmissis videre licet.

Nec vero est ut existimet aliquis propterea minus curandam esse physicam, quod ad eloquentiam vel impedimentum, vel nullam certe utilitatem afferat. Nam et physica partim magnam copiam earum rerum offert, in quibus explicandis et amplificandis eloquentia suas vires exserere, quin et a quibus in aliis materiis exaggerandis amplificationum præsidia mutuari potest: partim vero affectuum naturam explicat in quibus tempestive et apposite movendis non postremum eloquentiæ officium consistit. Quod sane non tantum Aristoteles sensisse arguitur, cum in rhetoricis docet quomodo auditores ad iram, ad lenitatem, ad amorem, ad odium, ad metum, ad confidentiam, ad pudorem, ad gratiam, ad misericordiam, ad indignationem, ad invidiam, ad æmulationem, adducendi; et morum genera qui secundum affectus et habitus et ætates et fortunas hominum variant, diligenter cognoscenda sint; sed etiam Plato suo testimonio comprobat, cum eloquentissimum Græciæ oratorem Periclem ad ingenii acumen non tantum exercitationem dialecticæ, sed etiam naturæ contemplationem, cui familiaritate fretus Anaxagoræ se tradidit, adjunxisse scribit; quibus utique a rebus τὸ ὑψηλόνουν καὶ πάντῃ τελεστουργικὸν, hoc est, mentis sublimitas et vis efficax in quavis re perficienda proficiscatur. Quis igitur etiam ad eloquentiam physicæ studium prodesse negabit?

Sed finem facio utilitatum hujus scientiæ commemorandarum, in quibus forsitan justo diutius immoratus sum. Hoc unum hic saltem subjicio, quod hujus scientiæ cognitio non sit ita difficilis, quin ab adolescentibus mediocris ingenii et profectus cum fructu audiri et disci possit. Quod enim Aristoteles in Ethicis negat puerum posse fieri physicum, non est illud simpliciter, sed cum certa distinctione intelligendum; non quod universalia axiomata et pronuntiata physica capere non possit; sed quod singularium ex quibus collecta sunt, sufficientem observationem et experientiam per ætatem habere non possit. Quo fere etiam modo accipiendum, cum item negat juvenem doctrinæ moralis commodum auditorem esse: nimirum non hoc sensu, quod præcepta moralia intelligere non possit; sed quod partim mens ejus expers sit cognitionis rerum et actionum civilium de quibus et ex quibus hæc disciplina disputat; partim vero appetitus ejus ad omnis generis perturbationes et affectus proclivis sit, nec ita ut præcipitur, agendum esse judicet. Quanquam ne hoc quidem de omnibus juvenibus, sed de aliquibus saltem verum est, qui nec naturæ, nec educationis, nec divinæ regenerationis beneficio meliores evaserunt. Verum enimvero cum in quavis arte et scientia addiscenda plurimum momenti in doctore sit positum; in physicæ etiam scientia doctorem omnium gentium consensu solertissimum habemus Aristotelem; qui non tantum omnibus aliis ante se physicis qui partim imperfecte, partim etiam perperam de rerum naturalium causis tradiderunt, quemadmodum eorum errores passim refutat; sed ipsi etiam Platoni, in Timæo imprimis pleraque obscuritatibus et ambiguitatibus involventi præferendus videtur; cum quoad methodum et demonstrationis perfectionem, tum vero etiam quoad sententiarum accurationem, proprietatem et mediocrem perspicuitatem. Quanquam autem Aristoteles sine dubio cum in aliis philosophiæ partibus, tum vero etiam in physica, quam multis libris persecutus est, quorum plerique etiamnum hodie exstant, optimus doctor et magister est: tyrones tamen hujus scientiæ non omnes adhuc idonei videntur, qui ad eum immediate sine aliqua compendiosiore informatione, adeoque manuductione ablegentur; cum quod de aliquibus rebus fusius, quam illi bene capere possint, differat; tunc vero etiam quod nonnullis in locis cum pro-

Digitized by Google

pter res ipsas, tum propter dicendi genus concisum et terminorum quorumdam singularium difficultatem, inprimis vero etiam et in confutationibus veterum philosophorum quorum scripta ad nos non pervenerunt, ut exinde de ipsorum opinionibus et argumentis liquidius constare posset, aliquanto sit obscurior.

Quapropter illorum studium improbandum videtur neutiquam qui ex libris Philosophi physicis perspicuas quasdam et breves synopses vel epitomas eorum quæ maxime necessaria et cum primis sunt utilia, resectis aliis minutioribus et ad veterum confutationem maxime pertinentibus collegerunt : qualium etiam hodie imprimis magna copia exstat, et subinde ad eam novarum nova fit accessio. Etsi autem nulli suam laudem, quam merito obtinet, præreptam vo'o, eximie tamen mihi præ multis aliis in hoc genere compendiis placuit hæc Nicephori Blemmidæ (cujus *logicam* superioribus nundinis Francofurtensibus in publicum emisi) Epitome Physica, non antiquitatis tantum causa, sed imprimis etiam propter res ipsas non tantum physicas, sed etiam geographicas, astronomicas, opticas, astrologicas, theologicas, breviter, perspicue, erudite et nervose bona methodo et dicendi genere optimo, triginta et uno capitibus pertractatas ; quorum 1° agit (ut tituli saltem singulorum quasi in tabella breviter proponantur) *de naturalibus principiis et causis* ; 2° *De materia, forma et privatione* ; 3° *De causis et effectibus, itemque de fortuna et casu* ; 4° *De motu et quiete deque entelechia, et eo quod potentia, quodque actu est* ; 5° *Adhuc de motu et quiete* 6° *De generatione et corruptione* : 7° et 8° *De natura*, 9° *De loco et tempore* ; 10° *De infinito* ; 11° *De elementis* ; 12° *De flammis ardentibus quæ circa cœlum conspiciuntur, et de capris, facibus et stellis discurrentibus*, ut appellantur ; 13° *De cometis et lacteo circulo* ; 14° *De pluvia, grandine, nive, rore et pruina*. 15° *De fontibus et fluminibus* ; 16° *De mari* ; 17 *De ventis et reliquis halitibus*, 18° *De terræ motu*, 19° *De tonitru et fulgore, procella et vortice et turbine et fulmine*, 20° *De apparentibus in cœlo phasmatibus*, 21° *De halone et prius de visione* ; 22° *De iride* : 23° *De virgis et parheliis, itemque de metallis et fossilibus* ; 24° *De cœlo, quodque mundus non sit æternus*, 25° *De æthere et stellis*, 26° *De sole* ; 27° *De luna* ; 28° *De terra et ejus zonis, quodque terra ad sphæram cœlestem, quin et ad solis sphæram centri rationem obtineat* ' 29° *De diebus et noctibus et quatuor anni horis*, 30° *De habitationibus*, 31° *De vacuo*. Quibus omnibus in fine fragmentum exegeseos in psalmum octavum eodem Blemmida auctore accessit ita eruditum, ut optandum esset, totam exegesin in illum psalmum, vel etiam in totum psalterium, si modo ab auctore elaborata fuit, adhuc hodie exstare (*a*) ; ut quæ non paucis in hunc librum vere regium (quem et ego hoc honore præ cæteris jam dignor, ut non tantum objectiones ex eo prolatas a discipulis dissolvam, sed etiam singulos psalmos hebraice prælegam, latine interpreter et sæpius grammatice explicem) commentariis par futura, sed etiam palmam præreptura videatur.

Cæterum hanc ipsam epitomen physicam in duobus manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ, altero perveteri, recentiore altero reperi ; pellectam ut eruditam et opera insumenda dignam, deprehendi ; ipse descripsi ; ac non tantum ex Græca Latinam feci, sed etiam ita conversam partim marginalibus notis ad Aristotelem imprimis et Cleomedem aliosque recentiores physicos et astronomos deducentibus, partim vero cursoria lectione multo fusius totam discipulis meis explicavi. Eamdem nunc ex collatione manuscriptorum codicum perfectam et integram cum ad aliorum publicam utilitatem, tum vero ad institutam cum discipulis quorum subinde aliis in academias discedentibus novi succedunt, privatam repetitionem primus Græce edo, versionem cum notis etiam brevi, Deo volente, recognitam publicaturus. Tuæ vero, nobilissime et magnifice vir, domine plurimum honorande, tuæ, inquam, magnificentiæ hanc Epitomen physicam inscribo, non quod illi ab inscriptione ad nominis claritatem quæ cum apud cives nostros, tum etiam apud exteros est amplissima, quidquam accedere posse putem amplius, sed quod partim illi quæ etiam nostri collegii administrationi præest, rationem aliquam officii mei reddere, partim vero libro in publicum exeunti auctoritatem aliquam conciliare, quin et patrocinium defensionemque, si indigeat, impetrare ab ea cupiam. Quamvis autem fortassis parum decere videbitur aliquibus, magnificentiam tuam ex curia et foro in scholas physicorum, et a negotiis consularibus ad solitariam naturæ contemplationem avocare, tamen et his quod respondeam in promptu est. Nam etsi quidem magnificentia tua rerum civilium cognitione et transactione maxime ex officio occupata est ; non tamen a naturæ inspectione et consideratione abhorret ; nec nihil in ea reperit, quod reipublicæ aliquam ideam pulcherrime repræsentet. Cum enim corpora cœlestia tam variis quidem motibus, sed tamen sine dissidio egregie conspirantibus convertantur ; docet hoc certe, inter cives quoque, in republica bene constituta, etsi studiis sint diversissimi, concordiam cæteroqui esse debere. Jam vero cum non tantum cœlestia corpora tanto intervallo dissita elementis et quæ ex ipsis constant suam cum imperio vim et virtutem impertiant ; sed hæc ab illis grate et sine rebellione accipiant ; iterum hoc magistratus et subditorum ordinem, et illius in hos imperium, horumque erga illos cum subjectione obedientiam quasi in lucidissimo speculo proponit. Ac cum denique res naturales in hoc inferiore mundo alias generari, alias corrumpi, alias augeri, alias minui, alias varie alterari, alias etiam secundum locum mutari videamus ; quis negabit hoc significationem habere rerum etiam hu-

(a) Exstat in codd. Gr. Reg. Paris., unde eam describendam curavimus. Edit.

Digitized by Google

manarum vicissitudinis ; quod non tantum pro re nata, pro moribus civium, pro commodo rei publicæ, pro variis circumstantiis, leges et consuetudines modo abrogandæ, modo renovandæ modo mutandæ sint ; sed quod etiam inter ipsos cives alii propter virtutem et res præclare gestas ad honores et dignitates promovendi, alii propter improbitatem puniendi et abscindi mereantur, veluti carcinomata et pestes, ne sinceriorem reipublicæ partem inficiant, dendi sint. Nihil jam dicam de eo, quod etiam bruta animalia civitatis ordinem commonstrant, quæ et ipsa suos reges et magistratus habent, quos venerantur et observant, interque se munia et officia mirabiliter partiuntur et exsequuntur ; ut in apibus, piscibus, avibus videre licet. Quæ cum ita se habeant, adeoque etiam in natura Deus optimus maximus venustissimam reipublicæ ideam depinxerit, inscriptionem hujus Epitomes physicæ magnificentiam tuam minime dedecere arbitror. Quin potius cum omnia Nicephori Blemmidæ scripta Joanni Ducæ, Nicæno Græcorum imperatori, ante annos trecentos septuaginta summopere placuerint, nec hoc illius opusculum physicum, meo opera et studio sic adornatum, Tuæ magnificentiæ displiciturum sperabo : quam interim naturæ auctori, servatori, moderatori, adeoque naturæ Deo potentissimo, Patri Domini nostri Jesu Christi in Spiritu sancto votis etiam meis commendo.

Datum Augustæ Vindelicorum in collegio, 21 Augusti, anno salutis 1605.

Magnificentiæ tuæ observantissimus, M. Jo. WEGELINUS, collegii inspector.

## CANDIDO LECTORI.

Duobus usus sum manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ ad hanc Epitomen physicam, amice lector, uno vetustiore, recentiore altero. Et quidem per mediam fere partem ex recentiore textum primo descripsi, veterisque variantem lectionem in marginem rejeci. Sed posteaquam inter describendum animadverti recentiore codice veterem multo perfectiorem esse, postea ipsum veterem describendum mihi sumpsi, et recentis lectionem ubi variabat, ad oram marginis retuli. Lectionem ergo meliorem, sive ea in margine, sive in textu reperiatur, quemadmodum sane meum de variante lectione judicium sæpius diserte indicavi. In capite 28, pag. 232, defecit codex vetustior et saltem recentior suppetiit, qui, ut dictum, non fuit per omnia integer. Ideoque etiam magis ibi quam alibi per conjecturam quædam emendanda indicavi. Cæteroqui vero uterque manuscriptus codex nullas nisi punctulorum, easque sæpe alieno loco positas distinctiones habuit. Ego, prout sententia exigere mihi visa fuit, has quas vides, adjeci : in quibus tamen etiam nonnunquam punctulum inferne figendum, supra, et contra, a syllabotheta fuit positum. Quod tu, lector, ipse agnosces et corriges. Subinde etiam parenthesium signis quædam inclusi, ut sententia redderetur dilucidior. Tandem ne Græcæ huic editioni quidquam deesset, indicem rerum insigniorum alphabeticum subjeci. Quod meum studium, æqui boni facies. Hoc te tantum adhuc scire cupio, si dubites, utrum Logica quam superioribus nundinis emisi, et hæc Physica, quam nunc edo, sint ejusdem auctoris ; indubium te posse judicium facere ex eo quod et in Logica duobus locis ad Physicam hanc remittatur (a). Ex quo indubie colligere licet, ejusdem auctoris utrumque istum fœtum esse, Nicephori nimirum Blemmidæ : cujus etiam nomen expresse præscriptum est in manuscriptis codicibus.

Bene vale.

(a) Et in Physica (cap. 4, n. 12) ad Logicam. EDIT. PATR.

# JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

## PRÆFATIO

*Textui Latino, Aug. Vind. anno* 1606 *edito, præmissa.*

Nobilissimo et amplissimo viro, domino Leonharto Pallero in Hammel et Ainhofen, domino suo plurimum honorando, salutem et gratiam a Deo.

Nobilissime et amplissime Vir, domine plurimum honorande. Edidi ante annum Nice-

Digitized by Google

phori Blemmidæ Epitomen physicam Græcam ex duobus manuscriptis codicibus Bibliothecæ Augustanæ inter se collatis restitutam; quæ non tantum antiquitatis gratia, quippe ab auctore sui temporis præcipuo et theologo et philosopho, inque historiis nomine virtutis et doctrinæ laudatissimo, ante annos trecentos septuaginta circiter conscripta : sed etiam propter res ipsas varias et arduas, physicas, geographicas, astronomicas, opticas et theologicas, eumdem tamen scopum et finem pulchre respicientes, et præterea orationis genere tersissimo et accuratissima methodo ad Platonis et Aristotelis, ut et Cleomedis, præcipuorum philosophorum mentem et sententiam triginta duobus capitibus pertractatas, merito grata et commendata doctis, imprimis philosophiæ studiosis, esse debet. Verum cum Græcæ linguæ non omnes gnari sint, quod non omnium institutis et vitæ generibus necessaria sit vel utilis; cumque intellexerim ex quibusdam iisque non contemnendæ auctoritatis viris gratiorem fuisse illam Græcam epitomen futuram, si Latinam versionem adjunctam habuisset : proinde quod ante annum angustia temporis exclusus præstare non potui, paucis abhinc mensibus occasionem nactus in me suscepi et versionem meam jam antea confectam recognovi, et recognitam typographo seorsim excudendam dedi. Fateor quidem ingenue et libenter me inter vertendum cum jam aliquousque progressus fuissem, comperisse Physicam B. Damasceni, quam Jacobus Billius Prunæus, Gallus, vir Latine et Græce doctissimus, operibus B. Damasceni a se translatis et Lutetiæ Parisiorum anno 1577 excusis, et 1603 ibidem recusis, inseruit, cum hac ipsa Blemmidæ Physica quoad aliquot capita prorsus convenire (ut illa mihi adeo non B. Damasceni, sed hujus nostri Blemmidæ Physica esse videatur), et proinde translationem Billii Latinam me legisse, et alicubi postea imitatum fuisse fateor. Sed eadem illa ut a Billio inscribitur B. Damasceni Physica, septemdecim duntaxat in universum constat capitibus. Primum quidem caput de philosophiæ definitionibus idem prorsus habet cum tertio et sexagesimo quinto capite Dialecticæ Damasceni, cætera vero sedecim capita cum totidem Blemmidæ capitibus habet prorsus convenientia; at reliqua quindecim Blemmidæ capita, ut et fragmentum expositionis in psalmum octavum, ne uno quidem verbo attingit; vel quod ea Billius in ms. codice Physicæ Damasceni non habuerit, vel alio aliquo nescio quo consilio studiose præterierit. Quin et hoc fateor, cum jam versionem Physicæ nostri auctoris, Blemmidæ, ad finem fere perduxissem, quod inquisiturus aliquid in Laurentii Vallæ Dialecticarum disputationum libris, forte fortuna inciderim in Georgii Vallæ Placentini, Itali, opera, ut ea Venetiis anno Domini 1501, apud Aldum Romanum excusa in bibliotheca Augustana habentur, quodque in illis obiter cum alia scripta tum etiam Physiologiam Vallæ inspiciens animadverterim, primum quidem, ipsum in illam ex Blemmide quædam transcripsisse; deinde vero etiam ulterius progressus deprehenderim, eumdem totam hanc Blemmidæ Physicam Latine quidem versam, sed sine auctoris ulla mentione, sibi vindicasse, et uti laborem proprium expetendorum et fugiendorum a se structo libro vicesimo secundo et tertio. Physiologiæ autem tertio et quarto inseruisse, cum duobus tantum capitibus de cometis et de cœlo aliquid de suo amplius addidisset. Sed profecto ut salva alias existimatione tanti philosophi et polyhistoris, suoque tempore doctissimi viri dicam, nonnullis in locis a genuino sensu Blemmidæ aberravit, et passim ita obscure vertit, vel certe typographus ita indistincte et confuse edidit, ut mediocriter in Græcis litteris versatus et rerum physicarum cognitione imbutus Græca ipsamet facilius quam ista Latina sit intellecturus. Proinde nihil hoc ego moratus in versione mea quam pene ad finem perduxeram absolvenda perrexi, adeoque totius hujus Epitomes physicæ novam versionem, nec parum, ut opinor, Latinam, nec adeo obscuram confeci, præterquam ubi ipsarum rerum gravitas et versionis lex quæ me ad Græcum textum fideliter reddendum astrinxit, aliquam legenti caliginem offundere et difficultatem objicere queat. Passim etiam in margine libros et capita allegavi ex Platone, Aristotele, Cleomede, ex quibus Blemmides multa mutuatus est. Quin et aliorum quorumdam, postremis præcipue capitibus, auctorum loca citavi, unde eorum quæ a Blemmide traduntur, uberior tractatio et explicatio peti potest. Singula porro capita in certa membra resolvi, et singulorum argumenta breviter comprehendi, capitibusque suis præmisi; ac denique in eorum gratiam qui Latina cum Græcis, vel vicissim Græca cum Latinis conjungere volunt, Græci textus paginas in Latina versione correspondentes ad marginem passim annotavi, ut adeo qui legunt Græca et hærent, protinus Latina possint numero indice consulere; vel etiam qui legunt Latina et Græcum textum conferre volunt, ejusdem numeri indicis beneficio quod quærunt in promptu habere, suique voti compotes illico fieri possint. Non difficile mihi fuisset cæteroqui commentariolum addere, quemadmodum sane discipulis meis totam illam epitomen privatim explicui; et simul subinde ad Physicam Philippi Melanchthonis, itemque ad laudatissima præceptorum meorum compendia, M. Georgii Liebleri physicum, et M. Michaelis Mæstlini astronomicum, aliorumque virorum doctorum hujus generis libros remisi. Sed quia nundinæ Francofurtenses instabant, et verebar etiam ne cum mihi ad typographum, tum emptoribus libri ad bibliopolam sumptus et pretium accresceret, ab ulteriore commentatione et additione abstinui. Tibi autem, vir nobilissime et amplissime, domine plurimum honorande, hanc versionem a me sic adornatam inscribo, non tantum propterea quod et ipse in studiis litterarum probe versatus es et de illis judicare potes, sicut et alios complures in familia tua habes affines non tam genere quam doctrina et virtute viros nobilissimos, sed etiam quod cum ante annum nobilissimo, amplissimo et prudentissimo

Digitized by Google

viro, domino Alberto a Stetten in Bocksperg, consuli Augustano et Ecclesiæ nostræ curatori, collegiique administratori, domino meo summisse colendo, socero tuo, Græcam hanc ipsam Epitomen publice inscripsissem, et ille de versione Latina a me confecta, et propediem publicanda intellexisset, benevole subjecit, posse me eam suorum alicui nuncupare. Huic ergo illius consilio ut obtemperarem, cum imprimis etiam nobilissimo, amplissimo et spectatissimo viro, domino Wolfgango Pallero, in Hammel et Ainhofen, senatori et ædili Augustano, Ecclesiæ item et collegii nostri administratori, domino meo summisse honorando, parenti tuo, Epitomen logicam Græcam ejusdem autoris Blemmidæ (quam etiam dudum converti et explicui, et hoc tempore recognosco) ante sesquienniam dedicarim; en tibi hanc Epitomen physicam a me translatam et sic editam, deque multis rebus cum jucundissimis tum utilissimis cognitu agentem inscribo, dedico, offero. Eam proinde ut benevole suscipias et conatum meum in meliorem partem interpreteris, et adversus malevolos defensionem et patrocinium præstes, majorem in modum qua par et animi subjectione oro. Vicissim ego te cum tua tuorumque nobilissimis et amplissimis familiis divinæ gratiæ, favori et protectioni meis etiam votis commendo. Datum Augustæ Vindelicorum, in collegio, 25 Augusti, anno Domini 1606.

Amplitud. Tuæ observantiss.

M. Joh. Wegelinus Augustanus, collegii inspector.

---

# AD LECTOREM.

Jacobus Billius in operibus B. Damasceni, anno 1577, Lutetiæ Parisiorum, excusis, et 1603 ibidem recusis, super Physicam Damasceni sic præfatur : *Hæc Damasceni Physica, cujus exemplar Græcum nobis singulari doctrina vir Jacobus Cujacius exhibuit, est Aristotelicæ Physicæ velut quoddam compendium. Quam cum eruditissimo eximiaque humanitate prædito Italo cuidam ostendissem, ejus lectione majorem in modum delectatus est, neque nonnullis in locis ob rerum potius quam verborum obscuritatem hærentem juvit, explanatis iis quæ mihi negocium facessebant. Cujus propterea nomen libenter hic ascripsissem, nisi id mihi ne facerem, ab eo interdictum fuisset. Sed ipsemet brevi, si ea otia ad quæ aspirat, nactus fuerit, præclaris ingenii monumentis, clarum se atque illustrem reddet.* Hæc Billius. Quod si Damasceni Physica quæ constat capitibus septendecim tantum, et quorum a primo reliqua sedecim cum totidem nostræ Physicæ capitibus per omnia conveniunt, hanc Billii et aliorum virorum doctorum commendationem (ut facile concedimus) mereatur : duplo magis eam merebitur nostra Physica, quæ supra illa sedecim capita quibus cum Damasceni Physica convenit, alia etiam sedecim continet capita illis prioribus nec minus jucunda, nec minus utilia, nec etiam ad physicam Epitomen absolvendam minus necessaria. Quin si dicere licet quod sentio, Damasceno illa Physica perperam mihi ascripta a Billio videtur, quemadmodum etiam in operibus Damasceni Basileæ anno 1575 excusis nec Græce nec Latine habetur. Forte Billium hoc movit, quod nomen Damasceni præscriptum habuit in manuscripto codice suo. Sed non est hoc nunquam factum, uti suorum verorum auctorum nomina libris aliquibus præscripta non fuerint, sed aliorum, a quibus plus ipsis auctoritatis posse accedere existimatum fuit. Vel forte etiam hoc respexit Billius, quod primum caput illius Physicæ in Damasceni Logica bis reperitur, ordine nimirum et tertium et sexagesimum quintum ; unde existimavit, ejusdem fore auctoris etiam sequentia capita sedecim, Damasceni nimirum. Sed nec hoc adeo firmum argumentum est. Videtur enim caput istud primum non ab auctore Physicæ, sed ab alio aliquo librario vel lectore prolegomenorum vice præpositum ; quippe manifestam connexionem cum sequentibus capitibus primum illud caput in textu non habet ; quemadmodum sane etiam nostra Physica omisso eo statim a capite incipit, quod in illa secundum est. Quod autem hæc nostra Physica Blemmidæ sit, nec alterius auctoris : non tantum ex eo confirmo, quod in manuscriptis codicibus nomen Blemmidæ expresse præfixum habet, sed quod etiam auctor illius capite quarto p. 46, v. 5 Logicam Blemmidæ epitomen, et caput illius vicesimum quartum allegat sibique tribuit ; quam quidem logicam Blemmidæ, non Damasceni esse ex manifesto utriusque differentia cuivis liquido constare potest. Quin sicut autor hujus Physicæ, Logicam Blemmidæ allegat : ita etiam Blemmides in Logica ad hanc ipsam Physicam duobus in locis, nimirum p. 118, v. ult. ad caput primum de principiis naturalibus, et p. 136, v. 3. ad quartum et quintum caput de motu et quiete lectorem remittit, ubi plura hisce de rebus dicere proposuerit ; et sane etiam congruit : ut adeo nullum dubium relinquatur, quin uni auctori, Nicephoro nimirum Blemmidæ, utramque epitomen, et Logicam, priorem, et Physicam, posteriorem, tribuere et acceptam referre debeamus. Quod te lector scire voluit. Vale.

Digitized by Google

Cum Blemmides noster huic suæ Epitomæ Physicæ titulum faciat De acroasi Physica seu auscultatione naturali, quomodo etiam Aristoteles libros octo Physicorum inscripsisse perhibetur, quanquam Blemmides multo plura in Epitome sua persequitur, quam Aristoteles illis libris : proinde duas Epistolas brevitatis elegantissimæ tenuissimo filo contextas, Alexandri regis, discipuli, et Aristotelis philosophi, præceptoris, responsorias, deque his ipsis libris agentes, ut quidem apud Gellium lib. XX, c. 4, leguntur et ex Andronico philosopho proponuntur, subjicere visum est : ut intelligerent vel hinc philosophiæ studiosi, quanti hæc doctrina rerum naturalium facienda sit, cum illam tantus rex et monarcha tanti fecerit.

*Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὐπράττειν.*

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν.

*Ἀριστοτέλης Ἀλεξάνδρῳ εὐπράττειν.*

Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους. Ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασι.

*Alexander Aristoteli salutem.*

Non recte fecisti quod auscultatorios libros ediderit. Etenim qua re tandem cæteris antecellemus, si disciplinæ, quibus eruditi sumus, communes fiant omnium ? Ego vero rerum optimarum peritia, quam potentia ulla præstare maluerim.

*Aristoteles Alexandro salutem.*

Scripsisti ad me de libris auscultatoriis, existimans in arcanis custodiendos fuisse. Scito igitur ipsos editos et non editos esse. Cognosci enim percipique ab iis tantum poterunt, qui nos audierint.

---

# ΙΝΔΑΞ ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

# INDEX CAPITUM.


| | | |
|---|---|---|
| α'. *Περὶ φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων.* | A 1 | *De naturalibus principiis et causis.* |
| β'. *Περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς στερήσεως.* | 2 | *De materia et forma et privatione.* |
| γ'. *Περὶ αἰτίων καὶ αἰτιατῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τύχης καὶ αὐτομάτου.* | 3 | *De causis et effectis, ubi etiam de fortuna et casu.* |
| δ'. *Περὶ κινήσεως καὶ ἠρεμίας, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐντελεχείας καὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.* | 4 | *De motu et quiete, ubi etiam de entelechia, ac eo quod potentia et actu est.* |
| ε'. *Περὶ κινήσεως καὶ ἠρεμίας.* | 5 | *Adhuc de motu et quiete.* |
| ς'. *Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.* | 6 | *De generatione et corruptione.* |
| ζ'. *Περὶ φύσεως.* | 7 | *De natura.* |
| η'. *Ἔτι περὶ φύσεως.* | 8 | *Adhuc de natura.* |
| θ'. *Περὶ τόπου καὶ χρόνου.* | 9 | *De loco et tempore.* |
| ι'. *Περὶ ἀπείρου.* | 10 | *De infinito.* |
| ια'. *Περὶ στοιχείων.* | 11 | *De elementis.* |
| ιβ'. *Περὶ τῶν φαινομένων φλογῶν καιομένων περὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τῶν καλουμένων αἰγῶν καὶ δαδῶν καὶ διαθεόντων ἀστέρων.* | 12 | *De flammis ardentibus quæ in cœlo apparent, et de iis quæ capræ et faces et stellæ discurrentes vocantur.* |
| ιγ'. *Περὶ κομητῶν καὶ τοῦ γαλαξίου κύκλου.* | 13 | *De cometis seu stellis crinitis et lacteo circulo.* |
| ιδ'. *Περὶ ὄμβρου, χαλάζης, χιόνος, ἐρίου καὶ πάχνης.* | 14 | *De pluvia, grandine, nive, rore, et pruina.* |
| ιε'. *Περὶ πηγῶν καὶ ποταμῶν.* | B 15 | *De fontibus et fluviis.* |
| ις'. *Περὶ θαλάσσης.* | 16 | *De mari.* |
| ιζ'. *Περὶ ἀνέμων καὶ τῶν λοιπῶν πνευμάτων.* | 17 | *De ventis et reliquis flatibus.* |
| ιη'. *Περὶ σεισμοῦ.* | 18 | *De terræ motu.* |
| ιθ'. *Περὶ βροντῆς καὶ ἀστραπῆς, ἐκνεφίου τε καὶ τυφῶνος καὶ πρηστῆρος καὶ κεραυνοῦ.* | 19 | *De tonitruis et fulguribus, et ecnephia, id est, procella, et vortice, qui typhon vocatur, et turbine accenso, quem Græci prestera vocant, et fulmine.* |
| κ'. *Περὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ φαινομένων φασμάτων.* | 20 | *De ostentis sive spectris quæ in cœlo conspiciuntur.* |
| κα'. *Περὶ ἅλω, καὶ πρῶτον περὶ ὁράσεως.* | 21 | *De area seu corona, et primum de visione.* |
| κβ'. *Περὶ Ἴριδος* | 22 | *De Iride seu arcu cœlesti.* |
| κγ'. *Περὶ ῥάβδων καὶ παρηλίων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ μεταλλευτῶν καὶ ὀρυκτῶν.* | 23 | *De virgis seu bacillis, et parheliis, hoc est, geminatis vel adulterinis solibus, ac insuper etiam de metallicis in terra, et fossilibus.* |
| κδ'. *Περὶ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀΐδιος κόσμος.* | 24 | *De cœlo, et quod mundus non sit æternus.* |


Digitized by Google

25 *De æthere et stellis.*
26 *De sole.*
27 *De luna.*
28 *De terra et ejus zonis, ac primum, quod terra ad cœlestem sphæram, quin et ad ipsam solarem, centri rationem obtineat.*
29 *De diebus et noctibus et quatuor anni horis.*
30 *De habitationibus.*
31 *De vacuo.*
*Fragmentum expositionis in psalmum octavum.*

κε'. *Περὶ αἰθέρος καὶ ἀστέρων.*
κς'. *Περὶ ἡλίου.*
κζ'. *Περὶ σελήνης.*
κη'. *Περὶ γῆς καὶ τῶν ταύτης ζωνῶν, ὅτι ἡ γῆ κέντρου λόγον ἐπέχει πρὸς τὸν οὐράνιον σφαῖραν, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἡλιακήν.*
κθ'. *Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν καὶ τῶν τεσσάρων τοῦ ἔτους ὡρῶν.*
λ'. *Περὶ οἰκήσεων.*
λα'. *Περὶ κενοῦ.*
*Ἀπόσπασμα ἐκ τῆς εἰς τὸν η' ψαλμὸν ἐξηγήσεως.*

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

## ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

## ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗΣ ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Β'.

### *ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.*

—

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

## ISAGOGICÆ EPITOMES LIBER II.

### *DE ACROASI PHYSICA, HOC EST DE AUSCULTATIONE NATURALI.*

—

### SYNOPSIS CAPITIS I,

#### QUOD EST DE NATURALIBUS PRINCIPIIS ET CAUSIS.

**1** 1. *Agit de differentia principii et causæ, ostendens principium latius patere quam causam : utrumque tamen etiam quatenus conveniunt, pluribus dici modis ; ex quo, secundum quod, a quo, propter quod, item per quod et ad quod fiat sitque aliquid.* — 2. *Causas in proprie causas et concausas dividit, indicans quo a se invicem distent discrimine.* — 3. *Causam efficientem omnium proprie et primo Deum ; finalem, ejusdem bonitatis agnitionem et prædicationem pie affirmat : proxime efficientem causam naturam dici ostendit, quam tamen cum Platone potius instrumentalem causam facit : et exemplarem item describit.* — 4. *Alia duo significata principii explicat, quibus causam superat : quod significat, id unde primus motus est, in quo significato diutius moratur ; quodque notat cujusque rei ortus temporarii principium.* — 5. *Probat corporum naturalium prima principia esse formam et privationem ; ut, quæ sint prima et suprema omnium contrariorum ; quod item quia sunt contraria, subjecto opus habeant, quod est materia, ut ita tria sint principia ; sed per se quidem duo, materia et forma ; tertium per accidens, privatio, quanquam et hæc generationis necessarium est principium ;* **2** *ut adeo non erraturi sint qui tria, et qui duo sub diversa consideratione numerant principia.* — 6. *Privationem physicam a logica, de qua agitur in categoriis, distinguit, illamque aptitudine in subjecto ad formam recipiendam describit, cui etiam secundum contrariorum oppositionem repugnat ; ubi duplicia facit contraria.* — 7. *Per occupationem diluit objectionem, qui forma et privatio cum sint contraria, non sint sub eodem genere ; formæ interim et accidentis differentiam exponens, et cur privatio accidens sit materiæ, forma non item.* — 8. *Aliam objectionem occupat, qui formæ privatio sit contraria, cum substantiæ nihil sit contrarium ; in cujus solutione ostendit, quatenus forma et materia sint essentiæ, quatenus non sint ; et, quo respectu materia magis quam forma, quo item forma magis quam materia sit substantia.* — 9. *Quo respectu privatio sit principium et causa per accidens, quo per se ; et quod una eademque res contrario modo affecta contrariorum causa sit, ut forma et privatio.*

—

### CAPUT I.

*De naturalibus principiis et causis.*

**3** 1. Omnis causa etiam principium [1] ; non omne

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων.*

α'. Πᾶν τὸ αἴτιον καὶ ἀρχή· οὐ πᾶσα δὲ ἀρχὴ ἤδη

[1] 4 Metaphys. c. 1.

Digitized by Google

καὶ αἴτιον. Ῥητέον δὲ πρότερον περὶ τῆς ἰσαχῶς τῷ αἰτίῳ λεγομένης ἀρχῆς. Λέγεται τοίνυν ἀρχὴ τὸ ἐξ οὗ, ὡς ἡ ὕλη· ἐξ οὗ πρώτως ἐνυπάρχοντος γίνεταί τι· οἷον λίθοι καὶ ξύλα οἰκίας ἀρχαί. Τὸ καθ' ὅ, ὡς ἡ μορφὴ καὶ τὸ σχῆμα καὶ ὅλως τὸ εἶδος. Τὸ ὑφ' οὗ, ὡς ἡ φύσις τῶν φυσικῶν ἀρχὴ, καὶ ἡ τέχνη τῶν τεχνητῶν. Τὸ δι' ὅ, ἤτοι τὸ οὗ ἕνεκα· ὡς ἡ νίκη, ἀρχὴ τῆς ἀθλήσεως· ἕνεκα γὰρ τῆς νίκης τελεῖται ἡ ἄθλησις. Ἀρχὴ δὲ κατὰ Πλάτωνα καὶ τὸ δι' οὗ, ὡς τὸ ὄργανον· καὶ τὸ πρὸς ὅ, ὡς τὸ παράδειγμα. Ὡσαύτως δὲ λέγεται καὶ αἴτιον τὸ ἐξ οὗ, οἷον τὸ ὑλικόν· τὸ καθ' ὅ, οἷον τὸ εἰδικόν· τὸ ὑφ' οὗ, οἷον τὸ ποιητικόν· τὸ δι' ὅ, οἷον τὸ τελικόν· τὸ δι' οὗ, οἷον τὸ ὀργανικόν· τὸ πρὸς ὅ, οἷον τὸ παραδειγματικόν. Κατὰ γοῦν τὰ τοιαῦτα τοῦ αἰτίου καὶ τῆς ἀρχῆς σημαινόμενα, τῷ μὲν ὑποκειμένῳ ταὐτόν ἐστιν ἀρχή τε καὶ αἴτιον· τῇ ἐπινοίᾳ δὲ διαφέρουσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ ἐπινοεῖται καθὸ προηγεῖται· τὸ δ' αἴτιον καθ' ὅ ποιεῖ τι καὶ ἀποτελεῖ τὸ μετ' αὐτό, ὄντος καὶ τοῦ αἰτίου δυνάμει ἀρχικοῦ· καὶ τῆς ἀρχῆς δυνάμει τελεστικῆς.

A tamen principium illico etiam causa est. Disserendum autem prius est de principio, quod totidem modis, quot causa dicitur. Principium itaque dicitur id ex quo [aliquid est;] ut materia; ex quo primum inexsistente fit aliquid, velut lapides et ligna, domus principia [sunt.] Id secundum quod, ut forma et figura, et omnino species. Id a quo, ut natura, naturalium; et artificialium, ars principium est. Id propter quod, seu cujus gratia, ut victoria, certaminis est principium; siqu dem victoriæ gratia certamen perficitur. Porro ex Platonis sententia principium est etiam id, per quod [fit aliquid;] ut instrumentum; ad quod, ut [a] exemplar. Eodem autem modo etiam causa dicitur id ex quo, ut materialis; id secundum quod, ut formalis; id a quo, ut efficiens; id propter quod, ut finalis; id per quod, ut instrumentalis; id ad cujus similitudinem, ut exemplaris. Quoad igitur ejusmodi causæ et principii significata, subjecto quidem unum idemque sunt principium et causa; sed cogitatione differunt. Principium enim, quatenus antecedit, 4 cogitatur: causa vero, quatenus aliquid efficit, et quod consequitur, perficit: cum alias potentia et causa principii, et principium potentia perficiendi et causandi vim habeat.

β'. Τῶν δ' ἀπηριθμημένων αἰτίων τὰ μὲν κυρίως αἴτια λέγεται· τὰ δὲ συναίτια· αἴτια μὲν, τὸ ποιητικὸν, τὸ τελικὸν, τὸ παραδειγματικόν· συναίτια δὲ τὸ ὑλικὸν, τὸ εἰδικὸν καὶ τὸ ὀργανικόν. Διαφέρει δὲ κυρίως αἴτιον καὶ συναίτιον· τὸ μὲν κυρίως αἴτιον τῷ χωριστὸν εἶναι τοῦ ἀποτελουμένου καὶ ἐξῃρημένον παντάπασι· τὸ δὲ συναίτιον ἐν τῷ ἀποτελουμένῳ πράγματι θεωρεῖσθαι.

2. Enumeratarum autem causarum aliæ proprie causæ dicuntur; aliæ concausæ. Causæ quidem [proprie] efficiens, finalis, exemplaris; concausæ vero, materialis, formalis, et instrumentalis. Atqui differunt proprie causa et concausa, quod causa quidem ab eo quod efficitur, separata et omnino secreta sit; concausa vero, in eo quod efficitur, consideretur.

γ'. Ὅθεν ποιητικὸν αἴτιον (καὶ) κυρίως καὶ πρώτως ὁ θεῖός ἐστι νοῦς· καὶ τελικὸν ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης, δι' ἣν πᾶσαν κτίσιν ἐδημιούργησεν, ἵνα γνωρίζηται καὶ κηρύττηται. Προσεχῶς δὲ ποιητικὸν αἴτιον ἡ φύσις λέγεται· ἣν καλῶς ὁ Πλάτων ὀργανικὸν μᾶλλον αἴτιον τίθεται, ὡς κινουμένην μὲν ὑφ' ἑτέρου (τοῦ θείου νοῦ, τοῦ ἀκινήτου κατὰ πᾶσαν μεταβολὴν), κινοῦσαν δ' ἕτερα, τὰ φυσικὰ σώματα δηλαδὴ ὧν καὶ ἀχώριστος οὖσα, συναίτιον μᾶλλον εὐλόγως λέγοιτ' ἄν, ἀλλ' οὐ κυρίως αἴτιον. Παραδειγματικὸν δ' αἴτιον, ὥσπερ δὴ καὶ ἀρχὴν παραδειγματικὴν, τοὺς ἐν τῷ δημιουργῷ νῷ προϋφεστῶτας ἐναίως οὐσιοποιοὺς λόγους τῶν ὄντων ἐδιδάχθημεν εἶναι. Πρὸς οὓς ὡς πρὸς ἀρχέτυπα προαιώνια σύμπασα κτίσις ἀπηκριβώθη τῷ παντουργικῷ καὶ θείῳ βουλήματι. Ἔτι λέγεται ἀρχὴ, τὸ ἀφ' οὗ· τουτέστιν, ὅθεν ἡ πρώτη κίνησις· ᾧ δὴ σημαινομένῳ τῆς ἀρχῆς ἀντίκειται ἡ τελευτή. Κατὰ γοῦν τὸ τοιοῦτον σημαινόμενον τῆς ἀρχῆς, τουτέστι, τὸ ἀφ' οὗ ἀρχὴ μὲν ὁδοῦ λέγεται, τὸ πρῶτον βῆμα· ἀρχὴ δὲ νηὸς τρόπις· οἰκίας θεμέλιος· λόγου προοίμιον· φυτοῦ τε ῥίζα, καὶ ζώου καρδία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς μέρη προηγούμενα καλοῦνται ἀρχαί· μὴ ὡς μέρη δέ· ἀρχὴ μὲν γραμμῆς στιγμή. Γραμμὴ δ' ὁμοίως ἐπιφανείας ἀρχή· καὶ σώματος ἐπιφάνεια. Χρόνου δὲ πάλιν ἀρχὴ τοιαύτη τὸ νῦν·

3. Hinc causa efficiens [et] proprie et primario divina mens est; ac finalis, ipsius bonitas, cujus gratia omnes creaturas condidit, ut agnosceretur ipsa et prædicaretur. Propinqua autem causa efficiens, natura dicitur]: quam recte Plato [b] instrumentalem potius causam esse ponit, ut quæ moveatur quidem ab altero [divina mente quæ quoad omnem mutationem est immobilis], alia autem, naturalia nimirum corpora moveat; a quibus cum etiam separari non possit, optima ratione concausa potius quam proprie causa dici queat. Jam vero exemplarem causam, ut sane etiam 5 exemplare principium, substantiæ effectrices entium rationes, quæ in architectatrice mente simpliciter præexstiterunt, esse diximus; ad quas, ut archetypa [seu exemplaria] omni ævo antiquiora omnes creaturæ ab omnium rerum conditrice et divina voluntate perfectæ et omnibus numeris absolutæ sunt. Præterea dicitur principium [c], id, de quo, hoc est, unde primus motus [fit], cui sane significato principii finis opponitur. Quoad hoc igitur significatum principii, hoc est, id de quo, viæ principium, primus passus dicitur: navis principium, carina; domus, fundamentum; orationis, exordium; et plantæ, radix; et animalis cor. Et hæc quidem, ut partes antecedentes, principia dicun-

[a] 2 Phys. c. 3, t. 28; 4 Metaphys. c. 2. [b] De legibus p. 767. [c] De homonymia principii vide Damasc. contra Manich.

Digitized by Google

tur, at non ut partes ; lineæ quidem principium punctum, itemque superficiei principium, linea, et corporis, superficies ; et rursus tale temporis principium, nunc (seu momentum), et simili ratione motus principium, quod cinema [5] (seu mutationis punctum), vocatur. Omnis autem continui, lineæ videlicet, superficiei, et corporis, temporis item et motus duplex esse principium videtur. Principium enim est **6** et antecedens pars continui [6], quæ etiam infinita est, propterea quod potestate in infinitum possit dividi. Rursus vero principium est etiam id, quod nec ut pars, nec æque ac totum est, ut antea dictum. Quale vero continui est principium, talem etiam conveniente modo finem oportet accipi. Veluti lineæ principium, est punctum : et finis item, punctum est. Sin autem antecedens lineæ pars, ut principium illius sumatur : ultima etiam pars lineæ, ut finis illius accipietur. Atque eodem modo in omni continuo res se habet.

A ὁμοίως; δὲ κινήσεως ἀρχὴ τὸ καλούμενον κίνημα. Ἔοικε δ' ἀρχὴ παντὸς συνεχοῦς ὑπάρχειν διττή· γραμμῆς δηλονότι καὶ ἐπιφανείας καὶ σώματος, χρόνου τε καὶ κινήσεως. Ἔστι μὲν γὰρ ἀρχὴ καὶ τὸ προηγούμενον μέρος τοῦ συνεχοῦς, ὅπερ καὶ ἀόριστόν ἐστι, διὰ τὸ ἐπ' ἄπειρον εἶναι δυνάμει διαιρετόν. Ἔστι δὲ πάλιν ἀρχὴ καὶ ἡ μὴ ὡς μέρος, μηδ' ὁμοία τῷ ὅλῳ, καθάπερ προείρηται. Ὁποία δ' ἡ ἀρχὴ τοῦ συνεχοῦς, τοιοῦτον χρὴ καὶ τὸ πέρας καταλλήλως λαμβάνεσθαι· οἷον ἡ τῆς γραμμῆς ἀρχὴ σημεῖον· καὶ τὸ πέρας σημεῖον. Εἰ δὲ τὸ προηγούμενον μέρος τῆς γραμμῆς ὡς ἀρχὴ ταύτης λαμβάνοιτο, καὶ τὸ τελευταῖον μέρος τῆς γραμμῆς ὡς πέρας ταύτης λαμβάνοιτ' ἄν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κἀπὶ παντὸς συνεχοῦς.

4. Insuper dicitur cujusque rei ratione temporis principium generationis, ipsum tempus quo res primum oriri cœpit ; quod ideo definire non est facile, quia quævis pars cujuslibet continui potestate in infinitum dividitur.

B δ'. Ἔτι λέγεται τῆς κατὰ χρόνον ἑκάστου γενέσεως ἀρχὴ αὐτὸς ὁ χρόνος ἐν ᾧ τὸ πρᾶγμα πρώτως ἤρξατο· ὃν οὐδ' ὁρίσαι ῥᾴδιον διὰ τὸ ἐπ' ἄπειρον διαιρεῖσθαι δυνάμει πᾶν μέρος παντὸς συνεχοῦς.

5. His ita distinctis inquirenda jam sunt principia et causæ corporum naturalium ex quibus primo orta sunt, et in quæ postremo iterum dissolvuntur [7]. Quoniam igitur quod generatur, non ex quolibet, sed ex contrario generatur ; nec in quodlibet, sed in contrarium corrumpitur (exempli gratia, ex immusico seu eo quod musica privatum est, fit musicum ; et rursus in immusicum interit), quæ prima **7** et suprema ex contrariis cogitari possunt ; corporum etiam generationi subjectorum prima fuerint principia. Prima autem et suprema omnium contrariorum cogitantur forma et privatio. Proinde hæc naturalium (corporum) prima sunt principia. Quandoquidem autem contraria e numero eorum quæ in subjecto sunt, esse cognoscuntur ; et cum quidem per se sunt, pati a se invicem afficique non possunt : (oportet enim patiens remanendo pati, contraria autem se invicem non sustinent ; sed in subjecto in se invicem agere possunt. Etenim immusicum et musicum si per se sint, a se invicem pati non possunt, nisi in subjecto, in Socrate, verbi causa, vel Platone fuerint.) Proinde certe et forma et privatio subjecto quodam opus habent, in quo etiam ipsa agere possint in se invicem. Subjectum enim [8] quod non est oppositum, utrumque tamen oppositorum sustinebit. Hoc autem subjectum fuerit informis et qualitatis expers materia, primum subjectum primis contrariis conveniens. Tria igitur naturalium (corporum) generationis prima sunt principia : forma, privatio, et materia. Verum tamen **8** forma quidem et materia per se intelliguntur esse principia [9] ; quia materia formæ subjicitur, non opponitur ei ; quo nomine etiam advenientem ipsam sustinet vel potius ipsam appetit ; privatio autem

C ε'. Τούτων οὕτω διακεχριμένων, ζητητέον ἤδη τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ αἴτια τῶν φυσικῶν σωμάτων, ἐξ ὧν πρώτως γεγόνασι, καὶ εἰς ἃ ἐσχάτως αὐτὰ πάλιν διαλύονται. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ γινόμενον οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου γίνεται, καὶ οὐκ εἰς τὸ τυχόν, ἀλλ' εἰς τοὐναντίον φθείρεται (οἷον ἐκ τοῦ ἀμούσου γίνεται τὸ μουσικὸν, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἄμουσον φθείρεται)· τὰ πρῶτα καὶ ἀνωτάτω τῶν ἐναντίων ἐπινοούμενα εἶεν ἂν τῶν ὑπὸ γένεσιν σωμάτων πρῶται ἀρχαί· πρῶτα δὲ καὶ ἀνωτάτω ἐναντίων ἁπάντων ἐπινοεῖται τὸ εἶδος καὶ ἡ στέρησις. Ἀρχαὶ ἄρα πρῶται ταῦτα τῶν φυσικῶν. Ἀλλ' ἐπεὶ τἀναντία τῶν ἐν ὑποκειμένῳ γινώσκεται, καὶ καθ' ἑαυτὰ μὲν ὄντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων οὐ δύναται (δεῖ μὲν γὰρ τὸ πάσχον ὑπομένον πάσχειν. Τἀναντία δ' οὐχ ὑπομένουσιν ἄλληλα· ἐν ὑποκειμένῳ δὲ ἄρα εἰς ἄλληλα δύναται. Τὸ γὰρ ἄμουσον καὶ τὸ μουσικὸν οὐ δύναται πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων ὄντα καθ' αὑτὰ, εἰ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἴη τῷ Σωκράτει τυχὸν ἢ τῷ Πλάτωνι)· δεῖ καὶ τῷ εἴδει καὶ τῇ στερήσει πάντως ὑποκειμένου τινὸς ἐν ᾧ καὶ δρᾷν εἰς ἄλληλα ταῦτα δύναιντο. Μὴ ὂν γὰρ ἀντικείμενον τὸ ὑποκείμενον, ἑκάτερον τῶν ἀντικειμένων ὑπομενεῖ. Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ὑποκείμενον, ἡ ἀνείδεος ὕλη καὶ ἄποιος, D πρῶτον ὑποκείμενον τὰς πρώτας ἀντικειμένοις καταλλήλοις, τρεῖς ἄρα τῶν φυσικῶν αἱ τῆς γενέσεως πρῶται ἀρχαί· τὸ εἶδος, ἡ στέρησις καὶ ἡ ὕλη. Ἀλλὰ τὸ μὲν εἶδος καὶ ἡ ὕλη καθ' αὑτὰ νοοῦνται ἀρχαὶ, διὰ τὸ τὴν ὕλην ὑποκεῖσθαι τῷ εἴδει, καὶ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Διὸ καὶ ὑπομένει προσιὸν αὐτὸ, καὶ ἐφίεται μᾶλλον αὐτοῦ. Ἡ δὲ στέρησις, ἀντικειμένη καὶ ἀσύνακτος οὖσα πρὸς τὸ εἶδος, ἐξίσταται ἐκόντος αὐτοῦ. Ὅθεν καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἀρχὴ νοεῖται ἡ στέρησις, ὡς μόνον προϋπάρχουσα τῆς γενέσεως. Οὐ γὰρ ἂν ἔσοιτο γένεσις μὴ οὔσης στερήσεως· ἐπεὶ

[5] Lib. Categ. c. 6, s. 2. [6] Phys. c. 1, tex. 15, 25. [7] Phys. c. 6, t. 41, 43, 44, 47. [8] Phys. c. 7, t. 55-60, 62, [9] 1 Phys. 7. t. 56.57 ; 1 Phys. c. 8, t. 64.

Digitized by Google

τὸ γινόμενον ἐκ μὴ τοιούτου πεφυκότος γίνεται. Μὴ κατὰ συμβεβηκὸς δ' οὔσης ἀρχῆς τῆς στερήσεως, ἀλλὰ καθ' αὑτό, φθείροιτ' ἂν τὸ ὑποκείμενον ἐν τῇ ταύτης ἀποβολῇ, εἴπερ τὸ εἶναι αὐτῷ σὺν τῷ ἐστερῆσθαι ἦν. Ἐστερημένη γὰρ τοῦ εἴδους ἡ ὕλη ἐτύγχανεν οὖσα. Ὥστε πῶς μὲν τρεῖς ἀρχαὶ θεωροῦνται τῶν φυσικῶν· πῶς δὲ δύο τῆς στερήσεως οὔσης ἀρχῆς κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐ καθ' αὑτό, sed per se; subjectum utique in illius abjectione corrumperetur; siquidem ipsi essentiæ ratio, cum eo quod est privatum esse, foret; materia quippe forma privata esset. Quodammodo ergo tria, quodammodo duo naturalium (corporum) principia considerantur[11]; cum privatio non sit principium per se, sed per accidens.

ς'. Ἄλλη δέ ἐστιν ἡ ἐν ταῖς κατηγορίαις ἀντικειμένη τῇ ἕξει στέρησις, ὡς ἡ τυφλότης τῇ ὄψει, ἥτις οὐδ' ἀνακάμπτει πρὸς τὴν ἕξιν μετέχουσά πως τῆς ποιότητος καὶ αὐτὴ καὶ παρακεχρωσμένη τῷ εἴδει οὗ λέγεται στέρησις. Ἄλλη δὲ πάλιν αὕτη ἡ στέρησις ἀνακάμπτουσα πρὸς τὸ εἶδος καὶ ἀντικειμένη αὐτῷ, οὐχ ὡς στέρησις ἕξει (κἂν στέρησις ὀνομάζηται), ἀλλ' ὡς ἡ ἠρεμία τῇ κινήσει καὶ ἁπλῶς, ὡς τἀναντία. Τὰ γὰρ ἐναντία ἤ εἴδη καὶ ἄμφω ἐστὶν, ὡς ψυχρὸν καὶ θερμόν· ἢ θάτερον ἐσχάτη θατέρου ἀπόπτωσις (ὡς ἡ ἀδικία καὶ ἡ δειλία), πεφυκὸς μέντοι πρὸς τὸ εἶδος ἀνακάμπτειν. Ὅτε δὲ μὴ πέφυκεν ἀνακάμπτειν, τότ' ἐστὶν ὄντως στέρησις. Αὕτη δὲ ἡ τῷ εἴδει ἀντικειμένη στέρησις μετὰ τῆς πρὸς τὸ εἶδος ἐπιτηδειότητος θεωρεῖται, καθάπερ καὶ ἡ ἠρεμία μετὰ τῆς πρὸς τὴν κίνησιν ἐπιτηδειότητος. Ἠρεμία τε γάρ ἐστιν ἡ τοῦ πεφυκότος κινεῖσθαι ἀκινησία· καὶ στέρησις ἀπουσία ἐν τῷ πεφυκότι. Τοίνυν κατὰ τὴν τῶν ἐναντίων ἀντίθεσιν, ἡ στέρησις καὶ τὸ εἶδος ἀντίκειται. Ὥστε κατὰ τὴν εἰς ἄλληλα τούτων μεταβολὴν τὴν γένεσιν ἐπιτελεῖσθαι καὶ τὴν φθοράν.

ζ'. Ἀλλ' εἰ τἀναντία ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος εἰσὶ, τὸ δὲ εἶδος καὶ ἡ στέρησις ἐναντία, πότερον ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος εἰσίν; ἢ πάντως ἐκεῖνα τῶν ἐναντίων ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστὶν, ὅσα εἴδη καὶ ἄμφω, καθὼς τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμόν· ὧν δὲ θάτερον ἐσχάτη ἀπόπτωσις τοῦ λοιποῦ, ταῦτ' οὐκ ἀνάγκη τῷ αὐτῷ γένει συνάγεσθαι· ὥσπερ οὐδ' ἁπλῶς τὴν ἀνυπαρξίαν καὶ τὴν ὕπαρξιν. Τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι, τὸ δ' ἔστι. Τοῦ μὴ ὄντος δὲ καὶ τοῦ ὄντος πῶς ἂν εἴη γένος κοινόν; Οὐκ ἤδη τοίνυν, εἴπερ οὐσία τις τὸ εἰδός ἐστιν, ἔσοιτ' ἂν καὶ ἡ στέρησις ὅλως οὐσία. Τὸ μὲν γὰρ εἶδος ἐπεὶ μετὰ τῆς ὕλης τὴν σύνθετον οὐσίαν συνίστησιν, εἴη ἂν καὶ οὐσία τις· ἡ δέ γε στέρησις τὴν σύνθετον οὐσίαν διαλύουσά τε καὶ φθείρουσα, πῶς ἂν εἴη ὅλως οὐσία; Εἴη δ' ἂν τὸ εἶδος οὐσία μᾶλλον καὶ οὐ συμβεβηκὸς, καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ὕλῃ γινώσκεται, διὰ τὸ μετὰ τῆς ὕλης τὴν σύνθετον οὐσίαν ἀποτελεῖν, μέρος ταύτης γινόμενον, ὥσπερ δὴ καὶ ἡ ὕλη. Καὶ τούτῳ διαφέροιεν ἂν ἀλλήλων τὸ εἶδος καὶ τὸ συμβεβηκὸς, κἂν ἄμφω ἐν ὑποκειμένῳ λέγοιντο εἶναι, ὅτι τὸ μὲν συμβεβηκὸς τῇ οὐσίᾳ συνελθὸν οὐ δύναταί τι ποιῆσαι σύνθετον μετ' αὐτῆς· ὥσπερ δὴ καὶ ἡ στέρησις μὴ δυναμένη μετὰ τῆς

cum formæ opponatur, et cum ipsa societatem inire non possit, ingrediente ipsa discedit. Unde etiam privatio principium ex accidente esse intelligitur, ut quæ ante generationem tantum exsistat. Neque enim si privatio non sit, generatio erit: quandoquidem quod generatur, ex eo quod non est ejusmodi, sed ad id aptum natum est, generatur[10]. Quod si autem privatio non esset principium per accidens,

6. Alia autem est privatio, quæ in categoriis[12] habitui opponitur, ut visui cæcitas, quæ nunquam ad habitum revertitur, quodammodo nimirum et ipsa qualitatis particeps et tincta illa forma cujus privatio dicitur. Alia autem rursus hæc privatio quæ ad formam redit, eique opponitur, non quidem ut habitui privatio (tametsi privatio nominetur), sed ut quies motui, et ut simpliciter dicam, perinde ut contraria. Nam quæ contraria sunt, aut etiam ambo species sunt, ut frigidum et calidum; aut alterum ab altero longissime cadit; sed ita tamen natura comparatum est, ut ad formam redire possit. Cum autem natura sic comparatum non est, ut reverti possit, tunc vere est privatio. Atque hæc formæ opposita privatio cum aptitudine ad formam; quemadmodum etiam quies, cum aptitudine ad motum consideratur. Nam et quies est immobilitas ejus quod ita natura comparatum est, ut moveri possit; et privatio, est absentia in eo quod sic natura comparatum est. Proinde qua ratione contraria pugnant inter se, privatio et forma opponuntur, ut per mutuam ipsarum mutationem generatio et corruptio perficiatur[13].

7. Sed [dicat aliquis] si contraria sub eodem sunt genere; forma autem et privatio contraria sunt, utrum sub eodem genere erunt? an omnino illa demum contraria sunt sub eodem genere, quæ ambo etiam species sunt, ut frigidum et calidum; quorum autem alterum a reliquo longissime cadit, hæc ad idem genus colligi non est necesse; quemadmodum ut simpliciter dicam, nec exsistentiæ privationem et ipsam exsistentiam. Illa enim, non est; hæc, est. Atqui ejus quod est, et ejus quod non est, qui commune genus esse possit? Non ergo protinus, siquidem forma sit essentia quædam, etiam privatio essentia omnino fuerit. Forma enim quia cum materia essentiam compositam constituit, essentia quædam fuerit; at vero privatio, quia compositam essentiam dissolvit et corrumpit, quomodo tandem essentia esse poterit? Forma autem essentia potius fuerit, et non accidens; tametsi in subjecto, in materia, esse agnoscatur, propterea quod cum materia compositam essentiam efficiat, cum pars sit illius, quemadmodum sane etiam materia. Atque hoc a se invicem forma et accidens differunt, tametsi ambo in subjecto esse

[10] 1 Phys. c. 8, t. 66. [11] 1 Phys. c. 8, t. 67, 70. c. 8, t. 57. [12] Lib. Categ. c. 10, s. 20. [13] 1 Phys. c. 6, t. 50, c[5]

dicantur, quod accidens cum essentia congressum non potest aliquid cum ea compositum efficere; quemadmodum sane etiam privatio, quia non potest cum materia aliquid **11** compositum efficere [14], accidens est materiæ: forma autem cum materia essentiam compositam efficit; et proinde non est accidens.

ὕλης σύνθετόν τι ποιῆσαι, συμβεβηκός ἐστι τῇ ὕλῃ. Τὸ δ' εἶδος τὴν σύνθετον οὐσίαν μετὰ τῆς ὕλης ποιεῖ, κἀντεῦθεν οὐκ ἔστι συμβεβηκός.

8. Quod si [regerat aliquis amplius] essentiæ nihil est contrarium, formæ autem privatio est contraria, [quomodo forma erit essentia?] Verum illi essentiæ nihil est contrarium, quæ nunquam in subjecto consideratur, forma autem quatenus in subjecto, materia, agnoscitur, hactenus etiam illi privatio est contraria. Deinde vero forma hæc ne quidem essentia est proprie, quemadmodum nec materia. Si enim elementa ab his quæ sunt ex elementis diversa sunt (neque enim carnis elementa, carnes sunt), satis manifestum est nec essentiæ elementa, proprie essentias esse, qualis est ea quæ constat ex ipsis. Sed quoniam essentia intentionis et remissionis ratione dicitur; erunt hæcquoque quodammodo essentiæ, compositæ tamen deteriores, et ut ita dicam, essentiales, non essentiæ; quo nomine etiam corporeæ, et non corpora. Hæc autem cum ita se habeant, quodam equidem modo forma magis essentia videtur esse; quodam autem modo **12** materia. Etenim quoad stabilitatem quidem et subjectionis rationem materia magis quam forma censetur essentia: quatenus autem cuique rei suum esse per formam est (per quam etiam ab aliis differens in propria consistit natura), eatenus forma magis essentia exsistimatur.

η'. Εἰ δὲ τῇ οὐσίᾳ ἐναντίον οὐδέν· τῷ δὲ εἴδει ἐναντία ἡ στέρησις· ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ οὐσίᾳ ἐναντίον οὐδὲν τῇ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ θεωρουμένῃ ποτέ. Τὸ δὲ εἶδος καθ' ὃ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ὕλῃ γινώσκεται, κατὰ τοῦτο καὶ ἐναντίον ἔχει τὴν στέρησιν. Ἔπειτα οὐδὲ κυρίως οὐσία τὸ τοιοῦτον εἶδός ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ὕλη· εἰ γὰρ ἕτερα τὰ στοιχεῖα τῶν στοιχειωτῶν (οὐδὲ γὰρ τῆς σαρκὸς τὰ στοιχεῖα σάρκες εἰσίν), εὔδηλον, ὡς οὐδὲ τὰ τῆς οὐσίας στοιχεῖα (ταῦτα δέ τὸ εἶδος καὶ ἡ ὕλη) κυρίως ἂν εἶεν οὐσίαι· ὁποία ἡ ἐξ αὐτῶν. Ἀλλ' ἐπείπερ ἡ οὐσία κατὰ τὸ μᾶλλον λέγεται καὶ τὸ ἧττον, ἔσοιντό πως καὶ ταῦτα οὐσίαι· χείρους μέντοι τῆς συνθέτου, καὶ οἷον εἰπεῖν οὐσιώδη καὶ οὐκ οὐσίαι. Διότι καὶ σωματικά, ἀλλ' οὐ σώματα. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, πῶς μὲν τὸ εἶδος μᾶλλον οὐσία δοκεῖ, πῶς δὲ ἡ ὕλη; Κατὰ μὲν γὰρ τὸ μόνιμον καὶ τὸ ὑποκεῖσθαι μᾶλλον τοῦ εἴδους οὐσία ἡ ὕλη νομίζεται· καθόσον δ' ἑκάστῳ τῶν ὄντων κατὰ τὸ εἶδος τὸ εἶναί ἐστι (καθ' ὃ καὶ διαφέρον τῶν ἄλλων ἐπ' οἰκείας καθέστηκε φύσεως), κατὰ τοῦτο μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος ὑπολαμβάνεται.

9. Porro aliud est naturalium corporum principia inquirere, ex quibus aliquid non per accidens, sed per se ortum est; et aliud est simpliciter [dictæ] mutationis principia indagare. Quoad prius ergo, privatio erit et principium et causa per accidens; ut quæ non exsistat in re quæ oritur, sed etiam ab ea sejuncta sit. Materia enim et forma in eo quod oritur exsistunt, et propterea etiam elementaria rerum generationi subjectarum principia dicuntur [15]; quippe elementa in ea re quæ constat ex ipsis, exsistere necesse est. Quoad autem posterius, privatio non tantum per accidens principium et causa erit, sed jam etiam per se. Sicut enim forma mutationis ad esse causa est, ita privatio, ad non esse. Hinc igitur manifestum est, unam eamdemque rem contrario modo affectam, contrariorum causam effici. Forma enim cum adest quidem, generationis **13** causa per se; cum autem abest, corruptionis causa est per accidens, inverso modo privatio se habet. Cum enim adest quidem, corruptionis causa per se; cum vero abest, generationis causa est per accidens. Aut, ut rectius dicam, privatio et cum adest et cum abest, generationis causa est per accidens; cum quidem adest, propterea quod id quod oritur, ex eo quod non est hujusmodi, oriri oportet; cum autem abest, quod ipsa abscedente, forma innascitur.

θ'. Ἄλλο δέ ἐστιν ἀρχὰς τῶν φυσικῶν σωμάτων ζητεῖν, ἐξ ὧν γέγονέ τι μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ καθ' αὑτό, καὶ ἄλλο μεταβολῆς ἁπλῶς ἀρχὰς ἐρευνᾷν. Κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον ἡ στέρησις ἂν εἴη ἀρχή τε καὶ αἴτιον κατὰ συμβεβηκός, ὡς μὴ ἐνυπάρχον τῷ γινομένῳ, ἀλλὰ (καὶ) κεχωρισμένον αὐτοῦ. Ἡ ὕλη γὰρ καὶ τὸ εἶδος ἐνυπάρχουσι τῷ γινομένῳ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ στοιχειώδεις ἀρχαὶ τῶν ὑπὸ γένεσιν λέγονται. Ἐνυπάρχειν γὰρ ἀναγκαῖον τὰ στοιχεῖα τῷ στοιχειωτῷ. Κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐκ ἂν εἴη μόνον κατὰ συμβεβηκὸς ἀρχὴ καὶ αἴτιον ἡ στέρησις· ἀλλ' ἤδη καὶ καθ' αὑτό. Ὡς γὰρ τῆς εἰς τὸ εἶναι μεταβολῆς αἴτιον τὸ εἶδος· οὕτω τῆς εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡ στέρησις. Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ἐναντίως διακείμενον τῶν ἐναντίων αἴτιον γίνεται. Τῇ μὲν γὰρ παρουσίᾳ τὸ εἶδος αἴτιόν ἐστι τῆς γενέσεως καθ' αὑτό· τῇ δ' ἀπουσίᾳ αἴτιον τῆς φθορᾶς κατὰ συμβεβηκός. Ἡ στέρησις δ' ἐμπάλιν· τῇ μὲν παρουσίᾳ τῆς φθορᾶς αἴτιον καθ' αὑτό· τῇ δ' ἀπουσίᾳ τῆς γενέσεως αἴτιον κατὰ συμβεβηκός. Ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν παρουσίαν καὶ κατὰ τὴν ἀπουσίαν εἴη ἂν ἡ στέρησις αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς τῆς γενέσεως· κατὰ μὲν τὴν παρουσίαν, ὅτι ἐκ μὴ τοιούτου δεῖ γενέσθαι τὸ γινόμενον· κατὰ δὲ τὴν ἀπουσίαν, ὅτι ἀπογινομένης αὐτῆς τὸ εἶδος ἐγγίνεται.

[14] 1 Phys. c. 8, t. 60, 66. [15] 1 Phys. c. 9, t. 57.

Digitized by Google

## SYNOPSIS CAPITIS II,

### QUOD EST DE MATERIA ET FORMA ET PRIVATIONE.

*1. Ex variis divisionibus et subdivisionibus eorum quæ proprie fieri dicuntur, ostendit quæcunque proprie fiant, ex subjecto fieri, adeoque ex eo quod fiant, et ex eo ex quo fiant, composita esse ; quorum posterius duplex est, materia et privatio, ut ita et duo et tria sint naturalium corporum principia ; duo per se, materia et forma, tertium per accidens, privatio. — 2. Demonstrat hanc privationem male a veteribus fuisse sublatam, cum qua nimirum etiam quantum in ipsis fuit, generationem et corruptionem rerum naturalium sustulerunt, earumque* **14** *mistionem duntaxat et mistorum dissolutionem substituerunt. — 3. Ad objectionem contra generationem et corruptionem rerum naturalium a veteribus motam et indiscussam duplici distinctione entis et non entis respondet, quod nimirum aliud sit per se, aliud per accidens, et quod item aliud sit tale actu, aliud potentia ; et ostendit, id quod fit, partim ex eo quod est, partim ex eo quod non est, fieri : rursus quod corrumpitur, partim in id quod est, partim in id quod non est, corrumpi. — 4. Docet materiam primam analogia, quam ad alias res artificiales habet, cognosci ; sed adhuc perfectius omnium formarum negatione seu remotione. — 5. Recenset aliquot materiæ appellationes, et in primis quare eam Plato magnum et parvum appellasse videri possit. — 6. Aliorum sententias de materia exponit, quorum alii eam incorpoream, alii corpus, sed qualitatibus orbatum, rationibus suis nixi appellarunt. — 7. Commemorat quod eam quidam ethnici philosophi ortus et interitus expertem imaginati fuerint, ubi pie distinguit et docet, quod physice ortus et interitus sit expers, et quod hyperphysice ratione creationis ex nihilo et in nihilum destructionis, cum ortam esse tum interituram dici possit. — 8. Platonicos et Peripateticos conciliat, quorum illi* **15** *materiam alterationis expertem, hi totam alterationi subjectam fecerunt : quod nimirum illi de prima, hi de secunda materia locuti sint.*

### ΚΕΦΑΛ. Β'.

### *Περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς στερήσεως.*

Γ'. Καὶ γὰρ ἐπείπερ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους συνέστηκε Β τῶν ὑπὸ γένεσιν ἕκαστον, ἔχει γὰρ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ καὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ τὸ κινεῖν, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, πάσχειν τε καὶ ποιεῖν. Κσὶ κατὰ μὲν τὸ εἶδος ἔχει τὸ ἐνεργείᾳ, κατὰ δὲ τὴν ὕλην τὸ δυνάμει. Καὶ τοῦ μὲν ἐνεργείᾳ ἐστὶ τὸ ἐνεργεῖν καὶ κινεῖν καὶ ποιεῖν· τοῦ δυνάμει δὲ τὸ ἐνεργεῖσθαι καὶ κινεῖσθαι καὶ πάσχειν. Ὅθεν ἡ κίνησις, ἐνέργεια τοῦ δυνάμει λεγομένη, πάθος μᾶλλόν ἐστιν. Ἐνέργεια δὲ λέγοιτ' ἂν ἴσως, καὶ διότι τὸ κινούμενον ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ φύσεως ἔχει προσεχῶς τὸ κινεῖσθαι, κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπιτηδειότητα, κἂν τὴν πρώτην τοῦ κινεῖσθαι ἀρχὴν ἔξωθεν λαμβάνοι. Κυρίως δὲ πᾶν τὸ κινούμενον, καθὸ κινεῖται, πάσχει, οὐκ ἐνεργεῖ. Ὃ δὲ μὴ πάσχει, οὐδὲ κινεῖται. Διότι τὸ μὲν δυνάμει καθὸ δυνάμει κινεῖται μεταβαῖνον C ἐπὶ τὸ ἐνεργείᾳ· καὶ ἡ κίνησις ὁδός τίς ἐστιν ἀπὸ τοῦ δυνάμει ἐπὶ τὸ ἐνεργείᾳ διαβιβάζουσα· τὸ δ' ἐνεργείᾳ καθὸ ἐνεργείᾳ μένει ἀκίνητον

4. Porro quod est potentia, est id quod potest et ita natura comparatum est, ut fieri possit hoc quod potentia dicitur: quod autem est actu, illud est quod jam id est, quod actu dicitur.

δ'. Δυνάμει μὲν οὖν ἐστιν ὃ δύναται καὶ πέφυκε γενέσθαι τοῦτο, ὃ λέγεται δυνάμει· ἐνεργείᾳ δέ, ὃ ἤδη ἐστὶ τοῦτο, ὃ λέγεται ἐνεργείᾳ.

5. Exempli gratia: scholasticus Zosimion, qui cum albus esset, a diuturno morbo niger factus est, prius actu albus erat, niger vero potentia, quandoquidem niger fieri poterat. Quatenus igitur albus erat, moveri non dicebatur; quatenus autem niger, siquidem potentia id erat, cum nigredinem contrahere cœpit, atque ab eo quod potentia niger erat, ad id ut actu niger fieret adducebatur; tum ad nigredinem moveri dicebatur. 41 Atque illa nigredinis contractio, motus erat; quæ actus erat Zosimionis potentia nigri, quantum ad potentiam attinet, hoc est, quatenus ita comparatus erat, ut niger fieri posset. Posteaquam autem niger factus est, non jam quantum ad nigredinem attinet, movebatur, sed in nigredine constitit. Eodem igitur etiam modo omne quod actu est, non movetur, quatenus actu est.

ε'. Οἷον ὁ σχολαστικὸς Ζωσιμίων, ὃς λευκὸς ὢν ὑπὸ νοσήματος ἐμελάνθη χρονίου, πρότερον ἦν ἐνεργείᾳ λευκός· δυνάμει δὲ μέλας, ἐπείπερ ἠδύνατο γενέσθαι μέλας. Καθὸ μὲν οὖν λευκὸς, οὐκ ἂν ἐλέγετο κινεῖσθαι· καθὸ δὲ μέλας, ἐπείπερ δυνάμει ἐτύγχανεν, ὅτ' ἤρξατο μελαίνεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ D δυνάμει μέλας εἰς τὸ ἐνεργείᾳ μέλας γενέσθαι προήγετο, τότ' ἂν ἐπὶ τὸ μέλαν ἐλέγετο κινεῖσθαι. Καὶ ἦν ἡ μέλανσις κίνησις, ἐνέργεια οὖσα τοῦ δυνάμει μέλανος Ζωσιμίωνος, κατὰ τὸ δυνάμει, τουτέστι καθὸ ἐπεφύκει γενέσθαι μέλας. Ὅτε δ' ἐνεργείᾳ γέγονε μέλας, οὐκέτι κατὰ τὸ μέλαν κινούμενος ἦν· ἀλλ' ἔστηκεν ἐν τῷ μέλανι. Τὸν αὐτὸν τρόπον (οὖν) καὶ πᾶν ἐνεργείᾳ ὄν, οὐ κινεῖται καθό ἐστιν ἐνεργείᾳ.

6. Sed neque moveri aliquid dicitur, quatenus potentia est, dum in potentia tantum manet et sola aptitudine cognoscitur: verum quando a potentia

ς'. Ἀλλ' οὐδὲ καθὸ δυνάμει λέγοιτ' ἄν τι κινεῖσθαι, μένον δυνάμει μόνως καὶ μόνῃ ἐπιτηδειότητι γνωριζόμενον. Ἀλλ' ὅταν ἀπὸ τοῦ δυνάμει μετα-

Digitized by Google

ἄλλῃ τὸ ἐνεργείᾳ μένον ἔτι δυνάμει, τότε λέγεται κινεῖσθαι. Διά τοι τοῦτο πρόσκειται τῷ τῆς κινήσεως ὁρισμῷ τὸ ᾗ τοιοῦτον, ἤγουν τὸ καθὸ δυνάμει ἐστίν· ἵνα κἂν τῷ ὑποκειμένῳ ταυτὸν ᾖ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ· κατὰ τὸ δυνάμει γινομένη ἡ κίνησις θεωρεῖτο· καὶ ἕως ἂν ἔτι περισῴζηται τὸ δυνάμει. Τούτου γὰρ τελέως ἀπολουμένου κίνησις οὐκ ἔστι. Τὸ γὰρ ἐνεργείᾳ γενόμενον καθόσον ἐνεργείᾳ, οὐκ ἐν κινήσει ἐστίν· ἐν στάσει δὲ καὶ μονῇ. Κἂν τούτῳ ἡ κίνησις διαφέροι ἂν τοῦ ἐνεργείᾳ τε καὶ τῆς τελείας ἐνεργείας· ὅτι ἐπὶ μὲν τούτων ἔφθαρται τὸ δυνάμει· ἐπὶ δὲ τῆς κινήσεως, μένοντος τοῦ δυνάμει τῆς κινήσεως ἐπιτελεῖται ἐνέργεια.

ζ'. Πάλιν κίνησίς ἐστιν ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν, ἤγουν ἐνέργεια παθητικὴ τοῦ δυναμένου καὶ πεφυκότος κινηθῆναί τε καὶ μεταβαλεῖν ἀπὸ τοῦδε εἰς τόδε, καθὸ δύναται καὶ πέφυκεν, οὐ καθὸ ἤδη ἔστιν. Εἰ δὲ τοῦ κινητοῦ ἐστι τοιαύτη ἐντελέχεια ἡ κίνησις, δῆλον ὡς οὐκ ἐν τῷ κινοῦντι, ἀλλ' ἐν τῷ κινουμένῳ ἐστίν. Εἰ δὲ ἡ ὅρασις οὐκ ἐν τῷ ὁρωμένῳ, ἀλλ' ἐν τῷ ὁρῶντι τυγχάνουσα, ἐν τῷ κινοῦντι εἶναι καὶ ποιοῦντι δοκεῖ· ἀλλ' ὑπὸ τῆς λέξεως ἡ ἀπάτη προφερομένης μὲν ἐνεργητικῶς, οὐδὲν δ' ἧττον δηλούσης πρᾶγμα παθητικόν. Πᾶν γὰρ (τὸ) αἰσθανόμενον πάσχει καὶ οὐ ποιεῖ· διὸ καὶ ἡ ὅρασις ἐν τῷ ὁρῶντι οὖσα, ἐν τῷ πάσχοντι (καὶ) κινουμένῳ ἐστὶ, καθὼς καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν αἰσθήσεων ἐν τοῖς αἰσθανομένοις εἰσίν· οὐχ ὡς ἐν κινοῦσί τε καὶ ποιοῦσιν, ἀλλ' ὡς ἐν κινουμένοις καὶ πάσχουσι.

η'. Καὶ ἄλλος καὶ λόγος ἀποδίδοται τῆς κινήσεως, δεικνύων αὐτὴν τοῦ κινουντος καὶ ποιοῦντος οὖσαν κυρίως ἐνέργειαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μὲν ἀρχομένην τε καὶ ἐνδιδομένην, ἐνστηριζομένην δὲ καὶ ἐμμένουσαν τῷ κινουμένῳ καὶ πάσχοντι. Ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· Κίνησίς ἐστιν ἐνέργεια τοῦ κινοῦντος ἐν τῷ κινουμένῳ. Καὶ γὰρ ἡ οἰκοδόμησις ἐνέργειά ἐστι τοῦ οἰκοδομοῦντος ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ· καὶ ἰάτρευσις ἐνέργεια τοῦ ἰατρεύοντος ἐν τῷ ἰατρευομένῳ. Ἄλλο δέ ἐστιν οἰκοδόμησις καὶ ἰάτρευσις· καὶ ἄλλο τὸ ᾠκοδομῆσθαι καὶ ἰατρεῦσθαι. Ἡ μὲν γὰρ οἰκοδόμησις καὶ ἰάτρευσις ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι ἔχουσι· τουτέστιν, ἐν τῷ οἰκοδομεῖσθαι τὸ οἰκοδομούμενον· καὶ ἐν τῷ ἰατρεύεσθαι τὸ ἰατρευόμενον. Τὸ δ' ᾠκοδομῆσθαι καὶ ἰατρεῦσθαι ἐν τῷ γενέσθαι τὸ εἶναι λαμβάνουσι. Διὸ καὶ οἰκοδόμησις μὲν καὶ ἰάτρευσις κινήσεις εἰσί· τὸ δ' ᾠκοδομῆσθαι καὶ ἰατρεῦσθαι κεκινῆσθαί ἐστιν. Αἱ ἄρα διαθέσεις αἱ ἀπὸ τῶν κινήσεων ἐγγινόμεναι κινήσεις οὐκ εἰσὶν, ἀλλ' ἀποτελέσματα τῶν κινήσεων.

θ'. Ἐπεὶ δὲ ἡ κίνησις ἐν τῷ κινουμένῳ ὑπὸ τοῦ κινοῦντός ἐστιν, ὡς μὲν ἐν τῷ κινουμένῳ οὖσα, παθητική τε καὶ ἀτελὴς ἐνέργεια λέγεται. Διόπερ καὶ τὸ κινούμενον ὅπερ ἐστὶ τὸ δυνάμει, πάσχει τε

A esse ad actu esse movetur, cum interim a hoc esse potentia maneat, tum moveri dicitur. Propterea definitioni motus adjectum est, quatenus tale est, hoc est, quatenus potentia est; ut, tametsi subjecto idem sint, quod potentia et actu est; motus tamen quoad esse potentia factus consideretur, et quandiu ipsum potentia esse incolume conservatur. Hoc enim prorsus interempto non [amplius] est motus. Quod enim actu esse consecutum est, quatenus actu est, non est in motu, sed in statu et constantia. Atque in hoc motus ab eo quod est actu et ab ipso perfecto actu differt; 42 quod in his id quod potentia est, interiit; in motu autem, manente eo quod est potentia, motus actio perficitur.

B 7. Rursum, motus est entelechia mobilis [49], quatenus est mobile, hoc est, actus passivus ejus quod potentia est, et ita natura comparatum, ut moveri et ab hoc in hoc mutari possit, quatenus potest et natura comparatum est, non quatenus jam est. Quod si autem motus est ejusmodi entelechia rei mobilis [50], manifestum est, eum non in movente, sed in eo quod movetur, esse. Et si vero ἡ ὅρασις, id est visio, quæ non in viso, sed in videnti exsistit, in movente et agente esse videtur; deceptio tamen a dictione oritur, quæ quidem ita profertur quasi actionem significet, nihilominus tamen rem passivam declarat. Quidquid enim sentit, patitur et non agit. Quapropter etiam visio licet in videnti sit, tamen in patiente, C eoque quod movetur, est: quemadmodum etiam reliqui sensus in sentientibus sunt, non ut in moventibus et agentibus, sed ut in iis quæ moventur et patiuntur [51].

8. Et alia vero etiam motus definitio assignatur, quæ ostendit ipsum moventis et efficientis proprie actum esse, ut qui 43 ab ipso quidem incipiat et tribuatur, in eo autem quod movetur et patitur, fulciatur et maneat. Hujusmodi autem est definitio: Motus est actus ejus quod movet in eo quod movetur. Ædificatio enim actus est ædificantis in eo quod ædificatur: et sanatio est actus sanantis in eo quod sanatur. Aliud autem est ædificatio et sanatio: aliudque ædificatum et sanatum esse. Ædificatio enim et sanatio in ipso fieri suum esse habent; D hoc est, in eo dum ædificatur id quod ædificatur, et dum sanatur id quod sanatur. At vero ædificatum et sanatum esse, ex hoc quod facta sunt, esse accipiunt. Quapropter etiam ædificatio et sanatio motus sunt: ædificatum autem et sanatum esse, motum esse. Affectiones itaque quæ insunt ex motibus, non sunt motus, sed effecta motuum.

9. Quoniam autem motus est in eo quod a movente movetur; ut quidem in eo quod movetur exsistit, passivus et imperfectus actus dicitur (quandoquidem etiam quod movetur, hoc est,

[49] 3 Phys. c. 2, t. 16. [50] 3 Phys. c. 2, t. 18. [51] 3 Phys. c. 3, t. 25.

Digitized by Google

quod potentia est, cum patitur, quatenus potentia est, tum natura imperfectum est : nondum enim est quod dicitur) ; ut autem a **44** movente proficiscitur, magis proprie et perfectius actus dici queat; quandoquidem etiam movens quale est, quod actu est, cum ad agendum valet quatenus actu est, tum natura perfectum est. Quippe etiam est quod dicitur. Motus proinde actus est.

10. Idemque et ut actio, et ut passio est [52]. Actio autem et passio ratione quidem differunt : subjecto autem unum idemque sunt ambæ, ut docendi et discendi actus, utque ascensus et descensus [53]. Quin imo potius et subjecto et ratione unus idemque motus est, qui ab eo quod movet in eo quod movetur exsistit. Neque enim quemadmodum actio et passio dividuntur, illa circa affectionem ab agente; hæc circa eam quæ a patiente est exoriens ; sic etiam ab ipso [motu] quod est ab hoc et quod est in hoc distincta sunt; sed ambo hæc unum motum complent, ipsius definitionem omnibus suis numeris absolventia.

11. Porro motum sub quantitate collocant; quandoquidem propter magnitudinem, in qua consideratur, continuus videtur; quemadmodum tempus propter motum. Et vero etiam in iis quæ ad aliquid referuntur, eum reponunt; siquidem motus, ejus quod **45** movetur, est motus; et quod movetur, per motum movetur. Fortassis autem motus cum indefinitus sit, in nullo decem generum definitorum per se recipietur. Cum enim ea quæ sunt ac definita sunt, respectu actus ac potentiæ dicantur, motus in horum neutro poni potest. Nam et quod potentia tantum est, nondum movetur; et quod actu est, non amplius movetur.

12. Aliud autem est potentia, et aliud quod est potentia ; itemque aliud est quod est actu, et aliud actus. Illi igitur quod est potentia, id quod actu est, opponitur; potentiæ vero, actus. Et potentia quidem est perfecta essentiæ præparatio, et non impedita ad agendum promptitudo, vim inferendi actus habens : quemadmodum dicimus ignem habere urendi potentiam. Potentia autem esse, est aptitudo imperfecta ad quod dicitur potentia esse, ipsum agere ab alio accipiens, et non a se emittens, quemadmodum dicimus semen potentia esse animal. Porro actu est, quod agere jam potest secundum id quod dicitur. Quemadmodum Aristoxenus dicitur musicus, cum actu sit musicus ; quoniam secundum musicam agere potest, quatenus **46** musicus. Actus autem est motus efficax qui a potentia emittitur. Efficax autem est [motus] qui in opere consistit. Opus vero, et effectio et actio. Effectio denique et actio ab efficiendo et agendo sunt : quorum in primo libro (1) capite vicesimo quarto a nobis ante facta est mentio.

A καθὸ δυνάμει, καὶ τὴν φύσιν ἐστὶν ἀτελές. Ὃ γὰρ λέγεται, οὔπω ἔστιν. Ὡς δ' ὑπὸ τοῦ κινοῦντος ἐνέργεια λέγοιτ' ἂν κυριώτερόν τε καὶ τελειότερον. Ἐπεὶ καὶ τὸ κινοῦν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐνεργείᾳ, ἐνεργεῖν τε ἰσχύει καθὸ ἐνεργείᾳ, καὶ τὴν φύσιν ὑπάρχει τέλειον. Ὃ γὰρ λέγεται, τοῦτο καὶ ἔστιν. Ἡ κίνησις ἄρα ἐνέργεια.

ι'. Καὶ ὡς ποίησις καὶ ὡς πάθησις ἡ αὐτή. Ποίησις δὲ καὶ πάθησις τῷ λόγῳ μὲν διαφέρουσι· τῷ δ' ὑποκειμένῳ ταυτὸ καὶ ἓν ἄμφω εἰσὶν, ὡς δίδαξις καὶ μάθησις, καὶ ὡς ἀνάβασις καὶ κατάβασις· ἢ μᾶλλον καὶ τῷ ὑποκειμένῳ καὶ τῷ λόγῳ εἴη ἂν ἡ κίνησις μία καὶ αὐτὴ, ἐν τῷ κινουμένῳ οὖσα ὑπὸ τοῦ κινοῦντος· οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ἡ ποίησις καὶ ἡ πάθησις μερίζονται, ἡ μὲν περὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος σχέσιν, ἡ δὲ περὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πάσχοντος· οὕτω καὶ ἀπ' αὐτῆς τὸ ὑπὸ τοῦδε καὶ τὸ ἐν τῷδε μεμέρισται· ἀλλ' ἄμφω ταῦτα τὴν μίαν κίνησιν συμπληροῖ, τὸν λόγον αὐτῆς ἀπαρτίζοντα. 1477

ια'. Τάττουσι δὲ τὴν κίνησιν ὑπὸ τὸ ποσόν· ἐπεὶ δοκεῖ συνεχὴς διὰ τὸ μέγεθος ἐν ᾧ θεωρεῖται· καθὼς ὁ χρόνος διὰ τὴν κίνησιν. Καὶ ὑπὸ τὰ πρός τι δὲ ταύτην τιθέασιν, εἴγε ἡ κίνησις κινουμένου κίνησις, καὶ τὸ κινούμενον κινήσει κινούμενον. Ἴσως δ' ἀόριστός τις οὖσα ἡ κίνησις, ἐν οὐδενὶ τῶν ὡρισμένων δέκα γενῶν καθ' αὑτὴν συναχθήσεται. Τῶν γὰρ ὄντων καὶ ὡρισμένων ἢ κατὰ τὸ δυνάμει λεγομένων, ἢ κατὰ τὸ ἐνεργείᾳ, ἡ κίνησις ἐν οὐδετέρῳ τούτων τεθῆναι δύναται. Καὶ γὰρ τὸ δυνάμει μόνον ὂν οὔπω κινεῖται· καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ὂν οὐκ ἔτι κινεῖται.

ιβ'. Ἄλλο δέ ἐστι τὸ δυνάμει, καὶ ἄλλο ἡ δύναμις· καὶ ἄλλο τὸ ἐνεργείᾳ, καὶ ἄλλο ἡ ἐνέργεια. Τῷ μὲν οὖν δυνάμει τὸ ἐνεργείᾳ ἀντίκειται· τῇ δυνάμει δὲ ἡ ἐνέργεια. Καὶ ἡ δύναμις μὲν ἔστι παρασκευὴ τελεία τῆς οὐσίας, καὶ ἑτοιμότης ἀκώλυτος πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, οἱστικὴ τῆς ἐνεργείας· ὡς λέγομεν, Τὸ πῦρ ἔχει δύναμιν καυστικήν. Δυνάμει δέ ἐστιν ἐπιτηδειότης ἀτελὴς πρὸς ὃ λέγεται δυνάμει, τὸ ἐνεργεῖν παρ' ἄλλου δεχομένη, καὶ οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς προβάλλουσα· ὡς λέγομεν, Τὸ σπέρμα δυνάμει ζῷον. Ἐνεργείᾳ δέ ἐστιν, ὃ ἐνεργεῖν ἤδη δύναται κατ' ἐκεῖνο ὃ λέγεται· ὡς, Ἀριστόξενος λέγεται μουσικὸς, ἐνεργείᾳ ὢν μουσικός· ἐπεὶ δύναται κατὰ τὴν μουσικὴν ἐνεργεῖν, καθὸ μουσικός. Ἐνέργεια δέ ἐστιν ἡ ὑπὸ τῆς δυνάμεως προβαλλομένη κίνησις ἐνεργός· ἐνεργὸς δέ (ἐστιν), ἡ ἐν τῷ ἔργῳ· ἔργον δὲ ἥ τε ποίησις καὶ ἡ πρᾶξις. Ἡ ποίησις δὲ καὶ ἡ πρᾶξις ἐκ τοῦ ποιεῖν καὶ (ἐκ) τοῦ πράττειν· περὶ ὧν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ κατὰ τὸ εἰκοστὸν καὶ τέταρτον κεφάλαιον προϋπέμνηται. 1482

[52] 3 Phys. c. 2, t. 18. [53] 3 Phys. c. 2, t. 22.

(1) Id est Epitome logica, supra.

Digitized by Google

ιγ'. Τούτων οὕτω διωρισμένων χρὴ γινώσκειν ὅτι λέγεται τὸ πρᾶγμα καὶ κατὰ τὴν δύναμιν δυνάμει, καὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐνεργείᾳ. Διὸ καὶ τὸ δυνάμει διττὸν, καὶ τὸ ἐνεργείᾳ διττόν. Λέγεται γὰρ δυνάμει καὶ τὸ κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην ἀτελῆ μήπω μηδαμῶς γενόμενον τοῦτο ὃ λέγεται· ὡς εἴπομεν, Τὸ σπέρμα δυνάμει ζῶον, καὶ ὡς λέγομεν, Τὸ παιδίον δυνάμει μουσικόν· ὅτι δύναται γενέσθαι τὸ μὲν σπέρμα ζῶον, τὸ παιδίον δὲ μουσικόν. Ἀλλὰ καὶ τὸ γενόμενον μὲν ἤδη καὶ τὴν ἕξιν τελείαν ἔχον, μὴ ἐνεργοῦν δὲ κατ' αὐτὴν, δυνάμει λέγεται καὶ αὐτό· ὡς δυνάμει μουσικὸν τὸν Ἀριστόξενον λέγομεν, ὅταν οὐ κιθαρίζῃ, ἀλλ' ἢ καθεύδῃ ἢ ἄλλο τι ἐνεργῇ. Κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον καὶ τὸ πῦρ δυνάμει λέγομεν καυστικὸν, ὅταν μὴ καίῃ. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον δυνάμει λέγεται ἀτελὲς, τὸ δὲ δεύτερον τέλειον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατ' ἐπιτηδειότητα, τὸ δὲ δεύτερον τέλειον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατ' ἐπιτηδειότητα, τὸ δὲ δεύτερον καθ' ἕξιν. Διττὸν δὲ καὶ τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται τό τε δυνάμενον ἐνεργεῖν κατ' ἐκεῖνο καθ' ὃ (καὶ) λέγεται, μὴ μέντοι ἐνεργοῦν· ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ δευτέρῳ σημαινομένῳ τοῦ δυνάμει· καὶ τὸ κατὰ τὴν ἐνεργὸν κίνησιν θεωρούμενον· οἷον, ὅταν ὁ μὲν Ἀριστόξενος κιθαρίζῃ, καίῃ δὲ τὸ πῦρ πρακτικῶς.

13. His ita determinatis sciendum est rem et secundum potentiam, potentia esse dici; et secundum actum, actu. Quapropter etiam quod potentia est, duplex est; et quod actu est, duplex est. Dicitur enim potentia, quod secundum solam imperfectam aptitudinem nondum adhuc factum est hoc quod dicitur; quomodo diximus semen potentia esse animal, et quomodo asserimus puerum potentia esse musicum; quod semen quidem animal, puer autem musicus fieri potest. Sed quod jam factum est, et perfectum habitum obtinet, nec tamen secundum illum agit, et ipsum potentia dicitur; quemadmodum Aristoxenum potentia dicimus musicum, cum cithara non canit, sed aut dormit, aut aliud quid agit. Quoad hoc significatum dicimus etiam ignem potentia urere, quando non urit. Prius igitur quod potentia **47** est, imperfectum: posterius, perfectum dicitur. Et prius quidem quoad aptitudinem, posterius quoad habitum dicitur. Sed et quod actu est, duplex dicitur; et quod operari potest, secundum illud juxta quod etiam dicitur, tametsi non operetur; quod idem est cum secundo significato ejus quod potentia dicitur; et quod secundum efficacem motum consideratur, veluti cum Aristoxenus cithara canit, et ignis revera urit.

148

ιδ'. Τὸ τοίνυν δεύτερον δυνάμει μέσον ἐστὶ τῶν τε πάντη καὶ μόνως ὄντων δυνάμει, καὶ τῶν πάντη καὶ μόνως ὄντων ἐνεργείᾳ· ἅτε ἀμφοτέρων μετέχον, καὶ πρὸς ἑκάτερον ὑπάρχον τὸ ἕτερον· οἷον πρὸς μὲν τὸ πρῶτον δυνάμει ἐνεργείᾳ ὄν, πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ἐνεργείᾳ δυνάμει. Τὸ πρῶτον οὖν δυνάμει τὸ ἀτελὲς, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τῆς κινήσεως εἰς τὸ πρῶτον ἐνεργείᾳ προάγεται. Οὐ γὰρ ἐξ ἀνάγκης καὶ εἰς τὸ δεύτερον. Καὶ ὁπόταν τὸ οὕτως ὂν δυνάμει πρὸς τὸ ἐνεργείᾳ γενέσθαι χωρῇ, μὴ ἐξιστάμενον τοῦ δυνάμει εἰς τὸ παντελὲς, τότε λέγομεν κινεῖσθαι αὐτό.

14. Posterius igitur quod potentia est, medium est inter ea quæ omnino et tantum potentia, quæque omnino et tantum actu sunt; quod utriusque sit particeps, et ad utrumque alterum exsistat, ut quod quidem ad prius potentia, actu, quoad posterius actu potentia sit. Prius igitur potentia quod imperfectum est, ut diximus, per motum ad prius actu perducitur. Nec enim necessario etiam ad posterius. Et quando quod ita potentia est ad actu esse procedit, ita tamen ut non omnino et perfecte ab eo discedat, quod potentia est; tum ipsum moveri dicimus.

ιε'. Κινεῖσθαι δὲ τὸ δυνάμει λέγοντες, οὐ τὴν ἐπιτηδειότητα κινεῖσθαί φαμεν, ἀλλὰ τὸ τὴν ἐπιτηδειότητα κεκτημένον, τουτέστι τὸ ἐπιτήδειον αὐτὸ καθὸ τοιοῦτόν ἐστιν ὅπερ πάλιν, ὅτε μὴ κινεῖται καθ' ἣν πέφυκε κινεῖσθαι κίνησιν, τότε λέγομεν αὐτὸ κατ' ἐκείνην τὴν κίνησιν ἠρεμεῖν· ἠρεμία γάρ ἐστιν ἀκινησία τοῦ πεφυκότος κινεῖσθαι ὅτε πέφυκε, καὶ οὗ πέφυκε, καὶ ὡς πέφυκεν. Ὅτε μὲν πέφυκεν, ἐπείπερ οὐκ ἂν τὸ ἀρτιγενὲς σκυλάκιον ἠρεμεῖν λέγοιτο κατὰ τὸ ὁρᾶν· πέφυκε μὲν γὰρ ὁρᾶν, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς τὸ τεχθέν· ὅπου δὲ πέφυκεν, ἐπείπερ τῆς ἐν ἀέρι κινήσεως, οὐκ ἂν οἱ ἰχθύες λέγοιντο ἠρεμεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἡ φύσις αὐτοῖς δέδωκεν ἐν ἀερίοις εἶναι. Καθὰ δὲ πέφυκεν, ὅτιπερ οὐκ ἂν οἱ ὄφεις τῆς κατὰ βάδισιν κινήσεως λέγοιντο ἠρεμεῖν· ἑρπυστικοὶ (γὰρ) ἐκ φύσεως, καὶ οὐ βαδιστικοί. Τὸ τοίνυν πεφυκὸς κινεῖσθαι καὶ μὴ κινούμενον ὁπότε πέφυκε, καὶ ἔνθα πέφυκε, καὶ ὡς πέφυκε τῆς κινήσεως ταύτης ἐστερημένον, λέγεται

15. Cum autem moveri dicimus id quod potentia est, non aptitudinem, sed id quod aptitudinem possidet, hoc est, ipsum **48** aptum quatenus tale est, moveri pronuntiamus. Quod rursus cum non movetur, quo motu moveri aptum est; tum ipsum quoad istum motum quiescere dicimus [83]. Quies enim est immobilitas ejus quod ita natura aptum est ut moveri possit, quando, ubi et quomodo natura aptum est. Quando quidem natura ita aptum est, quoniam recens editus catulus quoad visum quiescere non dicitur. Natura enim aptus est quidem, ut videre possit: sed tamen non statim ut est editus. Ubi autem natura aptum est, quando quidem quoad motum in aere pisces quiescere non dicuntur. Neque enim natura ipsis concessit, ut in aere viverent. Quomodo denique natura aptum est, quandoquidem serpentes quoad gradiendi motum quiescere non dicuntur. Serpendi enim et non gradiendi facultatem a natura habent. Quod igitur

149

[83] 3 Phys. c. 4, t. 20.

Digitized by Google

natura aptum est ut moveri possit, nec tamen movetur, quando, et ubi, et quomodo natura aptum est : id motu hoc privatum quiescere dicitur. Hinc igitur cum divinum numen, quod omni vacat materia, ab omni aptitudine et omni imperfectione exemptum sit (cum ipsum esse et 49 perfectio sit); et propterea moveat quidem, primoque et proprie moveat; ipsum autem quoad omnem mutationem sit immobile, convenienter et accommodate dici non potest quiescere. Cui enim motus inest, hujus immobilitas quies est. Immobilitas autem in Deo non est quies, sed identitas et status omnis semper mutationis expers.

A ἠρεμεῖν. Ἐντεῦθεν δῆλον ὡς ἐπεὶ τὸ Θεῖον παντάπασιν ἄϋλον, πάσης ἐπιτηδειότητος καὶ πάσης ἀτελείας ὑπερεξῄρηται, καὶ αὐτὸ ὑπάρχον καὶ αὐτοτέλειον· καὶ διὰ τοῦτο κινεῖ μὲν, καὶ πρώτως καὶ κυρίως κινεῖ, ἀκίνητον δέ ἐστι κατὰ πᾶσαν μεταβολήν· οὐκ ἂν λέγοιτο καταλλήλως καὶ προσφυῶς ἠρεμεῖν. Ὧ γὰρ ἡ κίνησις ἔνεστι, τούτου ἡ ἀκινησία ἠρεμία ἐστίν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ἡ ἀκινησία οὐκ ἔστιν ἠρεμία, ἀλλὰ ταυτότης καὶ κατάστασις ἀεὶ ἀμετάβλητος.

## SYNOPSIS CAPITIS V,

### IN QUO ADHUC DE MOTU ET QUIETE.

1. *Ostendit motum in quatuor considerari prædicamentis, et de sibi subjectis homonymως prædicari.* — 2. *Probat motum localem qui Græce etiam φορὰ, quasi dicas latio, quenquam non satis proprie dicitur, maxime proprium motum esse; quia nimirum sit aliis omnibus evidentior.* — 3. *Demonstrat motum localem omnibus aliis priorem esse, idque aliquot rationibus; quarum prima est, quia sit perfectior.* — 4. *Secunda ratio est, quia non immutat necessario statum ejus quod movetur.*— 5. *Tertia ratio est, quia natura cæteris motibus antecedit, et augmentationi et alterationi.* — 6. *Quin et quodammodo generationi et corruptioni, quæ proprie motus non sunt; ubi inter generationem naturalem et naturali sublimiorem,* 50 *id est, creationem distinguit : produplici causa, proxima, quæ est natura; et ea quæ primario et proprie causa est, architectatrix mens nimirum.* — 7. *Probat motum circularem cæteris motibus localibus priorem esse, quia non tantum misto, sed et rectilineo prior est, tum quia antiquior, tum quia stabilior; antiquior quidem, quia cœlo est insitus; stabilior vero, quia solus potest esse continuus; ubi etiam ostenditur cæteros omnes motus, quin et mutationes non posse esse continuas, itemque quis motus sit continuus, quis non continuus, declaratur.* — 8. *Explicat aliud esse quietem, et aliud finem ac principium motus, quorum illa fit in temporis extensione, hæc minime. Unde etiam quiescere et moveri et insistere et sisti, ut et generari ea similia cum extensione fiunt temporis : at quievisse, motum esse, institisse, ad quietem venisse, generatum esse etc. minime. Sunt enim hæc motuum termini.* — 9. *Per porisma infert, tempus quo res mutabatur tantum, cum eo in quo mutatio absoluta est, non esse majus eo in quo mutabatur tantum; quia nimirum mutatio in termino temporis absoluta est, qui nec auget nec minuit; quippe quod in linea punctum, hoc in motu κίνημα est.*— 10. *Probat motum super recta linea sive rectilineum, infinitum non esse; quia nimirum quod eo movetur, siquidem reflectitur, duobus motibus* 51 *deinceps tantum, non continuis movetur; ubi etiam cum in genere ea quæ deinceps et continua sunt, tum in specie motus deinceps et continuos describit et distinguit. Contra vero ostendit motum circularem infinitum sive termini expertem esse posse, quia omnes illius conversiones uno κινήματι continuentur invicem. Quod sane novum sed non multum differens a priore argumentum est, quo monstratur motum circularem rectilineo perfectiorem et priorem esse.* — 11. *Probat alio argumento motum circularem esse præstantiorem et priorem rectilineo, quia nimirum solus circularis est etiam æquabilis. Rectilineus enim inæquabilis est, cum in iis quæ præter naturam eo moventur, ut quæ trahuntur et projiciuntur, itemque in animalibus, quæ αὐτοκίνητα dicuntur propter insitam animam; tum etiam in iis quæ secundum naturam eo moventur; contra vero motus circularis magis est æquabilis; quia quod eo movetur, ut et ipse circulus et sphæra, a principio et fine quod est centrum semper distat æqualiter; ubi etiam declaratur quibus respectibus centrum et finis et principium et medium sit circuli ut et sphæræ.* — 12. *Docet motum circularem cum rectilineo quoad celeritatem aut æqualitatem aut tarditatem comparari non posse, simulque determinat qui motus comparari possint; nimirum illi duntaxat,* 52 *qui sunt ejusdem generis et speciei, et numero tantum differunt; quippe qualis mobilium, talis et motuum divisio est, ut perinde sicut mobilia, ita quoque motus genere, specie et numero differant, quorum postremi tantum comparari possunt.* — 13. *Per occupationem ostendit instrumentorum diversitatem, quibus motus perficiantur, non impedire, quominus illi conferri possint, dummodo sint ejusdem speciei; ubi etiam docet rectos motus omnes comparari posse, ut nihil id impediat σχέσεων diversitas, cum super uno subjecto perficiantur.*— 14. *Declarat omnem motum cum motum tum quietem sibi oppositam habere, quæ tamen non sit statio, cumque motui cuivis qui unus est numero quies opponatur, quæ præcedit et quæ consequitur motum, determinat quietem quæ præcedit motui opponi maxime, et denique etiam motus contrarios in specie exponit, et in substantia et in quantitate et in qualitate et in ubi.* — 15. *Ostendit omnium motuum localium tres tantum esse simplices; duos rectos, qui sunt sursum et deorsum, et tertium circularem; quia nimirum hi soli insunt corporibus simplicibus vel his quæ simplicia videntur.* — 16. *Probat motibus rectis omnibus esse aliquos contrarios, circulari autem ex aliorum sententia nullum, non tantum non alium circularem quod concedit, sed ne rectum quidem, ut illi* 53 *volunt, quorum etiam argumentum commemorat.* — 17. *Suam auctor de hoc argumento subjicit ἐπίκρισιν, quod nimirum motus recti et circulari motui et sibi invicem possint esse contrarii diverso respectu : rectus recto propter loci contrarietatem, vicissim circulari propter alias contrarietates quas recenset. Et hanc plurium diversam oppositionis rationem similibus exemplis probat æqualis et virtutum et motuum quæ et ipsa pluribus, sed diverso respectu, opponuntur.* — 18. *In fine causam indicat, quare Aristoteles et qui eum sequuntur, motui circulari negent esse contrarium, ut nimirum obtineant ne ipsi quidem cœlo esse contrarium, et proinde nec generatum esse, nec corruptum iri, sed æternum esse. Ex quo tamen, si etiam concederetur, tantum hoc sequeretur, cœlum a naturali generatione et corruptione eximi; non etiam a divina, creatione scilicet, de qua sacræ tradunt Litteræ.*

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Ε.

*Ἔτι περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας.*

α'. Ἐν τέσσαρσι κατηγορίαις θεωρεῖται ἡ κίνησις· ἐν οὐσίᾳ, γένεσις καὶ φθορά· ἐν ποσῷ, αὔξησις καὶ μείωσις· ἐν ποιῷ, ἀλλοίωσις· ἐν τῇ ποῦ κατηγορίᾳ, ἡ κατὰ τόπον μεταβολή, ἥτις καλεῖται φορά. Διαιρεῖται δ' αὕτη εἰς τὴν ἐπ' εὐθείας, καὶ εἰς τὴν κύκλῳ, καὶ εἰς τὴν ἐκ τούτων μικτήν. Κοινότης οὖν ἐστιν ἡ κίνησις, ὁμωνύμως κατηγορουμένη τῶν διαφόρων κινήσεων. Ὥσπερ γὰρ τὰ γένη ἐν οἷς ἡ κίνησις γενικώτατα ὄντα γένος οὐκ ἔχουσιν ἄλλο ἐπαναβεβηκός· οὕτω δὴ καὶ ἐν αὐτοῖς κινήσεις οὐκ ἔχουσι γένος περιλαμβάνον αὐτάς. Ὡμώνυμος δ' οὖσα ἡ κίνησις, δι' ὁμωνύμων ἔφθασε τοὺς αὐτῆς λόγους ἀπολαβεῖν ταῖς διαφόροις ἰδιότησιν αὐτῆς ἐφαρμόζοντας.

β'. Ὧν πρώτη καὶ κυριωτάτη ἐστὶν ἡ φορά. Κυριωτάτη μὲν, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ἐναργεστέρα τυγχάνει· διὸ καὶ ἁπλῶς κινεῖσθαί φαμεν τὸ κατὰ τόπον κινούμενον. Ὃ δὲ κατὰ τόπον ἠρεμοῦν ἄλλην τινὰ κινεῖται κίνησιν, πῇ λέγομεν αὐτὸ κινεῖσθαι, κατ' αὔξησιν τυχὸν ἢ μείωσιν ἢ ἀλλοίωσιν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ κατὰ τόπον ὑφ' ἑαυτοῦ μεταβάλλον, ἤτοι τὸ ζῶον, ἰδίως ὀνομάζουσιν αὐτοκίνητον. Οὕτω μὲν οὖν κυριωτάτη τῶν ἄλλων κινήσεων ἡ κατὰ τόπον μαρτυρεῖται.

γ'. Πρώτη δὲ προηγουμένως μέν, ὡς τελειοτέρα· τῶν γὰρ ζώντων, ἤτοι τῶν ἐμψύχων, τὰ μὲν ὅλως ἀκίνητα κατὰ ταύτην τὴν κίνησιν, οἷα τὰ φυτὰ καὶ τὰ προσπεφυκότα τῶν ζώων, ἃ καλοῦνται ζωόφυτα· τοῖς δὲ τελειουμένοις ὑπάρχει τὸ κατὰ τόπον κινεῖσθαι, ὡς τὰ λεγόμενα αὐτοκίνητα ζῶα, ἃ δὴ μόνα καὶ ἀδιορίστως ζῶα καλεῖν εἰώθαμεν. Εἰ τοίνυν τελειότερα μὲν τῶν φυτῶν τὰ ζωόφυτα, πλείους δυνάμεις ἔχοντα ψυχικάς· τούτων δὲ πάλιν τὰ ζῶα κατὰ τρόπον ὅμοιον ἐντελέστερα, τοῖς ζώοις δ' αὖ τελειουμένοις ἡ κατὰ τόπον προσγίνεται κίνησις· αὕτη ἂν εἴη τελεωτέρα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τιμιωτέρα, καὶ πρώτη τῶν ἄλλων κινήσεων. Τὸ γὰρ τελεώτερον, ὅσῳπερ ἂν ᾖ τελεώτερον, τοσούτῳ γε τῶν ἀτελεστέρων καὶ ἐντιμότερον.

δ'. Ἀλλ' οὐδ' ἐξαλλάσσει τὴν τοῦ κινουμένου κατάστασιν ἡ φορά· καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν κινήσεων· οὔτε τὴν οὐσίαν, ὡς γένεσις καὶ φθορά· οὔτε τὸ ποσὸν, ὡς αὔξησις καὶ μείωσις· οὔτε τὸ ποιὸν, ὡς ἀλλοίωσις. Τὸ δὲ φυλάττον τὴν τοῦ κινουμένου κατάστασιν τῶν μὴ φυλαττόντων τιμιώτερον ἂν κριθείη, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸ πρότερον.

## CAPUT V.

*Adhuc de motu et quiete.*

1. Motus [55] in quatuor prædicamentis consideratur; in substantia, generatio et corruptio: in quantitate, augmentatio et diminutio: in qualitate, alteratio: in prædicamento ubi, mutatio secundum locum, quæ latio vocatur [56]. Porro hæc in eam quæ secundum rectam lineam fit, et in eam quæ in orbem fit, **54** et in eam quæ ex his mista est, dividitur. Motus ergo communitas quædam est, quæ de diversis motibus æquivoce prædicatur. Ut enim genera, in quibus motus est, cum generalissima sint, genus aliquod sublimius non habent; ita etiam motus qui in ipsis sunt, genus non habent quo comprehendantur. Cum autem motus sit æquivocum, suas definitiones per æquivoca præripuit quæ diversis ipsius proprietatibus congruunt.

2. Quarum prima et maxime propria est latio. Maxime propria quidem, quandoquidem aliis evidentior est. Qua de causa [57] etiam id quod secundum locum movetur, simpliciter moveri dicimus. Quod autem secundum locum quiescens alio aliquo movetur motu, quodammodo moveri dicimus, quoad augmentationem aut diminutionem aut alterationem scilicet. Quapropter etiam quod a se ipso secundum locum mutatur, hoc est animal, proprie αὐτοκίνητον, hoc est, a seipso mobile, appellant. Sic igitur motum secundum locum inter omnes maxime proprium esse constat.

3. Primus autem [58] primario quidem: quia perfectior. Viventium enim, id est, **55** animatorum quædam quoad hunc motum omnino sunt immobilia, veluti plantæ; et quæ animalibus maxime cognata sunt, quæ zoophyta, id est plantanimantia, vocantur: iis autem quæ perfectione sunt prædita, inest ut secundum locum moveantur [59], ut ea quæ vocantur a seipsis mobilia animalia, quæ sane solum et sine determinatione animalia vocare consuevimus. Quod si igitur plantis perfectiora sunt plantanimantia, quia plures animæ facultates habent; vicissim autem his eodem modo animalia perfectiora sunt; ac denique animalibus quæ perfectionem majorem habent, motus proinde mobilior, et cæteris notibus prior erit. Quippe quod perfectius est, quanto quidem est perfectius, tanto etiam imperfectioribus est præstantius.

4. Sed neque ejus quod movetur statum et conditionem immutat latio [60], quemadmodum reliqui motus; nec substantiam, ut generatio et corruptio; nec quantitatem, ut augmentatio et diminutio; nec qualitatem, ut alteratio. Atqui ejus quod movetur statum conservans, illis quæ ipsum non conservant, præstantius, **56** et propterea etiam prius judicatur.

[55] 3 Phys. c. 1, t. 4. [56] 8 Phys. c. 12, t. 64. [57] 8 Phys. c. 14, t. 77. [58] 8 Phys. c. 10, t. 53. [59] 8 Phys. c. 10, t. 58, et 14, t. 77. [60] 8 Phys. c. 10, t. 56.

Digitized by Google

5. Præterea vero etiam natura aliis motibus prior est latio. Augmentatione enim alteratio natura prior est [61] (quandoquidem quod naturaliter augetur, ab alimento augeri solet ; alimentum autem primo quidem non est simile ei quod alitur, sed per alterationem ei assimilatur et agglutinatur, ipsumque nutrit et auget ; atque ita augmentationem alteratio præcedit) ; alterationem autem localis mutatio præcedit ; exempli gratia, in animalibus alimentum ad ventriculum delatum primam alterationem subit, dum per illius concoquendi facultatem chylus efficitur ; et ita postquam ad hepar pervenit, in sanguinem mutatur ; et hinc denique ei quod nutritur, assimilatur. Atque ut summatim dicam, quando utrumque in sede sua manet, cum id quod alterat, tum id quod alteratur, fieri nequit alteratio. Localis ergo motus vel in alterato, vel in alterante, vel etiam in utroque requiritur ; siquidem alteratio futura sit. Si igitur prior est alteratio naturali quidem augmentatione [62] (non enim etiam mathematica, qua circumposito gnomone quadratum augmentatur), **57** omnem autem alterationem quædam in loco mutatio antecedit ; natura cæteris motibus latio prior erit. Generatio enim [63] et corruptio proprie motus non esse in sequentibus monstrabuntur.

6. Tempore præterea non solis motibus naturalibus reliquis, sed etiam generatione et corruptione localis motus prior est. Corruptio enim quoad tempus omni mutatione est posterior, ut quæ ab eo quod est ad id quod non est, transitio sit. Generatio autem [64] in unoquoque eorum quæ fiunt, si unum videlicet idemque respiciamus, prior perspicietur. Posteaquam enim res generata est, et per essentiam subsistit, tunc demum cæteris motibus, et tandem locali movetur. Si autem cogitamus antiquiorem filio patrem esse, quatenus perfectus homo ante fuit, et motu locali non caruit etiam antequam pater fieret ; atque, ut summatim dicam, cœlum res omnes conditas vetustate superare, lationem autem cœlo esse insitam ; sane latio etiam quoad tempus omni motu et mutatione, adeoque etiam ipsa generatione prior esse deprehendetur. Generatione autem dico naturali, quæ ex eo quod potentia est, actu vero **58** non est, ad actu esse progressio est et temporalis transitus. Quandoquidem etiam aliam generationem ratio agnoscit naturali sublimiorem, quæ est universi ex prorsus nihilo exsistentia et prima procreatio. Quemadmodum enim efficiens causa duplex est ; et propinqua quæ natura esse dicitur, et primario ac proprie causa, quæ est mens architectatrix ; sic generatio duplex est una quidem ex præsubsistente apta materia ad formam aliquam cum temporali extensione productio (cujus quidem generationis principium et causa, vel, ut verius

ε'. Ἔτι δὲ καὶ φύσει προτέρα τῶν ἄλλων κινήσεων ἡ φορά. Τῆς μὲν γὰρ αὐξήσεως ἡ ἀλλοίωσίς ἐστι προτέρα κατὰ φύσιν (ἐπεὶ τὸ φυσικῶς αὐξόμενον ὑπὸ τροφῆς αὔξεσθαι πέφυκεν · ἡ δὲ τροφὴ πρότερον μὲν ἔστιν οὐχ ὁμοία τῷ τρεφομένῳ, ἐξομοιοῦται δὲ τούτῳ δι' ἀλλοιώσεως. Καὶ προσκρίνεται καὶ τρέφει καὶ αὔξει αὐτὸ, καὶ οὕτω προηγεῖται τῆς αὐξήσεως ἡ ἀλλοίωσις), ἀλλοιώσεως δὲ ἡ κατὰ τόπον μεταβολή · οἷον ἐπὶ τῶν ζώων ἡ τροφὴ τῷ στομάχῳ προσενεχθεῖσα τὴν πρώτην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, χυλοποιηθεῖσα διὰ τοῦ ἐν αὐτῇ πεπτικοῦ, καὶ οὕτω γενομένη πρὸς τὸ ἦπαρ ἐξαιματοῦται, κἀντεῦθεν ἐξομοιοῦται τῷ τρεφομένῳ. Καὶ καθόλου δ' εἰπεῖν, τοῦ ἀλλοιοῦντος καὶ τοῦ ἀλλοιουμένου, μενόντων κατὰ χώραν ἑαυτῶν, οὐκ ἂν ἀλλοίωσις γένοιτο. Δεῖ γοῦν κινήσεως τοπικῆς ἢ τοῦ ἀλλοιουμένου, ἢ τοῦ ἀλλοιοῦντος, ἢ καὶ ἀμφοτέρων, εἰ μέλλει γενέσθαι ἀλλοίωσις. Εἰ τοίνυν προτέρα μὲν τῆς φυσικῆς αὐξήσεως ἡ ἀλλοίωσις (οὐ γὰρ δὴ καὶ τῆς μαθηματικῆς καθ' ἣν αὔξεται τὸ τετράγωνον τῇ περιθέσει τοῦ γνώμονος), πάσης δ' ἀλλοιώσεως προηγεῖταί τις κατὰ τόπον μεταβολή· πρότερα φύσει τῶν ἄλλων ἂν εἴη κινήσεων ἡ φορά. Γένεσις γὰρ καὶ φθορὰ μὴ οὖσαι κυρίως κινήσεις, ἐν τοῖς ἑπομένοις δειχθήσονται.

ς'. Χρόνῳ δὲ προτερεύει μὴ μόνων τῶν ἄλλων φυσικῶν κινήσεων ἡ κατὰ τόπον, ἀλλὰ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Φθορὰ μὲν γὰρ ἁπάσης μεταβολῆς ὑστεροχρονεῖ, μετάβασις ἐκ τοῦ ὄντος οὖσα πρὸς τὸ μὴ ὄν· γένεσις δὲ προτέρα μὲν ἐφ' ἑκάστου τῶν γινομένων, τοῦ αὐτοῦ δηλαδὴ καὶ ἑνὸς σκοπουμένοις θεωρηθήσεται. Μετὰ γὰρ τὸ γενέσθαι τὸ πρᾶγμα καὶ κατ' οὐσίαν ὑποστῆναι, τότε τὰς ἄλλας κινεῖται κινήσεις, καὶ τελευταίαν τὴν τοπικήν. Ἐννοοῦσι δ' ἡμῖν, ὡς ὁ πατὴρ πρεσβύτερος τοῦ υἱοῦ τέλειος ἄνθρωπος ὢν, καὶ τῆς κατὰ τόπον μὴ ἐστερημένος κινήσεως, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι πατὴρ, ὅλως τε τοῦ γενητοῦ παντὸς ὁ οὐρανὸς ἀρχαιότατος, τῷ δ' οὐρανῷ συμφυὴς ἡ φορὰ, πάντως ἡ φορὰ προτέρα καὶ κατὰ χρόνον πάσης κινήσεως καὶ μεταβολῆς καὶ αὐτῆς δὴ τῆς γενέσεως εὑρεθήσεται. Γενέσεως δὲ λέγω τῆς φυσικῆς ἥτις ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος, ἐνεργείᾳ δὲ μὴ ὄντος, εἰς τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι πρόοδος καὶ μετάβασις ἔγγρονος. Ἐπεί τοί γε καὶ ἄλλην γένεσιν οἶδεν ὁ λόγος, ὑπὲρ τὴν φυσικὴν οὖσαν τὴν ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντος ὕπαρξιν τοῦ σύμπαντος καὶ πρώτην οὐσίωσιν. Ὥσπερ γὰρ τὸ ποιητικὸν αἴτιον διττὸν, τό τε προσεχὲς ὅπερ ἡ φύσις λέγεται εἶναι, καὶ τὸ πρώτως καὶ κυρίως αἴτιον, ὅπερ ἐστὶν ὁ νοῦς ὁ δημιουργός · οὕτω διττὴ ἡ γένεσις, ἡ μὲν ἐκ προϋφεστώσης ὕλης ἐπιτηδείου εἰς εἶδός τι προαγωγὴ μετὰ χρονικῆς παρατάσεως (ταύτης δὲ τῆς γενέσεως ἀρχὴ καὶ αἰτία προσεχὴς, τὸ δ' ἀληθέστερον, συναιτία ἡ φύσις ἐστίν)· ἡ δ' ἑτέρα γένεσις δημιουργία

[61] 8 Phys. c. 10, t. 55, et 2 de Anima, c. 4, t. 45. [62] Lib. Categoriarum c. 14, s. 5. [63] 5 Phys. c. 3, t. 10-12. [64] 8 Phys. c. 10, t. 57.

Digitized by Google

τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ μηδ' ὅλως ὄντος παραγωγὴ χωρὶς τῆς οἱασοῦν παρατάσεως. Ταύτης τῆς γενέσεως ἀρχὴ καὶ αἰτία μόνη ἐστὶν ἡ παντουργὸς σοφία καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ἡ καὶ τῆς ὕλης καὶ τῆς φύσεως καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ποιητική. Πῶς μὲν οὖν ἡ κατὰ τόπον μεταβολὴ πρώτη πασῶν τῶν κινήσεων καὶ αὐτῆς τῆς γενέσεως καὶ ποίας γενέσεως, εἴρηται.

loquar, adjuvans causa est natura) ; altera vero generatio est effectio rei, et ejus quod nullo omnino modo erat, sine ulla extensione adductio. Atque hujusce generationis principium et causa sola est omnium rerum effectrix sapientia et potentia Dei, quæ et materiæ et naturæ, et omnium quæ sunt, effectrix est. Quomodo igitur localis mutatio omnibus motibus, ipsaque etiam generatione et quali generatione prior sit, dictum est.

Ζ'. Δῆλον δ' ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ ἡ κύκλῳ κίνησις πασῶν προτερεύει τῶν κατὰ τόπον κινήσεων, ὅτι καὶ τῷ πρώτῳ τῶν αἰσθητῶν κτισμάτων τῷ οὐρανῷ συμφυής. Τριῶν οὖν οὐσῶν κινήσεων τοπικῶν, τῆς ἐπ' εὐθείας, τῆς κύκλῳ, καὶ τῆς ἐκ τούτων μικτῆς, τῆς μὲν μικτῆς οὐχ ἡ κύκλῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας ὡμολόγηται προτερεύειν (ἐπεὶ τῶν συνθέτων φύσει πρότερα τὰ ἁπλᾶ)· τῆς δ' ἐπ' εὐθείας πρώτη ἐστὶν ἡ κύκλῳ, διότι καὶ ἀρχαιοτέρα καὶ διότι μονιμωτέρα. Μόνη γὰρ αὕτη δύναται συνεχὴς εἶναι διόλου τῶν ἄλλων ἐξ ἀντικειμένων εἰς ἀντικείμενα γινομένων καὶ διακοπτουσῶν ἐξ ἀνάγκης τὸ συνεχές, μὴ μόνον τῶν τοπικῶν κινήσεων τῶν παρὰ τὴν κύκλῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑτέρων μεταβολῶν· ἡ μὲν γὰρ γένεσις ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν γίνεται, ἡ δὲ φθορὰ ἐκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν· ἡ αὔξησις ἐκ τοῦ μικροῦ εἰς τὸ μέγα· καὶ ἡ φθίσις, εἴτουν ἡ μείωσις, ἐκ τοῦ μείζονος εἰς τὸ ἔλαττον· ἡ ἀλλοίωσις ἐκ τῶν ἐναντίων παθῶν εἰς τἀναντία· καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας φορὰ ἐκ τῶν ἐναντίων τόπων εἰς τοὺς ἐναντίους· ἐκ τοῦ ἄνω εἰς τὸ κάτω· ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν εἰς τοὔπισθεν· ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ ἀνάπαλιν. Ἐπεὶ γοῦν αἱ λοιπαὶ πᾶσαι κινήσεις ἐξ ἀντικειμένων εἰς ἀντικείμενα γίνονται, διαφόρους ἀρχὰς ἔχουσαι καὶ τέλη διάφορα, συνεχεῖς οὐκ ἂν εἶεν διόλου. Συνεχὴς γὰρ διόλου κίνησίς ἐστιν ἡ γινομένη πάντοτε ἡ αὐτὴ, καὶ πέρας ἀναγκαῖον μὴ ἔχουσα. Ἡ δὲ μὴ γινομένη πάντοτε ἡ αὐτὴ, καὶ διὰ τοῦτο καταντῶσα πρὸς πέρατα, ἀνάγκην ἔχει κατὰ τὰ πέρατα ἠρεμεῖν. Ἠρεμήσει τοίνυν ἐν τῷ ἀντικειμένῳ τὸ κινούμενον, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀντικείμενον ἐλεύσεται, κἀντεῦθεν ἡ τῆς κινήσεως συνέχεια διακοπήσεται. Τὸ δὲ κύκλῳ φερόμενον οὐχ ἕξει ἀνάγκην ἠρεμῆσαι, τὴν αὐτὴν ὁδὸν συνεῖρον ἀεὶ καὶ φερόμενον ἐπὶ ταυτά.

7. Ex his vero quæ dicta sunt, constat etiam, quod motus circularis omnibus localibus motibus prior sit ; quia etiam **59** primæ sensibilium creaturarum, nempe cœlo, a natura est insitus [65]. Cum igitur tres locales sint motus, qui super recta linea fit, circularis, et ex his mistus : palam in confesso est [66], non circularem tantum, sed et rectilineum misto anteire (quoniam natura compositis simplicia priora sunt) ; rectilineo autem circularem priorem esse ; cum quia est antiquior, tum quia est stabilior. Solus enim [67] omnino continuus esse potest ; cum cæteri ex contrariis in contraria fiant, et non tantum locales motus, excepto circulari, sed etiam reliquæ mutationes continuitatem necessario intersecent. Generatio enim ex eo quod non est in id quod est [68] ; corruptio ex eo quod est, in id quod non est, fieri consuevit ; augmentatio ex parvo in magnum ; decretio seu diminutio ex majore ad minus ; alteratio ex contrariis passionibus in contrarias ; et latio secundum rectam lineam ex locis contrariis in contraria, ex supero in inferum, ex anteriore in posteriorem, ex dextro in sinistrum et contra [69]. Quoniam igitur [69*] cæteri omnes motus ex oppositis in opposita fiunt, cum diversa principia et diversos fines habeant ; continui **60** per omnia esse non possunt. Continuus enim per omnia motus est, qui semper idem est, et terminum necessarium non habet. Qui autem idem semper non est [70], et hac de causa ad terminos tandem pervenit, hic circa terminos necessario quiescit. Quapropter in opposito quiescet id quod movetur, et ita ad oppositum perveniet ; hincque motus continuitas incidetur. Quod autem circulariter movetur, cum eandem semper viam conficiat, et ad eadem feratur, necessario non quiescet.

η'. Ἄλλο δέ ἐστιν ἠρεμία, καὶ ἄλλο πέρας κινήσεως καὶ ἀρχή. Ἡ μὲν γὰρ ἠρεμία ἀπουσία τυγχάνει κινήσεως, ἐν παρατάσει θεωρουμένη τινὶ, διὰ τοῦτο καὶ διαιρετὴ καθάπερ ἡ κίνησις. Τὸ δὲ πέρας καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἐν τῇ κινήσει εἰσὶ μηδεμιᾶς μετέχοντα παρατάσεως· ὅθεν καὶ ἀδιαίρετα. Διὸ καὶ τὸ ἠρεμεῖν ἐν χρονικῇ παρατάσει ἐστὶ κατὰ τὴν ἠρεμίαν ὄν, ὥσπερ κατὰ τὴν κίνησιν τὸ κινεῖσθαι, τὸ ἵστασθαι, καὶ τὸ ἠρεμίζεσθαι. Κινεῖσθαι γάρ ἐστι καὶ τὸ ἵστασθαι καὶ τὸ ἠρεμίζεσθαι. Τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐπὶ στάσιν ὁδεύειν, τὸ δ' ἐπ' ἠρεμίαν.

8. Cæterum aliud quies, et aliud motus est finis atque principium. Quies enim est motus absentia, quæ in extensione quadam consideratur, et propterea divisioni subjicitur, sicut et motus. Finis autem et principium motus in motu sunt, ut nulla extensione communicent ; unde etiam divisionis sunt expertia. Quapropter etiam ipsum quiescere in temporali extensione est, cum secundum quietem sit ; perinde ut secundum motum est moveri, et sisti, et ad quietem contendere. Etenim et sisti, et ad quietem contendere moveri est. Illud

[65] 8 Phys. c. 13, t. 75. [66] 8 Phys. c. 12, t. 64, et c. 13, t. 75. [67] 8 Phys. c. 13, t. 75. [68] 8 Phys. c. 11, t. 62, 65. [69] 8 Phys. c. 12, t. 64. [69*] 8 Phys. c. 14, t. 76. [70] 8 Phys. c. 12, t. 64.



Digitized by Google

enim est ad statum, hoc ad quietem progredi. Quapropter omnia hæc temporalem extensionem **61** sustinent[70*], quemadmodum et ipsum generari et corrumpi, et vivere, et mori, et quæ his sunt similia. At vero ipsum motum esse, et institisse, et quievisse, et generatum corruptumque esse, et vixisse et mortuum fuisse, et quæ sunt hujus generis, nullam extensionem tolerant. Non enim in tempore perficiuntur, sed in temporis termino, cum motuum termini sint et limites, et ea de causa divisione omni vacent.

9. Quapropter etiam tempus in quo res quamcunque mutationem subibat cum eo in quo mutatio absoluta est, non est majus eo in quo solo mutationem subibat; quandoquidem non in tempore mutatio absoluta fuit, sed in termino ejus temporis quo mutationem subibat. Terminus autem cum quantitatis sit expers; neque si adjungatur [rei alicui], auget, neque si subtrahatur, minuit. Quemadmodum igitur lineæ terminus et principium sunt puncta magnitudinis et divisionis expertia, eodem modo etiam motus omne principium et terminus omnis, partibus et divisione carent. Hæc autem κινήματα, ut aliqui vertunt, mutata, vocantur. Et sicut linea per puncta secatur, **62** et punctum de linea nihil detrahit: ita et motus per τὰ κινήματα dividitur, nec κίνημα de motu quidquam accipit.

10. Et sicut infinita recta linea inveniri non potest (omnem enim rectam primæ sphæræ diametro magnitudine superat, quæ evidenter finita est), ita neque super recta linea motus ullus infinitus est. Quod enim [71] super recta linea movetur, siquidem reflectitur, duos motus efficit, deinceps quidem se consequentes, non tamen inter se continuos. Deinceps [72] autem sunt, inter quæ nihil intervenit ejusdem generis. Continua vero invicem sunt, quorum alterius finis est principium alterius [73]. Continui igitur etiam motus sunt [74], quorum termini unum sunt, cum et ipsi sint unius ejusdemque speciei, et item id quod movetur unum idemque sit. Qui ergo motus inter se sunt continui, omnino etiam deinceps sunt: non autem etiam qui deinceps sunt, illico inter se continui sunt. Quod igitur super recta linea movetur, siquidem retrocedit, deinceps quidem se consequentes motus facit; at non etiam proinde continuos. Inter hujusmodi enim motus quies quædam intervenit, quæ continuitatem intersecat. **63** Terminatur enim primus motus, et ut ab alio principio alter conficitur. Inter finem autem primi, et principium secundi quies media agnoscitur. Duo enim finiti rectilinei motus se invicem in uno κινήματι non tangunt: quemadmodum duæ finitæ rectæ in uno puncto inter se invicem copulari possunt. Manifestum hoc reddunt figuræ rectilineæ. Diversarum enim quidem rectarum linearum ter-

A Διὸ πάντα ταῦτα παράτασιν χρονικὴν ὑπομένουσιν, **62** ὥσπερ καὶ τὸ γίνεσθαι καὶ τὸ φθείρεσθαι, καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ θνήσκειν, καὶ ὅσα τούτοις παρόμοια. Τὸ δὲ κεκινῆσθαι, καὶ τὸ ἑστάναι, καὶ τὸ ἠρεμηκέναι, τὸ γενέσθαι τε καὶ ἐφθάρθαι, καὶ ζῆσαι καὶ θανεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐδεμίαν καρτεροῦσι παράτασιν· οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ ἀποτελοῦνται, ἀλλ' ἐν πέρατι χρόνου πέρατα κινήσεων ὄντα καὶ καταντήματα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ σύνολον ἀμερῆ.

Θ'. Διὸ καὶ ὁ χρόνος ἐν ᾧ τὴν ὁπωσανοῦν μεταβολὴν τὸ πρᾶγμα μετέβαλε, μετὰ τοῦ ἐν ᾧ μεταβέβληκεν, οὐκ ἔστι μείζων τοῦ ἐν ᾧ μετέβαλε μόνου· διότι οὐκ ἐν χρόνῳ μεταβέβληκεν, ἀλλ' ἐν τῷ πέρατι B τοῦ ἐν ᾧ μετέβαλε χρόνου. Τὸ δὲ πέρας ἄποσον ὄν, οὔτε προστιθέμενον αὔξει, οὔτ' αὖ μειοῖ ἀφαιρούμενον. Καθάπερ οὖν τῆς γραμμῆς τὸ πέρας καὶ ἡ ἀρχὴ σημεῖά ἐστιν ἀμεγέθη καὶ ἄτομα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῆς κινήσεως ἀρχὴ πᾶσα καὶ ἅπαν πέρας ἀμερῆ τινα καὶ ἀδιαίρετά εἰσι. Καλοῦνται δὲ ταῦτα κινήματα. Καὶ ὥσπερ ἡ γραμμὴ τέμνεται κατὰ τὰ σημεῖα, καὶ τὸ σημεῖον οὐκ ἀφαιρεῖταί τι τῆς γραμμῆς· οὕτω καὶ ἡ κίνησις διαιρεῖται κατὰ (τὰ) κινήματα, καὶ τῆς κινήσεως οὐδὲν ἀπολαμβάνει τὸ κίνημα.

ι'. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄπειρον εὐθεῖαν γραμμήν (μείζων γὰρ ἁπάσης εὐθείας ἡ τῆς πρώτης σφαίρας διάμετρος, ἥτις ἐναργῶς πεπέρασται)· οὕτως οὐδ' ἐπ' εὐθείας κίνησις οὐδεμία ἔστιν ἄπειρος. Τὸ γὰρ ἐπ' εὐθείας κινούμενον εἴπερ ἀνακάμπτει, δύο κινήσεις ποιεῖ, ἐφεξῆς μέν, οὐ μὴν συνεχεῖς ἀλλήλαις. Ἐφεξῆς δέ εἰσιν, ὧν οὐκ ἔστι τι συγγενὲς μεταξύ· ὡς ἐφεξῆς οἰκίας λέγομεν, ὧν μεταξὺ οὐκ ἔστιν ἑτέρα οἰκία. Καὶ κινήσεις οὖν ἐφεξῆς, ὧν ἐστί τις ὁμοειδὴς κίνησις μεταξύ. Συνεχῆ δ' ἀλλήλοις ἐστίν, ὧν θατέρου τὸ πέρας ἀρχὴ γίνεται τοῦ λοιποῦ. Καὶ συνεχεῖς οὖν ἀλλήλαις κινήσεις, ὧν τὰ πέρατα ἓν, αὐτῶν τε οὐσῶν ὁμοειδῶν καὶ τοῦ κινουμένου τυγχάνοντος τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνός. Αἱ μὲν οὖν συνεχεῖς ἀλλήλαις κινήσεις πάντως καὶ ἐφεξῆς· οὐ μὴν δὲ καὶ αἱ ἐφεξῆς ἦδη καὶ συνεχεῖς ἀλλήλαις. Τὸ γοῦν ἐπ' εὐθείας κινούμενον, εἴπερ D ἀνακάμπτει, ποιεῖ μὲν ἐφεξῆς τὰς κινήσεις, οὐ μὴν δὲ καὶ συνεχεῖς. Μεταξὺ γὰρ τῶν τοιούτων κινήσεων ἠρεμία τίς ἐστι, διακόπτουσα τὴν συνέχειαν. Περατοῦται γὰρ ἡ πρώτη κίνησις, καὶ ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἡ ἑτέρα ἐπιτελεῖται. Μέσον δὲ τοῦ πέρατος τῆς πρώτης καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς δευτέρας ἡ ἠρεμία γινώσκεται. Δύο γὰρ πεπερασμέναι κινήσεις ἐπ' εὐθείας ἀλλήλων οὐχ ἅπτονται καθ' ἓν κίνημα· καθάπερ εὐθεῖαι δύο πεπερασμέναι δύνανται καθ' ἓν σημεῖον ἀλλήλαις συνάπτεσθαι. Δηλοποιοῦσι τὸ λεγόμενον τὰ τῶν σχημάτων εὐθύγραμμα. Τῶν μὲν γὰρ διαφόρων εὐθειῶν τὰ πέρατα

[70*] 6 Phys. c. 12, t. 67, 68. [71] 8 Phys. c. 12, t. 65. [72] 5 Phys. c. 5, t. 25. [73] 5 Phys. c. 5, t. 26, et 6, t. 39. [74] 5 Phys. c. 6,, t. 39, 41, et 8. c. 12, t. 61.

Digitized by Google

ἐφαρμόζει διὰ τὸ ὑπομένειν αὐτὰς, τῶν δὲ διαφόρων ἐπ' εὐθείας κινήσεων οὐδόλως ἐφαρμόζει τὰ πέρατα, διὰ τὸ ἐν ἀστάτῳ ῥοῇ χρονικῇ γίνεσθαι τὰς κινήσεις· κἀντεῦθεν (δῆλόν ἐστι) μὴ δύνασθαι τὸ αὐτὸ καὶ ἓν κίνημα πέρας εἶναι τῆς πρώτης κινήσεως καὶ τῆς δευτέρας ἀρχήν, λαμβανόμενον δὶς, καθάπερ ἐπὶ τῶν εὐθειῶν ἡ στιγμή. Διαῤῥέει γὰρ ὁ χρόνος μεταξὺ καὶ διιστᾷ τὰ κινήματα. Ἡ δὲ τῶν κινημάτων διάστασις ἠρεμίαν γεννᾷ. Τῆς γὰρ ἐπὶ τὸ ἄνω φορᾶς τοῦ λίθου τὸ τέρμα διίσταται τῆς ἀρχῆς τῆς ἐπὶ τὸ κάτω φορᾶς, τῷ ὀξυκινήτῳ τῆς τοῦ χρόνου ῥοῆς· ὅθεν καὶ ἠρεμία τις νοεῖται μεταξὺ τῶν δύο τοῦ λίθου φορῶν. Διὰ ταῦτα τοίνυν οὐκ ἔστιν ἐπ' εὐθείας ἐννοῆσαι κίνησιν ἄπειρον. Ἐπὶ δὲ τοῦ κύκλου συνδραμόντων ἀλλήλοις τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ πέρατος, καὶ ἡ κύκλῳ κίνησις ἄπειρος· εἴτουν ἀπερᾴτωτος δύναται γίνεσθαι, πασῶν τῶν περιφορῶν καθ' ἓν κίνημα συναπτομένων καὶ συνεχιζομένων ἀλλήλαις, καὶ ὡς μιᾶς περιφορᾶς τελουμένων τῶν ὅλων μέχρις ἂν τὸ τελευταῖον καταλάβοιεν πέρας, τὸ ὡρισμένον αὐταῖς ὑπὸ τοῦ τὴν πρώτην δόντος ἀρχήν. Διά τε γοῦν τὴν τοιαύτην συνέχειαν ἡ κυκλοφορία τελειοτέρα ἐστὶ, καὶ πρώτη τῆς ἐπ' εὐθείας κινήσεως.

ια'. Καὶ ὅτι μόνη πέφυκεν ὁμαλής. Τὰ γὰρ ἐπ' εὐθείας εἴτε κατὰ φύσιν εἴτε παρὰ φύσιν κινούμενα, ἀνωμάλως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς φέρεται πρὸς τὸ τέλος. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ φύσιν φερόμενα, ὅσα μὲν ἕλκονται βραδύτερον φέρονται τὴν ἀρχὴν, θᾶττον δὲ τῷ ἕλκοντι πλησιάζοντα, διὰ τὸ μᾶλλον ἐπικρατεῖν τότε τὴν τοῦ ἕλκοντος δύναμιν. Ὅσα δὲ ῥιπτοῦνται θᾶττον μὲν κινοῦνται πρὸς τῇ ἀρχῇ· ἀφιστάμενα δέ γε, βραδύτερον, ἐκλυομένης δῆτα τῆς ἀπὸ τοῦ ῥίψαντος ἐνδοθείσης δυνάμεως. Οὕτω τοι καὶ ἡ ζωϊκὴ κίνησις εἶναι μὲν ταχεῖα δύναται καταρχὰς, προϊοῦσα δὲ, τοῦ τάχους ὑφίησι. Κἂν γὰρ αὐτοκίνητα λέγοιντο τὰ ζῶα, διὰ τὸ ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν τὰ τῆς τοπικῆς κινήσεως αἴτια τὰς ψυχάς· ἀλλ' οὖν παρὰ φύσιν ἡ κίνησις τῶν σωμάτων γίνεται ὡς ἑτεροκινήτων, ὠθουμένων βιαίως· καθάπερ ὑπὸ μοχλῶν ὑπὸ τῶν ὡς ὀργάνοις χρωμένων τούτοις ψυχῶν· διὸ κάμνει καὶ ἀναπαύσεως δεῖται μὴ κινούμενα κατὰ φύσιν. Ἡ γὰρ κατὰ φύσιν αὐτοῖς κίνησις ἐπὶ τὰ κάτω ἐστὶν, ὥσπερ καὶ παντὶ σώματι βάρος ἔχοντι. Τὰ δὲ κατὰ φύσιν πάλιν κινούμενα θᾶττον κινεῖται τοῖς τόποις αὐτῶν πλησιάζοντα, τῆς οἰκείας ὁλότητος ἐφιέμενα, καὶ ἀπ' αὐτῆς δυναμούμενα, καὶ οἱονεὶ μᾶλλον εἰδοποιούμενα. Ὥστε τὸ ἐπ' εὐθείας κινούμενον εἴτε κατὰ φύσιν, εἴτε παρὰ φύσιν, ἀνώμαλον ποιεῖται τὴν κίνησιν· μόνον δὲ τὸ κύκλῳ φερόμενον ὁμαλῶς δύναται φέρεσθαι τῷ ἀεὶ ἴσον ἀφεστάναι τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ πέρατος, ὅπερ ἐστὶ τὸ κέντρον, καὶ μήτ' ἀπ' αὐτοῦ μήτε πρὸς αὐτὸ φέρεσθαι, ἀλλὰ περὶ αὐτό. Διὸ περὶ τὸ αὐτὸ στρεφόμενον, καὶ τὸ ἴσον ἀπέχον ἀεὶ, ὁμοίως κινεῖται. Ἀρχὴ δὲ καὶ πέρας καὶ μέσον κύκλου τε καὶ σφαί-

mini apte cohærent, quia ipsæ permanent; at motuum diversorum rectilineorum termini sibi prorsus non congruunt, propterea quod motus in instabili temporis fluxu fiunt. Atque hinc manifestum est non posse unum et idem κίνημα bis sumptum primi motus finem et secundi principium esse, quemadmodum punctum in lineis. Effluit enim interim tempus, et disjungit κινήματα, κινημάτων autem disjunctio quietem gignit. Finis enim motus lapidis quo sursum fertur a principio ejus motus quo deorsum movetur, per rapiditatem fluxus temporis distinguitur. Unde etiam quies aliqua inter duas lapidis lationes animadvertitur. Eapropter igitur nullus motus super recta linea infinitus cogitari **64** potest. At in circulo [78], cum principium et finis concurrant, motus circularis infinitus est, sive interminatus fieri potest; cum omnes conversiones uno κινήματι conjungantur et continuentur invicem, et ut conversio una omnes perficiantur, donec extremum terminum occupaverint, qui ipsis ab eo, a quo primum principium acceperunt, præstitutus est. Propter hanc igitur continuitatem circularis motus perfectior et rectilineo motu prior est.

11. Itemque quia solus est æquabilis. Quæ enim ad rectam lineam moventur, sive secundum naturam, sive præter naturam moveantur, inæquabiliter a principio ad finem perferuntur. Etenim [76] quæ præter naturam feruntur, siquidem trahantur, tardius in principio feruntur, celerius autem cum trahenti appropinquant, quod potentia trahentis tum magis dominetur; sin vero jaciantur, celerius quidem in principio moventur, cum autem remotiora sunt, tardius; deficiente nimirum illa vi quæ a jaciente fuerat insita. Sic igitur et animalis motus in principio quidem celer esse potest; sed posteaquam processit, de celeritate remittit. Etsi enim [77] αὐτοκίνητα, id est, **65** a seipsis motum habentia, dicantur animalia, propterea quod in se ipsis localis motus causas habeant, animas nimirum; corporum tamen motus præter naturam fit, ut quæ aliena vi moveantur, atque ab animabus, quæ ipsis velut instrumentis utuntur, tanquam a vectibus quibusdam propellantur. Qua de causa, cum secundum naturam non moveantur, fatigantur et quietem desiderant. Naturalis enim ipsis motus deorsum est, sicut omni corpori gravitate præditio. Rursus autem [78] quæ secundum naturam moventur, celerius moventur cum ad loca sua propius accedunt, ut quæ integritatem et perfectionem suam expetant, et ab ea robur contrahant, magisque ut ita dicam, informentur. Quapropter quod super recta linea sive secundum sive præter naturam movetur, inæquabilem motum efficit; solum autem id quod circulariter movetur, æquabiliter ferri potest; propterea quod semper et æqua-

[76] 8 Phys. c. 12, t. 73. [76] 8 Phys. c. 14, t. 76. [77] 8 Phys. c. 14, t. 77. [78] 5 Phys, c. 9, t. 61, 64.

Digitized by Google

intervallo a principio et fine, hoc est, centro distet; et neque ab ipso, neque ad ipsum, sed circa ipsum feratur. Quapropter cum circa idem perpetuo versetur, parique semper intervallo distet, similiter movetur. **66** Centrum autem et principium et finis, et medium circuli globique est. Principium nimirum, quia secundum æqualem a centro distantiam tum circulus, tum globus subsistit; finis, quia omnes a circumferentia lineæ in ipso terminantur [79]; medium, quia undecunque a circumferentia distat æqualiter. Sic itaque etiam quoad æquabilitatem circularis motus recto præstantior et prior est.

ρας, τὸ κέντρον ἐστίν· ἀρχὴ μέν, ὅτι κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου ἴσην ἀπόστασιν ὅ τε κύκλος ὑφίσταται καὶ ἡ σφαῖρα· πέρας, ὅτι πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῆς περιφερείας γραμμαὶ εἰς αὐτὸ περατοῦνται μέσον, ὅτε πανταχόθεν ἴσον ἀπὸ τῆς περιφερείας διέστηκεν. Οὕτω γοῦν καὶ κατὰ τὸ ὁμαλὲς τιμιωτέρα ἐστὶ καὶ πρώτη τῆς ἐπ' εὐθείας κινήσεως ἡ κυκλοτερής.

12. Sed ne quidem recto comparari potest. Comparare autem hic assimilare, conferre et simul expendere dicitur. Non itaque circularis motus recto quoad celeritatem et æqualitatem aut tarditatem comparari potest; quia neque circularis linea rectæ comparatur [80]. Neque enim ipsarum est communis mensura. Unde fit ut nec recta linea circulari æqualis statui possit. Illi autem motus comparari possunt, qui numero differunt, ejusdemque generis sunt et speciei. Quoniam enim [81] ea quæ differunt, aut genere differunt, aut specie, aut numero; qua differentia a se invicem differunt quæ moventur, quatenus moventur; eadem etiam ipsi motus differunt. Si enim ea quæ moventur, generis ratione differunt; motus etiam genere **67** differunt; exempli gratia, si illud quidem augmentatur, hoc vero dealbatur, augmentatio etiam a dealbatione quoad genus discrepabit. Etenim illa quidem secundum quantitatem, hæc secundum qualitatem fit, quæ diversa sunt entis genera. Quod si specie differant ea quæ moventur, motus quoque speciei ratione dissidebunt: ut dealbatio a denigratione, et rectilineus motus a conversione. Si vero in illis quæ moventur, numeri tantum differentia est; solo etiam numero motus different, qui sane etiam sibi invicem mutuo comparari poterunt [82]; exempli gratia, humana generatio humanæ generationi, et non equinæ, quippe hæ non sunt ejusdem speciei. Et eodem modo augmentatio augmentationi ejusdem speciei. Pariterque in alteratione, velut dealbatio dealbationi, et denigratio denigrationi, et in motu locali rectilineus rectilineo, et circularis circulari, et in aliis similiter.

ιβ'. Ἔστι δὲ καὶ ἀσύμβλητος τῇ ἐπ' εὐθείας. Συμβάλλειν δὲ λέγεται τὸ παραβάλλειν καὶ συγκρίνειν, καὶ ὅλως συνεξετάζειν. Οὐκ ἔστι γοῦν ἡ κύκλῳ κίνησις τῇ ἐπ' εὐθείας συμβλητὴ κατὰ τὸ θᾶττον καὶ τὸ ἴσον ἢ τὸ βραδύτερον, ὅτι μηδὲ τῇ εὐθείᾳ γραμμῇ συμβάλλεται ἡ περιφερής. Οὐ γάρ ἐστι κοινὸν μέτρον αὐτῶν. Ὅθεν οὐδ' ἔστιν εὐθεῖαν γραμμὴν ἴσην περιφερεῖ εἰδέναι. Συμβληταὶ δὲ κινήσεις εἰσὶν αἱ ἀριθμῷ διαφέρουσαι, ὁμογενεῖς τε καὶ ὁμοειδεῖς. Ἐπεὶ γὰρ τὰ διαφέροντα ἢ γένει διαφέρει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, καθ' ἣν διαφορὰν τὰ κινούμενα διαφέρει ἀλλήλων καθὸ κινούμενα· κατὰ ταύτην διαφέρουσι καὶ αἱ κινήσεις. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ γένος ἡ τῶν κινουμένων διαφορὰ εἴη, καὶ αἱ κινήσεις διαφέροιεν ἂν κατὰ γένος· οἷον εἰ τὸ μὲν αὔξεται, τὸ δὲ λευκαίνεται, καὶ ἡ αὔξησις γένει διοίσει τῆς λευκάνσεως. Καὶ γὰρ ἡ μὲν κατὰ (τὸ) ποσὸν, ἡ δὲ κατὰ (τὸ) ποιὸν, ἅπερ ἐστὶ διάφορα γένη τοῦ ὄντος. Εἰ δὲ εἴδει διαφέρει τὰ κινούμενα, εἴδει καὶ αἱ κινήσεις διοίσουσιν· ὡς ἡ λεύκανσις τῆς μελάνσεως, καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας φορὰ τῆς περιφορᾶς. Εἰ δ' ἀριθμῷ μόνῳ τοῖς κινουμένοις ἡ διαφορὰ, μόνῳ καὶ αἱ κινήσεις ἀριθμῷ διαφέροιεν, αἳ δὴ καὶ ἀλλήλαις ἔσονται συμβληταί· οἷον ἡ ἀνθρωπεία γένεσις τῇ ἀνθρωπείᾳ γενέσει, καὶ οὐ τῇ ἱππείᾳ· καὶ γὰρ οὐχ ὁμοειδεῖς· καὶ ἡ αὔξησις ὡσαύτως τῇ ὁμοειδεῖ αὐξήσει· καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοιώσεως τὸν αὐτὸν τρόπον· οἷον ἡ λεύκανσις τῇ λευκάνσει, καὶ ἡ μέλαντις τῇ μελάνσει, καὶ ἐπὶ τῆς τοπικῆς κινήσεως ἡ ἐπ' εὐθείας τῇ ἐπ' εὐθείας, καὶ ἡ κυκλοτερὴς τῇ κυκλοτερεῖ· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

13. Porro [83] hoc ut motus inter se comparari possint, nihil impedit instrumentorum diversitas, per quæ motus fiunt: exempli gratia, si huic pedes, alii pennæ fuerint instrumenta motus. Nam alia quidem **68** ratione ambulatio a volatu differt, quoad nimirum certam quamdam qualitatis figurationem; at quoad localem speciem, nihil differunt. Quapropter etiam comparari possunt, dummodo ad rectam aut fractam lineam etiam ambo conficiantur. Omnes autem rectilinei motus inter se invicem comparari poterunt, ut nihil ad hoc impedimenti ipsis afferat habitudinum diver-

ιγ'. Διαφέρει δὲ οὐδὲν εἰς τὸ συμβλητὰς εἶναι τὰς κινήσεις ἡ τῶν ὀργάνων ἑτεροιότης, δι' ὧν (καὶ) αἱ κινήσεις· οἷον, εἰ τῷ μὲν πόδες εἶεν, τῷ δὲ πτέρυγες τὰ ὄργανα τῆς κινήσεως. Ἄλλως μὲν γὰρ διαφέρει βάδισις πτήσεως, ἤγουν κατὰ τὸν ποιὸν σχηματισμόν· κατὰ δὲ τὸ τοπικὸν εἶδος οὐ διαφέρει. Διὸ καὶ συμβληταὶ, μόνον εἰ ἐπ' εὐθείας, ἢ ἐπὶ κεκλασμένης καὶ ἄμφω τελοίντο. Πᾶσαι δὲ αἱ ἐπ' εὐθείας κινήσεις ἀλλήλαις ἔσονται συμβληταὶ, μηδόλως ἐμποδιζόμεναι τῷ διαφόρῳ τῶν σχέσεων· ἐπείπερ ἓν τὸ ὑποκείμενον ἔχουσι τὴν εὐθεῖαν, καὶ ὁμοειδεῖς διὰ τοῦτό εἰσι μόνῳ τῷ ἀριθμῷ διαφέρουσαι.

[79] 8 Phys. c. 14, t. 76. [80] 7 Phys. c. 5, t. 21-24. [81] 7 Phys. c. 5, t. 32; 8 Top. c. 7. [82] 7 Phys. c. 5, t. 33, 34. [83] 7 Phys. c. 5. t. 30.

Digitized by Google

sitas; quandoquidem unum subjectum, rectam lineam, habent, et proinde ejusdem speciei sunt, soliusque numeri differentiam admittunt.

ιδ'. Ἑκάστη δὲ πασῶν τῶν κινήσεων καὶ ἠρεμίαν ἀντικειμένην ἔχει καὶ κίνησιν· οὐκ ἔστι δὲ στάσις ἡ ἠρεμία. Καὶ γὰρ ἐνέργειά τις καὶ ἡ στάσις, καὶ εἶδος τῇ κινήσει σύστοιχον, ὡς λέγομεν στάσιν ἔχειν ἐν τῷ μέσῳ τὴν γῆν. Ἐνέργεια γὰρ τῆς γῆς τὸ ἐν μέσῳ ἑστηκυῖαν εἶναι αὐτήν· ὥσπερ τοῦ οὐρανοῦ τὸ κινεῖσθαι περὶ τὸ μέσον. Ἡ δ' ἠρεμία οὐκ ἔστιν ἐνέργεια, μόνον δ' ἀπουσία κινήσεως. Τῇ μὲν οὖν κατὰ τόπον κινήσει κατὰ τόπον ἠρεμία ἀντίκειται· καὶ τῇ κατ' ἀλλοίωσιν κατ' ἀλλοίωσιν· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν μιᾷ ἑκάστῃ κινήσει τῷ ἀριθμῷ καὶ ἡ πρὸ τῆς τοιαύτης κινήσεως ἠρεμία, καὶ ἡ μετὰ τὴν τοιαύτην κίνησιν ἀντιμάχεται· μάλιστα μὲν οὖν ἡ πρὸ τῆς κινήσεως. Ὁ γὰρ ἡ κίνησις φεύγει καὶ οὗτινος ἐκστῆναι σπεύδει, τοῦτο μᾶλλον ἐναντίον αὐτῇ. Πρὸς δ δ' ἅπεισι καὶ ὅπερ ἐπείγεται καταλήψεσθαι, τοῦτο πῶς οἰκεῖον αὐτῇ; Κινήσεις δ' ἐναντίαι εἰσὶν ἢ μᾶλλον μεταβολαὶ γένεσις καὶ φθορὰ, αὔξησις καὶ μείωσις· ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοιώσεως, θέρμανσις καὶ ψύξις. λεύκανσίς τε καὶ μέλανσις, καὶ ἄλλαι συζυγίαι διάφοροι. Ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ τόκον μεταβολῆς ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω, ὡς ἐν μήκει· ἡ εἰς τὰ δεξιὰ καὶ ἡ εἰς τὰ ὁριστερὰ, ὡς ἐν πλάτει· ἡ εἰς τοὔμπροσθεν καὶ ἡ εἰς τοὐπισθεν, ὡς ἐν βάθει.

1554

ιε'. Τῶν τοιούτων δὲ τοπικῶν κινήσεων ἐπ' εὐθείας οὐσῶν ἡ ἄ ω καὶ ἡ κάτω μόναι κυρίως ἁπλαῖ· πασῶν γὰρ τῶν κατὰ τόπον μεταβολῶν τρεῖς αἱ κυρίως ἁπλαῖ· ἡ περὶ τὸ τοῦ παντὸς μέσον, ἥτις ἐστὶν ἡ κύκλῳ· ἡ ἀπὸ τοῦ μέσου, ἥτις (ἐστὶν) ἡ ἄνω· καὶ ἡ ἐπὶ τὸ μέσον, ἥτις ἡ κάτω. Μόναι δ' αὗται κυρίως ἁπλαῖ, διότι ταύταις μόναις κινοῦνται φυσικῶς τὰ δοκοῦντα τῶν σωμάτων ἁπλᾶ. Πᾶσα δ' ἁπλῆ κίνησις ἁπλοῦ τινός ἐστι σώματος κατὰ φύσιν, καὶ παντὸς ἁπλοῦ σώματος ἡ φυσικὴ κίνησις ἁπλῆ τίς ἐστι.

ις'. Ταῖς μὲν οὖν ἐπ' εὐθείας φοραῖς ἐναντίωσις, ὡς εἴρηται, πρόσεστι· τῇ κύκλῳ δὲ κινήσει κίνησιν οὐδεμίαν ἐναντίαν εἶναί φασι. Καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἐναντιοῦνται ἀλλήλαις ἡ ἐξ ἀνατολῆς εἰς δυσμὰς, καὶ ἡ ἐκ δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς, ἔγνωσται. Καὶ γὰρ αἱ τῶν πλανητῶν σφαῖραι, κατ' ἄμφω ταύτας τὰς περιφορὰς περιφέρονται· τὴν μὲν κατὰ φύσιν τὴν ἐκ δυσμῶν εἰς ἀνατολάς· τὴν δὲ βιαίως καὶ ὑπὲρ φύσιν, ὡς ἰσχυροτέρᾳ καὶ κρείττονι τῇ ἀπλανεῖ συμπεριαγόμενοι πρὸς δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν. Ἐναντίαι οὖν αἱ εἰρημέναι οὖσαι περιφοραὶ, πῶς ἂν συνεῖεν ἀλλήλαις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καθ' ἓν ὑποκείμενον; Ὅτι δὲ μηδ' ἐπ' εὐθείας κίνησις ἐναντιοῦται κινήσει περιφερεῖ, τοιουτοτρόπως κατασκευάζουσιν. Αἱ ἐπ' εὐθείας κινήσεις ἐναντίαι ἀλλήλαις εἰσὶν. Ἓν δ' ἐναντίον ἑνί· καὶ διὰ τοῦτο οὐδεμία τῶν ἐπ' εὐθείας φορῶν

1555

A 14. Porro quisque motus et quietem et motum oppositum habet; sed quies non est statio. Nam et statio actus quidam est [84], et species motui conjugata, quemadmodum terram in medio stationem habere dicimus. Actus enim terræ est, quod ipsa stat in medio; quemadmodum cœli [actus est], quod ipsum circa medium movetur. At vero quies non est actus, sed motus duntaxat absentia. Locali proinde motui localis quies opponitur, et alterationis motui alterationis quies; et ut simpliciter dicam, cuique motui quoad numerum uni quies etiam cum quæ motum hujusmodi præcedit, **69** tum quæ sequitur, repugnat; maxime tamen ea, quæ motum præcedit. Quod enim motus fugit, et a quo discedere festinat, hoc ipsi magis B est contrarium. Id autem ad quod abit, et quod apprehendere contendit, magis hoc ipsi familiare est. Contrarii autem motus, vel potius mutationes sunt, generatio et corruptio, augmentatio et diminutio [85]. In alteratione autem calefactio et refrigeratio, dealbatio et denigratio, aliæque variæ conjugationes. In locali denique mutatione, quæ est sursum et quæ est deorsum, ut in longitudine; quæ est dextrorsum et sinistrorsum, ut in latitudine; quæ est ante et retro, ut in profunditate.

15. Cæterum cum hujusmodi locales motus in rectum fiant, soli tamen illi qui sursum et deorsum fiunt, proprie sunt simplices. Omnium enim localium mutationum tres tantum sunt proprie simplices: quæ circa universi medium est, hoc est circularis; quæ est a medio, hoc est quæ sursum fit; quæ est ad medium, hoc est quæ deorsum fit. Solæ autem hæ proprie simplices sunt, quia naturaliter his solis moventur ea corpora quæ simplicia esse videntur. Omnis autem simplex motus **70** simplicis alicujus corporis est secundum naturam: et omnis simplicis corporis motus naturalis simplex quidam est.

16. Rectis igitur motibus contrarietas, ut dictum, || inest; circulari autem motui, nullum motum [contrarium] esse dicunt. Quod enim motus ab ortu in occasum, et ab occasu in ortum non sint contrarii, exploratum est. Namque planetarum sphæræ D ambabus his conversionibus circumferuntur: altera secundum naturam, ab occasu in ortum; altera violenta et supra naturam, quippe quod cum fortiori et meliori inerrantium stellarum sphæra ab ortu in occasum circumagantur. Quod si igitur istæ conversiones essent contrariæ, qui fieri posset, ut eodem tempore in uno subjecto coirent invicem? Quod autem ne rectilineus quidem motus ei qui in orbem fit contrarius sit, hoc modo confirmant. Rectilinei motus inter se invicem sunt contrarii. Unum autem uni est contrarium. Pro-

[84] 5 Phys. c. 8. t. 53. [85] 8 Phys. c. 12, t. 64.

Digitized by Google

pter id ergo etiam nullus rectilineus motus circulari est contrarius, ne plura contraria uni opponantur.

17. Atqui haud scio an hæc confirmatio a reprehensione aliena sit, ut quidam asserunt. Non enim impossibile **71** est rectilineos motus et circulari et sibi invicem quoad aliud atque aliud esse contrarios; ac sic rursus unum uni ut rationi consentaneum est, contrarium inveniri. Quatenus enim motuum rectilineorum simplicium unus sursum, alter deorsum fit, quoad locorum contrarietatem pugnant invicem; quatenus autem [86] rectilinei motus ab aliis punctis incipiunt, et in alia desinunt; cum contra circularis motus ab eodem incipiat, et in idem perveniat; et quatenus iterum rectilinei motus omni ex parte sunt ejusmodi, ut frangi nequeant; cum contra circularis motus nullam prorsus partem habeat, qua frangi non possit; et quatenus [87] insuper rectilineos bis super iisdem spatiis sine quiete impossibile est fieri, cum circularis contra eamdem viam sine quiete infinities peragret; quatenus denique [88] rectilineorum nullus est æquabilis, cum contra circularis perpetuam æquabilitatem habere possit; ob has, inquam, proprietates motuum, non autem ob locorum contrarietatem, circularis motus rectilineis contrarius reperitur, omnibus rectilineis motibus unius instar sumptis, ut ei qui in orbem fit, opponantur. **72** Atque talis oppositionum modus etiam in aliis rebus invenitur [89]. Æquale enim et mediocre, ei quod excedit, et ei quod exceditur, majori, inquam, et minori opponitur [90]; ac rursum majus et minus sibi invicem opponuntur. Ac ita sane etiam virtutes cum mediocritates sint, iis quæ a mediocritate remota sunt, excessibus scilicet et defectibus contrariantur; ac rursus excessus et defectus sibi mutuo repugnant. Eodem item modo motus et motibus et quietibus adversantur, ac rursum quietes sibi invicem opponuntur, quæ in contrariis locis et contrariis qualitatibus et quantitatibus sunt. Exempli gratia, quies in superiore loco quieti in inferiore; quies in albo quieti in nigro; ac denique illæ quæ quosdam motus præcedunt, illis quæ eosdem sequuntur. Verum alio modo motus quieti, et alio modo motui opponitur. Motui enim ut contrariæ speciei, quieti autem ut prolapsioni a specie. Ac rursus quietes ut extrema invicem dissident [91]. Quod igitur etiam circularis motus aliquid contrarium habeat, et quomodo id fiat, dictum est.

A ἐναντιοῦται τῇ κύκλῳ, ἵνα μὴ πλείω ἐναντία ἀντιταχθείεν ἑ.ἑ.

ιζ'. Μήποτε δὲ οὐκ ἔστιν ἀνεπίληπτος ἡ τοιαύτη κατασκευή, ὥς τινες ἐφιστῶσιν. Οὐ γὰρ ἀδύνατον τὰς ἐπ' εὐθείας κινήσεις τῇ κύκλῳ τε καὶ ἀλλήλαις ἐναντιοῦσθαι κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ οὕτω πάλιν ἓν ἐναντίον ἑνὶ κατὰ λόγον εὑρίσκεσθαι. Καθὸ μὲν γὰρ ἡ μὲν ἄνω τῶν ἐπ' εὐθείας κινήσεων τῶν ἁπλῶν, ἡ δὲ κάτω, μάχονται πρὸς ἀλλήλας κατὰ τὴν τῶν τόπων ἐναντιότητα. Καθὸ δ' αἱ μὲν ἐπ' εὐθείας ἀπ' ἄλλων σημείων ἄρχονται, καὶ εἰς ἕτερα καταλήγουσιν· ἡ δὲ κύκλῳ κίνησις ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄρχεται καὶ εἰς τὸ αὐτὸ καταντᾷ· καὶ καθὸ πάλιν αἱ μὲν ἐπ' εὐθείας ἄκλαστοι κατὰ πᾶν εἰσι μόριον, ἡ κύκλῳ δὲ μηδὲ τὸ τυχὸν ἔχει μόριον ἄκλαστον· ἔτι δὲ καθὸ τὰς μὲν ἐπ' εὐθείας δὶς ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἄνευ ἠρεμίας γενέσθαι ἀδύνατον, ἡ δὲ κύκλῳ τὴν αὐτὴν ἄνευ ἠρεμίας μυριάκις περίεισι· καὶ ὅτι τῶν μὲν ἐπ' εὐθείας οὐδεμία ἐστὶν ὁμαλής, τῇ κύκλῳ δὲ δυνατὸν ἀεὶ τυγχάνει τὸ ὁμαλές· κατὰ ταῦτα δὴ τὰ διώματα τῶν κινήσεων, οὐ μὴν κατὰ τὴν τῶν τόπων ἐναντιότητα, τῇ κύκλῳ πρὸς τὰς ἐπ' εὐθείας ἐναντίωσις εὑρεθήσεται τῶν ὅλων εὐθειῶν κινήσεων, ὡς μιᾶς λαμβανομένων πρὸς τὴν ἀντίθεσιν τῆς περιφεροῦς. Τοιοῦτος δὲ τρόπος ἀντιθέσεων καὶ ἐπ' ἄλλων πραγμάτων εὑρίσκεται. Τὸ γὰρ ἴσον καὶ τὸ μέτριον ἀντίκειται τῷ ὑπερέχοντι καὶ τῷ ὑπερεχομένῳ, τῷ μείζονι λέγω καὶ τῷ ἐλάττονι. Πάλιν δ' ἀλλήλοις ἀντίκεινται τὸ μεῖζόν τε καὶ τὸ ἔλαττον. Οὕτω δὴ καὶ αἱ ἀρεταὶ συμμετρίαι οὖσαι, ταῖς ἀσυμμετρίαις ἐναντιοῦνται, ταῖς ὑπερβολαῖς δηλονότι καὶ ταῖς ἐλλείψεσιν· ὑπερβολαὶ δὲ καὶ ἐλλείψεις ἀλλήλαις μάχονται, καὶ κινήσεις κινήσεσί τε καὶ ἠρεμίαις ἀντιθετοῦνται, καὶ ἠρεμίαι πάλιν ἀλλήλαις αἱ ἐν τοῖς ἐναντίοις τόποις καὶ ταῖς ἐναντίαις ποιότησιν ἢ ποσότησιν· οἷον ἡ ἐν τῷ ἄνω ἠρεμία τῇ ἐν τῷ κάτω· καὶ ἡ ἐν τῷ λευκῷ τῇ ἐν τῷ μέλανι· καὶ ἁπλῶς αἱ πρὸ τῶν τοιῶνδε κινήσεων ταῖς μετὰ τὰς τοιάσδε κινήσεις. Ἄλλως δὲ τῇ ἠρεμίᾳ ἡ κίνησις, καὶ ἄλλως τῇ κινήσει ἀντίκειται. Τῇ μὲν γὰρ κινήσει, ὡς ἐναντίῳ εἴδει, τῇ δ' ἠρεμίᾳ, ὡς ἀποπτώσει τοῦ εἴδους. Ὡς ἄκρα δὲ πάλιν αἱ ἠρεμίσι ἀλλήλαις ἀνθίστανται. Τὸ μὲν οὖν ἐναντίωσιν ἔχειν καὶ τὴν κυκλοφορίαν, ὅπως καὶ τίνα τρόπον, εἴρηται.

B

C

D

18. Illis autem qui ab omni eum contrarietate eximunt, hoc propositum **73** est, ut hinc scilicet cœlum generationis, indeque etiam corruptionis expers esse monstrent. Si enim, inquiunt, contrariorum contrarii motus sunt, cujus rei motui nullus est contrarius, ne ea quidem quidquam habet contrarium. Quod si igitur cœlesti motui nullus est

ιη'. Τοῖς δὲ πάσης ἐναντιότητος ταύτην ὑπεξαιροῦσι σκοπός ἐστι τὸν οὐρανὸν ἐνταῦθεν δεῖξαι δι' ἐν ἀγέννητον, ὅθεν καὶ ἄφθαρτον. Εἰ γὰρ τῶν ἐναντίων, φασίν, ἐναντίαι καὶ αἱ φοραί, οὗ τῇ φορᾷ μὴ ἔστιν ἐναντία φορά, οὐδ' αὐτὸ ἔχει τι ἐναντίον. Εἰ τοίνυν τῇ οὐρανίῳ φορᾷ μὴ ἔστι τις ἐναντία φορά, οὐδὲ τῷ οὐρανῷ ἐστί τι ἐναντίον. Τὸ γινόμενον δὲ καὶ

[86] 8 Phys. c. 12, t. 75. [87] 8 Phys. c. 14. t. 76. [88] 8 Phys. c. 14. t. 76. [89] 8 Phys. c. 11, t. 64. [90] 2 ad Nic. c. 8; 1 mag. Mor., c. 9; 2 Eudem. c. 3. [91] 5 Phys. 8, t. 55, et 8 Phys. c. 14, t. 76.

Digitized by Google

φθειρόμενον, ἐξ ἐναντίου γίνεται καὶ εἰς ἐναντίον φθείρεται. Τὸ οὐράνιον ἄρα σῶμα, μὴ ἔχον ἐναντίον ἐξ οὗ γένοιτ' ἄν, καὶ εἰς ὃ πάλιν φθαρείη, ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον ἀποδείκνυται. Ἀλλ' οἱ τοιαῦτα λέγοντες, ὅταν καὶ ἀναμφίλεκτον τὴν πρότασιν λάβοιεν τὴν τεθεῖσαν τὸ μηδεμίαν κίνησιν τῇ οὐρανίῳ φορᾷ ἐναντίαν εἶναι, τότε τῆς φυσικῆς γενέσεως ἐξῃρημένον τὸν οὐρανὸν συλλογίζονται καὶ τῆς ὁμοίας φθορᾶς, καθ' ἃς καὶ τὰ στοιχεῖα μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, τῆς θατέρου φθορᾶς γινομένης γενέσεως τοῦ λοιποῦ. Κατ' ἄλλην δὲ γένεσιν γενητὸν οἴδασι τὸν οὐρανὸν οἱ φρονοῦντες ὀρθῶς· καθ' ἣν ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ὅλως, τῷ θείῳ παρήχθη προστάγματι, καὶ ἀκολούθως καὶ φθορᾷ παντελεῖ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ὑποκεῖσθαι αὐτὸν δογματίζουσι, τῇ τοῦ δημιουργήσαντος ἀγαθότητι τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλαγὴν ἁπάσης αἰσθητῆς κτίσεως ἐπιψηφιζόμενοι.

A contrarius, ne cœlo quidem quidquam erit contrarium. Atqui quod generatur et quod corrumpitur, ex contrario generatur et in contrarium corrumpitur. Cœleste igitur corpus, cum non habeat contrarium ex quo generetur, et in quod rursum corrumpatur, generationis et corruptionis expers esse demonstratur. Verum qui ejuscemodi oratione utuntur, tanquam controversiæ expertem propositionem accipiendo eam quæ ponit, nullum motum cœlesti motui esse contrarium, ita demum cœlum a naturali generatione [92], atque item a simili corruptione (quibus etiam elementa inter se mutantur, dum unius corruptio fit reliqui generatio) exemptum esse concludunt. Qui autem rectius sentiunt, alterius generationis ratione cœlum generatum
B esse dicunt, qua ex prorsus nihilo productum est divino mandato : **74** et per consequens etiam omnimodæ corruptioni quoad suam naturam ipsum subjectum esse statuunt, conditoris bonitati creaturarum sensibilium omnium in melius mutationem ascribentes.

---

## SYNOPSIS CAPITIS VI.

QUOD EST DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

*1. Affirmat primum generationem et corruptionem non esse proprie motus, sed tantum mutationes ; et ex etymologia vocabuli* μεταβολῆς *docet, quid sit mutatio, et in quibus reperiatur, nimirum in contradictione et in contrariis speciebus, cum illis quæ simpliciter, tum his etiam quæ quodammodo sunt contrariæ, quodque mutatio alia sit quadantenus, alia simpliciter mutatio. — 2. Indicat latius patere mutationem quam motum, quidque proprie motus et quid proprie mutationes appellentur, determinat ; hoc interim docens mutationem vel ex contraria specie in contrariam, vel ex alterius prolapsione et absentia, hoc est, ex privatione quæ ubique reperitur fieri. — 3. Distinguit privationem alias esse cum perfecta specie, ut privationem ignis in aqua, et tum etiam dici id quod generatur, non tantum ex sua privatione, sed etiam ex contraria specie generari ; alias vero privationem non esse cum perfecta* **75** *specie, sed in aliquo saltem materiali ad formam suscipiendam apto, qualis est privatio animalis in semine, et tum dici id quod generatur ex speciei tantum absentia sive privatione generari ; et quomodo hoc accipiendum sit, per duas occupationes explicat. — 4. Generationem et corruptionem describit, probatque neutram vel motum vel quietem esse, et denique ostendit ipsis cum mutationes tantum sint,* ἀμεταβλησίαν *analogam quieti opponi. — 5. Postquam hactenus absolvit de mutationibus substantialibus, de generatione et corruptione substantiali, jam incipit disserere de mutationibus secundum accidens : quomodo augmentatio, generatio quædam ; diminutio, corruptio quædam ; dealbatio, generatio quædam ; denigratio, corruptio quædam dicitur ; ubi regulam proponit, quod in omnibus prædicamentis mutatio in melius, generatio ; in deterius, corruptio dicatur ; quod exemplis probat trium prædicamentorum, substantiæ, quantitatis et qualitatis : præcisione tandem utens, quod omnis secretio generatio, concretio corruptio sit ; quia nimirum melior est secretio concretione, cum quidem etiam in omnibus entibus melius et deterius reperiatur, ut Pythagoreorum etiam auctoritate constat. — 6. Docet quando fiat generatio simpliciter (quæ secundum prædicamenta sic dicitur, non quæ ratione melioris* **76** *ita appellatur), et quando non fiat, sed generatio saltem quædam vel augmentatio vel alteratio. — 7. Exemplum augmentationis proponit in igni cujus augmentationem obiter distinguit a generatione et accessione ignis ; et non tantum in aliis inanimatis ita se habere augmentationem ostendit, sed etiam in animatis, et augmentationis illius modum declarat, itemque oppositæ diminutionis ; et præterea docet, nec quod discedit a corpore, ipsum minui, nec quod accedit, augeri, quippe ἐμπνευμάτωσις non est cibi augmentatio, sed corruptio ; et insuper explicat quomodo augmentatio ab alteratione differat ; ac denique determinat quomodo non tantum nutritio, sed et augmentatio fiat, et quando tantum augmentatio, quando nutritio et augmentatio simul. — 8. Breviter subjicit in prædicamento ubi in mutationibus localibus, quæ generationes quædam, quæ contra corruptiones quædam dicantur : sicut etiam supra in aliis prædicamentis explicatum fuit.*

---

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.*

α'. Ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ κινήσεις οὐκ εἰσὶ κυρίως, ἀλλὰ μόνον μεταβολαί. Μεταβολὴ δέ ἐστι μετάβασις ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο. Τὸ γὰρ ὄνομα τῆς μεταβολῆς ἄλλο μετ' ἄλλο δηλοῖ, τοῦ *μετὰ* σημαίνοντος, ὅτι τὸ μὲν πρότερόν ἐστιν ἐν τῇ μεταβολῇ, τὸ δ'

## CAPUT VI.

C *De generatione et corruptione.*

1. Generatio et corruptio motus non sunt proprie, sed tantum mutationes. Mutatio autem est transitus ab alio in aliud [93]. Nomen enim Græcum ἡ μεταβολὴ aliud post aliud declarat : ut τὸ μετὰ significet, unum in mutatione **77** prius, alterum

[92] 1 De ortu et interitu, c. 3. [93] 5 Phys. c. 2, t. 7.

Digitized by Google

posterius esse. Prius quidem hoc ex quo mutatur A id quod mutatur; posterius vero, in quod [mutatum]. Consideratur porro mutatio in contradictione et in contrariis speciebus, cum illis quæ simpliciter sunt contrariæ, hoc est extremæ; quales sunt album et nigrum; tum iis quæ quodammodo sunt contrariæ, hoc est intermediæ [95]. Quod enim intermedium est, contrarii rationem ad utrumque extremorum obtinet: velut minus album ad nigrum quidem est album, sed ad magis album nigrum est. Nigri enim mistione minus album oboritur. Propterea etiam cum id quod minus album est in magis album mutatur, tanquam ex nigro in album fit mutatio. Quod enim minus album est ratione nigredinis, quæ ipsi inest, in magis album mutatur. Unde etiam quadam tantum ex parte [seu particularis] fit mutatio [96]. Eodem etiam modo quando id quod magis est album in minus album mutatur, tanquam ex albo in nigrum fit mutatio. In nigredinem enim quæ in minus albo est, id quod magis album est, ex parte mutatur. Ac eam ob causam mutatio quæ ex intermediis ad **78** intermedia fit, quadam ex parte dicitur: quæ autem ex extremis fit, simpliciter mutatio vocatur.

ὕστερον· πρότερον μὲν τὸ ἐξ οὗ μεταβάλλει τὸ μεταβάλλον· ὕστερον δὲ τὸ εἰς ὅ. Θεωρεῖται δ' ἡ μεταβολὴ 157c
ἐν ἀντιφάσει καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις εἴδεσι, τοῖς τε
ἁπλῶς ἐναντίοις, ἤγουν τοῖς ἄκροις, ὁποῖα τὸ λευκὸν
καὶ τὸ μέλαν· καὶ τοῖς πῇ ἐναντίοις, ἤτοι τοῖς με-
ταξύ. Τὸ γὰρ μεταξὺ τὸν τοῦ ἐναντίου λόγον ἔχει
πρὸς ἑκάτερον τῶν ἄκρων· οἷον τὸ ἧττον λευκὸν
πρὸς μὲν τὸ μέλαν λευκόν ἐστι· μέλαν δὲ πρὸς τὸ
μᾶλλον λευκόν. Μίξει γὰρ τοῦ μέλανος γίνεται τὸ
ἧττον λευκόν. Διὸ καὶ ὅταν εἰς τὸ μᾶλλον λευκὸν
μεταβάλλῃ τὸ ἧττον λευκόν, ὡς ἐκ μέλανος γίνεται
πρὸς τὸ λευκὸν ἡ μεταβολή. Τὸ γὰρ ἧττον λευκὸν
κατὰ τὸ ἐν αὐτῷ μέλαν μεταβάλλει πρὸς τὸ μᾶλλον
λευκόν. Ὅθεν καὶ μερικὴ γίνεται ἡ μεταβολή.
Ὡσαύτως καὶ ὅτε τὸ μᾶλλον λευκὸν εἰς τὸ ἧττον
B μεταβάλλει λευκόν, ὡς ἐκ λευκοῦ πρὸς μέλαν γίνε-
ται ἡ μεταβολή. Πρὸς γὰρ ἐν τῷ ἥττονι λευκῷ μέ-
λαν μεταβάλλει τι τοῦ μᾶλλον λευκοῦ. Διά τοι τοῦτο
ἡ ἐκ τῶν μεταξὺ πρὸς τὰ μεταξὺ μεταβολὴ πῇ λέ-
γεται· ἡ δ' ἐκ τῶν ἄκρων ἁπλῶς καλεῖται μετα-
βολή.

2. Cæterum [97] latius patet mutatio quam motus. Omnes enim ab eo quod potentia est ad actu esse progressiones manente interim quod est potentia esse, mutationes sunt. Verum ex his illæ quæ duntaxat ex quomodocunque contrariis speciebus in contrarias species transitiones sunt remanente et mutationem sustinente subjecto, hæ magis proprie motus nominantur. Quæ autem non remanente subjecto [98] sive ex contrariis speciebus in contrarias species transeunt, sive non ex contrariis speciebus in contrarias, sed per prolapsionem et absentiam alterius specierum manifestam contrarietatem habent in iis ex quibus et in quæ mutantur [99], hæ proprie duntaxat mutationes vocantur, non motus, quæ sunt generatio et corruptio, quæ secundum substantiam mutationes sunt. Generatur enim id quod generatur, et corrumpitur id quod corrumpitur ex contrario in contrarium, sive utrumque sit species, sive alterum sit alterius prolapsio. Neque enim omni speciei species necessario est contraria. Quænam **79** enim homini species contraria aut musico afferri queat? cum absentia alterius speciei, hoc est privatio, ubique reperiatur.

β'. Ἔστι δ' ἐπιπλέον τῆς κινήσεως ἡ μεταβολή. Πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ πρόοδοι, μένοντος ἔτι τοῦ δυνάμει, μεταβολαί εἰσιν. Ἀλλὰ τούτων ὅσαι μὲν μόνον ἐξ ἐναντίων ὁπωσοῦν εἰδῶν εἰς ἐναντία εἴδη μετελεύσεις εἰσὶν, ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου καὶ μεταβάλλοντος, αὗται κι-
νήσεις ὀνομάζονται κυριώτερον· ὅσαι δὲ, τοῦ ὑπο- 157d
C κειμένου μὴ ὑπομένοντος, εἴτ' ἐξ ἐναντίων εἰδῶν εἰς ἐναντία μεταβαίνουσιν εἴδη, εἴτε μὴ ἐξ ἐναντίων εἰδῶν εἰς ἐναντία εἴδη, ἀλλὰ κατ' ἀπόπτωσιν καὶ ἀπουσίαν θατέρου (τῶν) εἰδῶν ἐμφαινομένην τὴν ἐναντίωσιν ἔχουσιν, ἐν τοῖς ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ μεταβάλλουσιν, αὗται καλοῦνται μεταβολαὶ μόνον κυρίως, ἀλλ' οὐ κινήσεις, αἵτινές εἰσιν ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ, κατ' οὐσίαν οὖσαι μεταβολαί. Γίνεται γὰρ τὸ γινόμενον καὶ φθείρεται τὸ φθειρόμενον ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον, εἴτε (καὶ) ἀμφοτέρων ὄντων εἰδῶν, εἴτε θατέρου ὄντος ἀποπτώσεως τοῦ λοιποῦ. Οὐ γὰρ ἐξ ἀνάγκης εἶδει παντὶ εἶδος ἐναντίον ἐστί. Τί γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἐναντίον εἶδος ἔσοιτ' ἂν ἢ τῷ μουσικῷ; Ἀπουσία δὲ θατέρου εἴδους, ἤγουν ἡ στέρησις, εὑρίσκεται πανταχοῦ.
D

3. Sed interdum privatio cum perfecta specie est perfectas eas quibus constituitur qualitates habente: quemadmodum privatio ignis quæ in aqua est simul est cum aquæ specie quæ perfecta est ac perfectas suas qualitates obtinet; frigus videlicet et humorem, quæ ignis qualitatibus sunt contrariæ. Ac propterea ignis non tantum ex sua privatione, sed etiam ex contraria sibi specie fieri dicitur. Quando vero cum perfecta specie non exsistit pri-

γ'. Ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἡ στέρησις μετὰ τελείου εἴδους ἐστὶ, τελείας τὰς αὐτοῦ συστατικὰς ποιότητας ἔχον-
τος, ὥσπερ ἡ ἐν τῷ ὕδατι στέρησις τοῦ πυρὸς σύνε-
στι τῷ εἴδει τοῦ ὕδατος τελείῳ ὄντι, καὶ τελείους
τὰς ἐν αὐτῷ ποιότητας ἔχοντι, τὴν ψυχρότητα δηλον-
ότι καὶ τὴν ὑγρότητα, τὰς ἐναντίας ταῖς ποιότησι
τοῦ πυρός. Καὶ διὰ τοῦτο (τὸ) πῦρ οὐ μόνον ἐκ τῆς
οἰκείας στερήσεως, ἀλλὰ κἀκ τοῦ ἐναντίου ἑαυτῷ
εἴδους λέγεται γίνεσθαι. Ὅταν δὲ μὴ εἶδοι τελείῳ

[95] 5 Phys. c. 2, t. 7, 9. [96] 5 Phys. c. 1, t. 6. [97] 5 Phys. c. 2. [98] 5 Phys. c. 2, t. 8. [99] 5 Phys. c. 2. t. 7.

Digitized by Google

συνυπάρχῃ ἡ στέρησις, ἀλλ' ὑλικῷ τινι ἐπιτηδείως ἔχοντι δέξασθαι τὸ εἶδος τὸ ἀντικείμενον τῇ στερήσει, ὡς ἡ ἐν τῷ σπέρματι στέρησις τοῦ ζώου· τότε οὐκ ἐξ εἴδους ἐναντίου, ἀλλ' ἐξ ἀπουσίας εἴδους ἤτοι στερήσεως λέγεται γίνεσθαι τὸ γινόμενον· οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν εἶδός τε καὶ τὸ σπέρμα, ἀλλ' ὅτι ἀτελὲς εἶδος καὶ ὕλης λόγον ἐπέχον πρὸς τὴν τοῦ τελείου εἴδους ὑπόστασιν, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὴν ὅλην κεκτημένον τὴν ἀναφοράν. Εἰσὶ δέ τινες ἴσως κἀν τῷ σπέρματι ποιότητες ἐναντίωσιν ἔχουσαι πρὸς τὰς τοῦ ἀποτελουμένου ποιότητας, ἀλλ' ἀτελεῖς καὶ αὗται καὶ οὐχ ὡς αἱ τῶν τελείων εἰδῶν τέλειαι. Διὸ ὅσαι μὲν ἐναντίαι πως ταῖς τοῦ ἀποτελουμένου ποιότησίν εἰσιν ἐν τῷ σπέρματι, πρὸς τὰς τοῦ ἀποτελουμένου ποιότητας μεταβάλλουσι, τοῦ μὲν ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σπέρματι ξηραινομένου, τοῦ δὲ σφαιρικοῦ ἐκτεινομένου. Ὅσαι δ' ὁμοειδεῖς ταῖς τοῦ ἀποτελουμένου εἰσὶν, ἐκ τοῦ ἀτελοῦς μεταβάλλουσι πρὸς τὸ τέλειον. Διὰ γοῦν τὸ ἀτελὲς τῆς διαθέσεως τοῦ ὑποκειμένου, ὅταν ἐκ σπέρματος τὸ ζῶον ἢ ἐξ ἀμούσου λέγηται τὸ μουσικὸν, οὐκ ἐξ ἐναντίου εἴδους, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπουσίας τοῦ εἴδους καὶ τῆς στερήσεως λέγεται γίνεσθαι. Διὰ ταῦτά τοι καὶ ἐξ ἐναντίου γίνεσθαι καὶ εἰς τοὐναντίον φθείρεσθαι λέγεται πᾶν τὸ γινόμενον καὶ φθειρόμενον, καὶ γένεσις πᾶσα καὶ φθορὰ φυσικὴ κοινῶς λέγονται κατ' ἀντίφασιν. Τὸ γὰρ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν, καθὸ τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὂν ἐναντία εἴδη μὴ ὄντα, τὴν ἀντίθεσιν ἀντιφατικῶς ποιοῦνται πρὸς ἄλληλα.

δ'. Γένεσις δέ ἐστιν ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν μεταβολὴ καὶ μετάβασις, ἤγουν ἡ μεταξὺ ὁδὸς τῆς ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ εἶναι τοῦ πράγματος ἀποκαταστάσεως. Φθορὰ δὲ ἡ ἐκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ ὂν ὁμοίως μεταβολὴ, τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος ἐνεργείᾳ λαμβανομένων. Οὐ λέγονται δὲ κυρίως κινήσεις ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορά· διότι κἂν ἀτελὲς ἐνέργεια ἡ κίνησις κἂν παθητικὴ, πλὴν τὸ κινούμενον ἐνεργείᾳ ὂν καὶ ὑπομένον κινεῖσθαι χρή· τὸ δὲ μὴ ὂν ἐνεργείᾳ μηδ' ὑπομένον, οὐδὲ κινούμενόν ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἐνεργείᾳ ὢν καὶ μένων ἄνθρωπος κινεῖται, κατά τι τῶν ἐν αὐτῷ συμβεβηκότων αὐξόμενος ἢ λευκαινόμενος ἢ φερόμενος, οὕτω καὶ ὕλη μεταβάλλει κατὰ τὴν γένεσιν. Διά τοι τοῦτο ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι πρόοδος οὐκ ἔστι κίνησις. Ἐπεὶ δὲ τὴν ὕλην (οὐ) λέγομεν ὑφεστηκέναι καθ' ἑαυτὴν (οὐδὲ γὰρ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους τὰ σώματα λέγοντες ἐκ προϋπαρχούσης ὕλης ἢ προϋφεστῶτος εἴδους τὴν τῶν σωμάτων τιθέμεθα σύστασιν, ἀλλ' ὅτι λόγῳ μόνῳ διακρίνοντες ἀπ' ἀλλήλων τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος δυνάμεθα θεωρεῖν ἑκάτερον καθ' ἑαυτό· καὶ γὰρ οὐδέτερον ὑποστῆναι δύναται θατέρου χωρὶς), ὅπερ ὡς ὕλη λαμβάνεται καὶ λέγεται μὴ ὄν, καὶ τοῦτο μετὰ εἴδους εὑρίσκεται, ἢ τελείου ἢ ἀτελοῦς. Καὶ ὄν τι ἔστιν ἄλλως, λέγεται δὲ μὴ ὄν· ἐπείπερ ἐνεργείᾳ οὐκ ἔστιν ὃ γίνεται. Τὸ δὲ τοιοῦτο μὴ ὂν οὐ κινεῖται, οὔτε καθ' ἑαυτὸ, οὔτε κατὰ συμβεβηκός. Οὔτε γὰρ καθὸ μὴ ἔστι κινεῖται, οὔτε τῷ ἄλλο τι εἶ-

A vatio, sed cum materiali aliquo ad eam speciem quæ privationi opponitur suscipiendam accommodato, ut in semine, animalis privatio; tum non ex specie contraria, sed ex speciei absentia, hoc est privatione, generari dicitur quod generatur: non quod non etiam semen sit aliqua species, sed quod imperfecta sit species, et materiæ rationem ad perfectæ speciei subsistentiam habeat, ad eamque totam relationem obtineat. Sunt autem forte etiam in semine qualitates quædam ei quod hinc efficitur **80** contrariæ: sed et ipsæ imperfectæ, neque ut perfectarum specierum perfectæ. Quapropter illæ quæ ejus quod efficitur qualitatibus sunt in semine quodammodo contrariæ, in ejus quod efficitur qualitates mutantur, dum id quidem quod in semine humidum est arescit, quod autem rotundum est, extenditur: quæ vero cum eo quod efficitur ejusdem speciei sunt, ex imperfecto in perfectum mutantur. Nimirum propter imperfectam subjecti dispositionem cum ex semine animal aut ex immusico musicum fieri dicitur, non ex contraria specie, sed ex speciei absentia et privatione fieri dicitur. Atque eapropter et ex contrario generari et in contrarium corrumpi dicitur quidquid generatur et corrumpitur. Ac omnis generatio et corruptio naturalis communi modo per contradictionem dicuntur. Nam ens et non ens [99], quatenus illud est, hoc non est, cum species contrariæ non sint, oppositionem ad se invicem contradictoriam efficiunt.

4. Generatio autem est ex non ente in ens mutatio ac transitus; hoc est via intermedia, qua res **81** ex non esse ad esse constituitur. Corruptio contra eodem modo ex ente in non ens mutatio, ut ens et non ens actu sumantur. Cæterum generatio et corruptio proprie motus non dicuntur; propterea quod etsi motus imperfectus et passivus actus sit [1], tamen id quod movetur, ut actu sit et maneat, moveri necesse sit; quod autem actu non est, neque remanet, ne moveatur quidem. Neque enim quemadmodum homo actu exsistens et manens homo movetur, dum per accidentia quæ in ipso sunt augetur aut dealbatur, aut in loco movetur, ita etiam materia in generatione mutatur. Propterea ex non ente ad esse progressio motus non est. Quoniam autem materiam separatim exsistere non dicimus (neque enim cum ex materia et forma dicimus corpora, ex præexsistente materia aut præsubsistente forma corpora constituta esse dicimus; sed quod sola ratione materiam et formam a se invicem discernentes, utramque sejunctim considerare possumus; quippe neutra absque altera seorsim subsistere potest), id quod tanquam materia sumitur, et non ens dicitur, et cum forma vel perfecta vel imperfecta **82** reperitur. Et quanquam alias sit ens, tamen non ens dicitur: quandoquidem actu non est quod fit. Et hoc videlicet non ens neque per se neque per accidens movetur. Neque enim

[99] 5 Phys. c. 2, t. 7. [1] 5 Phys. c. 1, t. 4, et c. 2, t. 7. [2] 5 Phys. c. 1, t. 8.

Digitized by Google

quatenus non est movetur, neque quatenus aliud quiddam actu est, cum id ipsum maneat, moveri potest ; exempli gratia : semen nec ut animal movetur (neque enim animal est), nec ut semen. Si enim quoquo modo in generatione mutatur, a natura sua discedit, et dum mutatur, non manet semen, sed semper alias aliud per mutationem efficitur. Cum igitur [5] hoc modo non ens propterea moveri non possit, mutatio autem a non ente hunc in modum sit generatio : non igitur generatio motus erit. Sed ne quies quidem. Nam quod natura aptum est, ut moveri possit, id cum non movetur, quiescere dicitur, quod sane est actu ens. Quod autem moveri non potest, id ne quiescere quidem potest. Quapropter generatio neque motus, neque quies est. Quæ cum ita se habeant, nec corruptio vel motus vel quies etiam erit. Motui enim [6] vel motus vel quies opponitur. Quod si generationem horum neutrum **83** esse ostensum est, qui fieri potest, ut corruptio motus sit? qui rursum quies, cum generatio cui corruptio opponitur, motus non sit? Generatio igitur et corruptio motus vel quietes non sunt, sed mutationes duntaxat. Cum autem motus non sint, quietem oppositam non habent, sed vacuitatem a mutatione tanquam mutationes; vacuitatem, inquam, a mutatione quæ quieti proportione respondeat. Sicut enim quies motus absentia, ita vacuitas a mutatione mutationis est absentia. Quemadmodum igitur quietes, ita etiam vacationes a mutatione oppositionem habere deprehendentur; atque vacuitas a mutatione in ente, et vacuitas a mutatione in non ente sibi invicem opponentur. De mutationibus ergo secundum substantiam, hoc est, de simplici generatione et corruptione hæc pro compendio commentationis dicta sint.

A ναι ἐνεργείᾳ, τὸ αὐτὸ μένον κινεῖσθαι δύναται· οἷον τὸ σπέρμα οὔτε καθὸ ζῶον κινεῖται (οὐδὲ γάρ ἐστιν), οὔτε καθὸ σπέρμα· καὶ γὰρ εἰ ποσῶς μεταβάλλει κατὰ γένεσιν, τῆς ἑαυτοῦ ἐξίσταται φύσεως, καὶ μεταβάλλον, οὐ μένει σπέρμα, ἀλλὰ ἀεὶ ἄλλοτε ἄλλο γίνεται κατὰ τὴν μεταβολήν. Εἰ τοίνυν τὸ οὕτω μὴ ὂν οὐ δύναται διὰ ταῦτα κινεῖσθαι, ἡ δ' ἐκ τοῦ οὕτω μὴ ὄντος μεταβολὴ γένεσίς ἐστιν· οὐκ ἔστιν ἄρα ἡ γένεσις κίνησις. Ἀλλ' οὐδ' ἠρεμία· τὸ γὰρ πεφυκὸς κινεῖσθαι, τοῦτο καὶ ἠρεμεῖ μὴ κινούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐνεργείᾳ ὄν. Τὸ δὲ κινεῖσθαι ἀδύνατον, τοῦτο καὶ ἠρεμεῖν ἀδύνατον. Ὥστε οὐκ ἔστιν ἡ γένεσις, οὔτε κίνησις, οὔτε ἠρεμία. Εἰ δ' ἔχει ταῦθ' οὕτως, οὐδ' ἡ φθορὰ κίνησίς ἐστιν, οὔτε μὴν ἠρεμία. Τῇ κινήσει γὰρ ἡ κίνησις ἢ ἠρεμία τὸ ἀντικείμενον. 1592

B Εἰ δὲ μηδ' ἕτερον οὖσα τούτων ἡ γένεσις δέδεικται, πῶς ἂν εἴη κίνησις ἡ φθορά; Πῶς δὲ πάλιν ἠρεμία, μὴ οὔσης κινήσεως τῆς γενέσεως, ἧπερ ἀντίκειται ἡ φθορά; Οὐκ ἄρα ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ κινήσεις, οὔτε ἠρεμίαι, μόνον δὲ μεταβολαί. Κινήσεις δὲ μὴ οὖσαι, ἠρεμίαν ἀντικειμένην οὐχ ἕξουσιν, ἀλλ' ἀμεταβλησίαν ὡς μεταβολαί, ἀμεταβλησίαν ἀναλογοῦσαν τῇ ἠρεμίᾳ. Καθὼς γὰρ ἡ ἠρεμία ἀπουσία κινήσεως, οὕτως ἡ ἀμεταβλησία ἀπουσία μεταβολῆς. Ὥσπερ οὖν ἠρεμιῶν, οὕτω καὶ ἀμεταβλησιῶν ἀντίθεσις εὑρεθήσεται, καὶ ἔσονται ἡ ἐν τῷ ὄντι ἀμεταβλησία καὶ ἡ ἐν τῷ μὴ ὄντι ἀλλήλαις ἀντιθετούμεναι. Περὶ μὲν οὖν τῶν κατ' οὐσίαν μεταβολῶν, ἤγουν τῆς ἁπλῶς γενέσεως καὶ φθορᾶς, εἰρήσθω τοσαῦτα κατ' ἐπιτομὴν ὑπομνήσεως.

5. Dicuntur porro etiam mutationes accidentales, C generationes quædam, et corruptiones item quædam; veluti augmentatio est generatio quædam, diminutio vero est corruptio quædam. Nec quemadmodum dicimus animal generatum esse, cum ex semine fit, **84** et corruptum esse, cum mortuum fuerit, sic animal simpliciter generatum esse dicimus, cum bicubitum forte factum fuerit, sed quod animal bicubitum generatum sit, animalisque bicubitum corruptum sit : quodque animal album generatum sit, et animalis albedo corrupta sit. Nam et in alteratione, dealbatio, generatio quædam; denigratio autem, corruptio quædam dicitur. Commune enim est in omnibus prædicamentis (sive generatio simpliciter consideretur, ut in substantiis, sive quædam generatio, ut in accidentibus), ut quæ in meliora et præstantiora est mutatio, generatio dicatur; quæ in deteriora et viliora, corruptio : exempli gratia, in substantiis mutatio a terra in ignem, generatio simpliciter dicitur, corruptio autem quædam; contra ex igni in terram [mutatio], corruptio simpliciter, generatio autem quædam vocatur : eo quod melior et præstantior et magis essentia est ignis existentia;

ε'. Λέγονται δὲ καὶ αἱ κατὰ συμβεβηκὸς μεταβολαὶ γενέσεις τινὲς καὶ φθοραί τινες· οἷον ἡ μὲν αὔξησις γένεσίς τις, φθορὰ δέ τις ἡ μείωσις. Καὶ οὐχ ὥσπερ λέγομεν ὅτι γέγονε τὸ ζῶον, ὅτ' ἐκ σπέρματος γένοιτο, καὶ ὅτι ἔφθαρται, ὅτε δὴ τεθναίη· τὸν αὐτὸν τρόπον λέγομεν ὅτι γέγονε τὸ ζῶον ἁπλῶς, ὅταν γένηται δίπηχυ τυχόν, ἀλλ' ὅτι γέγονε τὸ ζῶον δίπηχυ, καὶ ἔφθαρται τοῦ ζώου τὸ δίπηχυ· καὶ γέγονε τὸ ζῶον λευκόν, καὶ ἔφθαρται τοῦ ζώου τὸ λευκόν. Καὶ ἐπ' ἀλλοιώσεως ἡ μὲν λεύκανσις γένεσίς τις λέγεται, φθορὰ δέ τις ἡ μέλανσις. Κοινὸν γάρ ἐστιν ἐν ἁπάσαις κατηγορίαις (εἴτε γένεσις ἁπλῶς θεωροῖτο καθάπερ ἐν οὐσίαις, εἴτε τις γένεσις, καθὼς ἐν συμβεβηκόσι) τὸ τὴν μὲν ἐπὶ τὰ κρείττω καὶ τιμιώτερα μεταβολὴν γένεσιν λέγεσθαι, φθορὰν δὲ D τὴν ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἀτιμότερα· οἷον ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς μεταβολὴ πρὸς τὸ πῦρ γένεσις ἁπλῶς λέγεται, φθορὰ δὲ τίς· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ πυρὸς εἰς τὴν γῆν φθορὰ μὲν καλεῖται ἁπλῶς, γένεσις δὲ τις τῷ κρείττω καὶ τιμιωτέραν καὶ μᾶλλον οὐσίαν εἶναι τὴν ὕπαρξιν τοῦ πυρὸς, χείρω δὲ καὶ ἀτιμοτέραν καὶ ἧττον οὐσίαν τῆς γῆς τὴν ὑπόστασιν· εἰδὸς μὲν γὰρ ἀναλογεῖ τὸ πῦρ, ὕλῃ δὲ καὶ στερήσει ἡ γῆ. Ἐπεὶ γὰρ ἡ μὲν ὕλη περιέχεται ὑπὸ 1593

[5] 5 Phys. c. 2, t. 8. [6] 5 Phys. c. 2, t. 8.

Digitized by Google

τοῦ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος περιέχει τὴν ὕλην, πέρας ὂν καὶ ὅρος αὐτῆς (περαίνει γὰρ καὶ ὁρίζει τὸ τῆς ὕλης ἄπειρόν τε καὶ ἄριστον)· καὶ ἐπὶ τῶν εἰδοποιημένων ἤδη σωμάτων (τῶν) κατὰ τὸν τόπον φυσικῶς κινουμένων τὸ μὲν περιεχόμενον ὕλης ἂν ἔχοι λόγον (τοιοῦτον δὲ τὸ βαρὺ καὶ ἐν μέσῳ, τουτέστιν ἡ γῆ), τὸ δὲ περιέχον εἴδους. Τοιοῦτον δὲ τὸ κοῦφον καὶ ἄνω, τουτέστι τὸ πῦρ· καὶ τῶν μεταξὺ καὶ σωμάτων, ἡγοῦν τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ ὕδατος, τὸ μὲν περιεχόμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ὕδωρ, ὕλης ἂν ἔχοι λόγον πρὸς τὸν ἀέρα τὸν περιέχοντα, εἴδους δὲ λόγον ὁ ἀὴρ πρὸς τὸ ὕδωρ τὸ περιεχόμενον ὑπ' αὐτοῦ. Διὸ μὴ μόνον ἐπὶ (τῆς) γῆς καὶ πυρὸς ἡ μὲν ἀπὸ γῆς εἰς πῦρ μεταβολὴ γένεσις ἁπλῶς λέγοιτ' ἄν, φθορὰ δὲ τίς· ἡ ἀπὸ πυρὸς δ' εἰς γῆν φθορὰ μὲν ἁπλῶς, γένεσις δὲ τίς· ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕδατος καὶ ἀέρος ἡ μὲν ἀφ' ὕδατος εἰς ἀέρα μεταβολὴ καλοῖτ' ἂν ἁπλῶς γένεσις, φθορὰ δὲ τίς· ἡ δ' ἀπ' ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολὴ φθορὰ μὲν ἁπλῶς, γένεσις δὲ τίς. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἐστιν ἡ εἰρημένη ἀναλογία, ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς γένεσιν. Ἐν μὲν τῷ ποσῷ τὸ μέγα καὶ τὸ πολὺ εἶδει ἀναλογεῖ, τὸ μικρὸν δὲ καὶ τὸ ὀλίγον ὕλῃ. Καὶ ἡ μὲν αὔξησις εἴδει, ἡ δὲ μείωσις ὕλῃ. Διὸ καὶ ἡ μὲν τῇ γενέσει ἔοικεν, ἡ δὲ τῇ φθορᾷ. Ἐν δὲ τῷ ποιῷ τὸ μὲν λευκὸν καὶ τὸ θερμὸν εἴδει ἀναλογεῖ, τὸ δὲ μέλαν καὶ τὸ ψυχρὸν ὕλῃ. Ὅθεν καὶ λεύκανσις καὶ θέρμανσις γενέσεις εἶεν ἂν, φθοραὶ δὲ μέλανσίς τε καὶ ψύχρανσις. Ὅλως γὰρ ἐν ταῖς ἀντιθέσεσι τὰ κρείττω μὲν ὡς εἴδει ἀναλογοῦντα λαμβάνεται, ὡς ὕλῃ δὲ καὶ στερήσει τὰ καταδεέστερα. Διὸ καὶ καθόλου πᾶσα διάκρισις γένεσις· ὅλως κληθείη ἄν, φθορὰ δὲ τοὐναντίον ἡ σύγκρισις, ὅτι κρεῖττον ἡ διάκρισις δοκεῖ τῆς συγκρίσεως. Τὸ κρεῖττον δὲ καὶ τὸ χεῖρον ἐν πᾶσι θεωρεῖται τοῖς οὖσιν. Οὕτω (τοι) καὶ Πυθαγόρειοι συστοιχίας τινὰς ἀντικειμένας ἐξεῦρον δέκα τὸν ἀριθμὸν, ὑφ' ἃς ὥσπερ εἰς ἀρχὰς τὰ ὄντα (πάντα) συνάγουσι.

deterior: item et vilior et minus essentia terræ subsistentia; ignis enim formæ, terra vero materiæ et privationi proportione respondet. Quoniam enim materia quidem a forma **85** continetur, forma autem continet materiam, ut quæ ipsius extremitas ac finis sit (ipsius enim immensitatem ac infinitatem terminat et circumscribit); ideo etiam in corporibus jam informatis, quæ naturali ratione per locum moventur, id quod continetur, (tale autem est quod gravitate præditum et in medio situm est, hoc est terra) materiæ rationem obtinet; quod autem continet (quale est quod levitate præditum et in superiori loco est, ignis videlicet), formæ vicem obit. Et intermediorum vero etiam corporum, hoc est, aeris et aquæ, id quidem quod continetur, quod est aqua, materiæ rationem habet ad aerem continentem: aer autem formæ rationem ad aquam quæ continetur ab ipso. Quapropter non tantum circa terram et ignem a terra in ignem mutatio, simpliciter generatio dici potest, corruptio autem quædam: et contra ab igni in terram [mutatio], simpliciter corruptio, generatio autem quædam: sed et circa aquam et aerem mutatio quidem ab aqua in aerem, generatio simplex dici potest, corruptio autem quædam; et contra ab aere in aquam mutatio, corruptio quidem **86** simpliciter, generatio autem quædam. Non autem in substantiis duntaxat, sed etiam in omnibus generibus dicta analogia reperitur. In quantitate quidem magnum et multum formæ, parvum et paucum materiæ; et augmentatio item formæ, diminutio materiæ proportione respondet. Et proinde illa generationi, hæc corruptioni similis est. In qualitate vero album et calidum formæ, nigrum et frigidum materiæ respondet. Unde etiam dealbatio et calefactio generationes, denigratio et refrigeratio corruptiones sunt. Nam omnino in oppositionibus præstantiora, ut formæ, viliora autem, ut materiæ et privationi respondentia accipiuntur. Quapropter etiam in universum omnis secretio, omnino generatio; concretio contra, corruptio vocari queat, propterea quod secretio concretioni antecellere videtur. Melius porro et pejus in omnibus entibus consideratur. Sic etiam Pythagorei oppositas quasdam conjugationes numero decem invenerunt ad quas tanquam ad principia, omnia entia colligunt.

| Καὶ ἡ μὲν κρειττόνων μοῖρα παρ' αὐτοῖς ἐστιν αὕτη· | Ἡ ἀντικειμένη χείρων αὕτη· | **87** Ac præstantior quidem apud ipsos pars hæc est. | Opposita autem ac deterior pars hæc est. |
|---|---|---|---|
| Ἀγαθὸν, | Κακὸν, | Bonum. | Malum. |
| Πέρας, | Ἄπειρον, | Finis. | Infinitum. |
| Περιττὸν, | Ἄρτιον, | Impar. | Par. |
| Ἕν, | Πλῆθος, | Unum. | Multitudo. |
| Δεξιὸν, | Ἀριστερὸν, | Dextrum. | Sinistrum. |
| Φῶς, | Σκότος, | Lumen. | Tenebræ. |
| Ἄρρεν, | Θῆλυ, | Masculus. | Femina. |
| Ἠρεμοῦν, | Κινούμενον, | Quiescens. | Motum. |
| Εὐθὺ, | Καμπύλον, | Rectum. | Curvum. |
| Τετράγωνον, | Ἑτερόμηκες. | Quadratum. | Altera parte longius. |

ς'. Ὅταν μὲν οὖν ἐξ ἄλλης οὐσίας εἰς ἄλλην οὐσίαν μετάβασις γίνηται, ἢ ἐξ ἀπλῆς, ὡς ἐκ σπέρμα-

6. Cum igitur ex alia substantia in aliam substantiam fit transitus, aut ex imperfecta, ut ex

[7] 1 Metaphys. c. 5.

Digitized by Google

semine animal; aut ex perfecta, ut ex aqua aer: tum generatio est simpliciter. Cum autem circa aliquod forma præditum fit mutatio ratione cujusdam accidentis quod in ipso est, veluti quando aqua calefit, ut a liquida natura sua non deficiat, tunc quædam quidem, calidi nimirum, est generatio, totum autem alteratio est. Nam simpliciter generatio [8], aliud, alteratio autem, qualitate **88** differens efficit. At cum ad speciem aliquam simile aliquid ex dissimili per alterationem apponitur, atque hinc ad massam et quantitatem, quæ est in corpore, fit accessio, generatio quidem est quædam etiam hoc, totum autem augmentatio.

7. Veluti cum lignis igni appositis et accensis flammæ fit incrementum. Quando autem ex lignorum aut aliorum corporum attritione ignis exstiterit, tale quid non ignis augmentatio, sed tantum generatio est. Quando denique ignis igni adjungitur, accessio ignis tantum vocatur. Atque eodem modo res in aliis inanimatis corporibus se habet. Sed et in animatis ad eumdem modum fit augmentatio, assimilato nimirum nutrimento per alteratricem facultatem ei quod nutritur, et eidem apposito, atque hinc secundum proportionem membris corporis omnibus accrescentibus: ut substantia quæ adjungitur totum omnino corpus non penetret, sed priorem protrudat, illaque vicissim priorem, atque ita tota major fiat, et secundum proportionem totum corpus accrescat; quemadmodum contra in corpore quod minuitur, et rugatur, propinquis partibus **89** evacuatis universum corpus diminutionem subit, per transpositionem quamdam et retrocessionem diminutione undique facta. Porro autem nec quod effluit et discedit, diminui, nec quod adjungitur, augeri dicitur: tametsi illud per detractionem minus, hoc per adjunctionem majus fieri videtur. Nam quod minuitur et augetur remanere oportet, ut illud quidem diminutionem sustineat, hoc augmentationem suscipiat. Et licet aliquando nutrimentum in flatum mutetur, non tamen augetur. Nam mutatio in flatum est corruptio illius, non augmentatio. Et hoc nomine augmentatio ab alteratione differre queat, quod alterans interdum vicissim alteratur, quemadmodum nos vestimenta quæ frigida sunt calefacimus, et vicissim aly ipsis calorem contrahimus; et balneorum aer nos calefaciens vicissim calefit a nobis. At quod auget, non vicissim augetur unquam; sed cum ei quod augetur adjungitur, et in ejus quod augetur substantiam mutatur ab ea naturali facultate quæ in eo est quod augetur; ita démum augmentationem præstat, similaribus scilicet partibus [9] eam primo, et hinc **90** etiam dissimilaribus excipientibus. Hoc autem fit, cum quod adjungitur exsuperat id quod detrahitur in quantitate: Cum enim corporalis materia in continuo affluxu et efluxu constituta sit, quando id quod affluit et ingreditur, plus est eo quod

A τος ζῶον, ἢ ἐκ τελείας, ὡς ἐξ ὕδατος ἀὴρ, τότε γένεσίς ἐστιν ἁπλῶς· ὅταν δὲ γίνηταί περί τι εἰδοποιημένον μεταβολὴ, κατά τι τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ· οἷον ὅταν τὸ ὕδωρ θερμαίνηται τῆς ὑδατηρᾶς μὴ ἐξιστάμενον φύσεως, τότε τις μὲν ἔστι γένεσις, τοῦ θερμοῦ δηλονότι, τὸ δ' ὅλον ἀλλοίωσις. Ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς γένεσις ἄλλο ποιεῖ, ἀλλοῖον δὲ ἡ ἀλλοίωσις. Ὅταν δέ τινι τῶν εἰδῶν ὁμοίου τινὸς πρόσθεσις ἐξ ἀνομοίου γένηται δι' ἀλλοιώσεως, κἀντεῦθεν ἐπίδοσις τοῦ ὄγκου καὶ τοῦ ποσοῦ τοῦ ἐν σώματι, γένεσις μέν τίς ἐστι καὶ τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ σύμπαν αὔξησις.

θ'. Γίνεται δὲ καὶ καθημερινή τις ἀπὸ τῆς περὶ γῆν ὑγρότητος εἰς ἀτμίδα μεταβολή· λαμβάνουσα καὶ αὕτη τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς καθημερινῆς ὑπὲρ γῆν τε καὶ ὑπὸ γῆν τοῦ ἡλίου κινήσεως κατὰ τὴν μετὰ τοῦ παντὸς συμπεριφοράν. Ἐκ δὴ ταύτης τῆς καθημερινῆς ἀτμίδος, ὅση ἂν μὴ ἰσχύσειεν ἐπιπολὺ μετεωρισθῆναι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀνάγοντος ταύτην θερμοῦ, ἐγγὺς τῆς γῆς ψυχθεῖσα νύκτωρ (ψυχρότεραι γὰρ αἱ νύκτες) δρόσον καὶ πάχνην ἀποτελεῖ· πάχνην μὲν, ὅταν διὰ πολὺ ψῦχος ἡ ἀτμὶς αὕτη παγῇ πρὸ τοῦ εἰς ὕδωρ μεταβαλεῖν· δρόσον δὲ, ὅταν τῷ μὴ πάνυ ψυχρὸν εἶναι τὸ περιέχον ἡ ἀτμὶς εἰς ὕδωρ ἀλλοιωθῇ· μήθ' οὕτω θερμανθεῖσα ὥστε ξηρανθῆναι, μήθ' οὕτω ψυχθεῖσα ὥστε παγῆναι. Ὅθεν ἡ μὲν πάχνη χειμῶνος καὶ ἐν τοῖς χειμεριωτέροις γίνεται τόποις· ἡ δὲ δρόσος, ἔαρος μάλιστα καὶ φθινοπώρου, καὶ ἐν τόποις εὐκράτοις. Αἰθρίας δὲ καὶ νηνεμίας (καὶ) ἄμφω γίνονται. Μὴ οὔσης γὰρ αἰθρίας οὐκ ἂν ἡ ἀτμὶς ἀναφέροιτο· ξηρότητος γὰρ δεῖ πρὸς τὴν ἀναγωγὴν αὐτῆς καὶ λεπτότητος ἐν τῷ περιέχοντι, τουτέστιν, ἵνα μὴ τὸ περιέχον κάθυγρον ἐκ τῶν καταφερομένων ὄμβρων ᾖ καὶ παχύ. Τότε γὰρ ἡ ἀτμὶς ἀναχθῆναι οὐ δύναται. Οὔτε δ' ἀνέμου ὄντος συνίσταιτ' ἂν ἡ ἀτμὶς ὥστε παγῆναι ἢ εἰς ὕδωρ μεταβαλεῖν, ἀλλὰ σκίδναιτό τε καὶ διαφθείροιτο. Τεκμήριον δὲ (καὶ) τοῦ συνίστασθαι τήν τε πάχνην καὶ τὴν δρόσον μὴ πόρρω τῆς γῆς τὸ ἐπὶ τοῖς ὑψηλοτέροις ὄρεσι μηδετέραν αὐτῶν γίνεσθαι.

ι'. Πάχνη μὲν οὖν καὶ δρόσος ἐν τοῖς προσγειοτέροις συνίστανται τόποις· ὄμβρος δὲ καὶ χάλαζα, καὶ χιὼν, ἐν τοῖς ἀπογειοτέροις· ἔνθα μήθ' ὁ ἀὴρ ῥεῖ καὶ συμπεριφέρεται τῷ κύκλῳ κινουμένῳ σώματι, ὡς διὰ τὴν τοιαύτην ῥύσιν καὶ κίνησιν τὰς συστάσεις μὴ γίνεσθαι τῶν νεφῶν, μήτε τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων αἱ ἀνακλάσεις τὸ ἔντονον ἔχουσιν, ὥστε μὴν τοῦ ἀέρος εἰς νέφη πίλησιν κωλύεσθαι τῇ θερμότητι. Ἐν δὴ τοῖς τοιούτοις τόποις τοῖς περὶ τὰ νέφη συνίστανται διὰ ψύξιν ὄμβρος, χιών τε καὶ χάλαζα.

ια'. Καὶ ὁ μὲν ὄμβρος διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῇ δρόσῳ γίνεται· ἡ χιὼν δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῇ πάχνῃ. Διαφέρει δ' ὄμβρος καὶ δρόσος, καὶ πάλιν χιὼν καὶ πάχνη, τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι. Ὁ μὲν γὰρ ὄμβρος, πολύς· ἐκ πολλῆς γὰρ ἀτμίδος γίνεται ψυχομένης· καὶ ὁ τόπος ἐξ οὗ τε ἀναφέρεται καὶ εἰς ὃν ἀθροίζεται, πολύς· καὶ ὁ χρόνος ἐν ᾧ τε ἀναφέρεται καὶ ἐν ᾧ ψύχεται πολύς.

A cundum quos etiam anni tempora dividuntur. Cum enim proprium circulum sol percurrit, alia ex subjectis corporibus quibus propior efficitur, discernit (quippe aquam extenuat ipsamque terram), et exhalationes efficit; alia autem a quibus discedit longius, constringit. Tunc enim humida exhalatio in nubes et aquas cogitur. Unde suo accessu et recessu sol contrariarum passionum causa est, dum movetur **166** in Zodiaco.

9. Fit autem etiam quotidiana quædam ex humore circa terram in vaporem mutatio; quæ ipsa etiam a quotidiano solis super et subter terram motu quem communem habet cum totius universi conversione, sumit initium. Hujus nimirum quotidiani vaporis quæ pars altius elevari propter calidi ipsum adducentis infirmitatem non valuerit, ea cum prope terram refrigerata noctu fuerit (noctes enim frigidiores sunt), rorem et pruinam efficit. Pruinam quidem, cum propter ingens frigus vapor ille conglaciaverit [76]; rorem vero, cum propterea quod continens non adeo frigidum est, vapor in aquam alteratus fuerit; nimirum nec ita calefactus ut exsiccaretur, nec ita refrigeratus ut conglaciaret. Unde pruina quidem hieme et frigidis fit in locis; ros autem vere potissimum et autumno, inque temperatis locis. Ambo autem hæc sereno et tranquillo cœlo fiunt. Neque enim [77] cœlo non exsistente sereno vapor evehi potest. Siccitate enim et tenuitate [corporis] continentis opus est ad elevationem ipsius; hoc est, ne continens ex decidentibus imbribus humidum crassumque sit. **167** Tunc enim sursum adduci vapor non potest. Neque vero vento exsistente consistere potest vapor, ut conglaciet aut in aquam mutetur, sed dissipatur et corrumpitur. Indicium autem est ejus quod et pruina et ros non procul a terra consistant, quia neutrum eorum in editioribus montibus generetur [78].

10. Quare pruina quidem et ros in locis terræ vicinioribus, at vero imber et grando et nix in locis a terra remotioribus consistunt; ubi neque aer fluit et cum corpore quod circulariter movetur, simul convertitur, uti propter ejusmodi fluxum et motum nubium concretiones non fiant; neque radiorum solarium refractiones efficaciam eam habent, ut aeris in nubes conglobationem suo calore impedire queant. In ejusmodi scilicet locis quibus nubes continentur, per refrigerationem et pluvia et nix et grando consistunt.

11. Et pluvia quidem propter eamdem causam propter quam ros generatur; nix vero propter eamdem causam quam propter pruina [79]: differunt autem pluvia et ros, itemque rursus nix et pruina intentione et remissione itemque, multitudine et paucitate. Pluvia enim copiosa **168** est; ex copioso quippe vapore frigescente generatur; et locus etiam ex quo elevatur et in quem coacervatur amplus est;

[76] I Meteor. c. 10. [77] Ibid. [78] Ibid. [79] Ibid. c. 11.

Digitized by Google

quin et tempus quo elevatur et quo frigescit, longum est. Ros vero exiguum quid est singulorum dierum, et ex loco est exiguo, celeremque generationem habet.

12. Quemadmodum autem ros ad pluviam, ita pruina ad nivem sese habet. Nix enim nubis jam consistentis est congelatio ; pruina, vaporis congelatio. Utraque autem propter magnum frigus congelant; suntque vel horæ vel regionis frigidæ signa. Nisi enim frigus prævaleret [80], neque vapor, qui calorem a quo elevatus est in seipso habet, nec nubes congelasceret, quæ et ipsa tamen adhuc calorem habet ab eo reliquum, qui vaporem ex terra sustulit, ex quo nubes est. Prorsus autem nubes caloris est particeps. Hoc enim ni ita se haberet, non maneret sursum, sed ut nebula deorsum caderet,

13. Nubes quidem igitur est crassamentum vapidum convolutum aquæ generandæ vim habens. Nebula vero vapida exhalatio aquæ nequaquam genitrix, aere quidem densior, nube autem rarior, fitque vel ex nubis principio rarescente, **169** vel ex reliquiis. Adversaria autem his est serenitas, quæ nihil aliud est quam aer nubibus nebulaque per omnia vacuus.

14. Ex nube autem pluvia fit per expressionem ipsius magnopere incrassatæ; totque differentias habet, quot nubis habet compressio ; quippe quæ si remissa fuerit, molles, sin vehemens, grossiores stirias dispergit. Atque hoc imber vocatur, contorta pluviæ stillicidia cum majuscula ipsa tum jugi tenore in terram cadentia. Ex vapore autem ros generatur. Ros enim est humidum in serenitate per minutam concretionem decidens.

15. Nivem porro efficit nubis condensatæ et congelatæ suffriatio, quæ priusquam in aquam mutetur, contusa sit [81]. Et contusio quidem spumæ speciem exactumque candorem, congelatio autem, humoris qui inest, et nondum fusus est, cum nec etiam nubes rarefacta sit, rigorem efficit. Quod si cum impetu et confertim nix decidat, niphetos [ningor] nominatur. Quo modo autem ex nube nix, eodem ex vapore pruina generatur. Sed est etiam aliquid roris et pruinæ intermedium, quod drosopachnen dicunt, qui est ros semicongelatus, **170** quasi ros pruinosus.

16. Pluviæ proinde quidem in loco a terra remotiore concrescenti ros circa terram, nivi pruina quoad proportionem respondet. At vero quod grandini respondeat, circa terram nihil est. Neque enim ex nube in grandinem fit mutatio [82], sed primum fit pluvia, et propter antiperistasin congelat.

17. Est autem antiperistasis [quam alii coarctationem, alii compressionem undique circumtusam, alii mutuum adversum conatum vocant] transmutatio et transitio quædam ab ambientibus circa

A Ὀλίγον δὲ καὶ ἐφήμερον ἡ δρόσος καὶ ἐξ ὀλίγου τόπου, καὶ ταχεῖα ἡ γένεσις αὐτοῦ.

ιβ'. Ὡς δὲ (ἡ) δρόσος πρὸς ὄμβρον, οὕτω πάχνη πρὸς χιόνα. Ἡ μὲν γὰρ χιὼν πῆξίς ἐστι νέφους ἤδη συνεστῶτος· ἡ δὲ πάχνη πῆξις ἀτμίδος. Καὶ ἄμφω δὲ διὰ μέγα πήγνυνται ψῦχος· καὶ σημεῖά ἐστιν ἢ ὥρας ἢ χώρας ψυχρᾶς. Εἰ μὴ γὰρ ἐπεκράτει τὸ ψῦχος, οὔτ' ἂν ἡ ἀτμὶς ἐπήγνυτο, τὸ ἀνάγον ταύτην θερμὸν ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, οὔτ' ἂν τὸ νέφος ἔχον ἔτι καὶ αὐτὸ θερμότητα τὴν ὑπολειφθεῖσαν τῆς μετεωρισάσης ἐκ τῆς γῆς τὴν ἀτμίδα, ἐξ ἧς ἀτμίδος τὸ νέφος. Πάντως δὲ τὸ νέφος μετέχει θερμότητος. Εἰ μὴ τοῦτο γάρ, οὐκ ἂν ἔμιμνεν ἄνω, ἀλλὰ καθάπερ ὁμίχλη κατέπιπτε κάτω.

B

ιγ'. Νέφος μὲν οὖν ἐστι πάχος ἀτμῶδες συνεστραμμένον γόνιμον ὕδατος, ὁμίχλη δὲ ἀτμώδης ἀναθυμίασις ἄγονος ὕδατος· ἀέρος μὲν πυκνοτέρα, νέφους δ' ἀραιοτέρα. Γίνεται δὲ ἤτοι ἐξ ἀραιώσεως ἀρχῆς νέφους, ἢ ἐξ ὑπολείμματος. Ἀντίπαλος δὲ τούτοις ἡ αἰθρία, μηδὲν ἕτερον οὖσα ἢ ἀὴρ ὡς ἐπίπαν ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος.

ιδ'. Ἐκ μὲν οὖν τοῦ νέφους γίνεται ὄμβρος κατ' ἐκπιεσμὸν αὐτοῦ, εὖ μάλα πεπαχυμένου· διαιφορὰς δ' ἴσχει τοσαύτας, ὅσας καὶ ἡ τοῦ νέφους θλῖψις. Ἡπία μὲν γὰρ οὖσα, μαλακὰς ψεκάδας διασπείρει, σφοδρὰ δέ, ψεκάδας ἀδράς. Καὶ τοῦτο κέκληται ὑετός, ὄμβρου συστρέμματα μεγάλα καὶ συνεχῆ φερόμενα ἐπὶ γῆς. Ἐκ δὲ τῆς ἀτμίδος γίνεται δρόσος. Δρόσος γάρ ἐστιν ὑγρὸν ἐν αἰθρίᾳ κατὰ λεπτὴν φερόμενον σύστασιν.

C

ιε'. Χιόνα δὲ ποιεῖ νέφους πεπυκνωμένου τε καὶ συμπεπηγμένου ἀπόθραυσις, ἀνακοπέντος πρὸ τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς. Ἐργάζεται δὲ ἡ μὲν κοπὴ τὸ ἀφρῶδες καὶ ἔκλευκον· ἡ σύμπηξις δὲ τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ τὴν ψυχρότητα μήπω χυθέντος μήτε τοῦ νέφους ἠραιωμένου. Σφοδρὰ δὲ καὶ ἀθρόα καταφερομένη χιὼν νιφετὸς ὀνομάζεται. Ὃν δὲ τρόπον ἐκ τοῦ νέφους ἡ χιών, τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀτμίδος ἡ πάχνη. Ἔστι δὲ καί τι μεταξὺ δρόσου καὶ πάχνης, ὃ δροσοπάχνην φασὶν, ἡμιπαγῆ δρόσον τυγχάνουσαν.

D

ις'. Τῷ μὲν οὖν ὄμβρῳ ἐν τῷ ἀπογείῳ τόπῳ συνισταμένῳ ἡ δρόσος ἀνάλογον ἐν τῷ περὶ (τὴν) γῆν, τῇ δὲ χιόνι ἡ πάχνη. Οὐδὲν δὲ τὸ ἀναλογοῦν τῇ χαλάζῃ γίνεται περὶ (τὴν) γῆν. Οὐδὲ γὰρ ἐκ νέφους εἰς χάλαζαν ἡ μεταβολή, ἀλλ' ὄμβρος γίνεται πρότερον, καὶ δι' ἀντιπερίστασιν πήγνυται.

ιζ'. Ἀντιπερίστασις δέ ἐστι μετάστασις καὶ μεταχώρησις ἐκ τῶν κύκλῳ γινομένη περὶ τὸ μέσον· οἷον ὅταν περιωθούμενόν τι ὑπό τινος, αὐτὸ πάλιν τὸ προσεχὲς ὁμοίως ἀντιπεριωθῇ, κἀκεῖνο δὴ τὸ ἐχό-

[80] 1 Meteor. c. 11. [81] Ibid., De mundo cap. 4. [82] 1 Meteor. c. 12

Digitized by Google

μενον καὶ οὕτως γίνηται τῶν τόπων ἀνταλλαγή· κἀντεῦθεν τῶν μὲν πέριξ τόπων ἀπόλειψις, πρὸς δὲ τὸν μέσον συνώθησις καὶ συνέλευσις. Τοῦτο γοῦν ἐστι (τὸ) γινόμενον κἀπὶ τοῦ θερμοῦ τε καὶ τοῦ ψυχροῦ. Ὅταν γὰρ ἐπικρατῇ τὸ θερμὸν, ἀπωθεῖ τὸ πλησιάζον αὐτῷ τοῦ ψυχροῦ· κἀκεῖνο πάλιν βιαζόμενον τὸ σύνεγγυς ἀπωθεῖ· καὶ οὕτως ἀντιμεθιστάμενον τὸ ψυχρὸν συνάγεται καὶ συσφίγγεται, καὶ δυναμικώτερον γίνεται. Τοῦτο δὲ πάσχει καὶ τὸ θερμὸν, ὁπόταν ἐπικρατῇ τὸ ψυχρόν. Διὸ καὶ χειμῶνος μὲν θερμότερά εἰσι τὰ ὑπὸ τὴν γῆν, καὶ αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων θερμαίνονται, εἰς βάθος ἀπωθουμένης τῆς θέρμης ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ψύξεως. Ἐν δὲ ταῖς ἀλέαις τοὔμπαλιν τὰ πηγαῖα ὕδατα ψύχεται, ψυχροτέρων γινομένων τῶν ὑπὸ γῆν διὰ τὴν τῆς περιεχούσης θερμότητος ἐπικράτειαν.

A medium facta; exempli gratia, quando aliquid ab aliquo undequaque protrusum, vicissim ipsum eadem ratione continuum undique adversus se protrudit, et hoc id quod consequens est; et sic locorum fit permutatio, et ambientium quidem desertio, ad medium autem contrusio et coitio. Quod quidem fieri solet et in calido et in frigido. Cum enim dominatur calidum, propellit quidquid frigidi sibi vicinum est: et hoc vicissim dum vim patitur, propinquum repellit: atque ita frigidum dum contraria obsistentia habet, cogitur et constringitur, potentiusque efficitur. Quod idem etiam accidit
171 calido, cum frigidum dominatur. Quapropter etiam [88] hyeme subterranea loca calidiora sunt et fontes aquarum caleflunt, quia calor in interiora a continentis [corporis] refrigeratione compellitur. Contra autem calidioribus tempestatibus aquæ fontanæ frigescunt, dum subterranea loca propter ambientis caloris dominium frigidiora efficiuntur.

ιη'. Τοῦτο γοῦν ὑπολη πτέον κἀν τῷ ἄνω γίνεται τόπῳ. Ὅταν γὰρ τὸ περιέχον ὑπάρχῃ θερμὸν, τότε τὸ ψυχρὸν τὸ ἐν τοῖς νέφεσι κατισχόμενον, ἀντιπεριστάμενον ἔξωθεν ἔσω πρὸς βάθος διὰ τὴν κύκλῳ θερμότητα, ὁτὲ μὲν ταχέως ὕδωρ ἐκ τοῦ νέφους ποιεῖ· διὸ καὶ αἱ ψεκάδες ἐν ταῖς ἀλεειναῖς ἡμέραις μείζους, καὶ ὑετοὶ λάβροι καὶ ἐπειγμένοι, διὰ τὸ ἀθρόον τῆς μεταβολῆς. Ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον ἀντιπεριστῇ ἐντὸς τὸ ψυχρὸν, ὡς πλεῖον ἐν τῷ βάθει γενέσθαι, συνελαυνόμενον εἰς τοῦτο ὑπὸ τῆς ἔξω θερμότητος, ἅμα τε τὴν εἰς ὕδωρ μεταβολὴν τοῦ νέφους ἐποίησε, καὶ εὐθὺς τῷ γενέσθαι, τὸ ὕδωρ ἔπηξε καὶ ἀπετέλεσε χάλαζαν.

18. Hoc scilicet etiam in superiore loco fieri existimandum est. Cum enim continens fuerit calidum, tum frigidum quod in nubibus coarctatur et per antiperistasin extrinsecus factam introrsum cogitur ad profunditatem circumdantis caloris gratia, interdum ex nube aquam celeriter efficit (unde etiam propter confertam et copiosam mutationem diebus calidis stillæ grandiores et imbres impetuosi et properati exoriuntur). Cum autem magis introrsum fuerit frigidum coactum per antiperistasin, ut in profunditatem magis resideat, ad eam nimirum ab exteriore calore compulsum, tum simul et nubis mutationem in aquam fecit; et simul ac ea facta est, aquam in glaciem convertit, et grandinem effecit.

ιθ'. Συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅταν ὑπάρχῃ θάττων ἡ πῆξις τοῦ ὕδατος, ἢ ἡ ἐπὶ τὰ κάτω φορὰ αὐτοῦ· ἐπεὶ γὰρ ἥ τε καταφορὰ τοῦ ὕδατος ἐν χρόνῳ γίνεται, ἥ τε πῆξις ἐν χρόνῳ, ὅταν ἐλάττονι χρόνῳ τοῦ τῆς καταφορᾶς ἡ πῆξις γένηται, πήγνυται τὸ ὕδωρ, ἔτι ὂν ἄνω ἐν τῷ τόπῳ τοῦ νέφους.

19. Accidit autem hoc **172** cum celerior fuerit aquæ congelatio quam ejusdem deorsum delatio. Quoniam enim et aquæ delatio in tempore [89], et congelatio item in tempore fit; cum citius quam deferatur fit congelatio, conglaciat aqua adhuc in superiore parte nubis exsistens.

κ'. Ὅσῳ δ' ἂν ἐγγύτερον τῆς γῆς αἱ τοιαῦται γίνοιντο μεταβολαὶ, τοσούτῳ καὶ ἀθροώτεραι διὰ τὴν τοῦ τόπου θερμότητα, καὶ πολὺ μείζους αἱ ψεκάδες καὶ τὰ ὕδατα λαβρότερα, καὶ αἱ χάλαζαι μέγισται, καὶ οὐ στρογγύλαι τὸ σχῆμα διὰ τὸ βραχὺν φέρεσθαι τόπον καὶ μὴ τὰς αὐτῶν ἐξοχὰς ἐν τῷ πολλῷ διαστήματι περιθραύεσθαι τῆς καταφορᾶς, ὅπερ πάσχουσιν αἱ φερόμεναι πόρρωθεν.

20. Quanto propius autem terram ejusmodi mutationes contigerint, tanto etiam propter loci calorem copiosiores sunt, et multo majores stillæ et aquæ impetuosiores, et grandines maximæ, nec figura rotundæ; quia per breve feruntur spatium, nec earum extremitates longo delationis intervallo in circuitu franguntur, quod illis accidit quæ eminus feruntur.

κα'. Οὐ πυκναὶ δὲ πίπτουσιν αἱ μεγάλαι ψεκάδες, διά τε τὸ ἐγγὺς γίνεσθαι τὴν τούτων μεταβολὴν, καὶ φθάνειν τὰς πρώτας καταφέρεσθαι πρὸ τῆς τῶν ἄλλων γενέσεως, καὶ διὰ τὸ μὴ διαιρεῖσθαι ταύτας ἐν (τῇ) καταφορᾷ· καθὼς αἱ ἀφ' ὕψους φερόμεναι διατέμνονται καὶ διαμερίζονται τῇ μακρᾷ καθόδῳ, καὶ σμικρυνόμεναι πυκνοῦνται.

21. Jam vero magnæ stillæ non cadunt densæ, et quia prope fit earum mutatio [90], et quia primæ prius deferuntur, quam aliæ generentur, et quia hæ in delatione non dividuntur: quemadmodum quæ ex alto feruntur, longo descensu dissecantur et dividuntur, et minutiores factæ densantur.

κβ'. Γίνονται δὲ αἱ χάλαζαι ἔαρος μὲν μάλιστα καὶ μετοπώρου· τῆς δ' ὀπώρας ὀλιγάκις, ἔτι δ' ἐπ' ἔλαττον τοῦ χειμῶνος, καὶ τότε ὅταν ἧτ-

22. Fiunt porro grandines vere quidem potissimum et sub finem autumni; raro autumno, et infrequentius hyeme; atque tum cum minus est

[88] Meteor. c. 12. [89] Ibid. [90] Ibid.

Digitized by Google

frigoris : ac in universum fiunt in locis temperatioribus et **173** temporibus calidioribus[86], cujus causa est antiperistasis. Non autem crebro æstate fiunt, tametsi magis sit calida, ob humoris defectum qui vere copiosus est et ab hyeme remansit. Et vero etiam autumni finis jam humescit ; fiuntque etiam autumno grandines maxime desinente, cum quod jam humor præsto sit, tum quod jam ante aer incaluerit, qui in aquam mutatur. Nam et hoc ex quadam parte ad refrigerationis celeritatem est utile. Quæ enim antea calefacta sunt[87], cum celerius tum vehementius refrigerantur.

23. Postremo[88] circa Arabiam et Æthiopiam æstate, non hyeme pluvias easque etiam vehementes et sæpe uno die fieri dicunt ; causamque hujus rei ab antiperistasi reddunt, quæ inde exoritur, quod regio valde calida est. Et si enim in illis partibus æstas maxime sicca est ; in aliis tamen locis pluviarum materia coacervatur, quæ dum ventis anniversariis ad montes illuc compellitur, consistit et has quas commemorant, pluvias generat.

A τον ἢ ψῦχος. Ὅλως δ' ἐν τοῖς εὐδιεινοτέροις γίνονται τόποις καὶ τοῖς ἀλεεινοτέροις καιροῖς διὰ τὸ τῆς ἀντιπεριστάσεως αἴτιον. Οὐ γίνονται δὲ πολλάκις τοῦ θέρους, καίτοι μᾶλλον ὄντος θερμοῦ, διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ὑγρότητος, ἥτις ἐν τῷ ἔαρι πολλὴ ἐστιν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος μένουσα. Καὶ τὸ μετόπωρον δὲ ἤδη ὑγραίνεται. Γίνονται δὲ καὶ τῆς ὀπώρας χάλαζαι καὶ μᾶλλον ληγούσης, διὰ τὸ ἤδη τε ὑγρότητα εἶναι, καὶ διὰ τὸ προτεθερμάνθαι τὸν ἀέρα τὸν εἰς ὕδωρ μεταβάλλοντα. Συμβάλλεται γάρ πως καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς ψύξεως. Τὰ γὰρ προθερμανθέντα ταχύτερόν τε καὶ ἰσχυρότερον ψύχεται.

κγ'. Λέγεται δὲ περὶ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν τοῦ θέρους, ἀλλ' οὐ τοῦ χειμῶνος τοὺς ὄμβρους γίνεσθαι, καὶ ταῦτα ῥαγδαίους καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας B πολλάκις. Καὶ ἀποδίδοται καὶ τοῦ τοιούτου αἴτιον ἡ ἀντιπερίστασις, ἥτις γίνεται διὰ τὸ ἀλεεινὴν εἶναι τὴν χώραν ἰσχυρῶς. Εἰ δὲ τὸ θέρος ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι μάλιστα ξηρότατον, ἀλλ' ἐν ἄλλοις τόποις ἡ τῶν ὄμβρων ἀθροίζεται ὕλη, καὶ ὑπὸ τῶν ἐτησίων πνευμάτων εἰς τὰ ἐκεῖσε ὄρη ἀπωθουμένη συνίσταται, καὶ τοὺς ἱστορουμένους ὑετοὺς ἀπογεννᾷ.

—

## SYNOPSIS CAPITIS XV,

QUOD EST DE FONTIBUS ET FLUVIIS.

**174** 1. *Removet causam non veram generationis fontium et fluviorum, et remotionem probat ac argumento defluentium ex nubibus aquarum declarat.* — 2. *Veras causas indicat, easque explicat, quæ eædem sunt cum causis aquarum superne descendentium.* — 3. *Occupatio.* — 4. *Comparationem instituit generationis aquarum supra et infra terram.* — 5. *Differentiam constituit fontium et scaturiginum.* — 6. *Plurimos et maximos fontes a montibus editioribus exordium habere pronuntiat, quibus etiam multæ scaturiginæ vicinæ sunt ; quia nimirum montes ejusmodi cum aquam multam pluvialem in se recipiunt, tum copiosam ipsimet ex vaporibus in se generatis conficiunt.* — 7. *Quasi per porisma infert, fluvios qui ex stagnis oriri videntur, nihilominus a montibus habere exordia.* — 8. *Quibus a montibus perennes, et a quibus exiqui temporis fluvii oriantur.* — 9. *Aliorum sententiam de origine fontium proponit, eamque primum disputandi gratia refutat.* — 10. *Eamdem ex vera animi sententia probat, et cum illa physicorum superiore commemorata sententia conciliat.*

—

## CAPUT XV.

*De fontibus et fluviis.*

1. Non ut ex vase aliquo et antro copiosam aquam coacervatam habente e terra fontes sensim effluunt, ut quibusdam visum est. **175** Sunt enim[89] quidem cavernæ etiam aliquæ intra terram quæ aquas capiunt, e quibus hieme impletis aliqua fit aquæ emanatio : sed non est ista fontium causa. Neque enim[90] terra profecto tantæ aquæ conceptaculis sufficeret ; ut neque nubes, siquidem et ipsæ in se haberent aquam omnem præexistentem quæ depluitura est ; nec alia quidem pars deorsum ferretur, alia vero vicissim generaretur.

2. Quare potius quæ censentur causæ aquarum in terram decidentium (materialis enim causa vapor est ; efficiens, refrigeratio) ; eædem ipsæ causæ erunt aquarum quæ ex terra redduntur. Quemadmodum enim supra terram evaporans aer in aquam mutatur, cum refrigeratur ; sic etiam

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Περὶ πηγῶν καὶ ποταμῶν.*

α'. Οὐχ ὡς ἐξ ἀγγείου τινὸς καὶ κοιλίας ἠθροισμένον ἄθρόον ὕδωρ ἐχούσης τῆς γῆς ἀπορρέουσιν αἱ πηγαὶ κατ' ὀλίγον, ὥς τισιν ἔδοξεν. Εἰσὶ (μὲν γὰρ) καὶ τινες κοιλότητες ἔνδον τῆς γῆς ὑδάτων χωρητικαὶ, ἀφ' ὧν πληρωθεισῶν τοῦ χειμῶνος ἀπόῤῥυσίς τις ὕδατος γίνεται. Ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἂν εἴη τῶν πηγῶν αἴτιον. Οὐδὲ γὰρ ἐξήρκει πάντως ἡ γῆ ταῖς τοῦ τοσούτου ὕδατος ὑποδοχαῖς, ὥσπερ οὐδὲ τὰ νέφη· εἴπερ ἦν καὶ αὐτὰ προϋπάρχον ἔχοντα τὸ ὑετισθησόμενον ὕδωρ ἠθροισμένον ἅπαν ἐν ἑαυτοῖς· ἀλλὰ μὴ τὸ μὲν καταφέρεται, τὸ δ' αὖθις ἐγίνετο.

D β'. Ὥστε μᾶλλον ἅπερ αἴτια τῶν εἰς γῆν καταφερομένων ὑδάτων κρίνεται (ὑλικὸν μὲν γὰρ αἴτιον αὐτῶν ἡ ἀτμίς· ποιητικὸν δ' ἡ ψύξις), ταῦτ' ἂν εἴη καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀναδιδομένων ὑδάτων αἴτια τὰ αὐτά. Ὥσπερ γὰρ ὑπὲρ γῆν ὁ ἀτμίζων ἀὴρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλει ψυχόμενος· οὕτως ὑποληπτέον καὶ ὑπὸ

[86] Met. or. c. 12. [87] Ibid. [88] Ibid. [89] Ibid. c. 13. [90] Ibid.

Digitized by Google

γῆν ἐκ τῶν ἐν γῇ ἀτμίδων γεννᾶσθαι ὕδωρ διὰ τὴν ἐνοῦσαν τῇ γῇ ψυχρότητα.

γ'. Δέχεται μὲν γὰρ ἡ καὶ γῆ καὶ τὸ ἐκ τῶν ὄμβρων καταφερόμενον εἰς αὐτὴν ὕδωρ, καὶ στέγει τοῦτο ἐν ἑαυτῇ. Δύναται δὲ ἕτερον γεννᾷν συνεχῶς ἐν τοῖς πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείοις τόποις αὐτῆς.

δ'. Ὥσπερ οὖν ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν τόπῳ κατὰ μικρὰ συνιστάμεναι πρῶτον αἱ ῥανίδες, ἔπειτ' ἀλλήλαις μιγνύμεναι, τὸ τελευταῖον μετὰ πλήθους κατάγονται, ποταμόν τινα ἄνωθεν ῥέοντα ποιοῦσαι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὑπὸ γῆν, ἐκ μικρῶν ῥανίδων, ὥσπερ ἱδρούσης τῆς γῆς, συλλείβεται πρῶτον τὸ ὕδωρ, τό τε κατ' αὐτῆς δύνον ὑπὸ τῶν ὄμβρων, καὶ τὸ γεννώμενον ἐν αὐτῇ· καὶ οἷον εἴς ἕν τι πηδώσης τῆς γῆς, αἱ πηγαὶ γίνονται καὶ αἱ κρῆναι.

ε'. Αἱ πηγαὶ μὲν οὖν ἀρχαὶ τυγχάνουσι ποταμῶν· αἱ δὲ κρῆναι μικραὶ πηγαί εἰσι, μὴ δυναμένης αὐτῶν ἑκάστης ποτάμιον καθ' αὑτὴν ῥεῦμα προαγαγεῖν.

ς'. Οἱ πλεῖστοι δὲ καὶ μέγιστοι τῶν ποταμῶν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων ῥέουσιν ὀρῶν. Ὄρεσι δὲ γειτνιῶσι καὶ αἱ πλεῖσται κρῆναι, καὶ ἐξ ὀρῶν ἀπορρέουσιν. Ἐν γὰρ τοῖς πεδίοις ὀλίγαι (κρῆναι) παντελῶς εἰσι (καὶ) πηγαὶ καὶ ῥύσεις ὑδάτων χωρὶς τῶν ποταμίων· ἃ ῥεῖ μὲν διὰ τῶν πεδίων, ἔχει δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ὀρῶν. Τὰ γὰρ ὀρεινὰ καὶ ὑψηλὰ χωρία ὡς σπογγιαί τινες ἐπικρεμάμεναι τῶν χθαμαλῶν κατὰ μικρὰ μέν, πολλαχῇ δὲ διαπηδῶσι, καὶ ἀποδιδόασιν ὅπερ ἐν ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ὄμβρων ὕδωρ δεχόμενα φυλάττει διὰ πυκνότητα. Ἔτι τε καὶ τὴν δι' αὐτῶν ἀνιοῦσαν ἐκ βάθους ἀτμίδα ψύχει τὰ τοιαῦτα χωρία καὶ μεταβάλλει εἰς ὕδωρ, ὡς καὶ τοῦτο γινόμενον ἀπορρέειν ἐξ αὐτῶν· οὐ μὴν μόνον τὸ ἐκ τῶν ὄμβρων προενυπάρχον αὐτοῖς.

ζ'. Ὥστε καὶ ὅσοι τῶν ποταμῶν ἐξ ἑλῶν φαίνονται ῥέοντες, ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων τόπων ἔχουσι τὰς πρώτας ἀρχάς. Ἐκεῖθεν γὰρ συλλειβόμενον τὸ ὕδωρ καὶ συῤῥέον καὶ ὑπονομεῦον τὰ ἕλη, ἐκ τούτων ὡς ἐκ πηγῶν ἀναδίδοται.

η'. Εἰ μὲν οὖν τὰ ἐπικείμενα ὄρη μέγιστά τε εἴη καὶ πυκνὰ καὶ ψυχρὰ, ῥέουσι καὶ οἱ ἐντεῦθεν ποταμοὶ ἀένναον. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τόποι πλεῖστον ὕδωρ καὶ δέχονται καὶ στέγουσι καὶ ποιοῦσι. Ὅσοις δὲ τῶν ποταμῶν καὶ ἐπικρεμάμεναι τῶν ὀρῶν συστάσεις μικραί εἰσιν, ἢ σομφαὶ καὶ λιθώδεις καὶ ἀργιλώδεις, εἴτουν λευκαὶ καὶ οἷον τιτανώδεις, οἱ τοιοῦτοι ποταμοὶ, πρὶν ἐπελθεῖν τοὺς χειμερινοὺς ὄμβρους, τὸ ὕδωρ προαπολείπουσιν.

θ'. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς ἂν δόξειεν εὔλογον ἐκ τῆς θαλάσσης ἄρχεσθαι τὰς πηγὰς, ὡς τοῦ θαλασσίου ὕδατος διηθουμένου καὶ διυλιζομένου διὰ τῆς γῆς, καὶ οὕτω γλυκαινομένου καὶ ἀναδιδομένου, καθὼς οὐκ ὀλίγοι πεφυσιολογήκασι; μᾶλλον γὰρ ἄν, εἰ τοῦτ' ἦν, ἐκ τῶν κοιλοτέρων τόπων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐῤῥέειν αἱ πηγαὶ κατὰ τὸ εἰκός.

A infra terram ex vaporibus, qui sunt in ipsa, aquam fieri existimandum est propter frigus quod terræ inest.

5. Nam terra quidem etiam aquam ex pluviis delatam recipit, sinuque suo tegit. Sed et aliam in locis ad hoc idoneis continenter generare potest.

4. Quemadmodum ergo in loco qui supra terram est, guttæ primum minutatim coagmentatæ, deinde inter se commistæ, tandem in copia deferuntur fluvium **176** aliquem superne fluentem efficientes; eodem sane etiam modo infra terram ex parvis guttis quasi sudaret terra stillat primum aqua cum quæ ipsam a pluviis subit, tum quæ inibi B generatur; adeoque veluti consiliret terra in unum, fontes et scaturigines oriuntur.

5. Fontes proinde quidem fluviorum sunt principia; scaturigines autem, exigui fontes sunt; cum quælibet earum fluvialem decursum per se producere nequeat.

6. Porro plurimi et maximi fluvii ex altissimis fluunt montibus. Sed et plurimæ scaturigines montibus vicinæ sunt, et ex montibus defluunt. In planitie enim certe paucæ sunt (scaturigines et) fontes et fluxus aquarum, exceptis fluvialibus quæ per plana quidem decurrunt, sed originem habent a montibus. Quippe montana et edita loca veluti spongiæ quædam humilibus impendentes pauxillatim quidem, sed multis ex partibus rumpuntur, et C aquam reddunt quam in se ex pluviis collectam asservant densitatis suæ causa. Quin et amplius ex suamet profunditate ascendentem vaporem refrigerant ejusmodi loca, et in aquam mutant; ut et hæc cum fit ex ipsis **177** effluat; nec ea tantum quæ ex pluviis inibi jam ante exsistit.

7. Quare omnes fluvii qui ex stagnis fluere videntur, ex locis editioribus sua prima habent exordia. Cum enim illinc aqua destillet et confluat et per cuniculos stagna subeat, ex his quasi ex fontibus editur.

8. Quod si igitur montes incumbentes, maximi sunt et densi et frigidi, etiam fluvii inde fluunt perenniter. Quippe ejusmodi loca plurimum aquæ et recipiunt et tegunt et faciunt [91]. Quibus autem D fluviis impendentes montium constitutiones sunt exiguæ, aut inanes, et lapidosæ et argillosæ, sive albæ et veluti gypsatæ; ejusmodi fluvii prius aqua deficiunt, quam hibernæ pluviæ superveniant.

9. Quod si vero hæc ita se habent, quomodo rationi consentaneum est fontes ex mari principium habere, quasi aqua marina percolaretur et defæcaretur per terram, atque ita dulcesceret et restitueretur, quemadmodum non pauci physici disseruerunt? Nam si hoc ita esset, ex locis magis cavis, et non ex editioribus fontes fluere consentaneum videri queat.

[91] I Meteor. c. 14.

Digitized by Google

10. Atqui vero et hoc si alia ratione explicetur, principiis **178** fontium convenire videtur. Cum enim terra pertusa et cuniculosa sit et aliquas quasi venas habeat; necessario ipsa universa ex mari aquam per divisionem et derivationem accipit; humore ex proximis mari partibus ad remotiores transeunte, et hinc vaporum copiam terræ præbente; qui dum elevantur et refrigerantur, ut ante dictum est, multum aquæ generabitur.

ι'. Ἄλλως δὲ δοκεῖ καὶ τοῦτο ταῖς ἀρχαῖς συμβάλλεσθαι τῶν πηγῶν. Διάτρητος οὖσα ἡ γῆ καὶ ὑπόνομος, καὶ ὥσπερ τινὰς ἔχουσα φλέβας, ἀναγκαίως ἐκ τῆς θαλάσσης δέχεται τὸ ὕδωρ πᾶσα κατὰ διάδοσιν, ἐκ τῶν ἐγγιστα τῇ θαλάσσῃ μερῶν τῆς γῆς διαβαίνοντος τοῦ ὑγροῦ καὶ πρὸς τὰ πορρωτέρω, κἀντεῦθεν ἀτμῶν ἀφθονίαν τῇ γῇ παρέχοντος· ὧν ἀναφερομένων καὶ ψυχομένων, ὡς προείρηται, γένεσις ὕδατος ἔσται πολλοῦ.

## SYNOPSIS CAPITIS XVI,

QUOD EST DE MARI.

1. *Variæ divisiones aquarum.* —2. *Mare non est manu elaboratum, sed sponte naturæ suæ ortum, non tamen effluidum.* — 3. *Occupatio.* — 4. *Mare a partibus altioribus ad caviores fluit, non tamen in aliud receptaculum effluit, ac proinde aqua stagnans censetur.* — 5. *Mare non est aqua fontana, quia non est effluidum.* — 6. *Mare est aqua collectitia, non tamen ex fluminibus. Alias enim potius fontana et effluida esset.* — 7. *Mare non est æternum, ut neque mundus, quemadmodum putavit Aristoteles; sed cum mundo per creationem Dei cœpit, ut tradunt sacræ Litteræ et fide percipitur.* — 8. *Locus maris, etiam elementi aquæ est locus. Qua de causa etiam ad ipsum omnia alia feruntur flumina.* — 9. *Salsedinis et amaritudinis maris causæ sunt, tum illius* **179** *statio, tum evaporatio, quemadmodum simili declaratur.* — 10. *Quod mare neque majus neque minus fiat.* — 11. *Cur mare neque dulcius neque salsius efficiatur, adeoque eamdem fere semper cum quantitatem tum qualitatem servet.* — 12. *Ut ipsum mare, sic et ejus qualitas, salsedo et amaritudo cœpit; ubi etiam exponitur, quomodo accipiendum quod Deus in creatione dixit, Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat inter aquas et aquas.* — 13. *Ratiocinatio a posteriori, qua colligit ut nunc a calore solari facta subtilioris aquæ discretio causa sit salsedinis et amaritudinis marinæ, ita priorem mari hujus qualitatis causam fuisse, primam omnium a firmamento factam discretionem: quia sol cum firmamento, et firmamentum cum sole, physicorum omnium consensu sit ejusdem naturæ.*

## CAPUT XVI.

*De mari.*

1. Aquarum [88] quæ circa terram et in terra sunt, aliæ fluitantes, aliæ stagnantes sunt. Et fluitantes quidem omnes ex fontibus aliquibus suæ fluxionis habent principia, sive sponte sua ortæ sint, ut fluviales, sive manu productæ, ut quæ per canales educuntur. Porro aquarum stagnantium aliæ sunt fontanæ, aliæ collectitiæ. Et harum simul aliæ sunt manu productæ, aliæ a seipsis ortæ. Fontanæ quidem manu productæ sunt puteales. **180** Fodiuntur enim putei et ad aquarum circumfluentium exceptionem comprehensionemque comparantur. At aquarum stagnantium fontanæ a seipsis ortæ, quæ exiguos fontes et locorum cavitates obtinent, effluere et dilabi non possunt. Aquarum autem collectitiarum, quæ aut ex pluviis aut ex amnium affluxu sunt, aliæ habent ab arte præparata receptacula, aliæ ad cavitates in terra coacervantur, quæ etiam multitudine et paucitate differunt. Et siquidem multitudine sunt præditæ, stagna vocantur: sin autem sunt exiguæ, palude[s] seu lacunæ vocantur.

2. Quæ cum ita se habeant, quod mare sit manu factum et elaboratum, nulla ratione nititur. Cum autem a seipso sit ortum, aut effluidum erit aut stagnans. Et effluidum quidem non est. Quo enim effluceret? Sed ex multis qui Hyrcanum et Caspium mare circumiverunt, quæ nulla ex parte sibi invicem conjuncta videntur, nemo horum ullum effluidum deprehendit.

[88] 2 Meteor. c. 1.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Περὶ θαλάσσης.*

α'. Τῶν περὶ γῆν καὶ ἐπὶ γῆς ὑδάτων τὰ μὲν ῥυτά ἐστι, τὰ δὲ στάσιμα. Καὶ τὰ μὲν ῥυτὰ πάντα ἔκ τινων ἔχει πηγῶν τῆς ῥύσεως τὰς ἀρχάς, κἂν αὐτοφυῆ, καθὰ τὰ ποτάμια, κἂν χειρόκμητα, καθὰ τὰ δ' ὀχετῶν ἐξαγόμενα. Τῶν δὲ στασίμων ὑδάτων τὰ μὲν ἔστι πηγαῖα, τὰ δὲ συλλογιμαῖα· καὶ τούτων ὁμοῦ τὰ μὲν χειρόκμητα, τὰ δ' αὐτοφυῆ. Χειρόκμητα μὲν πηγαῖα τὰ φρεατιαῖα· τὰ φρέατα γὰρ ὀρύσσεται καὶ κατασκευάζεται πρὸς τὴν τῶν περιεχομένων ὑδάτων συναγωγήν· αὐτοφυῆ δὲ πηγαῖα τῶν στασίμων ὅσα μικρὰς ἔχοντα πηγὰς καὶ τόπων κοιλότητας, οὐ δύναται ἀπορρεῖν. Τῶν δὲ συλλογιμαίων ὑδάτων ἢ ἐξ ὑετῶν ὄντων, ἢ ἐκ γενομένης ἐπιῤῥοῆς ποταμῶν, τὰ μὲν δεξαμενὰς ἔχει κατασκευαστὰς ὑπὸ τέχνης· τὰ δὲ πρὸς τὰς ἐπὶ (τῆς) γῆς κοιλότητας συναθροίζεται, ἃ καὶ διαφέρει πλήθει καὶ ὀλιγότητι. Καὶ πλῆθος μὲν ἔχοντα καλοῦνται λίμναι· ὀλίγα δ' ὄντα, λέγοντα τέλματα.

β'. Τούτων οὕτως ἐχόντων χειρόκμητον μὲν εἶναι τὴν θάλασσαν οὐδένα λόγον ἔχει· αὐτοφυὴς δ' οὖσα ἢ ἀπόῤῥυτος ἔσται ἢ στάσιμος. Καὶ ἀπόῤῥυτος μὲν οὐκ ἔστι· ποῦ γὰρ ἂν ποιήσαιτο τὴν ἀπόῤῥοιαν; ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν καὶ τὴν Κασπίαν περιοδεύσαντες, αἵτινες οὐδὲ ἐφάνησαν ἀλλήλαις συνάπτουσαι κατ' οὐδέν, οὐδεὶς οὐδεμίαν τούτων εὗρεν ἀπόῤῥυτον.

Digitized by Google

γ'. Φαίνεται δ' ἡ θάλασσα ῥέουσα κατὰ τοὺς στε- A νοὺς τόπους, ὧν ἑκατέρωσε πλατεῖα θάλασσά ἐστιν. Ὅπου γὰρ ἂν ἐκ πλατέος πελάγους εἰς στενὸν ἡ θάλασσα συνάγεται ὑπὸ τῆς περιεχούσης τὸ πέλαγος γῆς ὑψηλοτέρας οὔσης, κατὰ τοῦτο φαίνεται καὶ μεταῤῥέουσα ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλο μέρος· διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι τὸ ὕδωρ δεῦρο κἀκεῖσε πολλάκις. Ὃ γίνεται μὲν καὶ ἐν τῇ ἀναπεπταμένῃ θαλάσσῃ· ἄδηλον δέ ἐστι, τῷ μὴ εἶναι τὴν αὐτῆς ἑκατέρωσε γῆν πλη- || σίον, παρ' ἣν ἀμείβουσα ἡ μετάῤῥυσις ταύτης γνω- ῥίζοιτ' ἄν.

3. Videtur autem mare fluere circa loca angusta, quorum ex utraque parte amplum mare est. Ubi enim ex amplo pelago in angustum cogitur mare a terra **181** continente pelagus cum altior sit, ob id fluere et alias in aliam partem refluere deprehenditur, propterea quod ibi aqua sæpius ultro citroque libretur. Quod fit quidem etiam in alto mari; evidens autem non est, quod utrinque ipsum ambiens terra prope non sit, ad quam alluens reciprocationem manifestam haberet.

δ'. Ῥεῖ δ' ἡ θάλασσα καὶ ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων αὐτῆς ἐπὶ τὰ κοιλότερα διὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰς τὰ ὑψηλότερα ταύτης ἐμβαλλόντων ποταμῶν· πέφυκε γὰρ τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων τόπων εἰς τὰ κοῖλα καταφέρεσθαί τε καὶ ῥεῖν. Ἔστι δὲ καὶ κἀν τῇ θα- B λάσσῃ τὰ μὲν αὐτῆς ὑψηλότερα, τὰ δὲ κοιλότερα. Ὅπως δ' ἂν ἡ θάλασσα ῥῇ, πάλιν ἐφ' ἑαυτὴν ἔχει τὸ ῥεῦμα, καὶ οὐ πρὸς ἄλλο δοχεῖον ἐμβάλλει, καθάπερ οἱ ποταμοὶ πρὸς αὐτήν. Διὰ τοῦτο καὶ στάσιμόν ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, ἀλλ' οὐκ ἀπόῤῥυτον.

4. Fluit autem mare etiam ab altioribus suis ad magis cavernosa, propter fluminum multitudinem quæ in altiora ipsius influunt. Quippe aqua ex altioribus locis in cava deferri et fluere consuevit; sunt- que etiam in mari partes aliæ altiores, caviores aliæ. Quomodocunque autem mare fluat, in seipsum refluit, nec in aliud receptaculum influit, quemadmodum in ipsum fluvii. Qua de causa etiam stagnans est maris aqua, non effluida.

ε'. Στάσιμον δ' ὂν ἢ πηγαῖον ἢ συλλογιμαῖον εἴη ἄν. Ἀλλ' ἐπείπερ ἦν πηγαῖον, ἦν ἂν καὶ ἀπόῤῥυτον. Πηγαῖον γὰρ ὕδωρ αὐτοφυὲς στάσιμον ὀλίγον εὑρίσκεται. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἀπὸ μείζονος πηγῆς τὴν ἀρχὴν ἔχον δύναται στάσιμον εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ ὅσαι τῶν λιμνῶν ἐκ πηγῶν ἔχουσι τὰς ἀρχάς, αἱ μὲν φανερὰς ἀποῤῥύσεις ποιοῦνται, αἱ δὲ δι' ὑπονόμων ἱστοροῦνται πρὸς θάλασσαν ἀποῤῥεῖν· C καθὼς καὶ ἡ ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Καύκασον λίμνη, ἣν (οἱ) ἐκεῖσε θάλασσαν καλοῦσι διὰ τὸ μέγεθος· αὕτη γὰρ πολλῶν ποταμῶν ἐμβαλλόντων εἰς αὐτὴν καὶ μεγάλων οὐκ ἔχουσα φανερὸν ἔκρουν, ἐκδίδωσιν ὑπὸ γῆν κατὰ Κοραξοὺς περὶ τὰ καλούμενα βαθέα τοῦ Πόντου. Ὅθεν καὶ πόῤῥω τῆς γῆς περὶ τριακόσια στάδια σχεδὸν ἀναδίδωσι πότιμον ὕδωρ ἐπὶ τόπον πολύν.

5. Atqui cum stagnans sit, aut fontana erit aut collectitia. Sed siquidem fontana esset, utique et effluida esset. Quippe fontanarum aquarum sponte suæ naturæ ortarum, paucæ stagnantes reperiuntur. Neque enim quæ a majore fonte principium habet, stagnans esse potest. Quapropter etiam quotquot lacus ex fontibus habent principia, ii vel **182** manifestos faciunt effluxus, vel per cuniculos memorantur ad mare defluere. Quemadmodum etiam lacus [92] sub monte Caucaso, quem accolæ propter magnitudinem mare vocant. Hic enim multa et magna flumina in se influentia recipiens, nec manifestum effluxum habens, terram subit et demum juxta Coraxos circa vocata bathea, id est, profunda ponti acceptas evomit aquas. Unde etiam procul a terra ad trecenta fere stadia multis in locis aquam potulentam emittit.

ς'. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ στάσιμον ὂν οὐκ ἔστι πηγαῖον, ὡς δείκνυται, λείπεται εἶναι συλλογιμαῖον. Οὐκ ἂν δ' εἴη συλλογιμαῖον ἐκ τῶν εἰσρεόντων ἐν αὐτῇ ποταμῶν, κἂν πολλοὶ ὦσι καὶ μέγιστοι. Τούτου γὰρ ὄντος ἦν ἂν πάλαι ποτὲ τῶν καιρῶν ὀλιγώτερον τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ, καὶ ἀεὶ D ἐπληθύετο. Μᾶλλον δ' ἦν ἂν ἔχον ἐκ πηγῶν τὰς ἀρχὰς ἢπερ ἐκ ποταμῶν· καὶ οὕτω πάλιν ἀπόῤῥυτον ἦν.

6. Quoniam igitur aqua maris cum stagnans sit, non est fontana, ut ostenditur: eam esse collectitiam relinquitur. Non fuerit autem collectitia ex fluminibus ipsum ingredientibus, tametsi multa sint et maxima. Hoc enim si esset, priscis temporibus aqua maris minor fuisset, semperque multiplicaretur. Quin potius ex fontibus haberet principia, quam ex fluminibus: et ita denuo effluida esset.

ζ'. Οἱ μὲν οὖν τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ καὶ τὴν θάλασσαν ἄναρχον, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν κόσμον ὅλον ἑτοίμως ἔχουσιν ἀποφαίνεσθαι· ὅσοι δὲ τὴν γνῶσιν ἔσχον ὑπὸ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑφηγήσεως, ὄντως οὔτε τὴν θάλασσαν, οὔτε τὸν ἄλλον κόσμον ἄναρχον ἐδιδάχθησαν, ἀλλ' ἀκηκόασιν· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν·* καὶ πάλιν· *Γενηθήτω στερέωμα, καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος ὕδωρ συναχθήτω εἰς μίαν*

7. Qui itaque humana sapientia sapientes sunt, et mare principii expers, quemadmodum sane etiam totum mundum prompte enuntiare possunt. Qui autem ex Spiritus sancti institutione notitiam adepti sunt, hi revera neque mare, neque cæterum **183** mundum principii expertem edocti sunt, sed audiverunt: «In principio fecit Deus cœlum et terram [93].» Et rursus: Fiat firmamentum, et aqua quæ infra firmamentum est in unam congeriem colliga-

[92] 1 Meteor. c. 13. [93] Gen. 1, 1.

Digitized by Google

tur [95], (hoc est, simul sit et per se), et conspiciatur arida. Hoc enim quod est in unam congeriem, non notat illud, in uno loco. Nam videsis divina iterum vox multitudines aquarum vocavit maria.

8. Quemadmodum igitur aliorum elementorum unicuique proprium locum conditor, sic et aquæ separavit. Videtur autem etiam physicis locus is quem mare continet, non esse maris locus, sed aquæ simpliciter [96]. Unde etiam omnia flumina ad mare, ut ad proprium locum feruntur. Nam fluxus in caviorem partem secundum naturam aquæ inest, et mare locum terræ cavissimum occupat.

9. Salsedinem porro et amaritudinem quam habet, ex eo quod consistit [97], et quod adeo a sole evaporat, habere videtur. Nam stante ipso id quidem quod est tenuius sol extrahit; quod autem crassius est, relinquit; quod sane cum quædam veluti superfluitas aquæ sit, salsum et amarum est. Quemadmodum enim in **184** corporibus animalium potulento humido cibo ingresso amarum et salsum redditur id superfluitatum genus quod in vesicam colligitur; quia a nativo calore animalium quod potabile est attrahitur [98], inque carnes et reliquam corporis substantiam ut convenit distribuitur; sic etiam in aqua fieri existimandum est. Cum enim universa dulcis sit, quia quod ipsius potabile est per exhalationem a solari calore excernitur, id quod relinquitur, et quasi quædam universæ est superfluitas, et salsum et amarum est.

19. Jam vero etiamsi multum aquæ singulis diebus in mare influit [99], nihilo tamen majus inde mare efficitur. Omnis enim aqua in ipsum influens cum in immensam amplitudinem dissipetur, cito nobisque non animadvertentibus exsiccatur. Neque vero iterum mare deprehenditur minus, tametsi multæ quotidie ex ipso exhalationes ascendant; propterea quod aqua, quæ ex mari evaporavit, vicissim infertur, cum per ingredientia in ipsum flumina, tum per pluviam quæ in ipsum decidit. Et ut uno verbo dicam, quod marinæ aquæ moles non augetur, in causa est ascendentium vaporum **185** copia; quod autem contra non minuitur, in causa est aqua exstrinsecus ingrediens.

11. Eapropter neque dulcius ab extrinsecus adveniente aqua, neque vicissim ab exhalationibus salsius et amarius mare redditur; sed fere semper eamdem et quantitatem et qualitatem aquæ retinet.

12. Proinde qui mare principii expers faciunt, hi etiam consequenter qualitatem ejus principio carere dicunt. Qui autem ex sacra Scriptura maris generationem didicerunt, hi etiam qualitatis istius principium sciunt, spiritualia simul et naturalia dogmata sequentes. Quia enim Dei jussu dissepara'a est a firmamento aqua terram circumtegens, illa

A συναγωγήν· τουτέστιν, Ὁμοῦ γενέσθω καὶ καθ' αὐτὸ, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Τὸ γὰρ *εἰς μίαν συναγωγήν* οὐ δηλοῖ τὸ *ἐν ἑνὶ τόπῳ*. Ἴδοὺ γὰρ ἡ θεία πάλιν φωνὴ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας.

η'. Ὥσπερ τοίνυν τῶν ἄλλων στοιχείων ἑκάστῳ τόπον ἴδιον ἀφώρισεν ὁ δημιουργὸς, οὕτω δὴ καὶ τῷ ὕδατι. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς φυσικοῖς ὃν κατέχει τόπον ἡ θάλασσα, μὴ εἶναι θαλάσσης τόπον, ἀλλ' ἁπλῶς ὕδατος. Ὅθεν καὶ πάντες οἱ ποταμοὶ πρὸς τὴν θάλασσαν, ὡς πρὸς οἰκεῖον φέρονται τόπον. Εἴς τε γὰρ τὸ κοιλότερον ἡ ῥύσις κατὰ φύσιν τῷ ὕδατι, καὶ ἡ θάλασσα τὸν κοιλότατον τόπον κατέχει τῆς γῆς.

B θ'. Τὴν ἁλμυρότητα δὲ καὶ τὴν πικρίαν ἣν ἔχει ἡ θάλασσα, ἐκ τοῦ ἵστασθαι καὶ διύλου ἀτμίζειν ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἔχειν δοκεῖ. Ἱσταμένης γὰρ αὐτῆς, τὸ μὲν λεπτότερον ἀνιμᾶται ὁ ἥλιος, τὸ δὲ παχύτερον καταλείπει· ὅπερ οἷον περίττωμα ὂν ὕδατος, ἁλμυρόν ἐστι καὶ πικρόν. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι ποτίμου τῆς ὑγρᾶς εἰσελθούσης τροφῆς πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν γίνεται τὸ συλλεγόμενον εἰς τὴν κύστιν περίττωμα, διὰ τὸ ὑπὸ τῆς ἐμφύτου τοῖς ζώοις θερμότητος τὸ πότιμον ἕλκεσθαι καὶ εἰς τὰς σάρκας καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν τοῦ σώματος ἀναδίδοσθαι καθὼς πέφυκεν· οὕτως ὑπολητέον κἀπὶ τοῦ ὕδατος γίνεσθαι. Γλυκέος γὰρ ὄντος τοῦ ἁθρόου τῷ τὸ πότιμον αὐτοῦ διὰ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἡλιακῆς θερμότητος ἀποκρίνεσθαι, τὸ καταλει-
C πόμενον καὶ ὥσπερ περίττωμα τοῦ παντὸς ὂν ἁλμυρόν ἐστι καὶ πικρόν.

ι'. Πολλοῦ δὲ πλήθους ὕδατος ἑκάστης ἡμέρας ἐμβάλλοντος εἰς τὴν θάλασσαν, οὐδὲν πλείων ἡ θάλασσα γίνεται. Πᾶν γὰρ τὸ εἰς αὐτὴν ἐμβάλλον, εἰς ἀχανὲς πλάτος σκιδνάμενον, ταχύ τε καὶ ἀδήλως ἀναξηραίνεται. Οὔτε δὲ πάλιν ἡ θάλασσα ἐλάττων φαίνεται πολλῆς καθεκάστην γινομένης τῆς ἀναθυμιάσεως ἐξ αὐτῆς, ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀτμίσαν ὕδωρ αὖθις ἀντεισάγεται διά τε τῶν εἰσρεόντων εἰς αὐτὴν ποταμῶν, καὶ τοῦ καταφερομένου ὑετοῦ πρὸς αὐτήν. Καὶ ἁπλῶς τοῦ μὲν μὴ πληθύειν τὸν ὄγκον τοῦ ταύτης ὕδατος αἴτιον τὸ πλῆθος τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν, τοῦ δὲ μὴ ἐλαττοῦσθαι πάλιν αἴτιον τὸ ἔξωθεν εἰσερχόμενον
D ὕδωρ.

ια'. Διὰ ταῦτα καὶ οὔτε γλυκυτέρα ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν ὕδατος ἡ θάλασσα, οὔτ' αὖθις ἁλμυροτέρα καὶ πικροτέρα ὑπὸ τῶν ἀναθυμιάσεων γίνεται, ἀλλ' ὡς ἐπίπαν τὸ αὐτὸ ποσόν τε καὶ ποιὸν φυλάσσει τοῦ ὕδατος.

ιβ'. Οἱ μὲν οὖν ἄναρχον ποιοῦντες τὴν θάλασσαν ἄναρχον ἀκολούθως καὶ τὴν αὐτῆς εἶναι ποιότητα λέγουσιν· οἱ δὲ τὴν τῆς θαλάσσης γένεσιν παρὰ τῆς θείας μεμυημένοι Γραφῆς, εἰδασι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ταύτης ποιότητος, πνευματικοῖς ὁμοῦ καὶ φυσικοῖς ἑπόμενοι δόγμασιν· ἐπεὶ γὰρ Θεοῦ κελεύσει διεχωρίσθη τὸ περικαλύπτον τὴν γῆν ὕδωρ

[95] Gen. I, 9. [96] 2 Meteor. c. 2. [97] Ibid. c. 3. [98] Ibid. c. 2. [99] Ibid.

Digitized by Google

ὑπὸ τοῦ στερεώματος, οὐχ ὡς ἔτυχε γέγονεν ὁ διαχωρισμός, ἀλλὰ κατὰ τὸ προσῆκον, ὅσον μὲν λεπτότερον καὶ ἀεροειδέστερον καὶ κουφότερον τοῦ παντὸς διακριθὲν, ἄνω τέτακται· τὸ δὲ παχύτερον καὶ γεωδέστερον καὶ βαρύτερον ὑπολείπει κάτω· καθὼς καὶ νῦν ὁρᾶται γινόμενον ὑπὸ τοῦτο τοῦ ἡλίου διακρινόμενον. Ὁ γὰρ νῦν ὁ ἥλιος ποιεῖ κατὰ βραχύ, τότ' ἐσάπαξ ἐπεποιήκει τὸ στερέωμα. Τὸ δὴ τοιοῦτον ὕδωρ τὸ παχὺ καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες ἀποτέλεσε τὰς θαλάσσας θείῳ πνεύματι συναχθὲν εἰς τὰς πρότερον μὲν οὐκ οὔσας ὑποδοχὰς, ὕστερον δὲ γενομένας ἐν τῷ γίνεσθαι τοῦ ὕδατος τὴν συναγωγήν. Ὅθεν οὐδὲ τὸ ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος γενέσθαι τὸ στερέωμα καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος δηλωτικὸν ἂν εἴη τοῦ κατ' ἰσομοιρίαν ποσότητος ἐκτελεσθῆναι τὸν τοῦ ὕδατος διαχωρισμόν, ὥστε καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος ἐναπειλημμένον ὕδωρ τοσοῦτον εἶναι ὅσον δὴ ἐπάνω, κἀντεῦθεν τὴν μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ στερεώματος χώραν ἅπασαν πεπληρῶσθαι ὑδάτων, καὶ ὕστερον ἐλθεῖν πρὸς τὴν νῦν οὖσαν κατάστασιν τῇ τῶν ὑδάτων πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον συναγωγῇ. Τῆς γὰρ ὅλης γῆς ἐλάχιστον ἔχούσης λόγον (ἐῶ γὰρ εἰπεῖν μηδένα κατὰ τοὺς φυσικοὺς) πρὸς τὴν σφαῖραν τοῦ στερεώματος, ὁποῖαι δὴ κοιλότητες ταύτης ἐπινοηθεῖεν ἂν, ὅλως ἱκαναὶ πρὸς τὴν τῶν τοσούτων ὑδάτων ὑποδοχήν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος γίνεσθαι τὸ στερέωμα, ὑπολῆπτέον ἂν εἴη σημαίνειν τὸ ἁπλῶς ὕδατος μεταξὺ δεδημιουργῆσθαι τὸ σῶμα τοῦ στερεώματος· τὸ δὲ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος τὸ ἀπολαβεῖν καὶ ἀνενεγκεῖν καὶ φέρειν ἄνω πᾶν ὁπωσοῦν τὸ λεπτόν· τὸ πάντη δὲ γεωδέστατον καὶ οἷον εἰπεῖν τὴν τρύγα καὶ ὑποστάθμην καὶ ἁλμυρίδα τοῦ ὕδατος καταλιπεῖν κάτω καὶ μεσιτεύειν μὲν ὕδατι καὶ ὕδατι· πλὴν τὸ ἐπάνω τοῦ στερεώματος ὕδωρ ἀπειροπλῆθες εἶναι πρὸς τὸ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον σχεδόν.

ιγ'. Εἰ δὴ τοίνυν ἡ ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς θερμότητος γινομένη τοῦ λεπτοτέρου διάκρισις ὕδατος αἰτία δοκεῖ τῆς ἁλμυρότητος τῇ θαλάσσῃ καὶ τῆς πικρότητος, διὰ τὸ μετουσίᾳ πυρώδους δυνάμεως τοῖς χυμοῖς φυσιολογεῖσθαι τῶν τοιούτων ποιοτήτων τὴν γένεσιν (ὅσον γὰρ οὐ δεδυνῆσθαι τὸ θερμὸν ἐν τῇ διακρίσει πρὸς ἑαυτὸ ἐπισπάσασθαι, τοιοῦτον ἁλμυρόπικρον γίνεσθαι, ὡς τὴν τέφραν, κἀν τοῖς ζώοις τὸν ἰδρῶτα καὶ τὰ λοιπὰ περιττώματα)· εἴη ἂν αἰτία προτέρα τῇ θαλάσσῃ τῆς οἰκείας ποιότητος ἡ ὑπὸ τοῦ στερεώματος γενομένη πρώτη τοιαύτη διάκρισις. Τῆς αὐτῆς γὰρ τῷ ἡλίῳ καὶ τὸ στερέωμα φύσεως παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν φυσικῶν, ὅσοι τε πέμπτον σῶμα τὸ αἰθέριον λέγουσι, καὶ ὅσοι πᾶν τὸ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συντεθειμένον γινώσκουσι, κἀντεῦθεν καὶ τὴν ὅλην ὑπὲρ σελήνην ἐγκόσμιον δημιουργίαν ἐκ τῶν στοιχειακῶν ἀκροτήτων ἐπικρατοῦντος τοῦ εἰλικρινεστέρου πυρὸς ἀποφαίνονται.

[1] Gen. i, 6.

A sane disseparatio non temere et casu, sed ut conveniebat, facta est; ita ut, quæ quidem tenuior, et aeri similior leviorque de universa erat, per secretionem sursum constituta, crassior vero et terræ vicinior graviorque, inferius relicta fuerit; quemadmodum etiam nunc fieri conspicitur, cum a sole secernitur. Quod enim nunc brevi temporis spatio sol facit, tunc simul et semel firmamentum fecerat. Hujusmodi scilicet aqua crassa et gravis et terrestris **186** constituit maria, cum divino nutu in conceptacula quæ prius quidem non erant, sed postea cum aquarum collectione facta fuerunt, collecta est [1]. Unde neque ipsum in medio aquæ firmamentum factum esse, et dividere inter aquam et aquam, hoc significaverit, quod aquæ disseparatio B secundum quantitatis æquabilitatem perfecta fuerit, ut aqua infra firmamentum relicta sit tanta, quanta est ea quæ supra firmamentum, utque hinc quæ inter terram et firmamentum intervenit regio, aquis fuerit universa impleta, et postea ad hunc statum interveniente aquarum in locum peculiarem collectione pervenerit. Cum enim universa terra minimam habeat rationem (nolo enim dicere nullam secundum physicos) ad firmamenti sphæram, qualesnam hujus cavitates, quæ omnino ad tantarum aquarum receptionem sufficerent, excogitari possent? Sed in medio aquæ factum esse firmamentum significare existimandum est, inter simpliciter aquam conditum esse firmamenti corpus, ipsum vero dividere inter aquam et aquam, C denotare nihil aliud quam suscepisse et sustulisse et sursum evehere **187** quidquid leve fuit; ac terræ vicinissimum, et, ut ita dicam, fæcem et sedimentum, et aquæ salsilaginem inferius reliquisse, et inter aquam et aquam intervenire medium; aquam tamen quæ est supra firmamentum infinitæ esse multitudinis, si conferatur cum ea quæ est infra firmamentum, et omnem fere proportionem superare.

13. Quod si igitur a calore solari facta tenuioris aquæ discretio, videtur esse causa mari salsedinis et amaritudinis, propterea quod igneæ facultatis præsentia in physica docetur naturalis causa generationis, ejusmodi qualitatum in humoribus (quod D enim calor in discretione non potuerit ad se attrahere, id salsamarum fieri, ut cinerem et sudorem in animalibus, cæterasque superfluitates), fuerit utique mari causa prior suæ qualitatis ea quæ primæ a firmamento facta est discretio. Nam omnes physici hoc fatentur, quod firmamentum cum sole ejusdem sit naturæ: cum ii qui ætherium quintum corpus dicunt, tum ii qui quidquid sub sensum cadit, ex quatuor elementis compositum agnoscunt, et hinc etiam universam quæ supra lunam est mundanam **188** structuram ex sincerissimis et defecatissimis elementis sinceriore igne prædominante ortam esse pronuntiant.



Digitized by Google

## SYNOPSIS CAPITIS XVII,

### QUOD EST DE VENTIS ET RELIQUIS FLATIBUS.

1. *Dividit exhalationem in vapidam et fumidam, quarum utraque ab alterius suæ qualitatis excellentia ita nuncupatur; et illa quidem aquarum pluentium; hæc, ventorum et flatuum materialis causa est.* — 2. *Ut non omnis aqua fluens, fluvius, sic nec omnis flatus, ventus est; adeoque flatus latius patet quam ventus.* — 3. *Superante exhalatione vapida, pluviosi; dominante fumida, ventosi et squalidi anni exoriuntur.* — 4. *Alias in tota aliqua regione vel pluviarum copia, vel venti et squalores exortiuntur, quia partes illius eamdem ad solem habent dispositionem; alias vero tantum in parte quapiam illius, quia exhalationes non in eadem semper regione manent, sed interdum ex una migrant in aliam a flatibus aliquibus propulsæ.* — 5. *Infert et concludit ex superioribus, materiam ventorum esse exhalationem calidam et siccam, et per occupationem docet, ventos tamen non videri calidos, quia aerem multo frigido vapore plenum commoveant, quod etiam exemplo declarat desumpto a flatu oris* **189** *humani.* — 6. *Modum exponit, quo venti super et infra terram ex calida et sicca exhalatione oriantur, modo nimirum spissationis et condensationis et coalitionis; perinde ut aqua ex vapore super et infra terram generatur.* — 7. *Ventorum quidem materia est exhalatio calida et sicca, sed non impermista et inconfusa, id est, pura et sincera, quod arguit ventorum in aere quiescente prope terram generatio.* — 8. *Comparationem aquarum super et infra terram concretionis cum ventorum concretione, quin et ipsorum fluviorum ventorumque instituit.* — 9. *Ventos non ex sola pure et sincere calida siccaque exhalatione generali ab ipsorum motu obliquo etiam ostendit.* — 10. *Ventos duodecim a quatuor mundi plagis flantes numerat.* — 11. *Ventorum respectu Græciæ in qua fuit auctor, qualitates et varios effectus commemorat, quorum alii sunt sereni, alii humidi, alii nivales, alii æstuosi, alii cœlum nubibus stipant, alii fulgura afferunt, alii grandines causantur.* — 12. *Docet qui venti ἐκνεφίαι, hoc est, procellæ et venti procellosi sint.* — 13. *Explicat qui venti sibi invicem sint contrarii, eosque in specie enumerat, quod membrum ut et sequens ex diagrammate optime intelligitur.* — 14. *Adhuc specialius declarat qui venti orientales, qui occidentales, qui septentrionales, qui meridionales sint.* — 15. *Ventos in fortiores et imbecilliores* **190** *pro locorum diversitate dividit.* — 16. *Alias etiam ventorum species, apogæos, encolpias, typhonicos, ecnephias, exhydrias enumerat.* — 17. *Ventos a linea motus sui in euthypnoos et anacampseros, partitur.* — 18. *Ostendit qui venti etesiæ et ornithiæ dicantur.* — 19. *Violentos flatus, cataegidem, thyellam, lælapem, strobilum, terræ anaphysema seu aspirationem describit.*

## CAPUT XVII.

### *De ventis et reliquis flatibus.*

1. Cum [a] duplex sit exhalatio, alia vapida et humida, alia fumida et sicca; neutra harum absque altera reperitur, sed et ambæ simul sunt; ex eo vero quod præ altero abundat, totum nuncupatur. Exhalatio igitur quæ plus humidi participat, pluentis aquæ est principium; quæ autem plus sicci habet, ea principium et causa et materia ventorum reliquorumque flatuum agnoscitur.

2. Quemadmodum autem non omnis quomodocunque fluens aqua fluvius dicitur, sed ea demum quæ pro principio fluxus fontem habet, sic neque omnis flatus, ventus dicitur; sed qui pro principio fluxus sui quasi fontem habet; nam aspirationes ex terra, flatus quidem sunt, quia flant; venti tamen non sunt.

3. **191** Quando igitur vapida exhalatio abundat, tunc etiam pluviosi anni; quando autem sicca et fumida, tunc etiam ventosi et squalidi exoriri consueverunt.

